CORPVS
SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM
LATINORVM

EDITVM CONSILIO ET IMPENSIS

ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE

VINDOBONENSIS

VOL. XXV. (SECT. VI, PARS I)

S. AVRELI AVGVSTINI

DE VTILITATE CREDENDI DE DVABVS ANIMABVS
CONTRA FORTVNATVM CONTRA ADIMANTVM
CONTRA EPISTVLAM FVNDAMENTI
CONTRA FAVSTVM

RECENSVIT

IOSEPHVS ZYCHA.

Verlag der
Österreichischen Akademie
der Wissenschaften

ÖAW

F. TEMPSKY. F. TEMPSKY G. FREYTAG.

BIBLIOPOLA ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE VINDOBONENSIS.

MDCCCLXXXXI.

SANCTI

AVRELI AVGVSTINI

DE VTILITATE CREDENDI

DE DVABVS ANIMABVS CONTRA FORTVNATVM

CONTRA ADIMANTVM

CONTRA EPISTVLAM FVNDAMENTI

CONTRA FAVSTVM

RECENSVIT

IOSEPHVS ZYCHA.

Verlag der
Österreichischen Akademie
der Wissenschaften
ÖAW

PRAGAE F. TEMPSKY. VINDOBONAE F. TEMPSKY LIPSIAE G. FREYTAG.

BIBLIOPOLA ACADEMIAE LITTERARVM CAESAREAE VINDOBONENSIS

MDCCCLXXXXI.

I.

S. Aureli Augustini

de utilitate credendi liber.

Ch = codex Cheltenhamensis nr. 12261 (2) saec. VIII.
S = codex Sangallensis nr. 152 saec. VIIII.
P = codex Parisinus nr 13360, olim Germanensis 740 (208) saec. VIIII.
p = codex Parisinus 13358, olim Germanensis 755 (173) saec. VIIII.
M = codex Monacensis nr. 249 saec. XII.
m = codex Monacensis nr. 806 saec. XII.
V = codex Vindobonensis 1046 saec. XII.
b = editio princ. Basileae 1506 apud Io. Amerbachium.

I.

DE UTILITATE CREDENDI LIBER.

Si mihi, Honorate, unum atque idem uideretur esse haereticus et credens haereticis homo, tam lingua quam stilo in hac causa conquiescendum mihi esse arbitrarer. nunc uero cum inter haec duo plurimum intersit, quandoquidem haereticus est, ut mea fert opinio, qui alicuius temporalis commodi et maxime gloriae principatusque sui gratia falsas ac nouas opiniones uel gignit uel sequitur, ille autem, qui huiusmodi hominibus credit, homo est imaginatione quadam ueritatis ac pietatis inlusus: cum haec ergo ita sint, non putaui apud te silendum esse, quid mihi de inuenienda ac retinenda ueritate uideatur, cuius, ut scis, ab ineunte adulescentia magno amore flagrauimus. sed res est longe remota a uanorum hominum mentibus, qui nimis in haec corporalia progressi atque lapsi nihil aliud putant esse quam quod istis quinque notissimis nuntiis corporis sentiunt; et quas ab his plagas atque imagines acceperunt, eas secum uoluunt, etiam cum conantur recedere a sensibus, et ex earum mortifera et fallacissima regula ineffabilia penetralia ueritatis rectissime se metiri putant. nihil est facilius, mi carissime, quam non solum se dicere sed etiam opinari uerum inuenisse; sed quam re ipsa difficillimum sit, agnosces, ut confido, his litteris meis. quae ut tibi prosint

1 INC. LIB. BEATI AVG. DE VTL. CREDDI fol. 66 *Ch* Incipit LIBER SCI AVRELI AVGVSTINI EIII DE VTILITATE CREDENDI p. 9 *S* INCIP LIB DE VTILITATE CREDENDI AD HONORATVM fol. 3 *P* 33 *p* INC LIB SCI AVG DE VTILITATE CREDDI fol. 71 *M*
4 et]atque *M* 5 conquiescendum causa *M* 6 haec *om. SM V m b* 9 eiusmodi *S V m* 12 ueritate] uertenda *V* 13 cuius] quum ius *Ch* 14 est *om. Ch* · ualde *V* (1 longe) 16 putantes se *Ch* 18 uolunt *V* cum om. *Ch* 19 mortifere et fallacissime *Ch* 22 qua *b*

aut certe nihil obsint omnibusque omnino, quorum in manus forte deuenerint, et rogaui deum et rogo; et spero ita fore, si bene mihi conscius sum, quod ad hunc stilum pio et officioso animo, non uani nominis adpetitione ac negatoriae ostentationis accessi.

2. Est igitur mihi propositum, ut probem tibi, si possum, quod Manichaei sacrilege ac temere inuehantur in eos, qui catholicae fidei auctoritatem sequentes, antequam illud uerum, quod pura mente conspicitur, intueri queant, credendo praemuniuntur et inluminaturo praeparantur deo. nosti enim, Honorate, non aliam ob causam nos in tales homines incidisse, nisi quod se dicebant terribili auctoritate separata mera et simplici ratione eos, qui se audire uellent, introducturos ad deum et errore omni liberaturos. quid enim me aliud cogebat annos fere nouem spreta religione, quae mihi puerulo a parentibus insita erat, homines illos sequi ac diligenter audire, nisi quod nos superstitione terreri et fidem nobis ante rationem imperari dicerent, se autem nullum premere ad fidem nisi prius discussa et enodata ueritate? quis non his pollicitationibus inliceretur, praesertim adulescentis animus cupidus ueri, etiam nonnullorum in schola doctorum hominum disputationibus superbus et garrulus, qualem me tunc illi inuenerunt, spernentem scilicet quasi aniles fabulas et ab eis promissum apertum et sincerum uerum tenere atque haurire cupientem? sed quae rursum ratio reuocabat, ne apud eos penitus haererem, ut me in illo gradu quem uocant ‚Auditorum' tenerem, ut huius mundi spem atque negotia non dimitterem, nisi quod ipsos quoque animaduertebam plus in refellendis aliis disertos et copiosos esse quam in suis probandis firmos

2 decr̥ęuerint (ne) *V* forţe *V* 3 huc *M* 5 successi *b* 6 possim (e *corr. in* i) *P* 9 praemunitur *Ch* praemuniętur (u) *V* 12 spata (separata) *m*² mera] mira *SMPVmb* 13 audęre (i) *V* 14 errori *V* aliud me *m* cogebaṇt *V* 15 annos] ad nos *Ch* spata (separata) *m*² sperata *V* 16 insita] instituta *Ch* 18 premere] p̄m,ere (itt) (*et in mg.* p̄mittere) *m* 21 uerum *Ch* 26 auditorē *M*

et certos manere? sed de me quid dicam, qui iam catholicus christianus eram? quae nunc ubera post longissimam sitim paene exhaustus atque aridus tota auiditate repetiui eaque altius flens et gemens concussi et expressi, ut id manarent, quod mihi sic adfecto ad recreationem satis esse posset et ad spem reducendam uitae ac salutis. quid ergo de me ipso dicam? tu nondum christianus, qui hortatu meo, cum eos uehementer execrareris, uix adductus es, ut audiendi tibi atque explorandi uiderentur, qua, quaeso, alia re delectatus es, recordare, obsecro te, nisi magna quadam praesumptione ac pollicitatione rationum? sed quia diu multumque de inperitorum erroribus latissime ac uehementissime disputabant — quod cuiuis mediocriter erudito esse facillimum sero didici — si quid etiam suorum nobis inserebant, necessitate retinendum, cum alia non occurrerent, in quibus adquiesceremus, arbitrabamur. itaque nobis faciebant, quod insidiosi aucupes solent, qui uiscatos surculos propter aquam defigunt, ut sitientes aues decipiant. obruunt enim et quoquo modo cooperiunt alias quae circa sunt aquas, uel inde etiam formidolosis molitionibus deterrent, ut in eorum dolos non electione, sed inopia decidant.

3. Sed cur non ipse mihi respondeo, quod istae lautae ac lepidae similitudines atque huiusmodi reprehensiones in omnes, qui aliquid docent, a quouis aduersario effundi urbanissime ac dicacissime possunt? sed ob hoc putaui aliquid tale inserendum litteris meis, ut eos admoneam, desinant talibus agere, ut, quemadmodum ille ait, separatis nugis locorum communium

2 quae] qui *VP* (e *in* i *corr.*) ubera *P* 3 exaustus *Chp* aridus] auidus *lib. b* 4 manaret *Sp* maneret *P* maneret *M.m b* man/ret *V* 6 redducendam *Ch* 7 hortatū eo *Ch* 8 execrarēris *m* exsecraueris *V* uis *P* 10 ob secro *V* 13 esse] esset *Ch Ppb* dichici *V* 15 arbitrabamus *Ch* 17 propter] prope *b* 18 et/// quo (quo *eras.*) *Ch* coeperunt *Ch* alia *V* 19 formidulosis *Ch* 20 electiones *Ch* decidant] decidat *Ch V* decidatur *SMPmpb* 21 respondebo *V* iste *Ch* laute ac lapide *Ch* 25 ammoneam *Ch* ammoneam *P*^{2} 26 quemammodum *Chp* quemammodum *P*

res cum re, causa cum causa, ratio cum ratione confligat. quare desinant dicere illud, quod in ore habent quasi necessarium, cum eos quisque deseruerit, qui diutius audisset: lumen per illum transitum fecit. uides enim tu, mea maxima cura — nam de illis non nimis aestuo — quam hoc inane et facillimum ad reprehendendum cuiuis esse possit. itaque hoc discutiendum dimitto prudentiae tuae. non enim uereor, ne me arbitreris inhabitatum lumine, cum uitae huius mundi eram inplicatus, tenebrosam spem gerens de pulchritudine uxoris, de pompa diuitiarum, de inanitate honorum ceterisque noxiis et perniciosis uoluptatibus. haec enim omnia, quod te non latet, cum studiose illos audirem, cupere et sperare non desistebam. neque hoc eorum doctrinae tribuo; fateor enim et illos sedulo monere, ut ista caueantur. sed modo me dicere desertum lumine, cum ab his omnibus umbris rerum me auerterim soloque uictu ad ualetudinem corporis necessario contentus esse decreuerim, inlustratum autem atque fulgentem fuisse, cum illa diligerem et his inuolutus tenerer, hominis est, ut mitissime dicam, minus acute considerantis res, de quibus loqui multum amat. sed ueniamus ad causam, si placet.

2 4. Nam bene nosti. quod reprehendentes Manichaei catholicam fidem et maxime uetus testamentum discerpentes et dilaniantes commouent inperitos: qui profecto nesciunt, quatenus sint accipienda illa et quemadmodum hausta utiliter in uenas quasi uagientium adhuc animarum medullasque descendant. et quia sunt ibi quaedam. quae suboffendant animos ignaros et neglegentes sui — quae maxima turba est — populariter accusari possunt; defendi autem populariter propter mysteria, quae his continentur, non a multis admodum possunt. qui uero pauci hoc facere nouerunt, non amant propatula et

2 ore] eo re *Ch* 3 deserit *SMVPmb* desererit *p* 4 tu mea] tũ ea *Ch* 9 implicatos *Ch* 10 inanitæ P^2 11 perneciosis *S* 12 audire cuperem *b* 16 ualitudinem *SMPpmb* 18 cum] quã *Ch* ista *S* *MmPpVb* 22 discernentes *Ch* 23 quatinus (e *in* i *corr. m.* 2) *P* 24 austa *Ch* in uenas] inuenies *V* 29 in his *S*

famigerula quaedam in disputatione certamina et ob hoc minime noti sunt, nisi his, qui eos instantissime requirunt. de hac igitur Manichaeorum temeritate, qua uetus testamentum et catholicam fidem reprehendunt, accipe, obsecro, quae me moueant. opto autem ac spero te hoc animo accepturum, quo a me dicuntur. scit autem deus, cui nota sunt arcana conscientiae meae, nihil me in hoc sermone malitiose agere, sed ut existimo accipiendum esse ueri probandi causa: cui uni rei uiuere iam diu statuimus et incredibili sollicitudine, ne mihi errare uobiscum facillimum fuerit, iter autem rectum uobiscum tenere sit, ne durius loquar, difficillimum. sed praesumo, quod et in hac spe, qua spero uos uiam sapientiae mecum obtenturos, non me deseret ille. cui sacratus sum: quem dies noctesque intueri conor et propter peccata mea propterque consuetudinem plagis ueternosarum opinionum sauciatum oculum animae gerens inualidum me esse cognosco saepe cum lacrimis. et quemadmodum post longam caecitatem ac tenebras luminibus uix apertis et adhuc lucem palpitando atque auersando, quam tamen desiderant, recusantibus, praesertim si eis solem istum quispiam conetur ostendere: ita mihi nunc euenit, non neganti esse ineffabile quiddam et singulare animae bonum, quod mente uideatur, et me ad contemplandum nondum esse idoneum cum fletu et gemitu confitenti. non me ergo deseret, si nihil fingo, si officio ducor, si ueritatem amo, si amicitiam diligo, si multum metuo, ne fallaris.

3 5. Omnis igitur scriptura, quae testamentum uetus uocatur, diligenter eam nosse cupientibus quadrifariam traditur: secundum historiam, secundum aetiologiam, secundum analogiam,

10 tenere uobiscum *SMPpVbm* sit *s. l. m.* 1 *S* 11 presumo *Ch* pmo *V* 13 hanc *Ch* 13 et propter] et quoniam propter *b P* (quoniam *s. l. m.* 2) 16 sępe rogo (rogo *s. l. m. 2) P* 18 aduersando (d *m.* 2 *del.) P* 19 conatur *V* 20 ineffabilem *Ch* ineffabile// (m *ras.*) *P* 21 bonum animae *Sm* 23 nonnę *P* figo *Ch* 24 si (*ante* uerit.) *om. Ch* 27 quadrifaria *PVMpb* secundū *p* 28 historiā (~ *add. m.* 2) *S* aetiologiam] ęthimologiā *M m* etymologiā *b* aethymologiā *S Pp V* &///mo/logiā *Ch*²

secundum allegoriam. ne me ineptum putes graecis nominibus utentem. primum quia sic accepi nec tibi hoc aliter audeo intimare quam accepi. deinde tu quoque animaduertis non esse harum rerum apud nos usitata nomina: quae si fabricassem interpretando, essem profecto ineptior; si autem circumloquerer, minus essem in disserendo expeditus. id tantum oro credas, quoquo modo errem, nihil a me inflato ac tumido fieri. secundum historiam ergo traditur, cum docetur, quid scriptum aut quid gestum sit; quid non gestum, sed tantummodo scriptum quasi gestum sit. secundum aetiologiam, cum ostenditur, quid qua de causa uel factum uel dictum sit. secundum analogiam, cum demonstratur non sibi aduersari duo testamenta, uetus et nouum. secundum allegoriam, cum docetur non ad litteram esse accipienda quaedam, quae scripta sunt, sed figurate intellegenda.

6. His omnibus modis dominus noster Iesus Christus et apostoli usi sunt. nam de historia illud sumptum est, cum obiectum esset, quod die sabbati discipuli eius spicas euulsissent. non legistis, inquit, quod fecit Dauid, cum esuriret, et qui cum eo erant; quomodo intrauit in domum dei et panes propositionis manducauit, quos non licebat ei manducare neque eis, qui cum eo erant, nisi solis sacerdotibus. ad aetiologiam uero illud pertinet, quod cum Christus prohibuisset uxorem abici nisi fornicationis causa relatumque esset ab interrogantibus Moysen libello dato repudii permisisse licentiam, hoc, inquit, Moyses fecit propter duritiam cordis uestri. hic enim causa reddita est, cur illud a Moyse pro tempore bene permissum sit, ut hoc, quod

19 Matth. 12, 3 sq. 26 Matth. 19, 8

2 sic] sit *Ch* 3 animaduersis *Ch* animaduerteris *p* 7 quoquo] quo *Ch* erram *Ch* inflatu *V* 10 (*et* 23) ethymologiã *Ch* ęthimologiã *M m* a&himologiã *S Pp* 19 legis *Ch* 20 quomodo—eis (*inf. text. m.* 1 *adscr.*) *p* 21 ppositionis (ro *add. et* es *in* is *mut. m.* 2) *P* 24 xp̄of *Ch* abici nisi] auicinis *Ch* 26 moysen *S*^{2} 27 quur *P* (*sic ubique*) quur (*sic ubique*) *p* 28 sit] est *V*

Christus praecipiebat, alia iam tempora demonstrare uideretur. horum autem temporum uices atque ordinem mira quadam diuinae prouidentiae dispositione digestum atque conpositum longum est explanare.

7. Iam porro analogiam, qua utriusque testamenti congruentia perspicitur, quid ego dicam usos fuisse omnes, quorum auctoritati illi cedunt? cum secum ipsi considerare possunt, quam multa soleant dicere inmissa esse scripturis diuinis a nescio quibus corruptoribus ueritatis. quae uox mihi semper quidem, etiam cum eos audirem, inualidissima uisa est; nec mihi soli, sed etiam tibi — nam bene memini — et nobis omnibus, qui paulo maiorem diligentiam in iudicando habere conabamur quam turba credentium. nunc uero posteaquam mihi sunt exposita et enodata multa, quae me maxime mouebant, ea scilicet, in quibus illorum plerumque se iactat et quo securius sine aduersario, eo effusius exultat oratio, nihil mihi uidetur ab eis inpudentius dici uel, ut mitius loquar, incuriosius et inbecillius quam scripturas diuinas esse corruptas, cum id nullis in tam recenti memoria extantibus exemplaribus possint conuincere. si enim dicerent eas sibi penitus accipiendas non putasse, quod ab his essent conscriptae, quos uerum scripsisse non arbitrarentur, esset utcumque tergiuersatio eorum rectior uel error humanior. hoc enim de illo libro fecerunt, qui ‚Actus apostolorum' inscribitur. quod eorum consilium cum mecum ipse pertracto, nequeo satis mirari. non enim sapientiam hominum in hac re, sed cor mediocre desidero. tanta enim liber iste habet, quae similia sint his, quae accipiunt, ut magnae stultitiae mihi uideatur non et hunc accipere et, si quid ibi eos offendit, falsum atque inmissum dicere. aut si talis oratio

1 alio iam tempore *S m*^{1} alio m^{o} iam tempore *V* 5 analogia *b* 6 perspicitur] psnciꝫ *Ch* usus *Ch S* 7 con^{um} *P* considerari *P*^{1} possint *P S M m p b* 8 immisa *Ch* 9 quae] aquae *Ch* quidam^{e} *P* 10 audiret *Ch* 11 et nobis] nobisque *S M V m* nobis *b* 13 uero *om. V* 14 moueant eas *Ch* 16 aduersarios *Ch* 17 his *V* 19 extantis^{bu} *S* extantis *M* 23 rectior] tectior *S M P p m b* 27 in his *Ch*

inpudens est, sicuti est, cur in Pauli epistulis, cur in quattuor euangelii libris ea ualere aliquid putant, in quibus haud scio an multo plura sint proportione quam in illo libro esse potuerunt, quae a corruptoribus interiecta credi uolunt? sed nimirum illud est, quod mihi uidetur, quod peto placidissimo et serenissimo iudicio mecum consideres. nosti enim, quod auctoris sui Manichaei personam in apostolorum numerum inducere molientes dicunt spiritum sanctum, quem dominus discipulis se missurum esse promisit, per ipsum ad nos uenisse. itaque si illos ‚Actus apostolorum' acciperent, in quibus euidenter aduentus sancti spiritus praedicatur, non inuenirent, quomodo id inmissum esse dicerent. uolunt enim nescio quos corruptores diuinorum librorum ante ipsius Manichaei tempora fuisse, corrupisse autem illos, qui Iudaeorum legem euangelio miscere cupiebant. hoc de spiritu sancto dicere nequeunt, nisi forte diuinasse illos adserant et posuisse in suis libris, quod contra futurum aliquando Manichaeum, qui spiritum sanctum per se missum esse diceret, proferretur. uerum de spiritu sancto alias planius aliquid eloquemur. nunc ad hoc, quod intenderam, redeamus.

8. Nam et historiam ueteris testamenti et aetiologiam et analogiam in nouo testamento inueniri satis, ut puto, est demonstratum; de allegoria restat ostendere. ipse liberator noster in euangelio allegoriam utitur ex uetere testamento. generatio, inquit, haec signum quaerit; non dabitur ei nisi signum Ionae prophetae. sicut enim Ionas in uentre ceti tribus diebus et tribus noctibus fuit, sic et filius hominis tribus diebus et tribus noctibus erit in corde terrae.

11 cf. Act. 2, 2 sqq. 24 Matth. 12, 39 sq.

2 euangeliis *Ch* putet *b* haud] aut *Ch* 4 interiepta *P* 8 spiritum] xpm *Ch* 11 ad uentus *V* 14 euangeliis *V* 15 cupiebat *P* hoc aut *P* 16 et] ut *Ch* potuisse *V* 18 dicere *V* 21 etthimologiã *Ch* a&himologiã *S M P p m* 24 allegoria *S M P p m b* 25 non] et non *S M m b* 26 ionas fuit in uentre *m* coeti *Ch S* cęti *M V m* 28 ita erit filius hois in corde terrę *V m* tribus—noctibus *om. V*

nam quid ego de apostolo Paulo dicam, qui etiam ipsam Exodi historiam futurae christianae plebis allegoriam fuisse significat ad Corinthios epistula prima? nolo autem uos ignorare, fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt et omnes per mare transierunt et omnes in Moysen baptizati sunt in nube et mari; et omnes eundem cibum spiritalem manducauerunt et omnes eundem potum spiritalem biberunt. bibebant enim de spiritali petra prosequenti eos; petra autem fuit Christus. sed non in pluribus eorum bene conplacuit deo; prostrati enim sunt in deserto. haec autem figurae nostrae fuerunt, ut non simus cupidi malorum, sicut et illi concupierunt. neque idola colamus, sicut quidam ex illis, sicut scriptum est: et sedit populus manducare et bibere et surrexerunt ludere. neque fornicemur, sicut quidam ex illis fornicati sunt, et ceciderunt uno die uiginti tria milia hominum. neque tentemus Christum, sicut quidam eorum tentauerunt et a serpentibus interierunt. neque murmuremus, sicut quidam ex illis murmurauerunt et perierunt ab exterminatore. omnia autem ista in figura contingebant illis; scripta autem sunt ad correptionem nostram, in quos finis saeculorum deuenit. est item apud apostolum allegoria quaedam, sane ad causam maxime pertinens, ideo quod idem ipsi eam in disputando proferre atque ostentare consuerunt. idem enim Paulus dicit ad Galatas: scriptum est enim, quod Abraham duos filios habuit, unum de ancilla et unum de libera; sed is quidem,

3 I. Cor. 10, 1 sqq. 26 Galat. 4, 22 sqq.

5 moyse *SVMmb* mose// (n *eras.*) *p* 6 mari] in mari *PSMVpmb* 7 mand,ucau erunt *Ch*^{2} 8 enim] autem *SVmb* 9 consequenti *SmV*^{2} consquente *Mb* fuit] erat *b* 10 plurimis *SVm* 11 sunt enim *b* 13 ex ipsis *SVm* 14 et *a. sed. om. SPpMVmb* 16 una *SMPpVmb* 17 temptemus *SMmPb* 18 temptauerũt *b* perierunt *Sm* 21 contigerbant *V* contingebat *Ch* correctionem (c *alt. corr. ex p*) *V* 22 fines deuenerunt *Pb* 23 item] autem *SVm* allegoriã *Ch* sana *Ch* 25 ostendere *b* 26 abraã *b*

qui de ancilla, secundum carnem natus est; qui autem de libera, per promissionem: quae sunt per allegoriam dicta. nam haec sunt duo testamenta: unum quidem de monte Sina in seruitutem generans, quod est Agar. Sina enim mons est in Arabia, quae confinis est ei, quae nunc est Hierusalem, et seruit cum filiis suis. quae autem sursum est Hierusalem, libera est, quae est mater omnium nostrum.

9. Hic igitur illi homines minime mali, dum frustrare legem conantur, eas scripturas adprobare nos cogunt. adtendunt enim, quod dictum est in seruitute esse eos, qui sub lege sunt, et id ultimum prae ceteris uentilant: euacuati estis a Christo, qui in lege iustificamini; a gratia excidistis. nos haec omnia uera esse concedimus nec illam legem necessariam esse dicimus nisi eis, quibus est adhuc utilis seruitus, ideoque utiliter esse latam, quod homines, qui reuocari a peccatis ratione non poterant, tali lege cohercendi erant, poenarum scilicet istarum, quae uideri ab stultis possunt, minis atque terroribus: a quibus gratia Christi cum liberat, non legem illam damnat, sed aliquando nos obtemperare suae caritati, non seruire timore legis inuitat. ipsa est gratia, id est beneficium, quod non intellegunt sibi uenisse diuinitus, qui adhuc esse cupiunt sub uinculis legis. quos merito Paulus obiurgat tamquam infideles, quia a seruitute, cui certo tempore iustissima dei dispositione subiecti erant, iam per dominum nostrum Iesum se liberatos esse non credunt. hinc est illud eiusdem apostoli: lex enim paedagogus noster erat in Christo. ille igitur

12 Galat. 5, 4 27 Galat. 3, 24

2 repmissionē *V* 4 acar *Ch* 5 enim] autem *Vm* qui *m P*^{2} ei] et *Ch* 6 in hyerusalem *Ch* 7 sursum *om.* est *V* 9 minime] minime *sed in mg.* nimię *S*^{2} minimę *M* non minime (non *add. m.* 2) *P* nimium *Vm* 11 eos esse *V* 12 uentilante uacuati *Ch* 13 a] *om. S M b* 14 nos autem *V* concedamus *V* 17 cohercendi *M C h m* cohercendi *S* 18 ab] a *S M m* 10 cum] nos *b* 20 dampnat *V* nos] non *Ch* 21 seruire (a *corr. in* i) *S V P*^{2} (re *ex* ri *corr.*) timori *S Pp V m b* 24 qui *S* a *om. M* seruituti *b* 27 lex] ex *Ch* paedagogus—igitur *om. Ch*

paedagogum dedit hominibus, quem timerent, qui magistrum postea, quem diligerent. in quibus tamen legis praeceptis atque mandatis, quibus nunc christianos uti fas non est, quale uel sabbatum est uel circumcisio uel sacrificia et si quid huiusmodi est, tanta mysteria continentur, ut omnis pius intellegat nihil esse perniciosius quam quicquid ibi est accipi ad litteram, id est ad uerbum; nihil autem salubrius quam spiritu reuelari. inde est: littera occidit, spiritus autem uiuificat; inde est: id ipsum uelamen in lectione ueteris testamenti manet, quod non reuelatur, quoniam in Christo euacuatur. euacuatur namque in Christo non uetus testamentum, sed uelamen eius, ut per Christum intellegatur et quasi denudetur, quod sine Christo obscurum atque adopertum est. statim quippe idem apostolus subicit: cum autem transieris ad Christum, auferetur uelamen; non enim ait: auferetur lex aut testamentum uetus. non igitur per domini gratiam, tamquam inutilia ibi tegerentur, ablata sunt, sed tegmen potius, quo utilia tegebantur. hoc modo agitur cum iis, qui studiose ac pie, non turbide atque inprobe scripturarum illarum sensum requirunt, demonstraturque sedulo et ordo rerum et causae factorum atque dictorum et ueteris testamenti ad nouum tanta congruentia, ut apex nullus, qui non consonet, relinquatur, et figurarum tanta secreta, ut omnia, quae interpretando eruuntur, miseros esse cogant fateri, qui haec uolunt ante condemnare quam discere.

4 10. Sed ut omissa interim altitudine scientiae sic agam tecum, quomodo agendum arbitror cum familiari meo, id est sicut ego possum, non sicut doctissimos uiros posse miratus sum: tria genera sunt erroris, quibus homines errant, cum aliquid

8 II Cor. 3, 6 et 14 et 16

1 qui]quem *V* 5 omnes *Ch* 7 autem *om. SMm V* reelari *P*^{2} 10 euacuetur *S* 13 ad opertum *V* 15 non ait enim *V* 18 his *Ch S M V p b* iis (*ex* his *m.* 2 *corr.*) *P* 19 turbine *m*^{2} 20 adquirunt *S*^{2} acqrunt *m*^{2} adquirunt *V* 21 ceteris *S* 24 eruntur *Ch* 26 interi *Ch* altitudine] multitudine *S V* 27 agendo *Ch*

legunt. de singulis dicam. primum genus est, in quo id quod falsum est uerum putatur, cum aliud qui scripsit putauerit. alterum est, quamuis non tam late patens, non tamen minus noxium, cum id quod falsum est uerum putatur, id tamen putatur, quod etiam ille qui scripsit putauit. tertium est, cum ex alieno scripto intellegitur aliquid ueri, cum hoc ille qui scripsit non intellexerit. in quo genere non parum est utilitatis; immo si diligentius consideres, totus legendi fructus est integer. primi generis exemplum est, ut si quisquam uerbi gratia dicat et credat Rhadamanthum apud inferos audire ac diiudicare causas mortuorum, eo quod Maronis in carmine id legerit. hic enim errat duobus modis: quod et rem non credendam credit neque id putandus est credidisse ille quem legit. alterum genus animaduerti sic potest: si quis, quia Lucretius animam ex atomis esse scribit eamque post mortem in easdem atomos solui atque interire, id uerum ac sibi credendum arbitretur. nam et hic non minus miser est, si de re tanta id quod falsum est pro certo sibi persuasit, quamquam id Lucretius, cuius libris deceptus est, opinatus sit. quid enim huic prodest de auctoris sententia certum esse, quando sibi eum non per quem erraret, sed cum quo erraret, elegerit? tertio generi est illud accommodatum: si quis Epicurum lecto eius in libris aliquo loco, ubi continentiam laudat, in uirtute illum summum bonum posuisse adseueret et ideo non esse culpandum. huic enim quid obest error Epicuri, si summum bonum hominis uoluptatem ille corporis credit, cum iste non se dederit tam turpi noxiaeque sententiae neque ob aliam causam ei placeat Epicurus, nisi quod eum sensisse non putat, quod sentiri non oporteat? hic error non modo humanus est, sed saepe etiam homine dignissimus.

11 Aen. VI 566 sqq.

2 cum—putauerit *in mg. m* 7 inmo *V* 10 radamantum *Ch S P pM* radamantū reclamantū *m* reclamantū *V* 12 et quod rem *V* 13 querit *Ch* 14 sic s. *l. S om. M* 15 eosdem *Sm* 17 miser est] miseret *Ch* si--est *inf. text. P* 19 est *V* 23 laudant *Ch* 24 posuisse—bonum *inf. text. m.* 2 *adscr. S* non *om. V* quid] quod *Ch* 28 hic enim *V*

quid enim? si mihi de aliquo, quem diligerem, nuntiaretur, quod sibi, cum esset barbatus, pueritiam atque infantiam ita placere multis audientibus dixerit, ut etiam iurauerit se similiter uelle uiuere, idque ita mihi probaretur, ut inpudenter negarem, num reprehendendus cuipiam uiderer, si eum existimarem, cum hoc diceret, significare uoluisse sibi placere innocentiam, et ab eis, quibus hominum genus inuolueretur cupiditatibus animum alienum, et ex eo illum magis magisque diligerem, quam antea diligebam, etiamsi fortasse illi in puerorum aetatibus libertatem quandam in ludendo et cibando atque ignauum otium stultus adamasset? fac enim eum esse defunctum, postquam hoc mihi nuntiatum est, nec interrogari a me potuisse quicquam, ut aperiret sententiam suam: essetne quisquam tam inprobus, qui mihi suscenseret, cum hominis laudarem propositum et uoluntatem per illa ipsa uerba, quae acceperam? quid? quod etiam iustus rerum existimator non dubitaret fortasse laudare opinionem ac uoluntatem meam, cum et innocentia mihi placeret et homo de homine in re dubia bene potius existimarem, cum etiam male liceret.

11. Quae cum ita sint, audi etiam earundem scripturarum totidem condiciones et differentias; nam necesse est totidem occurrant. aut enim utiliter scripsit quispiam et non utiliter ab aliquo intellegitur, aut utrumque inutiliter fit, aut utiliter intellegit lector, cum ille contra, qui legitur, scripserit. horum trium primum non inprobo, ultimum non curo. nam neque possum reprehendere hominem, qui nulla sua culpa male intellectus est, nec moleste habere quemquam legi, qui uerum non uiderit, cum obesse legentibus nihil uideam. unum igitur genus est probatissimum et quasi purgatissimum, cum et bona

2 cum] si *in mg. V* 4 uidere *S* mi *P* pbaretur m^2 5 cuipiam *om. P p S M V m b* 6 sibi uoluisse *S V m* 11 stultius *V* 13 essetnec *Ch* 14 succenseret *S M V m b* 16 quidquod (*m. 2 corr. ex* quicquid) *S* 19 existimare *S m b* diceret *S P* 20 corundem *Ch* earundem *P* (o *in* a *corr.*) 23 utrum *V* fit *et in mg* scpserit *m* 25 nam neque] namque *S* 28 uidebam *V*

scripta sunt et in bonam partem accipiuntur a legentibus. id quoque tamen adhuc in duo diuiditur; non enim penitus excludit errorem. nam euenit plerumque, ut cum bene senserit scriptor, bene etiam lector sentiat, sed aliud quam ille et saepe melius, saepe inferius, utiliter tamen. cum autem et hoc sentimus, quod ille quem legimus — et id est uitae bene agendae accommodatissimum — cumulatissime sese habet ueritas nec aliunde aperitur falsitatis locus. quod genus cum de rebus obscurissimis lectio est, rarissimum omnino est neque id mea sententia liquido sciri, sed tantummodo credi potest. quibus enim argumentis absentis uel mortui hominis uoluntatem ita colligam, ut de illa iurare possim, cum etiam si praesens interrogaretur, multa esse possent, quae, si malus non esset, officiosissime absconderet? illud autem nihil ad rem cognoscendam ualere arbitror, qualis fuerit ille, qui scripsit; honestissime tamen bonus creditur, cuius litteris generi humano posteritatique consultum est.

12. Quamobrem uellem mihi isti dicerent, in quo genere ponant ecclesiae catholicae quem putant errorem. si in primo, graue omnino crimen, sed defensionem longam non requirit; satis est enim negare ita nos intellegere, ut illi, cum inuehuntur, existimant. si in secundo, non minus graue est, sed eadem uoce refellentur. si in tertio, nullum crimen est. age ac deinde scripturas ipsas considera. quid enim libris obiciunt ueteris quod dicitur testamenti? numquidnam, quod boni sunt, sed male intelleguntur a nobis? at eos ipsi non accipiunt. an quia nec boni sunt nec bene accipiuntur? at hoc superior defensio satis expugnat. an illud dicent: quamuis bene a uobis accipiantur, mali sunt tamen? quid est aliud uiuos, cum quibus res agitur, aduersarios absoluere atque olim mortuos, cum quibus nulla

1 accipitur *V* 4 senserit *V* 9 mea] in ea *b* 11 hominis (es *corr. in* is) *P* 13 malos *S* 14 absconderem *Ch* 16 generi/ (s *er.*) *S* 18 uellem—quo *om. Ch* 20 longinquam *SMPpVmb* satis enim est *Sm* 26 a] ad *Ch* at] ad *Ch* ad *P* 27 accipiantur *S* ad *P* ad *V* satis] sasit *Ch* 29 tamen sunt *V* Qd ē aliud ⌒ uiuos m^2 cum *om Ch*

contentio est, accusare? ego quidem illos uiros et omnia utiliter memoriae mandasse et magnos ac diuinos fuisse et illam legem dei iussu ac uoluntate promulgatam esse et conditam credo et id, quamquam perpauca eius generis librorum sciam, persuadere tamen facile possum, si mihi aequus et minime pertinax animus adhibeatur, atque id faciam, cum copia nobis data fuerit beniuolarum aurium ac mentis tuae; sed hoc cum potero. nunc autem nonne mihi satis est, quoquo modo se ista res habeat, deceptum non fuisse?

6

13. Testor, Honorate, conscientiam meam et puris animis inhabitantem deum nihil me existimare prudentius, castius, religiosius, quam sunt illae scripturae omnes, quas testamenti ueteris nomine catholica ecclesia retinet. miraris, noui. non enim dissimulare possum longe aliter nobis fuisse persuasum. sed nihil est profecto temeritatis plenius, quae nobis tunc pueris inerat, quam quorumque librorum expositores deserere, qui eos se tenere ac discipulis tradere posse profitentur, et eorum sententiam requirere ab his, qui conditoribus illorum atque auctoribus acerbissimum nescio qua cogente causa bellum indixerunt. quis enim sibi umquam libros Aristotelis reconditos et obscuros ab eius inimico exponendos putauit, ut de his loquar disciplinis, in quibus lector fortasse sine sacrilegio labi potest? quis denique geometricas litteras Archimedis legere magistro Epicuro aut discere uoluit, contra quas ille multum pertinaciter nihil earum, quantum arbitror, intellegens disserebat? an istae scripturae legis planissimae sunt, in quas isti quasi uulgo expositas inpetum faciunt frustra et inaniter? qui mihi similes uidentur illi mulierculae, quam iidem ipsi solent deridere, quae irata, quod ei sol iste laudaretur et a manichaea quadam femina colendus commendaretur, ut erat religiose simplex, concita exiluit et eum locum, quem sol

2 mandasse memoriae *V* 4 id *om. V* 5 aecus *Ch* et *om. Vm* (*s. l.*) 6 fuerit data *V* 7 beneuolarum *SMPpm* 15 pleniusq' *SM* pleniusq *m* 20 bella m^2 bella *V* enim *om. m* inquă sibi *S* 30 machiae a,quadă p^2 31 exiliunt *M* exiluęt (ıt a m. 2) *Ch* exiliuit *Vm*

per fenestram inlustrauerat, crebro pede percutiens: ‚ecce solem deumque tuum calco' clamare coepit stulte omnino atque muliebriter — quis negat? — sed nonne tibi tales uidentur isti, qui ea, quae non intellegunt, aut cur, aut omnino qualia sint, quamue iacentibus similia, subtilia tamen intellegentibus atque diuina, magno inpetu orationis maledictisque lacerantes, quia eis inperiti plaudunt, aliquid se proficere existimant? quicquid est, mihi crede, in scripturis illis altum et diuinum est: inest omnino ueritas et reficiendis instaurandisque animis adcomodatissima disciplina et plane ita modificata, ut nemo inde haurire non possit, quod sibi satis est, si modo ad hauriendum deuote ac pie, ut uera religio poscit, accedat. quod ut tibi probem, multis rationibus et longiore oratione opus est. agendum enim tecum prius est, ut auctores ipsos non oderis, deinde ut ames; et hoc agendum quouis alio modo potius quam exponendis eorum sententiis et litteris, propterea quia si Vergilium odissemus, immo si non eum, priusquam intellectus esset, maiorum nostrorum commendatione diligeremus, numquam nobis satis fieret de illis eius quaestionibus innumerabilibus, quibus grammatici agitari et perturbari solent; nec audiremus libenter, qui cum eius laude illas expediret, sed ei faueremus, qui per eas illum errasse ac delirasse conaretur ostendere. nunc uero cum eas multi ac uarie pro suo quisque captu aperire conentur, his potissimum plauditur, per quorum expositionem melior inuenitur poeta, qui non solum nihil peccasse, sed nihil non laudabiliter cecinisse ab eis etiam, qui illum non intellegunt, creditur. itaque in quaestiuncula magistro deficienti et quid respondeat non habenti suscensemus potius quam illum mutum uitio Maronis putamus. iam si ad defensionem suam peccatum tanti

4 sunt *M* 5 quã uera dicentibus *S V m* 6 diuina magno] diuino //// ꝙ *Ch* 11 non *s. l. S*² *om. M b* 12 poscit (*corr. ex* possit) *S* 16 ex exponendis *V* 17 quia si] quasi *Ch* uirgiliũ *b* inmo *Ch m* 19 fieret satis *V* 22 expedires *Ch* 24 captu—potissimum *om. Ch* 26 peccaṭa *S* 28 quẹstiunculis *V* 29 habent *Ch* succensemus *S M V m b*

auctoris adserere uoluerit. uix apud eum discipuli uel datis mercedibus remanebunt. quantum erat, ut similem beneuolentiam praeberemus eis, per quos locutum esse sanctum spiritum tam diuturna uetustate firmatum est? sed scilicet intellegentissimi adulescentes et miri rationum exploratores non euolutis saltem illis litteris, non quaesitis magistris, non aliquantum nostra tarditate accusata, non denique uel mediocri corde concesso eis, qui huiusmodi litteras per totum orbem tam longo tempore legi, custodiri tractarique uoluerunt, nihil apud illos credendum putauimus, eorum qui istis inimici infestique sunt uoce commoti, apud quos falsa pollicitatione rationis inaudita milia fabularum credere et colere cogeremur.

7 14. Sed nunc quod institui peragam, si possum, et sic apud te agam, ut fidem catholicam non interim aperiam, sed ad scrutanda eius magna mysteria eis, quorum animae sibi curae sunt, spem diuini fructus et inueniendae ueritatis ostendam. nemo dubitat eum, qui ueram religionem requirit, aut iam credere inmortalem esse animam, cui prosit illa religio, aut etiam id ipsum in eadem religione uelle inuenire. animae igitur causa omnis religio; nam corporis natura quoquo modo se habeat, nullam curam ac sollicitudinem incutit ei, praesertim post mortem, cuius anima tenuerit quo beata sit. animae igitur causa uel solius uel maxime uera, si qua est, religio constituta est. haec autem anima — uidero quam ob causam et hoc obscurissimum esse confiteor — errat tamen ac stulta est, ut uidemus, donec adipiscatur percipiatque sapientiam, et fortasse ipsa est uera religio. num te ad fabulas mitto? num aliquid cogo te temere credere? animam nostram dico errore ac stultitia inretitam et demersam uiam, si

2 ut similem] utimilē *Ch* beniuolentiam *S M Pp² m b* 3 spiritum sanctum *S P p M V m b* 5 mirationum *Ch V* explorationes *V* 6 saltim *S M V m¹* 8 eiusmodi *b* tam] at *Ch* 15 ainime *V* 20 ///quom *V* 21 ac] a *Ch* 23 es *Ch* 24 uidero *m²* 25 hoc *om. S p P M V m b* 26 adepiscatur *Ch* 27 (et 28) num] nunc *P* 28 te. mere *P* temedere *p* me credere *S²* te mecum credere *V m* te me credere *M* temere *om. b*

qua est, quaerere ueritatis. si hoc in te non est, da ueniam et participare mecum, quaeso, sapientiam tuam; sin id, quod dico, agnoscis in te, simul, obsecro, quaeramus uerum.

15. Puta nos adhuc neminem audisse cuiuspiam religionis insinuatorem. ecce res noua est a nobis negotiumque susceptum. quaerendi sunt, credo, huius rei, si ulla est, professores. fac nos repperisse alios aliud opinantes et diuersitate opinionum ad se quemque trahere cupientes. sed inter hos excellere famae interim celebritate quosdam atque omnium paene occupatione populorum. utrum isti uerum teneant, magna quaestio est; sed nonne prius sunt explorandi, ut, quamdiu erramus, si quidem homines sumus, cum ipso genere humano errare uideamur?

16. At enim apud paucos quosdam est ueritas. scis ergo iam quae sit, si scis, apud quos sit. nonne dixeram paulo ante, ut quasi rudes quaereremus? sed si ex ipsa ui ueritatis paucos eam tenere coniectas, qui uero sint, nescis, quid? si ita pauci sunt, qui uerum sciunt, ut auctoritate sua multitudinem teneant, unde se in illa secreta expedire et quasi eliquare paucitas possit? nonne uidemus, quam pauci summam eloquentiam consequantur, cum per totum orbem rhetorum scholae adulescentium gregibus perstrepant? numquidnam inperitorum perterriti multitudine, quicumque boni oratores euadere uolunt, Caecilii sibi potius aut Eruci orationibus quam Tullianis nauandam operam existimant? haec adpetunt omnes, quae maiorum auctoritate firmata sunt. eadem inperitorum turbae discere moliuntur, quae a paucis doctis discenda recepta sunt; adsequuntur autem perpauci, agunt pauciores, clarescunt paucissimi. quid? si tale quiddam est uera religio. quid? si multitudo inpe-

2 sin id] si in id *Ch* si/n id (i *er.*) *P* si non id *M* si id *m b* si in id *S* siinid *p* 4 audiesse *Ch* 5 a nobis *om. Ch p* suceptum *V* 6 quęçreḍęndi *S* quę credendi *M* quę credenda fi *b* 7 alios]alius *Ch* 8 fame *b* 9 pǫene *S* poene *Ch* 12 errante *in mg. ł* errare *S* 13 at] aut *V* 15 ueritas *S V* ueritas *m*^{2} 18 expedire teneant et quasi *V* 21 num qui iã *b* 23 ęruci *M* erucii *b* tullian :f (u *corr. in* i) *S* nǫuandã *m*^{2} nouandã *V* 25 sint *V* imperitorum (ra *mut. in* ri) *S* 28 quid—religio *om. V* similitudo *S* similitudo *M* imperitorum (ra *corr. in* ri) *S*

ritorum frequentat ecclesias, sed nullum argumentum est ideo neminem illis mysteriis factum esse perfectum. et tamen si tam pauci studerent eloquentiae quam pauci sunt eloquentes, numquam nos parentes nostri magistris talibus commendandos putarent. cum igitur ad haec studia nos multitudo inuitauerit, quae inperitorum parte copiosa est, ut id, quod pauci adipisci possunt, adamaremus, cur nobis esse similem in religione nolumus causam, quam cum magno animae discrimine fortasse contemnimus? si enim uerissimus et sincerissimus dei cultus, quamuis sit apud paucos, apud eos tamen est, quibus multitudo quamquam cupiditatibus inuoluta et a puritate intellegentiae remota consentit — quod fieri posse quis dubitet? — quaero, si quis temeritatem uecordiamque nostram arguat, quod non apud eius magistros eam diligenter inuestigamus, cuius inueniendae nobis magna cura inest, quid respondere possimus? deterruit me multitudo? cur ab studio artium liberalium uix huic praesenti uitae aliquid commodi adferentium, cur ab inquirenda pecunia, cur ab honore adipiscendo, cur denique a conparanda et retinenda bona ualetudine, postremo cur ab ipsa beatae uitae adpetitione, cum his omnes occupentur, pauci excellant, nulla deterruit multitudo?

17. At absurda ibi dici uidebantur. quibus adserentibus? nempe inimicis, qualibet causa, qualibet ratione — non enim hoc nunc quaeritur — tamen inimicis. cum legerem, per me ipse cognoui. itane est? nulla inbutus poetica disciplina Terentianum Maurum sine magistro adtingere non auderes, — Asper, Cornutus, Donatus et alii innumerabiles requiruntur, ut quilibet poeta possit intellegi, cuius carmina et theatri plausus uidentur captare — tu in eos libros, qui quoquo modo se habeant, sancti tamen diuinarumque rerum pleni prope to-

5 inuitauerit (*corr. ex* imitauerit) *S* 6 imperitorū m^2 7 adamares *V* 9 contempnimus *V* et] est *Ch* 13 teneritatem *Ch* 19 ualitudine *S M V m b* 20 occupantur *Ch p M V b* occupantur *S* P^2 23 nunc hoc *V* 24 inimicis *S* inimicis (u *corr. in* i) *M* 25 es (*ex* ē *fact.*) *SVm* nulla] inilla *M* 29 captaret. Ut *Ch* q qm m^2 quomodo *Ch V*

tius generis humani confessione diffamantur, sine duce inruis et de his sine praeceptore audes ferre sententiam nec si tibi aliqua occurrunt, quae uideantur absurda. tarditatem tuam et putrefactum tabe huius mundi animum, qualis omnium stultorum est, accusas potius quam eos, qui fortasse a talibus intellegi nequeunt? quaereres aliquem pium simul et doctum. uel qui talis esse multis consentientibus diceretur, cuius et praeceptis melior et doctrina peritior fieres. non facile reperiebatur? cum labore inuestigaretur. deerat in ea terra, quam incolebas? quae causa utilius cogeret peregrinari? in continenti prorsus latebat aut non erat? nauigaretur. si in propinquo trans mare non inueniebatur, progredereris usque ad illas terras, in quibus ea, quae illis libris continentur. gesta esse dicuntur. quid tale fecimus, Honorate? et tamen religionem fortasse sanctissimam — adhuc enim quasi dubitandum sit loquor — cuius opinio totum iam terrarum orbem occupauit, miserrimi pueri pro nostro arbitrio iudicioque damnauimus. quid? si illa, quae nonnullos inperitos in eisdem scripturis uidentur offendere, eo sunt ita posita, ut cum res abhorrentes a sensu qualiumcumque hominum, nedum prudentium atque sanctorum, legerentur, secretam significationem multo studiosius quaereremus? nonne cernis, ut Catamitum bucolicorum, cui pastor durus effluxit, conentur homines interpretari et Alexim puerum, in quem Plato etiam carmen amatorium fecisse dicitur, nescio quid magnum significare, sed inperitorum iudicium fugere adfirment, cum sine ullo

1 inruisse de *M* inruisse de *Ch* irruisset et de *b* 2 si tibi] sibi *Ch* sibi *P* 3 uidebantur *S V* 4 putre factum *S* tabe *M* 9 repperiebatur *S* repperiebatur *M* 12 progrederis *S* progrederes *M* 13 terras quaeam qib' illis m^2 quę ea in quibus *V* 15 religione *Ch* 16 loquor (a *in* o *corr.*) *M* 19 eo ita sint posita *V* 20 aborrentes *S* 22 catamitum *V* catamicũ *b* 23 buccolicorum *p* buccolicorum *P* ef//i//sit *m* effulsis *V* crinentur m^1 24 alexin *S V m* 26 imperitorum (ra *in* ri *corr.*) *S* affirmant (*in mg. signo* r *app.*) *m V* cum *om. V m*

sacrilegio poeta uberrimus uideri possit libidinosas cantiunculas edidisse?

18. Sed reuera reuocabat nos atque prohibebat a quaerendo aut alicuius legis sanctio aut aduersantium potentia aut sacratorum persona uilis aut fama turpis aut institutionis nouitas aut occulta professio? nihil horum est. omnia diuina et humana iura permittunt quaerere catholicam fidem; tenere autem et colere per humanum certe ius licet, si de diuino quamdiu erramus, incertum est: nemo inbecillitatem nostram terret inimicus — quamquam ueritas atque animae salus si diligenter quaesita, ubi tutissime licet, inuenta non fuerit, cum quouis discrimine quaeri debeat — omnium dignitatum et potestatum gradus huic diuino cultui deuotissime inseruiunt; honestissimum est religionis nomen et praeclarissimum. quid inpedit tandem perscrutari atque discutere pia et sedula inuestigatione, utrum hic est illud, quod sincerissime nosse et custodire paucos necesse est, etiamsi omnium in id gentium uoluntas fauorque conspiret?

19. Quae cum ita sint, fac nos, ut dixi, nunc primum quaerere, cuinam religioni animas nostras purgandas instaurandasque tradamus. procul dubio a catholica ecclesia sumendum exordium. plures enim iam christiani sunt, quam si Iudaei simulacrorum cultoribus adiungantur. eorundem autem christianorum, cum sint haereses plures atque omnes se catholicos uelint uideri aliosque praeter se haereticos nominent, una est ecclesia, ut omnes concedunt: si totum orbem consideres, refertior multitudine; ut autem qui nouerunt adfirmant, etiam ueritate sincerior ceteris omnibus. sed de ueritate alia quaestio est. quod autem quaerentibus satis est, una est catholica, cui haereses aliae diuersa nomina

3 reuarę *p* 4 sacrorū S^2 5 personabilis *Ch* farma (o *corr. in* a) *S* nouita *Ch* 7 iura] natura *Ch* 8 si de] sine *SVm* 11 quaesita] quę sit aut *Mb* quęsita aut *SVm* 15 pię *Ch* 16 est] sit *SPpMVmb* 17 faborque *Ch* 18 conspiceret *V* 21 procul] propter *V* a *om. Ch* 25 nominant S^2 nominant *Mb* 27 nouerint *V* 30 est *(post* una) *om. V*

inponunt, cum ipsae singulae propriis uocabulis, quae negare non audeant, appellentur. ex quo intellegi datur, iudicantibus arbitris, quos nulla inpedit gratia, cui sit catholicum nomen, ad quod omnes ambiunt, tribuendum. sed ne id loquacissime aut superfluo quispiam disserendum putet, una est certe, in qua ipsae quodam modo etiam humanae leges christianae sunt. nullum ego hinc praeiudicium fieri uolo, sed exordium quaerendi oportunissimum iudico. non enim metuendum est, ne uerus dei cultus nullo proprio robore innixus ab eis, quos fulcire debeat, fulciendus esse uideatur; sed certe perfectae felicitatis est, si potuerit ibi uerum inueniri, ubi et inquisitio eius et retentio securissima est: si non potuerit, tum demum alia quocumque periculo adeunda atque rimanda sunt.

8 20. His igitur constitutis, quae, ut opinor, ita iusta sunt, ut obtinere apud te istam causam quouis aduersario debeam, edam tibi, ut possum, cuiusmodi uiam usus fuerim, cum eo animo quaererem ueram religionem, quo nunc exposui esse quaerendam. ut enim a uobis trans mare abscessi, iam cunctabundus atque haesitans, quid mihi tenendum, quid dimittendum esset — quae mihi cunctatio in dies maior oboriebatur, ex quo illum hominem, cuius nobis aduentus, ut nosti, ad explicanda omnia, quae nos mouebant, quasi de caelo promittebatur, audiui eumque excepta quadam eloquentia talem quales ceteros esse cognoui — rationem ipse mecum habui magnamque deliberationem iam in Italia constitutus, non utrum manerem in illa secta, in quam me incidisse paenitebat, sed quonam modo uerum inueniendum esset, in cuius amorem suspiria mea nulli melius quam tibi nota sunt. saepe mihi

2 appellantur *V* 4 ne/// id (cui *er. uid.*) *S* 6 ipse *Ch* 7 g *b* 9 innix/os// *M* 10 fulciendos *V* perfecte *Ch* 11 poterit *SMVm* ubi et] ubit *Ch* 12 poterit *Vm* 13 alio quocumque adeandem atque rimanda/// est P^2 pericula *M* atque] et S^2 15 istā *m* (~ *m.* 2 *add.*) aduersari *Ch* 16 eo] sco *V* 18 abcessi *MV* cunctabundis *S* 22 quasi] quae si *Ch* 26 manere *Ch SM* P^1p 27 esse *Ch* esset (*s. l.*)*p* amorem (*m. corr. add.*) *Ch* 28 sunt (*eras.*) *P*

uidebatur non posse inueniri magnique fluctus cogitationum mearum in academicorum suffragium ferebantur. saepe rursus intuens, quantum poteram, mentem humanam tam uiuacem, tam sagacem, tam perspicacem, non putabam latere ueritatem, nisi quod in ea quaerendi modus lateret, eundemque ipsum modum ab aliqua diuina auctoritate esse sumendum. restabat quaerere, quaenam illa esset auctoritas, cum in tantis dissensionibus se quisque illam traditurum polliceretur. occurrebat igitur inexplicabilis silua, cui demum inseri multum pigebat; atque inter haec sine ulla requie cupiditate reperiendi ueri animus agitabatur. dissuebam me tamen magis magisque ab istis, quos iam deserere proposueram. restabat autem aliud nihil in tantis periculis, quam ut diuinam prouidentiam lacrimosis et miserabilibus uocibus, ut opem mihi ferret, deprecarer. atque id sedulo faciebam; et iam fere me commouerant nonnullae disputationes Mediolanensis episcopi, ut non sine spe aliqua de ipso uetere testamento multa quaerere cuperem, quae, ut scis, male nobis commendata execrabamur. decreueramque tamdiu esse catechumenus in ecclesia, cui traditus a parentibus eram, donec aut inuenirem, quod uellem, aut mihi persuaderem non esse quaerendum. oportunissimum ergo me ac ualde docilem tunc inuenire posset, qui posset docere. hoc ergo modo et simili animae tuae cura sit. diu quoque te adfectum uides; et si iam satis tibi iactatus uideris finemque huiusmodi laboribus uis inponere, sequere uiam catholicae disciplinae, quae ab ipso Christo per apostolos ad nos usque manauit et abhinc ad posteros manatura est.

2 hachademicorum *Ch* achademicorum *S M V m* inchademi corum *p* ferbantur (r *in ras.*) *Ch* 7 quaenam] nam quę *Ch* 8 quisquam *V* 9 inexspicabilis *V* 10 haec *om. V* 12 autem *om. V* 14 mirabilib' *M* mihi] nisi *Ch* 17 cupere *Ch* 18 decrerāque (rā *corr. ex* tā) *m* decreberamque *Ch* 19 tamdiu *om. V* cathecuminus *Ch S M P*^{1} *m b* cathecuminos *V* caticuminus *p* 21 opportunissimum *S P M b* 22 mę docilem *V* posset si fuisset qui *P* (si fuisset *m. 2 s. l. scr.*) dicere *V m* 23 cura *m*^{2} sit] si *S M* 24 huiusmundi *Ch* 25 iam ponere *V* 26 ad] a *Ch*

9 21. Ridiculum, inquis, istuc est, cum omnes hanc se profiteantur tenere ac docere. profitentur hoc omnes haeretici, negare non possum, sed ita, ut eis, quos inlectant, rationem se de obscurissimis rebus polliceantur reddituros, eoque catholicam maxime criminantur, quod illis, qui ad eam ueniunt, praecipitur, ut credant, se autem non iugum credendi inponere, sed docendi fontem aperire gloriantur. quid, inquis, dici potuit, quod ad eorum laudem maxime pertineret? non ita est. hoc enim faciunt nullo robore praediti, sed ut aliquam concilient multitudinem nomine rationis: qua promissa naturaliter anima gaudet humana nec uires suas ualetudinemque considerans sanorum escas adpetendo, quae male committuntur nisi ualentibus, inruit in uenena fallentium. nam uera religio, nisi credantur ea, quae quisque postea, si se bene gesserit dignusque fuerit, adsequatur atque percipiat, et omnino sine quodam graui auctoritatis imperio inire recte nullo pacto potest.

22. Sed quaeris fortasse uel de hoc ipso aliquam accipere rationem, qua tibi persuadeatur non prius ratione quam fide te esse docendum. quod facile potest, si modo aequum te praebeas. sed ut commode fiat, uolo quasi respondeas interroganti et primo dicas mihi, quare tibi uideatur non esse credendum. quod ipsa, inquis, credulitas, a qua creduli nominantur, uitium quoddam mihi uidetur esse, alioquin hoc nomen non pro conuicio obiectare soleremus. nam si suspiciosus in uitio est, eo quod non conperta suspicatur, quanto magis credulus, qui hoc a suspicioso differt, quod ille incognitis aliquam, iste nullam tribuit dubiationem. interim accipio hanc opinionem ac distinctionem. sed scis etiam curiosum non nos solere appellare sine conuicio, studiosum uero etiam cum laude. quamobrem adtende, si placet, etiam inter

1 istud *Sp M V m b* 3 possūt *b* 8 maxime *M*^{tam} maxime *m* 11 ualitudinemque *SMm* 13 uera] uere *Ch Mp* uere *PS* religionis *Mpb* ni/si (s *er.*) *S* si *M p b* 15 assequatur (a *ex* i *corr.*) *S* et om. *b* sine (ne *s. l. a m. 2*) *Ch* 16 grauia *Ch* iniri P^2 *S Mp V m b* 18 que *S^2* persuadetur *S^2*

haec duo quid tibi distare uideatur. id certe respondes, quod quamuis uterque agatur magna cupiditate noscendi, curiosus tamen ea requirit, quae nihil ad se adtinent, studiosus autem contra quae ad sese adtinent requirit. sed quia non negamus ad hominem pertinere coniugem ac liberos et eorum salutem, si quispiam peregre positus, quemadmodum ualeant ac sese agant sua coniux ac liberi, omnes aduenientes sedulo percontetur, magna utique ducitur cupiditate noscendi, et tamen hunc studiosum non uocamus, qui et magno opere scire uult et ea, quae ad se maxime pertinent. quare iam intellegis eo uaccillare istam definitionem studiosi, quod omnis quidem studiosus ea nosse uult, quae ad se pertinent, non tamen omnis, qui id agit, studiosus uocandus est, sed is, qui ea, quae ad animum nutriendum liberaliter atque ornandum pertinent, inpensissime requirit: tamen studentem recte appellamus praesertim addentes, quid studeat audire. nam etiam suorum studiosum possumus appellare, si suos tantum diligit, non tamen adiunctione nulla communi nomine studiosorum dignum putamus. audiendi autem cupidum, quemadmodum se sui haberent, non appellarem studiosum audiendi, nisi gaudens bona fama id ipsum saepe uellet audire; studentem uero, etiamsi semel. refer nunc animum ad curiosum et dic mihi, utrum si quis fabellam libenter audiret nihil sibi omnino profuturam, id est rerum ad se non pertinentium, neque id odiose atque crebro, sed rarissime ac modestissime uel in conuiuio uel in aliquo circulo ulloue consessu, uidereturne tibi curiosus? non opinor, sed certe habens illius rei curam, cum libenter audiret, profecto uideretur. quapropter etiam

1 respondeas *S* respondens *Ch* respondebis *p* 3 tamen *om. Ch* que *Ch* studiosis *S* studiosius *M* 4 requiret *V* 7 coniunx *SVb* 8 percunctetur *b* 9 magnopere *SPpMVmb* 11 diffinitionem *SMVm* 13 qui id] quid *Ch* quid *P* 15 inpensissime *S* impendissime *Vm* inpensissimę *M* 18 ad iunctione *V* 21 fama bona *SMVmb* 22 refert *V* 25 otiose *Ch* odiose (c *in* d *mut.*) *P* ac modestissime *om. Ch* 26 conçessu *SP* concessu *M* 28 cum] qum *P*[1] audire *SMVmb*

curiosi definitio ea regula, qua studiosi, emendanda est. uide igitur, utrum et illa superiora emendanda sint. cur enim non et suspiciosi nomine indignus sit, qui aliquando aliquid suspicatur, et creduli, qui aliquando aliquid credit? itaque ut inter studentem alicuius rei et omnino studiosum rursumque inter curam habentem atque curiosum, ita inter credentem et inter credulum plurimum interest.

23 Sed nunc uide, inquies, utrum in religione credere debeamus. neque enim si concedimus aliud esse credere, aliud credulum esse, sequitur, ut nulla culpa sit in religionibus credere. quid? si enim et credere et credulum esse uitiosum est, quemadmodum et ebrium et ebriosum esse? quod qui certum existimat, nullum mihi habere posse amicum uidetur. si enim turpe est aliquid credere, aut turpiter facit, qui amico credit, aut nihil amico credens quomodo amicum uel ipsum uel se appellet, non uideo. hic fortasse dicas: concedo aliquid aliquando esse credendum; nunc expedi, quomodo in religione turpe non sit credere antequam scire. faciam, si potero. quocirca ex te quaero, quid existimes in grauiore culpa esse, religionem tradere indigno, an id quod ab eis, qui illam tradunt, dicitur credere. si, quem dicam indignum, non intellegis, eum dico, qui ficto pectore accedit. concedis, ut arbitror, magis culpandum esse tali homini pandere si qua sunt sancta secreta quam religiosis uiris de ipsa religione aliquid adfirmantibus credere. neque enim te aliud respondere decuerit. quare nunc fac putes eum adesse, qui tibi religionem sit traditurus: quonam modo illi fidem facturus es uero animo te accedere neque quicquam in te, quod ad hanc rem

1 difinito *S* difinitio *M* diffiniti *m* diffiniti *V* ea (a *corr. ex* i) *S* qua] quę *SM* quę *m*^{2} 2 sint emendanda *Vm* emendanda sint (*in mg. m* 2 *adscr.*) *S* non *om. Ch* 3 e^t*p* et non *b* qui—creduli *inf. text. m.* 2 *add. S* 7 et inter credulum *scripsi*: et incredulum *Ch* et credulum *SpPMVmb* 8 nunc] hunc *Ch* uides *Ch* 10 sequetur *Ch* incredere in religionibus *V* in credere rel. *m*^{2} 11 si *s. l. p* 12 qui] si *Vm* 13 existimatur *Vm* 14 turbe *V* 17 credendo *Ch* 19 existimet *Ch* 22 ficto (a *corr. in* i) *S* concedit *Ch* 23 culpamdū *Ch* 24 secreta sancta *SVm* 25 te *om. V*

adtinet, doli atque simulationis esse? dices bona tua conscientia nihil te fingere, quantis poteris id ipsum adserens uerbis, sed tamen uerbis. non enim animi tui latebras, ita ut intime sciaris, homo homini aperire possis. at ille si dixerit: ecce credo tibi; sed nonne est aequius, ut etiam tu credas mihi, cum tu beneficium, si aliquid ueri teneo, sis accepturus, daturus ego? quid respondebimus nisi esse credendum?

24. Sed, inquis, nonne erat melius, rationem mihi redderes, ut ea quocumque me duceret, sine ulla sequerer temeritate? erat fortasse; sed cum res tanta sit, ut deus tibi ratione cognoscendus sit, omnesne putas idoneos esse percipiendis rationibus, quibus ad diuinam intellegentiam mens ducitur humana, an plures, an paucos? paucos, ais, existimo. horumne n numero esse te credis? non est meum, inquis, hoc respondere. illius ergo putas etiam hoc tibi credere: quod quidem facit. tu tantum memento iam eum bis credidisse tibi incerta dicenti, te illi religiose admonenti ne semel quidem uelle credere. uerum fac ita esse uero animo te ad accipiendam religionem accedere et ita paucorum te esse hominum, ut rationes, quibus ad certam cognitionem uis diuina perducitur, capere possis: quid? ceteris hominibus, qui tam sereno ingenio praediti non sunt, negandam religionem putas? an eos pedetentim quibusdam gradibus ad illa summa penetralia esse ducendos? uides plane, quid sit religiosius. neque enim tibi quiuis homo in rei tantae cupiditate ullo modo deserendus

4 intimę *S M* ad *Ch* 5 non est aequus *S* ñ eque uis *m* non est equi us *Pp* ñ equę uis *V* nonnest (n *init. in ras.*) *Ch* 7 ergo *ChP* respondenisi *p*² 8 reddere *V* 10 cum *om. V* ratione tibi *Sm* 11 putes *V* ideneos *V* percipiendis (os *corr. in* is) *S* 13 paucos (*ante* ais) *om. Ch* 14 te esse *V* credęndis *P* tibi respondere *V* 15 credere (de *ex* re) *S* qdē ipsę facit (qdē ipsę *m. 2 add.*) *M* 16 bis] uis *lib.* uix credidisset ibi *b* 17 dicendi *Ch* dicendi *p*² de *Ch* 18 uell& *SMVb* uelles (s *in ras.*) *m* fac ita] facta *M* uero]et uero *SPpMVmb* 19 te *s. l. corr. add. Ch* 21 caperę *M* 22 an eos in penetralia esse ducendos *m* (*in mg. m 2 add.*) *V* pedetemtim *P* pedetemptim *SMp* 24 docendos// *Ch* uites *Ch* uidens *p* 25 cupiditatę *M* ullu *Ch*

aut respuendus uideri potest. sed nonne censes, nisi primo credat se ad id, quod instituit, peruenturum, mentemque subplicem praebeat et quibusdam magnis necessariisque praeceptis obtemperans quadam uitae actione perpurget, non eum esse aliter illa, quae pure uera sunt, adepturum? censes profecto. quid ergo istis, quorum de genere te esse iam credo, qui facillime diuina secreta ratione certa capere possunt, si hac uia ueniant, qua illi qui primitus credunt, numquid tandem oberit? non arbitror. sed tamen, ais, quid eos morari opus est? quia etsi facto sibi nihil nocebunt, nocebunt tamen exemplo ceteris. uix enim est, qui de se tantum sentiat, quantum potest; sed qui minus, excitandus est, qui amplius, reprimendus, ut neque ille desperatione frangatur, neque iste praecipitetur audacia. quod facile fit, si etiam ii, qui ualent uolare, ne cui sint periculoso inuitamento, paulisper cogantur incedere, qua etiam ceteris tutum est. haec est prouidentia uerae religionis, hoc iussum diuinitus, hoc beatis maioribus traditum, hoc ad nos usque seruatum: hoc perturbare uelle atque peruertere, nihil est aliud quam ad ueram religionem sacrilegam uiam quaerere. quod qui faciunt, nec si eis concedatur quod uolunt, possunt quo intendunt peruenire. cuiusmodi enim libet excellant ingenio, nisi deus adsit, humo repunt. tunc autem adest, si societas humana in deum tendentibus curae sit. quo gradu nihil firmius in caelum reperiri potest. ego quidem huic rationi non possum resistere; nam nihil sine cognitione esse credendum qui possum dicere? cum et amicitia, nisi aliquid credatur, quod certa ratione demonstrari non potest, omnino nulla sit, et saepe dispensatoribus seruis sine ulla culpa dominorum credatur. in religione uero quid

1 cesse p^2 cesses *Ch* census *P* 2 credas *Ch* 4 perpurgetur *b* eum] enim *Ch* esse *om. V* 5 ceses p^2 6 te (*s. l. a m. 2*) *p* te esse] de esse *Ch* 7 rationi *Ch* 10 nichil sibi *V* 13 disperatione *S* frangatur] plangatur *Ch* 14 hi *ChPpb* 15 inuitamentum *SMmb* in uita mentum *V* 17 a beatis (a *s. l.*) *P* 20 sagrilegam *Ch* ne *V* 22 assit *P* hŏmo (u *a m. 2*) *PV* 23 societati humanae *Pp ChSMb* 24 reperire *V* 26 cognitione] ratione (*s. l. a m. 2*) *m om. V* esse (*s. l a m. 2*) *S* 27 probari *V*

iniquius fieri potest, quam ut dei antistites nobis non fictum animum pollicentibus credant, nos eis praecipientibus nolimus credere? postremo quae potest esse uia salubrior quam idoneum primo fieri percipiendae ueritati, adhibendo iis fidem, quae ad praecolendum et ad praecurandum animum sunt diuinitus constituta? aut si iam prorsus idoneus sis, circuire potius aliquantum qua tutissimum est ingredi, quam et tibi esse auctorem periculi et ceteris temeritatis exemplum.

11 25. Quare iam superest, ut consideremus, quo pacto hi sequendi non sint, qui se pollicentur ratione ducturos. nam quomodo sine culpa possimus sequi eos, qui credere iubent, iam dictum est; ad hos autem sponsores rationis non modo sine uituperatione, sed etiam cum aliqua laude se uenire nonnulli putant: sed non ita est duae sunt enim personae in religione laudabiles: una eorum, qui iam inuenerunt, quos etiam beatissimos iudicare necesse est; alia eorum, qui studiosissime et rectissime inquirunt. primi ergo sunt iam in ipsa possessione, alteri in uia, qua tamen certissime peruenitur. tria sunt alia hominum genera, profecto inprobanda ac detestanda. unum est opinantium, id est eorum, qui se arbitrantur scire quod nesciunt; alterum eorum, qui sentiunt quidem se nescire, sed non ita quaerunt, ut inuenire possint; tertium eorum, qui neque se scire existimant nec quaerere uolunt. tria sunt item uelut finitima sibimet in animis hominum distinctione dignissima: intellegere, credere, opinari. quae si per se ipsa considerentur, primum semper sine uitio est, secundum aliquando cum uitio, tertium numquam sine uitio. nam intellegere magna et honesta uel etiam

1 inquius *Chp* 2 nolumus *V* 3 uiatia *Ch* 4 p̄cipiendae *Ch* pcip. (*uirg. er.*) *p* ueritatis *b* his *ChpSMmVb* iis (*ex* his *corr.*) *P* 6 iam *om. V* circūire *b* aliquantulum *V* 10 docturos *SMb* 12 os *P* 13 laudeseuenire *Ch* nonnullą *Pp* 14 duę enī p. in rel. sī *b* 16 est *om. V* 17 iam] etiam *SM om. Vmb* alter *Ch* 19 est] et *Ch* 20 eorum] corū *Ch* 21 eorum *om. V* 25 opinari (re *in* ri *corr.*) *S* 26 uitio. et hoc ad eandem beatitudinem referre debemus. in hac enim uita quantumque (q̄ꝛcūcūqꝫ *b*) id sciatur nondum est beatissimum quoniam incomparabiliter longe est amplius quod inde nescitur *SMVmbpP* (*m. 2 del. omnia*)

diuina, beatissimum est; intellegere autem superflua, nihil nocet, sed fortasse discere nocuit, cum tempus necessariorum occuparent. ipsa etiam noxia non intellegere, sed facere aut pati miserum est. non enim si quis intellegat, quomodo possit inimicus sine suo periculo occidi, intellegentia ipsa, a cupiditate reus est; quae si absit, quid innocentius dici potest? credere autem tunc est culpandum, cum uel de deo indignum aliquid creditur uel de homine facile creditur. in ceteris uero rebus si quis quid credit, si se id nescire intellegat, nulla culpa est. credo enim sceleratissimos coniuratos uirtute Ciceronis quondam interfectos; atqui id non solum nescio, sed etiam nullo pacto me scire posse certo scio. opinari autem duas ob res turpissimum est: quod et discere non potest, qui sibi iam se scire persuasit, si modo illud disci potest, et per se ipsa temeritas non bene adfecti animi signum est. nam etiamsi hoc ipsum, quod de Cicerone dixi, scire se quisquam arbitratur, quamquam nihil eum inpediat a discendo, quia res ipsa nulla scientia teneri potest, tamen quod non intellegit multum interesse, utrum aliquid mentis certa ratione uideatur, quod intellegere dicimus, an famae uel litteris credendum posteris utiliter commendetur, profecto errat, neque quisquam error turpitudine caret. quod intellegimus igitur, debemus rationi, quod credimus, auctoritati, quod opinamur, errori. sed intellegens omnis etiam credit, credit omnis et qui opinatur; non omnis qui credit intellegit; nullus qui opinatur intellegit. haec ergo tria si ad illa quinque hominum genera, quae paulo ante commemorauimus, referantur, id est

2 docet S^2 necessariorū (*corr. ex* necessarius) *S* 3 ipse *p* ipsā *Ch* etiam] autem *M* noxiā *Ch* 4 si (*s. l. m.* 1) *p* 5 a] ac non *SPp MVbm* 6 est *om. Ch* 11 ciceronis *M* atque *SMVm* 12 certe *SVm* 13 et discere] ediscere *SVPm* ediscere *M* 14 dici *Chb* 16 cicerone *M* 17 impediant *P* 19 menti *ChpMVm* menti (*s m.* 2 *add.*) *P* 20 uidetur *M* teneatur *b* (*in marg. al* uideatur) fama *Ch* 22 intelligimus *b* (*in marg. al.* scimus) igitur *om. Ch* 23 opinatur *Ch* et qui opinatur errori *V* 24 credit *alt. om. Ch* 25 nullus—intellegit *om. P* (*sed ras. quattuor uoc.*) 26 haec ergo] hergo *p*

duo probanda, quae priora posuimus, et tria reliqua uitiosa: inuenimus primum beatorum genus ipsi ueritati credere, secundum autem studiosorum amatorumque ueritatis auctoritati. in quibus duobus generibus laudabiliter creditur. in primo autem uitiosorum, id est eorum, qui opinantur se scire quod nesciant, est profecto uitiosa credulitas. cetera duo inprobanda genera nihil credunt: et illi qui uerum quaerunt cum desperatione inueniendi, et illi qui omnino non quaerunt. et hoc dumtaxat in rebus ad aliquam pertinentibus disciplinam. nam in alio uitae actu prorsus nescio quo pacto possit homo nihil credere. quamquam in illis etiam qui se in agendo probabilia sequi dicunt, scire potius nihil posse quam nihil credere uolunt uideri. quis enim quod probat non credit? aut quomodo est illud quod sequuntur, si non probatur, probabile? quare duo genera possunt esse aduersantium ueritati: unum eorum, qui scientiam tantum obpugnant, non fidem, alterum eorum, qui utrumque condemnant: qui tamen utrum in rebus humanis inueniri possint, rursus ignoro. haec dicta sunt, ut intellegeremus nos retenta fide illarum etiam rerum, quas nondum conprehendimus, a temeritate opinantium uindicari. nam qui dicunt nihil esse credendum nisi quod scimus, hi unum cauent nomen opinationis, quod fatendum est turpe ac miserrimum; sed si diligenter considerent plurimum interesse, utrum se scire quis putet, an quod nescire se intellegit, credat aliqua auctoritate commotus, profecto errores et inhumanitatis atque superbiae crimen euitabunt.

4 duorum *SPpMVmb* 6 nesciunt *V* 10 uitaacutu *p* pactu *Ch* 11 probauilia *Ch* 12 uoluit *S*^{2} 13 credat *V* 14 sequntur (q *ex* c *fact.*) *S* sequitur *m* secuntur *ChM* quare] quadere (de *m* 2 add.) *P* 15 aduersarium *Ch* ueriri *Ch* 17 contempnant *S*^{2} condempnant *Mm* 18 rursus] prorsus *Ch* 19 quas] quia *Ch* 20 operantium *Ch* 21 hi] id *Ch SpMVmb* 22 opinionis *Sm* 23 si diligenter considere//τ (n *er.* quis *m.* 3 add.) *P* 25 erroris *SPpMVmb* 26 superuiae *Ch* euitabunt *scripsi:* euitauit *Ch* uitauit *SMb* uitabit (b *ex* u *corr.*) *P* inuitauit *p* uitabunt *Vm*

12 26. Quaero enim, si quod nescitur, credendum non est, quomodo seruiant parentibus liberi eosque mutua pietate diligant, quos parentes suos esse non credant. non enim ratione ullo pacto sciri potest, sed interposita matris auctoritate de patre creditur; de ipsa uero matre plerumque nec matri, sed obstetricibus, nutricibus, famulis. nam cui furari filius potest aliusque subponi, nonne potest decepta decipere? credimus tamen et sine ulla dubitatione credimus, quod sciri non posse confitemur. quis enim non uideat pietatem, nisi ita sit, sanctissimum generis humani uinculum, superbissimo scelere uiolari? nam quis uel insanus eum culpandum inputet, qui eis officia debita inpenderit, quos parentes esse crediderit, etiamsi non essent? qui contra non exterminandum iudicauerit, qui ueros fortasse parentes minime dilexerit, dum, ne falsos diligat, metuit? multa possunt adferri, quibus ostendatur nihil omnino humanae societatis incolume remanere, si nihil credere statuerimus, quod non possumus tenere perceptum.

27. Sed nunc accipe, quod iam facilius me tibi persuasurum esse confido. cum de religione, id est cum de colendo atque intellegendo deo agitur, ii minus sequendi sunt, qui nos credere uetant, rationem promptissime pollicentes. nam nemini dubium est omnes homines aut stultos aut sapientes esse. nunc autem sapientes uoco non cordatos et ingeniosos homines, sed eos, quibus inest, quanta inesse homini potest, ipsius hominis deique firmissime percepta cognitio atque huic cognitioni uita moresque congruentes: ceteros autem cuiusque modi artibus inertiisque adfecti sunt, quolibet uictu probandi siue inprobandi, stultorum in numero deputauerim. quae cum ita sint, quis mediocriter intellegens non plane uiderit stultis utilius atque salubrius esse praeceptis obtemperare sapientium

1 credendo *Ch* 3 credănt *M* 8 scire *ChMPpb* 10 supperuissimum *Ch* celere *Ch* scelere *M* 11 putet *SPp.MVmb* 14 dum ne] nedum ne *Ch* falso *Ppb* 15 auferri *Ch* aferri *p* 16 humane *Ch* incolome *SMm* 20 hi *lib. b* 22 aut stultos esse aut sapientes *V* 25 firmissimae *Ch* 26 cuius *V* cuiuscę *Ch* 27 uel inerciis *V* sint *Mm²b* quodlibet *p* uictu—stul *om. Ch* siue inprobandi *om. P*

quam suo iudicio uitam degere? nam omne factum, si recte factum non est, peccatum est; nec recte factum esse ullo modo potest, quod non a recta ratione proficiscitur. porro recta ratio est ipsa uirtus. cui autem hominum uirtus nisi sapientis animo praesto est? solus igitur sapiens non peccat. stultus ergo omnis peccat, nisi in iis factis, in quibus sapienti obtemperauerit; a recta enim ratione talia facta proficiscuntur nec, ut ita dicam, dominus sui facti stultus existimandus est, cum est tamquam instrumentum ministeriumque sapientis. quare si omnibus hominibus non peccare quam peccare melius est, melius profecto stulti omnes uiuerent, si serui possent esse sapientium. atque hoc si in rebus minoribus, ut in mercando uel colendo agro, in uxore ducenda, in suscipiendis educandisque liberis, in ipsa denique re familiari administranda expedire nemo ambigit, multo magis in religione. nam et res humanae promptiores ad dinoscendum sunt quam diuinae et in quibuscumque sanctioribus et praestantioribus, quo maius eis obsequium cultumque debemus, eo sceleratius periculosiusque peccatur. nihil igitur nobis restare admodum uides, quamdiu stulti sumus, si nobis uita optima et religiosa cordi est, nisi ut quaeramus sapientes, quibus obtemperando dominationem stultitiae neque ita multum sentire, dum inest nobis, et euadere aliquando possimus.

13 28. Hic rursus oritur difficillima quaestio. quonam enim modo stulti sapientem inuenire poterimus, cum hoc nomen, tametsi nemo fere audeat palam, plerique tamen ex obliquo sibi uindicant, cum de rebus ipsis, quarum cognitione constat sapientia, ita inter se dissentiant, ut aut nullum eorum, aut

2 *(pr.)* est (sit) *m*² 6 stultus—peccat *om. Ch* is *p* his *ChSMVPbm* 7 obtem perarẹt (i) *V* 9 tamquam *om. SVm* 10 quam peccare *om. Ch* 11 mẹḷịụs profectus *Ch* 19 peccator *Ch* ãmodũ *Ch p* aṃmodum (d) *P*² cõmodũ *M* amodo *b* 21 damnationẽ (dominationem) *V* 22 nobis inest *V* 24 quouam] quodã *Ch* quo *P* qṃ (uonam) *p*² 26 ferre *SVm* 27 uendicant *V* 28 interesse *V* dissentiat (n) *S*² dissentiat *Ch* dissentiunt *Vm* ut] uti *SMp* nulli *Ch*

certe unum necesse sit esse sapientem? sed quinam iste sit, cum ab stulto requiratur, quo pacto queat dinosci plane atque percipi, omnino non uideo. neque enim quibuslibet signis cognoscere aliquid potest nisi illud ipsum, cuius ea signa sunt, nouerit. atqui sapientiam stultus ignorat. non enim ut aurum et argentum ceteraque id genus et cognoscere, cum uideas, et non habere concessum est, ita sapientiam mentis eius oculo qui ea careat, uideri fas est. sensu enim corporis quaecumque adtingimus, forinsecus nobis offeruntur, et ideo licet quoque res alienas oculis cernere, cum earum uel eius generis nos. nihil habeamus. quod autem intellectu capitur, intus apud animum est nec id habere quicquam est aliud quam uidere. caret autem stultus sapientia; non igitur nouit sapientiam non enim oculis eam posset uidere: non autem potest uidere et non habere neque habere ac stultus esse. nescit hanc igitur, et dum nescit, in alio loco cognoscere non potest. non ergo fotest, quamdiu stultus est, quisquam certissima cognitione inuenire sapientem, cui obtemperando tanto stultitiae malo liberetur.

29. Huic igitur tam inmani difficultati, quoniam de religione quaerimus, deus solus mederi potest: quem nisi et esse et humanis mentibus opitulari credimus, nec quaerere quidem ipsam ueram religionem debemus. quid enim tandem tanto molimine inuestigare cupimus? quid optamus adtingere? quo peruenire desideramus? eone quod esse aut ad nos pertinere non credimus? nihil est tali mente peruersius. tune, cum beneficium a me petere non auderes aut certe inpudenter auderes, nisi daturum esse me crederes, inuentionem religionis postulatum uenis, cum deum neque esse neque, si sit, curare nos

2 queụęat *Ch* quęat *M* quịeat *p* quạeat *P*² 3 signis quibuslibet *SMm VPpb* 4 sunt signa *V* 5 nouerint *V* a*τqui (u^{h} *er*) *S* aut quis *M* aut qui *b* 6 aut arg. *V* 7 sapientia *Ch* 12 abere *p*² habere—caret (*m.* 2 *inf. text scr.*) *Ch* 13 care/τ (a *er.*) *S* careat *M* careạt *P*² 14 posse^{t} *p*² pos^{test}ṣ̣ẹṭ (*m.* 2 *corr.*) *P* potest *om.* uidere *Ch* 15 neque habere *om.Ch* ac] aut *Ch* et *S* ñ g^{i} scit hanc *Vm* 18 cuius *V* 22 nec]ne *SMVm* 26 ali^{t} *P* con *Ch* 28 nisi—crederes *om. SMVPpmb*

putes? quid? si tanta res est, quae nisi sedulo atque omnibus uiribus quaesita nequeat reperiri? quid? si ipsa difficillima inuentio ad capiendum ac proferendum, quod inuentum erit, mentem quaerentis exercet? quid enim oculis nostris hac luce iucundius et familiarius? quam tamen perpeti atque tolerare post diuturnas tenebras nequeunt. quid exhausto aegrotatione corpori adcommodatius quam cibus et potio? uidemus tamen conualescentes refrenari atque cohiberi, ne saturitati ualentium committere sese audeant, cibisque ipsis agere, ut ad illum morbum, quo eos repudiabant, reuertantur. de conualescentibus loquor. quid? ipsos aegrotantes nonne urgemus, ut aliquid sumant? in quo profecto nobis cum tanta molestia non obtemperarent, si se illum morbum euasuros esse non crederent. quando ergo tu te operosissimae ac laboriosissimae inquisitioni dabis? quando tantam, quanta ipsa res digna est, curam negotiumque tibi audebis inponere, cum id, quod quaeris, esse non credas? recte igitur catholicae disciplinae maiestate institutum est, ut accedentibus ad religionem fides persuadeatur ante omnia.

14 30. Itaque ille haereticus — siquidem de his nobis sermo est, qui se christianos dici uolunt — quam mihi rationem adferat, quaeso te? quid est, unde me a credendo ueluti a temeritate reuocet? si nihil me credere iubet, hanc ipsam ueram religionem ullam in rebus humanis esse non credo: quam cum esse non credo, non quaero. at ille, ut opinor, quaerenti monstraturus est; ita enim scriptum est: quaerens

26 Matth. 7, 8.

1 quodsi *Ch* nisi]si *V* hominib' *p* 2 q,sita *p* quaesitantae *Ch* cequeat *Ch* neq; at *p* 3 at *p* ac proferendum *om. SPpMm Vb* 4 ac *S* 5 iocundius *SMVmb* 6 exausto *V* exausto *P* 7 uideamus *S* *MVm* uideamus *P* 8 saturari *S* saturari *p* 9 cibusque *Ch* ut ad] ut ad m^2 10 quo] quo P^2 qui *mb* repudiabat *SPpMVmb* 13 morbū euasuros *V* 14 te tu *SVmb* inquisitioni (ne *corr. in* ni) 15 adbis *p* nauis *Ch* tantū *M* tantā (a *corr. ex* ū) P^3 tanta *p* quanta] quantā *Ch* ut *Sm* quam *b om. Mp* ipsā *Ch* cura *Ch* 17 credas] potes *b* 22 me *om. p* 23 iubet] dubitet *SMVmb* 25 quam] qui *m* 26 monstraturum *Ch*

inueniet. ad eum igitur, qui me uetat credere, non uenirem, nisi aliquid crederem. estne ulla maior dementia quam ut ei sola, quae nulla scientia subnixa est, fide displiceam, quae ad eum ipsum me sola perduxit?

31. Quid? quod omnes haeretici Christo nos credere hortantur. possuntne magis sibi aduersari? in quo dupliciter urgendi sunt. primum quaerendum ab his, ubi sit ratio quam pollicebantur, ubi obiurgatio temeritatis, ubi praesumptio scientiae. si enim turpe est sine ratione cuiquam credere, quid expectas, quid satagis, ut alicui sine ratione credam, quo facilius tua ratione duci possim? an firmum aliquid superaedificabit ratio tua fundamento temeritatis? secundum illos loquor, quibus credendo displicemus. nam ego credere ante rationem, cum percipiendae rationi non sis idoneus, et ipsa fide animum excolere excipiendis seminibus ueritatis non solum saluberrimum iudico, sed tale omnino, sine quo aegris animis salus redire non possit. quod illis cum deridendum et plenum temeritatis uidetur, profecto ut Christo credamus, agunt inpudenter. deinde fateor me iam Christo credidisse et in animum induxisse id esse uerum, quod ille dixerit, etiamsi nulla ratione fulciatur . hoc, haeretice, principio me ducturus es? sine paululum mecum ipse considerem — quoniam Christum ipsum, quomodo adparere hominibus uoluit, qui istis etiam uulgaribus oculis uisus esse praedicatur, ego non uidi — quibus de illo crediderim, ut ad te iam tali fide praestructus accedam. nullis me uideo credidisse nisi populorum atque gentium confirmatae opinioni ac famae admodum celeberrimae, hos autem populos ecclesiae catholicae mysteria usquequaque occupasse. cur non

1 inuenirem *S* 2 eis *ChSMmb* ei (s *eras.*) *P* 3 displiciam *Ch* disciplinam *V* 5 omnes] sola omnes *M* christianos *SVChm* 8 iurgatio *V* 9 scientiae] disciplinae *V* sine *Ch* qicquā *Ch* 12 superaedificauit *ChV* fundamentū *ChSVm* fundamento (u *corr. in* o) *M* 14 ipsā fidem *V* 16 salubriter *V* 19 in animum] animum *b* 21 hereticę *Ch* dicturus *m* 22 paulolum *S* paulolum *Ch* quoniam] qui *V* 23 uulgatibus *V* 25 ad] a *V* 26 & atq *S*

igitur apud eos potissimum diligentissime requiram, quid Christus praeceperit, quorum auctoritate commotus Christum aliquid utile praecepisse iam credidi? tune mihi melius expositurus es, quid ille dixerit, quem fuisse aut esse non putarem, si abs te mihi hoc commendaretur esse credendum? hoc ergo credidi, ut dixi, famae celebritate, consensione, uetustate roboratae. uos autem et tam pauci et tam turbulenti et tam noui, nemini dubium est, quin nihil dignum auctoritate praeferatis. quae igitur ista tanta dementia est? illis crede Christo esse credendum et a nobis disce, quid dixerit. cur? obsecro te. nam si illi deficerent nec me quidquam docere possent, multo facilius mihi persuaderem Christo non esse credendum quam de illo quicquam nisi ab iis, per quos ei credidissem, discendum. o ingentem confidentiam uel potius ineptiam! ego te doceo, quid Christus praeceperit, cui credis. quid? si non ei crederem, num aliquid de illo me docere posses? sed oportet, inquit, ut credas. num uobis eum commendantibus? non, inquit; nam nos illos, qui ei credunt, ratione ducimus. cur igitur illi credam? quia fama fundata est. utrum per uos, an per alios? per alios, inquit. illis ergo credam, ut tu me doceas? deberem fortasse, nisi me hoc illi praecipue monerent, ut omnino ad te non accederem; dicunt enim perniciosas uos habere doctrinas. respondebis: mentiuntur. quomodo igitur eis de Christo credam, quem non uiderunt, de te non credam, quem nolunt uidere? scriptis, ait, crede. at scriptura omnis, si noua et inaudita proferatur uel commendetur a paucis nulla confirmante ratione

3 praecipisse *Ch* tunc *Ch* 5 esse credendū *P*³ credendi *M* 6 fama *M* celebritati *Vm* uetustate roboratae *om. Vm* uetusta// (ꝛe *er.*) *P* roborata *ChSMPpb* 7 et tam] etiam *Ch* turbolenti *m* turbulentu *Ch* 8 quin] qui *ChMb* quiⁿ *P* quia *SVm* quae] quā *Ch* 9 crede] credere *S*²*Vm* credo *Pp* xpm̄ *Ch* 10 uobis *Vm* discę *M* discere *S*²*Vm* 11 illi (i *corr. ex* e) *S om. M* deficerint *Ch* 12 credendo *Ch* 13 cuiquam *ChSMpm* cuiquā *P* credidi esse *Ch* credis se *p* 16 docerem *Ch* 17 commendauit *Ch* inquid *Ch* 19 per alios (*alter.*) *om. Ch* 20 illos *m*² illos *V* 21 ut] et *Ch* 22 enim *om. V* 23 eis de] ei se *Ch* 24 quem] quam *Ch* 26 confirmanter *Ch*

non ei, sed illis, qui eam proferunt, creditur. quamobrem scripturas istas si uos profertis, tam pauci et incogniti, non libet credere. simul etiam contra promissum facitis fidem potius imperando quam reddendo rationem. rursus me ad multitudinem famamque reuocabis. cohibe tandem pertinaciam et nescio quam indomitam propagandi nominis libidinem et mone potius, ut huius multitudinis primates quaeram et quaeram diligentissime ac laboriosissime, ut ab his potius de his litteris aliquid discam, qui si non essent, discendum omnino esse nescirem. tu uero in latebras tuas redi nec quicquam insidiare sub nomine ueritatis, quam conaris eis adimere, quibus auctoritatem ipse concedis.

32. Si autem Christo etiam credendum negant, nisi indubitata ratio reddita fuerit, christiani non sunt. nam id aduersus nos pagani quidam dicunt, stulte quidem, sed non sibi aduersi nec repugnantes. hos uero quis ferat ad Christum se pertinere profiteri, qui nisi apertissimam rationem stultis de deo protulerint, nihil credendum esse contendunt? at ipsum uidemus, quantum illa, cui et ipsi cedunt, docet historia nihil prius neque fortius quam credi sibi uoluisse: cum illi nondum essent idonei, cum quibus ei res esset, ad diuina percipienda secreta. quid enim aliud agunt tanta et tam multa miracula, ipso etiam dicente illa fieri non ob aliud, nisi ut sibi crederetur? fide ille stultos ducebat, uos ratione ducitis; clamabat ille, ut crederetur, uos reclamatis; laudabat credentes ille, uos obiurgatis. nisi uero aut in uinum aquam conuerteret, ut alia omittam, si nihil tale facientem sed docentem homines

26 cf. Ioh. 2, 7—9

1 pferant m^2 proferant *V* 2 istas scripturas *Vm* 5 coibe *p* cohibet *M* 6 nominis] hominis *Ch* 7 mone] modone *Ch* 9 aliquid] ita quid *Ch* 10 nescir& *S* quiquã *M* 14 uersus *V* 15 paganis *Ch* 16 aduersis *Ch* 18 at] ad *Ch* ad *P* 19 cędunt *M* 20 primum *V* 21 ei] eis *SVm* 22 aliud *om. V* et tam *om. Ch* 23 crederent *V* 24 stultus ducebatur *Ch* 25 reclamabatis *Ch* 26 obrugatio *Ch* aqua (~eras.) *P* 27 homittam *Ch* obmittam *V* seducentem *Ch*

sequi possent, aut nihil pendenda uox illa est: credite deo, et mihi credite, aut temeritatis ille culpandus est, qui eum domum suam uenire noluit, solo eius imperio pueri sui morbum credens esse cessurum. ergo ille adferens medicinam, quae corruptissimos mores sanatura esset, miraculis conciliauit auctoritatem, auctoritate meruit fidem, fide contraxit multitudinem, multitudine obtinuit uetustatem, uetustate roborauit religionem: quam non solum haereticorum ineptissima nouitas fraudibus agens, sed nec gentium quidem ueternosus error uiolenter adnersans aliqua ex parte conuelleret.

33. Quamobrem tametsi docere non ualeo, monere tamen non desino, ut quoniam multi se sapientes uideri uolunt neque utrum sint, stultis dinoscere facile est, omni intentione uotisque omnibus, gemitibus denique uel etiam, si fieri potest, fletibus deum deprecare, ut te ab erroris malo liberet, si tibi beata uita cordi est. quod facilius fiet, si praeceptis eius, quae tanta ecclesiae catholicae auctoritate firmata esse uoluit, libens obtemperes. cum enim sapiens sit deo ita mente coniunctus, ut nihil interponatur, quod separet — deus enim est ueritas nec ullo pacto sapiens quisquam est, si non ueritatem mente contingat —: negare non possumus inter stultitiam hominis et sincerissimam dei ueritatem medium quiddam interpositam esse hominis sapientiam. sapiens enim, quantum datum est, imitatur deum; homini autem stulto ad imitandum salubriter nihil est homine sapiente propinquius: quem quoniam, ut dictum est, intellegere ratione non facile est, oportebat quaedam miracula ipsis oculis admoueri, quibus utuntur stulti multo quam

1 Ioh. 14, 1 3 cf. Matth. 8, 8

1 nihili *b* deo *m*² ī dō *V* 3 in domū *b* 5 sanatura] sancto ătura (c *m.* 2 *add.*) *Ch* auctoritatem *om. Ch* 6 auctoritate (*m. 3 s. l.*) *P* auctoritatē meruit: fidem sqq. *b* 7 religionē statuēs *b* 13 stulti sunt *V* stulti *SMVmb* 15 deprecare (a *in ras.*) *Ch* depraeceris *V* deprecarę *P* erroris (e *corr. in* i) *SM* 16 quo *SM* 18 enim] autem *V* 21 inter stultitiam] interstiustitia *Ch* 22 ueritate *Ch* 23 sapientia *Ch* 25 sapientem *Ch* sapienti *b* propinquus *V* 26 rationē *b* 27 amoueri *b* multoquam (lt *sup. exp.* nd) *S* multusquam *V*

mente commodius, ut commotorum auctoritate hominum prius uita moresque purgarentur et ita rationi accipiendae habiles fierent. cum igitur et homo esset imitandus et non in homine spes ponenda, quid potuit indulgentius et liberalius diuinitus fieri, quam ut ipsa dei sincera, aeterna, incommutabilisque sapientia, cui nos haerere oportet, suscipere hominem dignaretur? qui non modo illa faceret, quibus ad sequendum deum inuitaremur, sed etiam illa pateretur, quibus a sequendo deo deterrebamur. nam cum adipisci certissimum ac summum bonum nemo possit, nisi id plene perfecteque dilexerit — quod nullo pacto fiet, quamdiu mala corporis atque fortuita formidantur — ille nascendo mirabiliter et operando conciliauit caritatem, moriendo autem et resurgendo exclusit timorem. iam uero talem se in ceteris rebus omnibus praebuit, quas persequi longum est, ut et diuina clementia, quo porrigi, et humana infirmitas, quo possit euehi, sentiremus.

16 34. Haec est, crede, saluberrima auctoritas haec prius mentis nostrae a terrena inhabitatione suspensio, haec in uerum deum ab huius mundi amore conuersio. sola est auctoritas, quae commouet stultos, ut ad sapientiam festinent. quamdiu intellegere sincera non possumus, auctoritate quidem decipi miserum est; sed certe miserius non moueri. si enim dei prouidentia non praesidet rebus humanis, nihil est de religione satagendum. sin uero et species rerum omnium, quam profecto ex aliquo uerissimae pulchritudinis fonte manare credendum est, et interior nescio qua conscientia deum quaerendum deoque seruiendum meliores quosque animos quasi publice priuatimque cohortatur: non est desperandum ab eodem ipso

1 commodius (s *s. l. a m. 3*) *P* commotorum] com mutorum *Ch* (l *m. 2 add.*) 8 inuitarentur *V* 9 adipisci] ad ipsis *Ch* 10 id] uel id *V* plæne *S* 12 illa *b* 14 iam] ille *SVm* 17 crede mihi (mihi *s. l. add. m. 2*) *m* 18 meritis *b* a terrena] aeterna *V* 19 deum uerum *SPpMVmb* 20 festinent *b* (*in marg. al.* festinetur) : festinetur *SM VChPm* festinentur *p* 23 regione *V* 24 si *V* et] est *Ch* omnium rerum *V* 25 uerissime *Sm* 26 quæ P^3 28 hortatur *SPpMVbm*

deo auctoritatem aliquam constitutam, quo uelut gradu certo innitentes adtollamur in deum. haec autem seposita ratione, quam sinceram intellegere, ut saepe diximus, difficillimum stultis est, dupliciter nos mouet: partim miraculis, partim sequentium multitudine. nihil horum est necessarium sapienti, quis negat? sed id nunc agitur, ut sapientes esse possimus, id est inhaerere ueritati: quod profecto sordidus animus non potest. sunt autem sordes animi, ut breui explicem, amor quarumlibet rerum praeter animum et deum; a quibus sordibus quanto est quisque purgatior, tanto uerum facilius intuetur. uerum igitur uidere uelle, ut animum purges, cum ideo purgetur, ut uideas, peruersum certe atque praeposterum est. homini ergo non ualenti uerum intueri, ut ad id fiat idoneus purgarique se sinat, auctoritas praesto est: quam, ut paulo ante dixi, partim miraculis, partim multitudine ualere nemo ambigit. miraculum uoco quicquid arduum aut insolitum supra spem uel facultatem mirantis adparet. in quo genere nihil est populis aptius et omnino stultis hominibus quam id, quod sensibus admouetur. sed rursus haec in duo diuiduntur: quaedam enim sunt, quae solam faciunt admirationem, quaedam uero magnam etiam gratiam beneuolentiamque conciliant. nam si quis uolantem hominem cernat, cum ea res nihil spectatori adferat commodi praeter ipsum spectaculum, miratur tantummodo. si quis autem graui et desperato morbo adfectus mox, ut iussum fuerit, conualescat, admirationem sanitatis suae sanantis etiam caritate superabit. talia facta sunt illo tempore, quo deus in uero homine, quantum sat erat, hominibus adparebat: sanati languidi, mundati leprosi; incessus claudis,

1 auctoritate *Ch* certu *Ch* 3 sincera *Ch* 5 est]esse *SpVmb* 6 sed id] se sid *Ch* 7 animus (*s. l. m.* 2) *Ch* 8 animi sordes *V* sordida an. *b* 9 qualumlibet *S* (*m. 2 corr. uid.*) 10 quisque] quis *PMVmbS* (*s. l.*) *p* (*in mg. m.* 2) uero *Ch* 17 generū *Ch* in quo nihil est genere *V* 20 sunt *om. Ch* 21 beniuolentiāq; *b* 22 uolantem] uoluntē (ta *m. 2 add.*) *Ch* 23 conferat *M* 25 ammirationem S^1M 26 talia] alia *SM* 27 quantum (*m.* 2 *s. l.*) *Ch* 28 languidi (*s. l. m.* 2) *Ch* incestos *Ch*

caecis uisus, surdis auditus est redditus. homines illius temporis aquam in uinum conuersam, saturata quinque milia quinque panibus, transita pedibus maria, mortuos resurgentes uiderunt: ita quaedam corpori manifestiore beneficio, quaedam uero menti occultiore signo, et omnia hominibus maiestatis testimonio consulebant: sic in se tunc animas errantes mortalium diuina commouebat auctoritas. cur, inquis, ista modo non fiunt? quia non mouerent, nisi mira essent; at si solita essent, mira non essent. nam diei et noctis uices et constantissimum ordinem rerum caelestium, annorum quadrifariam conuersionem, decidentes redeuntesque frondes arboribus, infinitam uim seminum, pulchritudinem lucis, colorum, sonorum, odorum saporumque uarietates da qui primum uideat atque sentiat, cum quo tamen loqui possimus, hebescit obruiturque miraculis; nos uero haec omnia non cognoscendi facilitate — quid enim causis horum obscurius? — sed certe sentiendi adsiduitate contemnimus. facta sunt igitur illa oportunissime, ut his multitudine credentium congregata atque propagata in ipsos mores utilis conuerteretur auctoritas.

17 35. Mores autem quilibet tantum ualent ad obtinendas hominum mentes, ut etiam quae in his praua sunt, quod fere superantibus libidinibus euenit, inprobare citius et detestari quam deserere aut mutare possimus. parumne consultum rebus humanis arbitraris, quod nihil terrenum, nihil igneum, nihil denique, quod corporis sensus adtingit, pro deo colendum esse, ad quem solo intellectu ambiendum est, non pauci doctissimi disputant, sed inperitum etiam uulgus marium feminarumque in tam multis diuersisque generibus et credit et praedicat?

1 uisos *Ch* sordis *Ch* 3 resurgentes] et resurgentes *Ch* 4 uiderent *Ch* beneficio quaedam corpori quaedam uero mente *Ch*^{2} 5 omniꝫ *S* hominibus] omnibus *Vm* 6 consulebat *S* 9 dię *Ch* 11 decedẽtes *b* 14 hebescet *Ch* hbescit *P* ebescit *p* 17 opportunissime *PpSMVb* 21 quod] quos *Ch* 22 uenit *Ch* ęuenit *M* 24 igne *Ch* 26 quem] quã *SMb* quę̃ *m*^{2} intellectum *Ch* ambigendum *S M m* esse non pauca *V* doctissimũ *Ch*

quod continentia usque ad tenuissimum uictum panis et aquae et non cotidiana solum, sed etiam per contextos plures dies perpetuata ieiunia, quod castitas usque ad coniugii prolisque contemptum, quod patientia usque ad cruces flammasque neglectas, quod liberalitas usque ad patrimonia distributa pauperibus. quod denique totius huius mundi aspernatio usque ad desiderium mortis intenditur? pauci haec faciunt, pauciores bene prudenterque faciunt, sed populi probant, populi laudant, populi fauent, diligunt postremum populi: populi suam inbecillitatem, quod ipsa non possunt, non sine prouectu mentis in deum nec sine quibusdam scintillis uirtutis accusant. hoc factum est diuina prouidentia per prophetarum uaticinia, per humanitatem doctrinamque Christi, per apostolorum itinera, per martyrum contumelias, cruces, sanguinem, mortes, per sanctorum praedicabilem uitam atque in his uniuersis digna rebus tantis atque uirtutibus pro temporum oportunitate miracula. cum igitur tantum auxilium dei, tantum profectum fructumque uideamus, dubitabimus nos eius ecclesiae condere gremio, quae usque ad confessionem generis humani ab apostolica sede per successiones episcoporum frustra haereticis circumlatrantibus et partim plebis ipsius iudicio, partim conciliorum grauitate, partim etiam miraculorum maiestate damnatis columen auctoritatis obtinuit? cui nolle primas dare uel summae profecto inpietatis est uel praecipitis adrogantiae. nam si nulla certa ad sapientiam salutemque animis uia est, nisi cum eos rationi praecolit fides, quid est aliud ingratum

1 continentius quae *Ch* 2 cottidiana *Ch* 4 contemptum] cõtentũ *b* 8 prudenteq' *m*² laudant] audiant *M* audiant *S*²*P* audiunt (i *in ras.*) *p Vmb* 9 fabent *Ch* postremo *Mmb* populi (*in. fin.*)*om. Sm* 10 ipsa *Ch* (p. *m* 2. *ex* b *(?) corr.*) ista *PpMVmb* isti *S* non (*a.* sine) *Ch* : nec *PpSMVmb* profectu *V* 12 per *om. V* 14 contumelias martyrum *V* 16 opportunitate *Pp Vb* 18 fructumquae *Ch* dubitauim' *b* concedere *V* 22 maiestate (⁀*er.*) *P* damnantes *Ch* damnantis *SMb* dampnantis *m*² dãnantif (τ *paene er.*) *p* damnantif *P* 23 columen] culmen çolumen *M*² culmen *V m p* primicias dare *Vb* 24 summe *Ch* 25 salutemquae *Ch*

esse opi atque auxilio diuino, quam tanto robore praeditae auctoritati uelle resistere? et si unaquaeque disciplina, quamquam uilis et facilis, ut percipi possit, doctorem aut magistrum requirit, quid temerariae superbiae plenius, quam diuinorum sacramentorum libros et ab interpretibus suis nolle cognoscere et incognitos audere damnare?

18 36. Quamobrem si quid te uel ratio, uel oratio nostra commouit et si ueram, ut credo, curam tui geris, uelim me audias et bonis praeceptoribus catholicae christianitatis te pia fide, alacri spe, simplici caritate committas deumque ipsum, cuius unius et bonitate facti sumus et iustitia poenas luimus et clementia liberamur, orare non cesses. ita tibi neque praecepta et disputationes doctissimorum hominum et uere christianorum neque libri neque serenae ipsae cogitationes defuerint, quibus facile quod quaeris inuenias. nam istos uerbosos et miseros — quid enim aliud mitius dixerim? — penitus desere: qui dum nimis quaerunt, unde sit malum, nihil reperiunt nisi malum. in qua quaestione saepe auditores erigunt ad quaerendum, sed ea docent excitatos, ut uel dormire semper satius sit quam illo modo euigilare. de lethargicis enim phreneticos faciunt: inter quos morbos, cum sit uterque plerumque mortiferus, hoc tamen interest, quod lethargici sine aliena uexatione moriuntur, phreneticus autem multis sanis et eis potissimum, qui uolunt subuenire, metuendus est. nam neque deus mali auctor est nec umquam eum quicquam fecisse paenituit nec ullius commotionis animi tempestate turbatur nec terrae particula regnum eius est, nulla flagitia uel scelera probat aut imperat, numquam mentitur. haec enim atque huiusmodi nos mouebant, cum ea magnis inuectionibus quaterent et hanc esse

1 robore] labore *SPpMVmb* prędictę *m* 5 litros *Ch* suis] uis *Ch* 6 audere] uelle *SPpMVmb* 7 te *om. V* uel ratio *om. Ch* uel oratio] *om. Pp (in mg. m. 2 add.)* 8 commouet *V* tu *V* geris] generis *Ch* 10 committis *Ch* 12 tibi] ibi *Ch* 14 ipse *Ch* 16 alius (d *a m. 1*) *P* deserere *Vm* 18 quaestiones *Ch* 20 lęthargicis *M* freneticos *lib.* 21 uterque *om. Vm* (*m. 2 add.*) 23 sanis] satis *SVmb* 25 penituit *Ch* 29 magis *SMPpb*

ueteris testamenti disciplinam insimularent: quod omnino falsissimum est. itaque illos recte reprehendere ista concedo. quid ergo didici? quid putas, nisi cum ista reprehenduntur, disciplinam catholicam non reprehendi? ita quod apud eos uerum didiceram, teneo, quod falsum putaueram, respuo. sed et alia multa me docuit ecclesia catholica, quo illi homines exangues corporibus, sed crassi mentibus aspirare non possunt: deum non esse corporeum, nullam eius partem corporeis oculis posse sentiri, nihil de substantia eius atque natura ullo modo esse uiolabile aut commutabile aut compositicium aut fictum; quae si mihi concedis — non enim aliter de deo sentiendum est —, omnia illorum machinamenta subuersa sunt. illud uero quomodo sit, ut nec deus malum genuerit aut fecerit nec ulla sit fueritue umquam natura atque substantia, quam non deus aut genuerit aut fecerit, et tamen a malo nos liberet tam necessariis rationibus adprobatur, ut dubitari omnino non possit, praesertim tibi atque talibus, si tamen bono ingenio pietas et pax quaedam mentis accedat, sine qua de tantis rebus nihil prorsus intellegi potest. et non hic fama de fumo est et nescio qua fabella Persica, cui satis est aurem adcommodare et animum non subtilem, sed plane puerilem. longe omnino, longe se aliter, non ut Manichaei desipiunt, ueritas habet. sed quoniam sermo iste noster multum processit longius quam putabam, hic finem libro faciamus: in quo memineris uolo nondum me Manichaeos coepisse refellere et illas nugas nondum inuasisse neque de ipsa catholica magnum aliquid aperuisse, sed uoluisse tantummodo eruere tibi, si possem, falsam opi-

1 falsū *b* 2 illo *V* 6 quo] quod *M* 7 adspirare (d *paene er.*) *P* 8 deum] deum scilicet (*scil. m.* 3 *s. l.*) *P* 9 nullo *V* 10 uiolauile *Ch* aut commutabile *om. Ch p* compositititium *Ch* composicium *p S M* compositịum (i *exp. m. 1*) *P* compositū factū *b* (*in marg. al.* compositiciū aut fictū) 11 sentiundum *P* 14 aut fuerit *V* 15 non genuerit *S* 16 rationibus *om. V* approbatur argumentif *m*² 17 presertim *Ch* 18 accedas *Ch* 19 hic non *SMm* 20 aureū *Ch* 22 aliter quā ut (quā ut *in ras.*) *p* manicheis *Ch* 23 iste sermo *Spb* 25 manicheos *Ch*

nionem de ueris christianis malitiose aut inperite nobis insinuatam et erigere ad magna quaedam et diuina discenda. quare hoc uolumen ita sese habeat; placatiore autem animo tuo facto ero fortasse in ceteris promptior amen.

1 aut *om.* *V* 2 erigere] et egere *p* magna// (m *er.*) *P* 4 amen *om.* *SPpMVm* EXPLICIT LIBER DE VTILITATE CREDENDI *Ch fol. 95.* EXPLICIT LIBER BEATI AVGVSTINI DE VTILITATE CREDENDI *p.* 76 *S* EXPLICIT DE VTILITATE CREDENDI fol. 30 *P* 51 *p*

II.

S. Aureli Augustini

de duabus animabus.

M = Mediolanensis M 67 saec. X.
B = Bononiensis 52 saeculi X.
A = Arnulphensis, nunc Metensis 141 saec. XI.
S = Sorbonnicus 250 nunc Paris. 15302 saec. XIII.
b = editio princ. Basileae 1506 apud Io. Amerbachium.

II.

DE DUABUS ANIMABUS.

1. Opitulante dei misericordia disruptis et derelictis Manichaeorum laqueis tandem catholicae gremio restitutum libet considerare nunc saltem ac deplorare illam miseriam meam. multa enim erant, quae facere debui, ne tam facile ac diebus paucis religionis uerissimae semina mihi a pueritia salubriter insita errore uel fraude falsorum fallaciumue hominum effossa ex animo pellerentur. nam primo animarum illa duo genera, quibus ita singulas naturas propriasque tribuerunt, ut alterum de ipsa dei esse substantia, alterius uero deum ne conditorem quidem uelint accipi. si mecum sobrie diligenterque considerassem mente in deum subplici et pia, fortasse mihi satagenti adparuisset nullam esse qualemlibet uitam, quae non eo ipso, quo uita est et in quantum omnino uita est, ad summum uitae fontem principiumque pertineat: quod nihil aliud quam summum et solum et uerum deum possumus confiteri, quapropter illas animas, quae a Manichaeis uocantur malae, aut carere uita et animas non esse neque quicquam uelle seu nolle, adpetere uel fugere, aut si uiuerent, ut et animae esse possent et aliquid tale agere, quale illi opinarentur nullo modo eas nisi uita uiuere; ac si Christum dixisse constaret, ut constat: ego sum uita, nihil esse causae, cur non omnes

23 Ioh. 14, 6

2 INCIPIT AVRELH AVGVSTINI DE DVOBVS ANIMIS fol. 176 *M* INCIPIT LIBER AVRELII AVGVSTINI DE DVABVS ANIMABVS fol. 1 *B* Incipit lib aurelii augustini de duabus animab' contra manicheos fol 165 *S* inscr *om. A* 4 catholicę ecclie *B* gręmio *M* restitum tu *B* 5 ac]. et *A* meam miseriam *Sb* 6 facerem *S* debui *om. SB* (*s. l.*) a c *M* 7 puericia *A* 8 fallatiumue *B* effosa s *B* 10 i t τa *A* propriasquę *M* tribuerent *M* distribuerent *A* 11 esse i *B*² 12 sobriae *B* sobrię *A* 17 solum uerumque *Sb* 18 animas illas *B* 21 possint *B* 22 ac] et *A* aut *S* 23 ut] ut et *B* quur (*sic ubique*) *B*

animas, cum animae nisi uiuendo esse non possint, per Christum, id est per uitam creatas et conditas fateremur.

2. Quod si tempore illo quaestionem de ipsa uita et de participatione uitae mea cogitatio ferre ac sustinere non posset — quae profecto magna est et multum serenae disputationis inter doctissimos indigens — illud dispicere fortasse ualuissem, quod omni homini sese sine studio partium bene consideranti manifestissime adparet omne, quod scire et nosse dicimur aut sensu corporis aut intellegentia nos habere conprehensum. sensus autem corporis etiam uulgo quinque numerari: uisum, auditum, odoratum, gustatum atque tactum: quibus omnibus intellegentiam longe alteque praestare et excellere, quis mihi non uel ingratus inpiusque concederet? quo constituto atque firmato illud consequi, ut cuncta, quae tactu et uisu uel quolibet alio modo corporaliter sentirentur, tanto essent inferiora his, quae intellegendo adsequeremur, quanto ipsos sensus intellegentiae cedere uideremus. quamobrem cum omnis uita et ob hoc omnis anima nullo corporis sensu, sed solo intellectu percipi queat, sol autem iste atque luna omnisque lux, quae mortalibus his oculis cernitur, ab ipsis quoque Manichaeis uero et bono deo tribuenda esse dicatur: summam esse dementiam id praedicare pertinere ad deum, quod per corpus intuemur, quod uero non solum animo, sed ipsa sublimitate animi, mente scilicet atque intellegentia caperemus, id est uitam, qualiscumque illa diceretur, tamen uitam eodem deo auctore priuandam et uiduandam putare, num enim quid sit uiuere quamque secretum ab omni corporis sensu quamque

1 possunt *A* possent *S* 3 quo *A* uita *om. BS* 4 sustinere] consentire *b* (*in marg. al.* sustinere) possit *B* 5 serene *B* 6 inspicere *BASb* 8 appareret *M* quo *B* discere *B* discere *S* scire *b* (*in marg. al.* discere) sere (de *er.*) *A* 10 numerari uisum auditum odoratum gustatum atque tactum *B* quinque modis nominari dicitur *S* 11 gustum *Ab* 12 excellere *A* michi *A* 15 tunc M^2 16 his] atque his *b* autsequeremur M^2 ipsius *B* 18 nulla B^2 19 queat *A* 21 uero (*s. l.*) *M* tribuendo *B* summa esset dementia *b* 23 quod uero] quodque *b* 25 illa *om. A* 26 num] non *BAS*

omnino incorporeum, si me ipsum inuocato deo interrogarem, respondere non possim? aut non illi quoque fateantur non solum uiuere illas, quas detestantur animas, sed etiam inmortaliter uiuere? quodque a Christo dictum est: dimitte mortuos sepelire mortuos suos, non de omnino non uiuentibus, sed de peccantibus dictum, quae inmortalis animae sola mors est scribente Paulo: mortua est uidua, quae in deliciis uiuit; simul enim et mortuam esse dixit et uiuere. quare non ego quanto decoloratius uiuat peccatrix anima, sed illud ipsum tantum, quod uiuit adtenderem. quod si percipere nisi intellegendo non possem, credo, ueniret in mentem tanto esse quamlibet animam luci, quam per hos sentimus oculos, praeferendam, quanto intellegentiam ipsis oculis praeferremus.

Lucem autem illam illi quoque a patre Christi esse confirmant: egone tandem, quod ab eo esset quaecumque anima, dubitarem? ego uero non modo de anima, sed de quouis etiam corpore, quin ab ipso esset, nihil omnino ne tum quidem homo scilicet illius inperitiae atque illius aetatis ambigerem, si forma quid esset quidue formatum, quid species et quid indutum specie, deinde quid horum cui causa esset, pie cauteque cogitarem.

3. Sed de corpore interim taceo; de anima conqueror, de spontaneo et uiuido motu, de actu, de uita, de inmortalitate, denique conqueror, quod aliquam rem ista omnia sine dei bonitate habere posse miserrimus credidi, quod quanta essent, neglegenter adtendi: hoc mihi gemendum ac deflendum puto. uoluerem mecum haec, loquerer mecum, deferrem ad illos;

4 Matth. 8, 22. 7 I Tim. 5, 6.

1 meipsum *A* interrogarem respondere *B* 2 possem *M* 4 quodque *M* dimittite *M* dimittęę *B* 5 non oīno non de *b* 6 dictum ⁊ *B*² 7 scribente *B*² 8 diliciis *B* 9 doloclaratius *B* 10 uiuat *BASb* 11 possim *B* mente *B* 12 esset *M* 13 preferemus (re *corr. ex* ri) *A* pferęmus *B* pferimus *S* 15 esse *M*² 16 modo (*s. l.*) *M* 17 cū quidē *b* 18 impericię *MA* inperitiae atque *om. b* 19 ue] uero *BAS* speties *A* 20 speties *A* specię *M* speciae *B* cui *B*² pię *M* 24 denique conqueror—rem (*infra in marg.*) *M* 26 ac] hoc *b* 27 alios *Sb*

quae uis esset intellegendi, quam nihil esset in homine, quod huic excellentiae possemus conferre, proponerem. ubi mihi hoc homines, si modo essent homines, concessissent, quaererem, utrum his oculis uidere id est intellegere; ubi negauissent, colligerem primo longe esse sensui oculorum istorum intellegentiam mentis anteponendam; deinde subiungerem, id quod re meliore perciperemus, necessario melius iudicandum. quis hoc non daret? ergo pergerem quaerere animam illam, quam malam dicerent, oculisne sentiretur istis, an mente intellegeretur. mente faterentur. quibus omnibus inter nos conuenientibus atque firmatis, quid conficeretur ostenderem, animam illam scilicet, quam execrarentur, luce ista, quam uenerarentur, esse meliorem, quandoquidem illa intellectu mentis, haec sensu corporis innotescit. hic uero haererent fortasse ducemque rationem sequi recusarent: tanta est uis ueternosarum opinionum et diu defensae atque creditae falsitatis. sed ego instarem magis haerentibus, non aspere, non pueriliter, non peruicaciter; repeterem quae concessa sunt, et quam essent concedenda, monstrarem. hortarer ut in commune consulerent; uiderent certe, quid nobis negandum esset: utrum intellectum istis carneis luminibus praeferendum, an excellentius esse, quod animi excellentia quam quod debili sensu corporis cognoscitur, falsum putarent; an illas animas, quas alienigenas crederent, tantum intellegendo, id est ipsa animi excellentia sciri posse nollent fateri; an solem ac lunam non nisi istis oculis notos fieri uellent abnuere. quod si nihil horum nisi absurdissime atque inpudentissime negari posse animum aduerterent, sua-

2 possęmus *A* possimus *MB* 3 hoc *om. A* mo *M* quererem *M* 4 hoc *Sb* uiderent—intelligerent *Sb* uiderē—intellegerē M^2 uiderē—intellegerē *B* 6 antepponendam *A* anteponerē *S* 8 daret] diceret *b* ego *S* querere *M* anima illa *Sb* 9 malum *M* 10 fateremur *A* oīb' *b* (*in mg. al.* noībus) 11 confirmatis *b* confiterenť *b* 12 scilicet illam *S* 14 hererent *M* 15 opiniorum *M* 17 non aspere (*s. l.*) *M* 18 quam] q̄ *b* 19 uiderent *om. MASB* (*s. l.*) 21 exellentius *A* 22 exellentia *A* uili *MASb* bili *B* 23 alienigṇas *M* 24 exellentia *A* 25 non *om. A* 26 absurdissimę *M* 27 inpudentissimę *M* animaduerterent A^2Sb

derem non eos oportere dubitare istam lucem, quam colendam praedicarent, esse anima illa uiliorem, quam fugiendam monerent.

4. Atque hic si forte turbati a me quaererent, num etiam muscae animam huic luci praestare censerem, responderem: etiam. nec me terreret musca quod parua est, sed quod uiua firmaret. quaeritur enim, quid illa membra tam exigua uegetet, quid huc atque illuc pro naturali adpetitu tantillum corpusculum ducat, quid currentis pedes in numerum moueat, aut quid uolantis pennulas moderetur ac uibret. quod qualecumque est, bene considerantibus in tam paruo tam magnum eminet, ut cuiuis fulgori praestringenti oculos praeferatur.

Certe quod nemo dubitat, quicquid id est, intellegibile est, quod omni sensibili et ob hoc huic etiam luci diuinis legibus antecellit. quid enim cogitatione percipimus, quaeso, si hoc non percipimus aliud esse mente intellegere, aliud sentire per corpus et prius illud ab hoc posteriore incomparabili sublimitate distare ideoque non posse intellegibilia sensibilibus non praeferri, cum ipse intellectus tantum sensibus praeferatur?

5. Hinc illud etiam fortasse cognoscerem, quod consequens esse manifestum est, cum iniustitia et intemperantia ceteraque animi uitia non sentiantur, sed intellegantur: quomodo fiat, ut etiam ista, quae detestamur et damnanda censemus, tamen quoniam intellegibilia sunt, anteire hanc lucem queant, cum

2 biliorem *B* 4 si *om. b* c̄ censerem (im *corr. in* em) B^2 6 paruū *BAS* 7 firmaret *b* (*in marg. al.* formatio) 8 ad̤huc *B* 9 currentes MA^2b aut *om. BASb* 10 uolantes *A* pi̇nnulas A^2 pennullas (i *in* e *corr.*) *B* moderetur (de *ex* di *corr.*) B^2 11 eminet (et *ex* it *m. 2 corr.*) *B* 12 p///stringenti (*ex* prae) *A* perstringenti *b* 13 quicquid B^2 id *om. MS, s. l. m 2 BA* id est *om. b* intellegibile esse *M* 14 quod *om. b* 15 cognitionē *S* cognitione *b* p cipimus (*ex* prae) B^2 percipi̇bus *M* 16 aliud esse aliud A^2 18 distare *M*^{2} sensibilia intelligilibus p̄ (*in ras.*) *A* sensibilibus *om. MB (s. l.)* non *om. b* 19 cum ipse—praeferatur *omissa* uoce ‚tantum' *infra in marg. B* 22 fiant *A* fiant *B* 23 detestantur *B* dampnanda *AB* 24 queant *A*

in suo genere ista laudanda sit. suggeritur enim animo bene se deo subicienti primo non omne, quod laudamus, omni, quod uituperamus, esse anteponendum. neque enim quia laudo purgatissimum plumbum, ob hoc illud uituperando auro pluris aestimo. in suo enim genere quidque considerandum est. inprobo iurisconsultum multas leges ignorantem, sed eum tamen probatissimo sutori sic praefero, ut ne comparandum quidem putem. at istum laudo, quod suae artis peritissimus sit; illum autem, quod suam professionem minus inpleat, iure reprehendo. ex quo reperire deberem lucem istam, quod in genere proprio perfecta esset, iure laudari; tamen quia sensibilium rerum numero includitur, quod genus intellegibilium generi cedat necesse est, infra iniustas et intemperantes animas, quoniam sunt intellegibiles, esse deputandam, quamuis istas non iniuria damnatione dignissimas iudicemus. quaerimus namque in his quod concilietur deo, non quod isti fulgori praeferatur. quapropter quisquis hoc lumen ex deo esse contenderet, non repugnarem, sed magis animas dicerem, uitiosas etiam, non in quantum uitiosae, sed in quantum animae sunt, deum sibi esse creatorem fateri oportere.

6. Hoc loco si quisquam illorum cautus et uigilans iam etiam studiosior quam pertinacior me admoneret non de uitiosis animis, sed de ipsis uitiis esse quaerendum — quae quoniam sensu corporis non cognoscerentur, et tamen cognoscerentur, non nisi intellegibilia posse accipi; quae si sensibilibus omni-

1 regalilauda *B* sit *MB* suggereretur *M* suggeretur *AB* 2 se deo] sed eo *Sb* 3 esse *(s. l.) A* anteponendū esse *A* laudo (dan *paene er.) B* 4 plumbum purgatissimum *S* 5 quid *A* quid *M* quidq; *B* quid quod *S* 6 eu tam *A* 7 nec *AM* 8 potest *(corr. ex* putem) *A* ad *M* istum *A* laudo (dan *paene er.) B* 10 repperire *MBA* 13 intemperantes *A* intemperatas *S* 14 noniniuria B^1 15 dampnatione *A* 22 studiosor *A* studiosior (ior *ex* ius *m. 2 corr.) B* pertinatior *MBA* ammoneret *AB* de *om.* AB^1 23 animas B^2 ipsis uitiis B^2 24 et cognoscerentur *om. b* cognoscerentur (a *corr. ex* e *m. 2) B* 25 que// sensibilibus (si *er.) A* quae sensib. *B*

bus antecellunt, cur lucem deo auctori esse tribuendam inter nos conueniret, uitiorum uero auctorem deum nemo nisi sacrilegus diceret — responderem homini, si aut statim et repente, ut bonis dei cultoribus solet, diuinitus infulsisset huius solutio quaestionis, aut fuisset antea praeparata: quorum si neutrum meruissem atque potuissem, coepta differrem; quodque esset propositum, difficile esse ad dinoscendum atque arduum confiterer. recurrerem in me, prosternerer deo, alte ingemerem quaerens, ne me in medio spatio, quo certis rationibus promouissem, haerere pateretur; ne ancipiti quaestione cogerer aut intellegibilia sensibilibus submittere ac subdere, aut ipsum uitiorum dicere auctorem: cum esset utrumuis horum falsitatis inpietatisque plenissimum. nullo modo possem existimare, quod me sic adfectum ille desereret. admoneret ergo suis illis ineffabilibus modis, ut considerarem etiam atque etiam, utrum animi uitia, de quibus aestuarem, inter intellegibilia numeranda essent. quod ut reperirem propter inbecillitatem interioris oculi mei, quae mihi peccatis meis iure accidisset, aliquem mihi ad inuisibilia contuenda in ipsis uisibilibus machinarer gradum: quorum esset nobis nullo modo certior cognitio, sed consuetudo fidentior. itaque statim quaererem, quid ad sensum proprie pertineret oculorum. inuenirem colores, quorum principatum lux ista obtineret. haec enim sunt, quae nullus alius sensus adtingit; nam motus corporum et magnitudines et interualla et figuras, quamuis et oculis, non tamen proprie, sed tactu etiam posse sentiri. unde colligerem tanto ceteris corporeis et sensibilibus praestare lucem, quanto aliis sensibus aspectus esset inlustrior. electa igitur ex omnibus, quae corpore sen-

2 uiciorum *A* 4 solucio *A* 6 meruissē (~ *m. 2 add.*) *B* cepta *A* cępta *M* c̄cępta *b* 7 propositum *b (in marg. al.* proditum) ad inoscendū *S* ut̨que *M* 8 recurre*f *A* ingemęscerem *A* ingemescerem *Bb* 10 quaestione (ne *ex* ni *corr. m. 2) B* 11 summittere *A* committere *S* 12 dicere uitiorum *A* 13 impietatisquae *B*² possim *M* existumare *B* 14 ergo *B*² 17 Qđ/// *A* repperirem *MBA* (pp *ubique in M)* 19 ipsis michi uisibilib' *A* 21 propriae *B* proprię *MA* 25 propriąe *B* proprię *M* 28 electa *pos. ante* ista luce *A* ex omnibus igitur *A*

tiuntur, ista luce. qua niterer et in qua gradum illum inquisitionis meae necessario conlocarem, pergerem adtendere. quid ageretur hoc modo, mecumque ista sermocinarer: si sol iste tanta claritate conspicuus et diei luce sufficiens usque ad lunae similitudinem in conspectu nostro paulatim deficeret, num aliud quicquam oculis sentiremus quam lucem utcumque fulgentem, lucem tamen quaerentes, quod fuerat, non uidendo et haurientes uidendo quod aderat? non ergo illum defectum uideremus, sed lucem, quae defectui remaneret. cum autem non uideremus, non sentiremus; quicquid enim sentimus aspectu non potest non uideri. quare si defectus ille neque uisu neque alio sensu sentiretur, non posset inter sensibilia numerari. nihil enim sensibile est, quod sentiri non potest. referamus nunc considerationem ad uirtutem, cuius intellegibili luce splendere animum conuenientissime dicimus. porro ab hac luce uirtutis defectus quidam non perimens animam, sed obscurans uitium uocatur. potest igitur recte uitium quoque animi nequaquam inter intellegibilia numerari, ut lucis ille defectus recte de sensibilium numero eximitur; illud tamen quod remanet animae, id est hoc ipsum, quod uiuit atque anima est, tam est intellegibile quam sensibile illud, quod in hoc uisibili lumine post defectum quantumcumque fulgeret; et ideo animam in quantum anima esset et uitae participaret, sine qua nullo pacto esse anima potest, rectissime omnibus sensibilibus anteferri. quamobrem maximi erroris esse ullam animam dicere non esse ex deo, ex quo esse solem lunamque glorieris.

1 nitirer M^2 inquisitioni M^2 2 necessaria B^2 quod ABS 3 solis M 4 tanto A die B^2 5 nom A non S 7 uiuendo BA aurientes A 8 defunctū A^2 defunctum B^2 11 despectus A 12 possit B 13 sentiri (ri *ex* re) A sentire B^2 14 splendore A splendentem S 16 uicium B 17 animę Sb 22 quantūq; B fulgeret (*m 2*?) M 23 partiparet A 24 aīa esse b animo B potest esse A 25 erroris ē// (e *er.*) B 26 lunamque M^2 gloriaris b

7. Quod si iam placeret omnia sensibilia nominare, non modo ea, quae sentiremus, sed etiam ea, quae non sentiendo, tamen per corpus iudicaremus, sicut per oculos tenebras et per aures silentium — et illas enim non uidendo et hoc non audiendo cognoscimus — rursusque intellegibilia, non ea tantum, quae inlustrata mente conspicimus, sicuti est ipsa sapientia, sed etiam illa, quae ipsius inlustrationis priuatione auersamur, ut est insipientia, quam tenebras animi congrue dixerimus: nullam de uerbo facerem controuersiam, sed totam quaestionem facili diuisione dissoluerem statimque adprobarem bene adtendentibus substantias intellegibiles sensibilibus substantiis diuina et incorrupta ueritatis lege praeponi, non earum substantiarum defectus, quamuis hos intellegibiles, illos sensibiles appellare uellemus. quapropter qui et haec lumina uisibilia et illas intellegibiles animas substantias esse faterentur, omni modo eos cogi sublimiores partes animis tribuere atque concedere, defectus uero utriusque generis non posse alteros alteris anteponi; priuant enim tantum et non esse indicant, quod usquequaque eandem uim habent, sicut ipsae negationes. nam cum dicimus: non est aurum, et: non est uirtus, quamuis inter aurum et uirtutes plurimum, nihil tamen inter negationes, quas eis adiunximus, distat. uerum enimuero peius est non esse uirtutem quam non esse aurum, nemo sanus hinc ambigit, quod non propter ipsas negationes, sed propter res, quibus adiunguntur, accidere quis non intellegat? auro enim uirtus quanto praestat, tanto est uirtute quam auro carere miserius. quamobrem cum res intellegibiles sensibilibus rebus antecellunt, defectum in intellegibilibus quam in sensibilibus merito aegrius toleramus, non eos defectus, sed ea, quae de-

1 iam—conspicimus *m. 2 in marg. A* nominaret *A* 6 inlustra *B* est] et *M* 7 inlustrationis (es *corr. in* is) *B* 8 insapientia *B* quas *BA* 9 dixerimus *A* dixerim *Sb* 10 facile *B* facilem diuisionem *M* 12 proponi *A* 16 concedere atque tribuere *b* 19 habet *AB* 23 uirtutes *A* (*corr.* m. 1) 25 intelligatur *S* 26 quantum *A* 27 quam ob rem (*corr. ex* quamuis) *A* 28 antecellant (*m. 2* u *corr. in* a) *B* in *a.* intell. *om. AB* (*s. l. m. 2*) in intellegilibus *om. S* 29 egrius *M*

ficiunt, carius uel uilius aestimantes ex quo iam illud adparet defectum uitae, quae intellegibilis est, multo miserabiliorem esse quam huius sensibilis lucis, quod scilicet multo est carior intellecta uita quam lux ista conspecta.

8. Quae cum ita sint, audebitne quisquam, cum solem ac lunam et quicquid in sideribus, quicquid denique in hoc igni nostro atque terreno luce uisibili effulget, deo tribuat, animas quaslibet, quae profecto nisi uiuendo animae non sunt, cum tanto hoc lumen uita praecedat, ex deo esse nolle concedere? et cum ille uerum dicat, qui dicit: in quantum nitet, ex deo est, egone tandem, deus magne, mentiar, si dicam: in quantum uiuit, ex deo est? non usque adeo, quaeso, caecitas mentis subpliciaque augeantur animorum, ut haec homines non intellegant, sed quoquo modo illorum error aut pertinacia sese haberet, his ego fretus armatusque rationibus credo, cum ad eos rem ita consideratam perspectamque detulissem et cum his placide contulissem, uererer, ne mihi quisquam eorum alicuius momenti esse uideretur, si aut intellectum aut ea, quae intellectu, non per defectum perciperentur, sensui conaretur praeferre aut saltem conparare corporeo uel his rebus, quae ad eundem sensum cognoscendum similiter pertinerent. quo constituto quando ille mihi uel quisquam negare auderet animas, quantum uellet malas, tamen, quoniam animae essent, intellegibilium rerum numero contineri neque illas per defectum intellegi? siquidem animae non alio essent, nisi quo uiuerent. licet enim per defectum intellegerentur uitiosae, quia uirtutis

1 uel] et *b* uilius (*ex* bilius *m. 2*) *B* 2 defectum *om. A* 5 audebitne] aut debet ne *B* ç̣u̇ṃ *A* ac] aut *b* a̤ç̣ *A* 7 luce] qui luce *A* deo *om. B* 9 tanto] tm̃ *b* nolle concedere ex deo esse *b* 10 et *om. S* 12 adeo ce citas *A* cęcitas *b* (*in marg. al.* societas) 14 pertinatia *MBA* 15 ergo *ASb* ergo *MB*² 16 detulissem (de *ex* con *corr.*) *A* 17 uerer *A*² nec *M* 19 quae intellectū *B* nondū perfecte *b* conarentur *Bb* 20 praeferre *om. A* saltim *B* 21 noscenda *BA* noscendū *Sb* cognoscenda *M*² 22 illi *BAb* 23 uelit *BSA*²*b* 24 numerǫ *A* 25 quę *A* 26 intellęgerentur *A*² uitiose *AS* uirtutis (es *in* is) *B*

egestate uitiosae, non tamen per defectum animae, quia uiuendo animae. nec fieri potest, ut uitae praesentia sit causa deficiendi, cum tanto quidque deficiat, quanto deseritur uita.

9. Omni modo igitur cum pateret non posse ullas animas ab eo auctore separari, a quo lux ista non separaretur, iam quicquid adferrent, non acciperem admoneremque potius, ut eos mecum sequi mallent, qui omne, quicquid esset, quoniam esset, in quantumcumque esset, ex uno deo esse praedicarent.

Recitarent aduersum me uoces illas euangelicas: uos propterea non auditis, quia non estis ex deo; uos ex patre diabolo estis. ego quoque contra recitarem: omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nihil, et illud apostoli: unus deus, ex quo omnia, et unus dominus Iesus Christus, per quem omnia, et iterum eiusdem apostoli: ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, ipsi gloria. hortarerque homines — si tamen homines inuenirem —, nihil nos iam quasi conperisse praesumeremus, sed quaereremus potius magistros, qui sententiarum istarum, quae nobis inter se pugnare uiderentur, pacem concordiamque monstrarent. non in una atque eadem auctoritate scripturarum cum alibi sonaret: omnia ex deo, et alibi: uos non estis ex deo, quoniam libros temere condemnare nefas esset, quis non uideret peritum doctorem, cui quaestionis huius solutio nota esset, inueniendum fuisse? qui profecto si esset bonus

9 Ioh. 8, 47 et 44 11 Ioh. 1, 3 13 I Cor. 8, 6 15 Rom. 11, 36 21 I Cor. 11, 12

3 quisque *b* a uita *BSb* 4 et non posset *A* et non posse *BS* 5 ab eo animo ab eo auctore *M* ista lux *S* 6 afferent *B* monereque *BASb* 7 malent *B* 8 esse *om. A* 9 aduersus *S* 10 audiṣtis B^2 ex deo non estis *ASb* a patre *Mb* 12 sine ipsum *A* 14 et iterum—apostoli *om. b* 15 p̄ quē omīa *in marg. A* 17 nihil (ut *m. 2 add.*) *B* 18 quaeremus *B* queremus *A* magistros nīs *b* istarum (*s. l. m. 2*) *B om. S* 20 atq; eadē A^2 22 libros (*s. l.*) *M* condempnare *A* 23 doctorem *(in ras.) A* solutio *(s. l.) M*

intellector et, ut diuinitus dicitur, homo spiritalis, quoniam necessario faueret ueris rationibus, quas de intellegibili sensibilique natura, quantum potui, tractaui atque disserui, immo eas ipse multo melius et ad docendum aptius aperiret, nihil ab eo aliud de hac quaestione audiremus, nisi quemadmodum fieri posset, ut et nullum animarum genus non esset ex deo, et recte tamen peccatoribus et infidelibus diceretur: non estis ex deo. nam et nos fortasse inplorato in auxilium deo facile uidere possemus aliud esse uiuere, aliud peccare, et quamquam uita in peccatis in conparatione iustae uitae mors appellata sit, utrumque tamen in homine uno posse inueniri, ut simul sit uiuus atque peccator, sed quod uiuus, ex deo, quod peccator, non ex deo. in qua diuisione utimur ea parte de duabus, quae nostrae sententiae conpetit, ut, cum dei conditoris omnipotentiam insinuare uolumus, etiam peccatoribus dicamus, quod ex deo sint — dicimus enim his, qui aliqua specie continentur, dicimus animantibus, dicimus rationalibus, dicimus postremo, quod ad rem maxime adtingit, uiuentibus, quae omnia per se ipsa diuina sunt munera—, cum autem malos arguere propositum est, recte dicimus: non estis ex deo. dicimus enim se a ueritate auertentibus, infidelibus, facinorosis, flagitiosis, et quod nomine uno totum continet, peccatoribus: quae rursus omnia ex deo non esse quis dubitet? itaque Christus peccatoribus id ipsum, quod peccatores erant et sibi non credebant, coarguens, quid mirum si ait: non estis ex

1 cf. I. Tim. 2, 15 10 cf. I Tim. 5, 6

1 dicitur *A* 2 intellegibilę *B* 4 ipse *om. A* 5 aliud ab eo *A* 6 possit B^2 esse *ABS* 8 auxiliom di *A* 9 possemus uidere *A* possimus *M* possemus (i *in* e *corr.*) *B* 11 inuenirę *A* 12 quod—deo *(s. l.) M* 13 quali uisione *A* ea] ex *B* 14 de duabus ‖ alab' B^2 ut/// (rū *er.*) *A* 16 sunt *A* 17 spe *A* spe (— *m. 2 add.*) *B* dicimus—rationalibus *om. SMA* et dicimus B^2 18 ad rem] rem *ABS* attinet *b* 19 quę B^2 21 facinerosis B^2 23 non *om. A* 25 si *om. b* agit B^2 si non estis *b* ex deo *A*

deo, ex alia parte illa salua manente sententia quod omnia per ipsum facta sunt, et: omnia ex deo. nam si Christo non credere, Christi aduentum repudiare, Christum non recipere certum indicium esset animarum, quae non sunt dei, et ideo dictum esset: uos propterea non auditis, quia non estis ex deo, quomodo uera esset uox illa apostoli in ipso euangelii memorabili principio, qua dictum est: in sua propria uenit et sui eum non receperunt? unde sui, si non receperunt? aut unde ideo non sui, quia non receperunt? nisi quia homines peccatores, eo quod sunt homines, ad deum. eo uero, quod peccatores, ad diabolum pertinent. hic ergo partem naturae tenuit qui ait: sui eum non receperunt, ille uoluntatis qui ait: non estis ex deo. euangelista enim dei opera commendabat, Christus hominum peccata cohercebat.

10. Hic fortasse quis dicat: unde ipsa peccata et omnino unde malum? si ab homine, unde homo? si ab angelo, unde angelus? quos ex deo esse cum dicitur, quamuis recte uereque dicantur, uidentur tamen inperitis et minus ualentibus acriter res abditas intueri quasi per quandam catenam ad deum mala et peccata conecti. hac in quaestione illi regnare se putant, quasi uero interrogare sit scire. utinam id esset; nemo me scientior reperiretur. sed nescio quomodo saepe in altercando magnae quaestionis propositor personam magni doctoris ostentat

5 Ioh. 8, 47 7 Ioh. 1, 11

3 credere n̥o̥n̥ c̣r̥ẹd̥ẹr̥ẹm̥ *A* xpī (i *in ras. ex* u) *B* repudiare// (m *er.*) *A* 4 iuditium *MA* 5 audistis *B* quia] qm̄ *b* 6 ex deo non estis *AS* 7 euangło *AB* quia *A* 8 unde — receperunt *om. A* unde — 9 *fin.* receperunt *om. S* non (si) *B*² 9 reciperunt *M* aut ideo unde *A* reciperunt *M* reperunt *A* 11 adiabolum (d) *B* 12 ẹ̣u̥m̥ (autem) *A*² reciperunt *M* 13 uoluntatis (uero) *B*² uoluntates *b* 14 operam *A* peccata *(s. l. m. 2) B* coercebat *SA* coercebat (h) *M* 16 omine *A* 17 quos esse ex deo *B* uerequę *M* 18 dicạntur *A* dicatur *Sb* uidentur *om. A* minusq; *A* 20 in *sup. lin. m. 2 add. B om. Sb* 21 sit] scit *A* scireṭ *M* nam nemo *AB* me scientior nemo *S* 22 sepe *M* 23 quẹstio (nis) *B* questionis *M* propositos *M* ostendat *Sb*

plerumque ipse ipso, quem terret, in eo, de quo terret, indoctior. itaque isti multitudini se praeferendos arbitrantur, quia priores interrogant, quod cum multitudine ignorant. sed si eo tempore, quo cum eis me, non sicut iam diu ago, egisse nunc paenitet, mihi has rationes depromenti hoc obiecissent, dicerem: quaeso, interim mecum cognoscite, quod facillimum est, si nihil potest fulgere sine deo, multo minus posse aliquid uiuere sine deo, ne in tantis monstris opinionum remaneamus, ut nescio quas animas uitam non ex deo habere praedicemus. sic enim fortasse continget, ut id quod mecum ignoratis, id est unde sit malum, uel simul uel quolibet ordine aliquando discamus. quid? si enim cognitio summi mali sine summi boni cognitione contingere homini non potest? non enim nossemus tenebras, si in tenebris semper essemus; sed lucis notitia contrarium suum non siuit incognitum. summum autem bonum id est, quo superius esse nihil potest; deus autem bonum et deo superius nihil est: deus igitur summum bonum. cognoscamus ergo deum atque ita nos illud, quod praepropere quaerimus, non latebit. mediocrisne tandem negotii uel meriti cognitionem dei esse arbitramini? quod enim nobis aliud praemium quam uita aeterna promittitur, quae dei cognitio est? ait enim magister deus: haec est autem uita aeterna, ut cognoscant te solum et uerum deum et quem mi-

22 Ioh. 17, 3

1 ipse *om. ABb* ipse ipso *om. S* 2 preferendos *M* pręferendo *A* pręferendo *B*² 4 egęsse *M* 5 ha *B* deprimenti *A* depromendi *S* 7 potest sine deo fulgere *b* 8 ne in *B*² remaneaș *B*² remaneas *A* 9 non ex *b (in marg. al.* sine) 10 contiget *B* 11 uel qd libet *B*² libet *M*² 12 quid (i *corr. ex* o) *A* enim si *Bb* mali] boni *b* sine cognitione summi boni (mali *b*) *ASb* 13 non potest homini *A* 14 essemus] s•imus (c *er.*) *A* 15 sinit *Sb* 16 potest; deus] potest deus *B*² potest ds *M*; deus—deus *om. S* 17 nihil esse potest *b* nihil est superius *A* 18 qd q; propere (p̄ *in mg. m. 2*) *B* prepropere *M* 19 querimus *M* negotii tandem *b* 23 solum et *om. MASb* solum deum uerum *B*

sisti Iesum Christum. etenim anima quamuis sit inmortalis, tamen quia mors eius rite dicitur a dei cognitione auersio, cum se conuertit ad deum, meritum est aeternae uitae consequendae, ut sit aeterna uita, sicut dictum est, ipsa cognitio. conuerti autem ad deum nemo, nisi ab hoc mundo se auerterit, potest. hoc ego mihi arduum et difficillimum sentio; uobis si facile est, ille ipse deus uiderit. ego uellem credere, nisi me moueret, quod cum iste mundus, a quo nos auertere iubemur, uisibilis sit dixeritque apostolus: ea quae uidentur, temporalia sunt; quae autem non uidentur, aeterna sunt, uos plus istorum oculorum quam mentis iudicio tribuitis, apud quos nullam esse fulgentem pennam, quae non ex deo fulgeat, et esse uiuentem animam, quae non ex deo uiuat, praedicatur et creditur. haec et similia uel illis etiam dicerem uel mecum ipse reputarem. possem namque deum omnibus, ut dicitur, uisceribus deprecans et scripturis, quantum licebat, intentus etiam tunc fortasse talia uel dicere uel, quod saluti sat erat, cogitare.

11. Sed me duo quaedam maxime, quae incautam illam aetatem facile capiunt, per admirabiles adtriuere circuitus: quorum est unum familiaritas nescio quomodo repens quadam imagine bonitatis tamquam sinuosum aliquod uinculum multipliciter collo inuolutum, alterum, quod quaedam noxia uictoria paene mihi semper in disputationibus proueniebat disserenti cum inperitis, sed tamen fidem suam certatim, ut quisque posset, defendere molientibus christianis. quo successu creber-

9 II Cor. 4, 18.

2 rite] recte *Sb* 4 ipsa cognitio B^2 5 auertit *M* auertat *Sb* 6 ego] *g b* 8 nos auerti *Sb* 11 iuditio *MA* tribuistis *b* 12 aput *A* pinnam *M* pennam (i *in* e *corr. m. 1*) *A* 14 et his similia *Ab* 15 dicere *B* ipse *om. Sb* reputare *Sb* possē (~ *m. 2 suprascr.*) *B* 16 depcans *A* 17 uel *ante* dicere *om. A* dicerē *b* 18 salutis erat A^2 aderat *b* cogitarē *b* 20 amicabiles *b* (*in marg. al.* admirabiles) 21 nescio—bonitatis (*s. l. m. 2*) *B om. S* 22 bonitatis *om. b* 24 poene *M* 25 cum christianis imperitis *Sb* 26 posset (e *corr. ex* i) *B* molentibus *A* molentibus B^2.

rimo gliscebat adulescentis animositas et inpetus suos in peruicaciae magnum malum inprudenter urgebat. quod altercandi genus quia post eorum auditionem adgressus eram, quicquid in eo uel qualicumque ingenio uel aliis lectionibus poteram, solis illis libentissime tribuebam. ita ex illorum sermonibus ardor in certamina, ex certaminum prouentu amor in illos cotidie nouabatur. ex quo accidebat, ut quicquid dicerent, miris quibusdam modis, non quia sciebam, sed quia optabam uerum esse, pro uero adprobarem. ita factum est, ut quamuis pedetemtim atque caute, tamen diu sequerer homines nitidam stipulam uiuenti animae praeferentes.

12. Uerum esto: non poteram illo tempore sensibilia haec ab intellegibilibus, carnalia scilicet ab spiritalibus diiudicare atque discernere. non erat aetatis, non disciplinae, non cuiusdam etiam consuetudinis, non ullorum denique meritorum — non enim parui gaudii felicitatisque res est —: itane tandem ne illud quidem arripere poteram, quod in omnium hominum iudicio summi dei legibus natura ipsa constituit?

Quiuis enim homines, quos modo a communi sensu generis humani nulla disrupisset amentia, quae uellent ad iudicandum studia detulissent, quamlibet inperitiam, quantamcumque etiam tarditatem, uelim experiri, quid mihi responderent roganti, utrum eis peccasse uideretur, de cuius dormientis manu scrip-

1 adholescentis *A* adulescentes *M* adolescentis B^1 inpetu suos *M* impetu suo *S* peruicatię *MA* paruicacię *b* 2 urgebat *A* uergebat *S* 3 auditionem eorum *A* eā B^2 4 in eo] meo *MSb* 5 tribuę B^2 6 ꝓuentu A^2 armor *S* in *om. BA (s. l.)* 7 nouabatur (ua *corr. m. 2 ex* ue) *B* mouebatur *ASb* accedebat *Mb* accędebat B^2 ut *(s. l. m. 2) B* 8 obtabam *ABM* obstabā *b* 10 pedetentim *AS* 11 stippulam *A* 12 uerum non poteram ista *A* uerum ita *S* uerum ista B^2b haec] hec ac *A om. Sb* 13 diudicare *M* iudicare B^2 14 dissernere *M* etatis (*corr. ex* etas) *A* 15 non . illorum *A* 16 ita *b* 17 quidꝑ B^2 20 dirupisset *b* uellnt A^2B^2 uelint *b* 21 et quamlibet (et *add. m. 2*) *B* quantumcumque etiam tarditate *B* 22 uellem MB^2 responderent (ent *ex* int *corr. m.* 2) *B* 23 ęis B^2

sisset alius aliquid flagitiosum. omnes quis dubitet ita fuisse negaturos illud esse peccatum, ita reclamaturos, ut etiam succenserent fortasse, quod tali eos rogatione dignos putarim? a quibus ego, quoque modo poteram, reconciliatis et in consilium restitutis peterem, ut me aliud tam manifestum, tam in omnium cognitione positum interrogantem non moleste ferrent. tunc quaererem: si non dormientis, sed scientis manu, qui membris tamen ceteris uinctus atque constrictus esset, quisquam ualentior aliquid similiter fecisset mali, utrum quia id nosset, quamuis omnino noluisset, ullo peccati nomine teneretur. et hic mihi omnes mirantes, quod talia sciscitarer, sine cunctatione responderent nihil etiam istum omnino peccasse. quid ita? quia de quo nesciente uel resistere non ualente quisquam quippiam mali fecerit, iuste damnari nullo modo potest. atque id ipsum cur ita esset, si in illis hominibus naturam ipsam percontarer humanam, facile peruenirem ad id, quod cuperem, isto modo quaerens: quid? si dormiens ille iam sciret, quid alius de manu eius facturus esset, et de industria se plus potus etiam, ne expergisceretur, somno dederet, ut aliquem iurando falleret, num ei quicquam somnus ad innocentiam suffragaretur? quid aliud illi quam nocentem hominem pronuntiarent? quid? si et ille uolens uinctus est, ut aliquem similiter praetenta defensione deciperet, quid ei tandem, ut peccato careat. illa uincula profuerunt? quamquam his obstrictus reuera resistere non ualeret, sicut ille dormiens,

1 ōnes B^2 3 succenserent (*ex* suo cernerent *corr.*) *B* putarem *Sb* putarim (e *in* i *corr.*) *A* putarī (ī *corr. ex* ē *m. 2*) *B* 5 *scripsi* manifestum ꝛàm : manifestum (et *man. 2 add.*) *B* manifestum *ASMb* 7 ferrē *A* sed scientis *om. SM* ; *s. l. m. 2 A et B* 8 menbris *A* esse *M*^{2} 11 suscitarer *B* 12 istā *B* 13 quo] aliquo *A* 14 quidpiam *S* male *M* dampnari *AB* 15 similis *B*^{2} simillis (*ad* n *add.* post ı) *A* similem oīb' naturā *b* 16 percunctarer *B* perconctarer *A* 17 qđ *B* 18 aliuḍ *B*^{2} aliud *S* 19 plus potu *A* potus *B*^{2} *pro* expergisceretur *spatium uac. in S* 20 dederat *AB* ////ando *M*^{2} quicq'ą̃ *A* 21 aliud //// quam *B* illi aliquid quam *A* 22 quodsi *A*

quid tunc fieret, omnino nesciret. numquidnam igitur dubitandum est, quin peccasse ambo iudicarentur? quibus concessis colligerem nusquam scilicet nisi in uoluntate esse peccatum, cum mihi auxiliaretur etiam illud, quod iustitia peccantes tenet sola mala uoluntate, quamuis quod uoluerint inplere nequiuerint.

13. Quisquamne me ista tractantem possit dicere in rebus obscuris abditisque uersari, ubi propter intellegentium paucitatem uel fraudis uel ostentationis suspicio nasci solet? secedat paulisper illa intellegibilium sensibiliumque distinctio, nulla mihi fiat inuidia, quod tardas animas subtilium disputationum stimulis persequor. liceat mihi me scire uiuere, liceat mihi scire me uelle uiuere: in quae si consentit genus humanum, tam nobis cognita est uoluntas nostra quam uita. neque cum istam scientiam profitemur, metuendum est, ne nos quisquam falli posse conuincat; hoc ipsum enim falli nemo potest, si aut non uiuat aut nihil uelit. non me arbitror quicquam obscurum adtulisse et uereor, ne cuiquam magis, quod haec nimium manifesta sint, uidear esse culpandus; sed quorsum tendant, consideremus.

14. Non igitur nisi uoluntate peccatur. nobis autem uoluntas nostra notissima est; neque enim scirem me uelle, si quid sit uoluntas ipsa nescirem. definitur itaque isto modo: uoluntas est animi motus cogente nullo ad aliquid uel non amittendum uel adipiscendum. cur ergo ita tunc definire non possem? an erat difficile uidere inuitum uolenti esse contra-

3 in] *om.* *A* 4 quod iustitia *A* 7 meis *M* possit *B*² posset *M* 8 oscuris *A* 9 suspitio *MBb* nasci suspicio *A* 10 distincio *M* 12 stimulis (is *ex* us *corr.*) *A* 13 me scire *BS* consestit *A* consistit *B* 15 metuendū (ū *ex* ā *m. 2 corr.*) *B* 16 falli *(in marg. add.)* *B* conuinciat *b* enim ipsum *A* 18 quisquā *A* 19 sunt *ABb* 20 quor,sum *A* quorsum] quorsum haec *ABS* 21 nobis—neque *om.* *S* autem] *om.* *AMbB (s. l.)* 23 uoluntas sit *B* definitur *(corr. m. 2 in* diffinitur) *B* istę *B* 25 amittendū *B*² admittendū *M* nunc *B*² 26 possim *B* possū *b*

rium, ita ut contrarium sinistrum dextro esse dicimus, non ut nigrum albo? nam eadem res simul et nigra et alba esse non potest; duorum autem in medio quisque positus ad alterum sinister est, ad alterum dexter; simul quidem utrumque unus homo, sed simul utrumque ad unum hominem nullo modo. ita inuitus et uolens simul esse quidem unus animus potest, sed unum atque idem nolle simul et uelle non potest. cum enim quisque inuitus aliquid facit — si enim roges, utrum id facere uelit, nolle se dicit; item si roges, utrum id uelit non facere, uelle respondet —: ita inuitum ad faciendum, ad non faciendum autem uolentem reperies; id est enim unum animum uno tempore habentem utrumque, sed ad aliud atque aliud singulare referentem. cur haec dico? quia si rursum quaeramus, quam ob causam id inuitus faciat, cogi se dicat. nam et omnis inuitus faciens cogitur et omnis qui cogitur, si facit, nonnisi inuitus facit. restat, ut uolens a cogente sit liber, etiamsi se quisquam cogi putet. et hoc enim modo omnis, qui uolens facit, non cogitur, et omnis, qui non cogitur, aut uolens facit aut non facit. haec cum in omnibus hominibus, quos interrogare non absurde possumus, a puero usque ad senem, a ludo litterario usque ad solium sapientis natura ipsa proclamet, cur ego tunc non uiderem in definitione uoluntatis ponendum esse ‚cogente nullo', quod nunc quasi experientia maiore cautissimus posui? at si hoc ubique manifestum

1 dicimus esse *A* 2 nigr&[a] *A* 4 *post* quidem *ras. in M* 5 homo] homo potest *B* (potest *m. 2 add.*) modo] modo potest (pot. *m. 2 add.*) *B* 6 ita inuitus et uolens. Simul quidē utrūque unus animus potest sqq. *A* ita inuitus et uolens unus animus simul esse potest *S* 8 enim] eum *b* 9 facere uelle// responde[t] (uelle et responde *in ras.* τ *post. add.*); *infra textum habentur:* uelit sqq. *B* non uelle *S* iterū *A* uelit id *A* 10 respondit *AM* a[d]τnon *B*[2] 11 in ēèτ unum *(corr. ex* idē enī *m. 2) B* id est animum unum *S* 12 ad *om. BSb* 13 ad singula referentem *MBSb* ad singulare ref. *A* quasi *A* 14 inuitus id *AB* dicat[et] *B*[2] 15 fatiens *B* 16 si fatiat *B* 17 quispiam *b* putet] potest *A* 20 non interrogare *A* 22 proclamæτ *A* cur g[o] *A* quur ergo *B* uiderē τc̄ *b* d[diff]efinitione *B* 24 ubique] ibi *MB om. S*

est et non doctrina, sed natura omnibus promptum, quid restat quod uideatur obscurum, nisi forte ullum lateat, aliquid nos uelle cum uolumus, et ad hoc moueri animum nostrum idque aut habere nos aut non habere, et, si haberemus, retinere uelle, si non haberemus, adquirere? quare aut non amittere, aut adipisci aliquid uult omnis, qui uult. quamobrem si omnia ista luce clariora sunt, sicuti sunt, neque meae tantum, sed notitiae generis humani ueritatis ipsius liberalitate donata, cur illo etiam tempore dicere non possem: uoluntas est motus animi cogente nullo ad aliquid uel non amittendum uel adipiscendum?

15. Dicet aliquis: et hoc te aduersum Manichaeos quid adiuuaret? expecta; sine prius etiam peccatum definiamus, quod sine uoluntate esse non posse omnis mens apud se diuinitus conscriptum legit. ergo peccatum est uoluntas retinendi uel consequendi quod iustitia uetat et unde liberum est abstinere. quamquam si liberum non sit, non est uoluntas. sed malui grossius quam scrupulosius definire. etiamne hic libri obscuri mihi scrutandi erant, unde discerem neminem uituperatione subplicioue dignum, qui aut id uelit, quod iustitia uelle non prohibet, aut id non faciat, quod facere non potest? nonne ista cantant et pastores in montibus et in theatris poetae et indocti in circulis et docti in bibliothecis et magistri in scholis et antistites in sacratis locis et in orbe terrarum genus humanum? quod si nemo uituperatione uel damnatione dignus est aut non contra uetitum iustitiae faciens aut quod non potest non faciens, omne autem peccatum uel

1 promtum *M* 2 obscuram^{um} *M*^{2} 4 abere *A* aberem^{h}us *B* . 9 possim *MB* 10 amittend^{d}um *B* 12 dicit *MBAS* 14 te^{f} *M* 18 difinire *M* istam *(in ras.)* rem ne hic^{c} *B* scrupulosius etiam rem nec hic libri *S* etiam rem *b* hic *A* hiç *M* hi *b* 19 discerneremne *B* 20 uel supplicio *BAS* quod—aut id *(infra in marg.) M* 21 facit *ASM* 22 montibus pastores *Sb* 23 circ^{cu}ulis *B* docti //// bliothecis^{bi} *B* bibliotecis *M* 24 scolis *BA* orbē *BA* 26 dampnatione *A* 27 peccatum^{uel} *B*

uituperandum est uel damnandum, quis dubitet tunc esse peccatum, cum et uelle iniustum est et liberum nolle? et ideo definitionem illam et ueram et ad intellegendum esse facillimam et non modo nunc, sed tunc quoque a me potuisse dici: peccatum est uoluntas retinendi uel consequendi, quod iustitia uetat et unde liberum est abstinere?

16. Age nunc, uideamus quid nos haec adiuuarent. primum omnium, ut nihil amplius desiderarem; totam causam quippe finirent. nam quisquis secreta conscientiae suae legesque diuinas penitus naturae inditas apud animum intus, ubi expressiores certioresque sunt, consulens has duas definitiones uoluntatis atque peccati ueras esse concedit, totam Manichaeorum haeresim paucissimis et breuissimis, sed plane inuictissimis ratiunculis sine ulla cunctatione condemnat. quod sic considerari potest. duo animarum genera esse dicunt: unum bonum, quod ita ex deo sit, ut non ex aliqua materia uel ex nihilo ab eo factum, sed de ipsa eius omnino substantia pars quaedam processisse dicatur; alterum autem malum, quod nulla prorsus ex parte ad deum pertinere credunt credendumque commendant. et ideo illud summum bonum, hoc uero summum malum esse praedicant atque ista duo genera fuisse aliquando discreta, nunc esse commixta. genus quidem commixtionis huius et causam nondum audieram; sed tamen iam quaerere poteram, utrum illud malum genus animarum, antequam bono misceretur, habuisset aliquam uoluntatem. si enim non habebat, sine peccato atque innocens erat et ideo nullo modo malum. si autem ideo malum, quia licet esset sine uoluntate, tamquam

1 est] ẽe *A* 6 uetat *s. l. B* 7 primũ omnino (*ex* omniũ *corr.*) *A* 8 quippe causam *AS* 11 certioresquae *B* 12 ueraese *M*^{2} 13 heresim *M* breuissimis *s. l. A* sed plane inuictissimis *om. A* 14 raciunculis *M* cõtatione *B* condempnat *A* considerari (e *corr. in* i) *A* 17 omnino *(s. l.) B* 18 dicitur *A* dicatur (a *corr. ex* i) *B* autem] ũ *A* 19 credunt] creditur *b* 20 commendent *AB* sumum *A* summum] illud summum *A* 23 istius *A*^{2} querere *M* 24 poteram] cẽperã *b* 27 ẽet (τ *post add.*) *A*

ignis, tamen si bonum adtigisset, uiolaret atque corrumperet: quantum est nefas et naturam mali tantum ualere ad commutandam ullam dei partem et summum illud bonum corruptibile et uiolabile credere? quod si uoluntas inerat, profecto inerat cogente nullo motus animi ad aliquid uel non amittendum uel adipiscendum. hoc autem aliquid aut bonum erat aut bonum putabatur; non enim aliter adpeti posset. sed in summo malo ante commixtionem, quam praedicant, nullum umquam bonum fuit. unde igitur ibi uel scientia uel opinio boni esse potuit? an nihil uolebant, quod apud se esset, atque illud bonum uerum, quod extra erat, adpetebant? ista uero praeclara et magna laude praedicanda uoluntas est, qua summum adpetitur et uerum bonum. unde igitur in summo malo motus animi tanta laude dignissimus? an studio nocendi adpetebant? primo eodem reuoluitur ratio. qui enim nocere uult, bono aliquo uult priuare alium propter aliquod bonum suum. erat igitur in eis uel scientia boni uel opinio, quae summo malo nullo modo esse debebat. deinde bonum illud extra se positum, cui nocere studebant, utrum omnino esset, unde cognouerant? si intellexerant, quid tali mente praeclarius? an quicquam est aliud, quo magnis laboribus omnis bonorum porrigatur intentio, nisi ut summum illud et sincerum bonum intellegatur? quod ergo nunc uix paucis bonis iustisque conceditur, id tunc illud merum malum nullo bono adiuuante iam poterat? si autem illae animae corpora gerebant et id oculis uiderant, quot linguae, quot pectora, quae ingenia laudandis istis oculis praedicandisque sufficiunt, quibus uix possunt mentes iustorum adaequari? quanta bona inuenimus in summo

5 motu *b* amittendum *B* 7 possit *A* possẽt *B* in] in *A* si *b* 10 aput *A* 11 appetebat *A* 15 eadem *B* e/odem (a *in* o *corr.*) *A* 18 in summo *ASb* 21 qcqd *A* quiḍquā *M* 23 nc̃ *(s. l. m. 2) A om. S* iustisquoḍ *B* nunc conceditur *A* 25 corpore *M* 26 quot—quot *scripsi* : quoḍ linguae quoḍ pectora *B* quod linguae quod pectora *AM* quae—quae *Sb*

malo? si enim uidere deum malum est, non est bonum deus; bonum est autem deus: bonum est igitur deum uidere et nescio quid huic bono conparari queat. porro quod uidere bonum est, unde fieri potest, ut posse uidere sit malum? quapropter quisquis uel in illis oculis uel in illis mentibus fecit, ut ab his posset uideri diuina substantia, magnum et ineffabili laude dignissimum bonum fecit. si autem non factum, sed ipsum per se tale ac sempiternum erat, difficile hoc malo quicquam melius inuenitur.

17. Postremo ut nihil horum laudandorum habeant illae animae, quae illorum rationibus habere coguntur, quaererem, utrum aliquas an nullas animas deus damnet: si nullas, nullum meritorum iudicium est, nulla prouidentia, et casu potius quam ratione mundus administratur uel potius non administratur; non enim administratio casibus danda est. hoc autem si omnibus qualibet religione deuinctis credere nefas est, restat, ut aut sit aliquarum animarum damnatio aut nulla peccata sint. sed si nulla peccata sunt, etiam nullum malum: quod isti si dixerint, haeresim suam uno ictu interficient. conuenit igitur mihi cum eis aliquas animas diuina lege iudicioque damnari. at hae si bonae sunt, quae illa iustitia est? si malae, natura, an uoluntate? sed natura esse malae animae nullo modo queunt. unde hoc docemus? de superioribus definitionibus uoluntatis atque peccati. quia dicere animas et malas esse et nihil peccare plenum est dementiae, dicere autem peccare sine uoluntate, magnum deliramentum est, et peccati reum tenere quemquam, quia non fecit, quod facere non potuit, summae iniquitatis est et insaniae. quamobrem illae animae quicquid faciunt, si natura, non uoluntate faciunt, id est si libero et

3 nesci° *B* 5 illis] istis *Ab* 6 ut *(s. l.) B* possit *ASb* uideri (re *corr. in* ri) *A* uidere *B* 7 ineffabile *A* ineffabilę *B* laudę *B* 8 talem *M* 11 quererem *M* 12 utrum *om. A* damnat *b* 13 iuditium *A* 14 non *(s. l.) B* 18 sed *om. A* malum nullum *b* si *(s. l.) B* 19 heresim *M* interficiunt *Sb* 20 illis *Sb* animas aliquas *Sb* aliqua sanitate *A* iuditioque dampnari *A* 21 at hae] adę *A* sint *S* male *S* 24 esse malas *Sb* 26 teneri *b*

ad faciendum et ad non faciendum motu animi carent, si denique his abstinendi ab opere suo potestas nulla conceditur, peccatum earum tenere non possumus. at omnes fatentur et malas animas iuste et eas, quae non peccauerunt, iniuste damnari: fatentur igitur eas malas esse, quae peccant. illae autem, sicut ratio docuit, non peccant; animarum ergo malarum genus nescio quod extraneum, quod a Manichaeis inducitur, nullum est.

18. Nunc bonum illud genus uideamus, quod rursus ita laudant, ut ipsam dei substantiam dicant esse. quanto autem melius est, ut suum quisque ordinem meritumque cognoscat nec ita sacrilega superbia uentiletur, ut cum se totiens commutari sentiat, summi illius boni, quod incommutabile pia ratio profitetur et docet, credat esse substantiam? ecce enim cum manifestum sit non peccare animas in eo, quod non sunt tales, quales esse non possunt — unde iam constat nescio quas illas inducticias nullo modo peccare et propterea illas non esse omnino —: relinquitur, ut quoniam concedunt esse peccata, non inueniant, quibus ea tribuant, nisi bono generi animarum et substantiae dei. maxime autem urgentur auctoritate christiana; numquam enim negauerunt dari ueniam peccatorum, cum fuerit ad deum quisque conuersus; numquam dixerunt — ut alia multa —, quod scripturis diuinis hoc quispiam corruptor inseruerit. quibus ergo peccata donantur? si alienigenis illis malis, possunt et bonae fieri, possunt dei regnum possidere cum Christo. quod isti quia negant nec habent alterum genus nisi earum, quas de substantia dei esse perhibent, restat, ut non solum etiam ipsas, sed ipsas solas peccare fateantur. ego autem nihil pugno: non solae peccent,

3 at] ut *M* 4 iuste dampnari *A* 7 extraneum] extra illud *b* a *om. ASB* 10 ipsam dicant esse dī substantiā *A* 11 ut *(s. l.) B om. AMSb* meritumque quisque *Sb* 12 toties *MS* 16 constat iam *ASb* 18 ut] et *S om. A* 19 retribuant *b* 20 urguentur *AB* 24 inseuerit *B* 25 alieni generis *ABSb* 27 quas de] quasi *M* 28 pibent *A* peribent *B* etiam non solum *A* 29 fatentur *B* autem *(post. add.) A* non *A*[2] non *SM* non *B* ne *b*

peccant tamen. at enim mali commixtione coguntur. si ita coguntur, ut resistendi potestas nulla sit, non peccant; si est in potestate resistere sua et propria uoluntate consentiunt, cur tanta bona in summo malo, cur hoc malum in summo bono per doctrinam illorum cogimur inuenire, nisi quia neque illud malum est quod suspicione inducunt neque hoc summum bonum quod superstitione peruertunt?

19. At si de duobus istis generibus animarum delirare illos et errare docuissem aut certe ipse didicissem, quid remanere poterat, cur mihi iam de ulla re audiendi uel consulendi uiderentur? an ut discerem hinc ostendi animarum duo esse genera, quod in deliberando nunc in malam partem, nunc in bonam nutat adsensio? cur non magis hoc signum est unius animae, quae libera illa uoluntate huc et huc ferri, hinc atque hinc referri potest? nam mihi cum accidit, unum me sentio utrumque considerantem alterutrum eligentem; sed plerumque illud libet, hoc decet, quorum nos in medio positi fluctuamus. nec mirum; ita enim nunc constituti sumus, ut et per carnem uoluptate adfici et per spiritum honestate possimus. quare non duas animas hinc fateri cogor? possumus enim melius et multo expeditius intellegere duo genera rerum bonarum, quorum tamen neutrum ab auctore deo sit alienum, animam unam ex diuersis adficere partibus, inferiore ac superiore, uel quod recte ita dici potest, exteriore atque interiore. ista sunt duo genera, quae sensibilium et intellegibilium nomine paulo ante tractauimus, quae carnalia et spiritalia libentius et familiarius nos uocamus. sed factum est nobis difficile a carnalibus abstinere,

1 etenim *Sb* 3 sua resistere *Sb* 4 malo^{um} *A* 6 suspitione *MB* 8 delilare *B* delirare (be^{be} *m. 2 adscr.*) *A* 9 ipse *(s. l. m. 2) A* 10 non poterat *b* 11 aut *AB* 12 genera esse *A* 13 nuta^{t} assensio *A* est *om. B* 14 ferret^{i} A^2 15 me esse sentio *Sb* 16 eligente^{dum} A^2 17 decet (de *corr. ex* do) *A* 18 et *om. MS (s. l.)* 19 uoluntate *BAS* 21 bonarum rerum *AS* 22 anim$\bar{a}^{q:}$ un$\bar{a}$ *B* unam animam *Sb* 23 afficere^{i} *B* 24 interiore (en *corr. in* in) *A* 26 no$\bar{n}^{r}$ *M*

cum panis uerissimus noster spiritalis sit. cum labore namque nunc comedimus panem. neque enim nullo in subplicio sumus peccato transgressionis mortales ex inmortalibus facti. eo contingit, ut cum ad meliora conantibus nobis consuetudo facta cum carne et peccata nostra quodam modo militare contra nos et difficultatem nobis facere coeperint, nonnulli stulti aliud genus animarum, quod non sit ex deo, superstitione obtunsissima suspicentur.

20. Quamquam etiam si eis concedatur inferiore alio genere animarum nos inlici ad turpia, non inde conficiunt aut illas natura malas esse aut istas summum bonum. fieri enim potest, ut propria illae uoluntate adpetendo, quod non licebat, hoc est peccando, ex bonis factae sint malae rursusque fieri bonae possint, sed ut fit quamdiu manent in peccato, ad sese alias occulta quadam suasione traducant; deinde, ut omnino malae non sint, sed in suo genere quamuis inferiore opus proprium sine ullo peccato exerceant; istae autem superiores, quibus actionem longe praestantiorem rerum moderatrix iustitia summa tribuerit, si illas inferiores sequi et imitari uoluerint peccando fiunt malae, non quia malas, sed quia male imitantur. ab illis enim agitur proprium, ab istis adpetitur alienum: unde illae in suo gradu manent, istae ad inferiora merguntur. uelut cum homines ferina sectantur. pulchre namque incedit quadrupedans equus; at si hoc homo pedibus manibusque meditetur, quis eum uel palearum cibo dignum putet? recte igitur plerumque inprobamus imitantem, cum eum, quem imi-

1 panis uiuus et uerissimus *A* 2 edimus *MASb* suplicio *A* 3 mortales (es *corr. ex.* is) *B* in eo *Sb* ideo contigit *A* 6 ceperint *M* ceperint *B* nulli *A* 7 supersticione *A* obtusissima *S* 8 suspicentur *B* 12 illa *AMb* 13 bonis *B* sint] sr̄ *A* 14 sed sic ut *S* qd non fit *B* ut sic *b* maneret *A* ar sese *B* 15 ut *om. A* 16 male *M* interiore *A* 17 isti *A* 18 iusticia *A* 19 si i illa *A* imitare *B* 21 apetitur *B* 22 inferiore *B* 23 ferina] formā *b* pulchre *A* incaedit *B* 25 meditur *M* imitetur *b*

tatur, probemus. inprobamus autem non quia non sit adsecutus, sed quia omnino adsequi uoluit. in equo enim probamus illud, cui quantum praeponimus hominem, tantum offendimur, quod inferiora sectatur. quid? inter ipsos homines in inmittenda uoce nonne quod praeco bene facit, etiamsi clarius ac melius id faciat praetor, insanus est? caelestia suspice: lucens luna laudatur suoque laudatur cursu atque uicibus bene considerantibus satis placet; tamen si eam sol uelit imitari — fingamus enim eos posse habere huiusmodi uoluntates —, cui non summe ac iure displiceat? ex quibus illud est, quod intellegi uolo. etiam si sunt animae — quod interim incertum est — corporeis officiis non peccato, sed natura deditae nosque, quamquam sint inferiores, aliqua tamen interiore uicinitate contingunt, non illas ideo malas haberi oportere, quia nos, cum eas sequimur et corporea diligimus, mali sumus. propterea enim corporea diligendo peccamus, quia spiritalia diligere et iustitia iubemur et natura possumus et tunc in nostro genere optimi et beatissimi sumus.

21. Quamobrem quid habet argumenti aestuans in utramque partem deliberatio modo in peccatum prona, modo in recte factum subuecta, ut duo animarum genera, quorum alterius natura ex deo sit, alterius non sit, cogamur accipere, cum alias tot causas alternantis cogitationis conicere liceat? sed haec obscura esse et incassum ab animis lippientibus quaeri quisquis bonus rerum existimator est, uidet. quare illa potius, quae de uoluntate atque peccato dicta sunt, illa, inquam, quae summa iustitia neminem ratione utentem ignorare permittit, illa quae si auferuntur nobis, nihil est, unde disciplina

3 tanto *A* 5 in *om. A* inmittenda *Hartel:* imittenda *M* emittenda *BSb* imitanda *A* 6 ac melius *om. SM* praeco *A* senator *b* suscipe *ABS* 7 *alt.* laud. *om. SAb* cursu atque recursu aut *S* 14 uicinitatę *A* contingăt *b* aberi *B* 15 et nos *b* eos *A* 17 iusticia *A* 18 obtimi *M* 19 habeat *ABS* estuans *A* in utraque parte *BS* 20 rectū *A* 22 *pr.* sit *om. A* 23 alternantes cogitationes *Bb* 24 incasum *B* queri *A* 25 quę potius *A* 27 rationem̄ *B* 28 auferuntur *B* auferantur *Sb* est] aliud est *b*

uirtutis inchoetur, nihil, unde a uitiorum morte surgatur, etiam atque etiam considerata satis clare ac dilucide Manichaeorum haeresim falsam esse conuincunt.

22. Horum simile est, quod de paenitendo nunc dicam. nam ut inter omnes sanos constat et quod ipsi Manichaei non solum fatentur, sed et praecipiunt, utile est paenitere peccati. quid ego nunc in hanc rem diuinarum scripturarum testimonia, quae usquequaque diffusa sunt, colligam? uox est etiam ista naturae: neminem stultum rei huius notitia deseruit; hoc nobis nisi esset penitus insitum, periremus. potest aliquis dicere non se peccare; non sibi esse autem, si peccauerit, paenitendum, nulla barbaries dicere audebit. quae cum ita sint, quaero ex duobus illis generibus animarum, cuius sit paenitere peccati? scio quidem neque illius esse posse, qui male facere, neque illius, qui bene facere non potest. quare ut eorum uerbis loquar, si animam tenebrarum peccati paenitet, non est de substantia summi mali; si animam lucis, non est de substantia summi boni. paenitendi enim adfectio illa, quae prodest, et male fecisse paenitentem et bene facere potuisse testatur. quomodo igitur nihil ex me mali, si ego perperam feci? aut quomodo me recte paenitet, si ego non feci? audi partem alteram: quomodo ex me nihil boni est, cui bona uoluntas inest? aut quomodo me recte paenitet, si non inest? quamobrem aut negent isti esse paenitendi magnam utilitatem, ut non solum a christiano nomine, sed ab omni etiam uel imaginaria ratione pellantur, aut animarum duo illa genera, unum ex quo nihil mali, alterum ex quo nihil boni sit, discere atque docere iam desinant: quod si faciant, Manichaei esse utique

3 heresim *M* conuincuntur *A* 9 noticia *A* 10 etiam penitus insitum esset *b* 11 non aũ sibi *S* non sibi autem *A* 14 mala *B* 15 non *om. A* 16 loquar *B* utar *b* anima *BS* de *(s. l.) B* 17 substantia] supbia *A* mali] boni *S* boni *B* si—boni *om. BS* supbia *A* 18 qui *AS* 19 potuisset *B* 20 ex me nihil *S* 21 me *om. BM* penitet et *A* 23 au *B* 24 istis *M* 26 illa duo *ASb* 28 esse *om. A*

desinent; nam tota illa secta ista bicipiti uel potius praecipiti animarum uarietate fulcitur.

23. Ac mihi quidem satis est sic scire, quod Manichaei errent, ut scio paenitendum esse peccati. et tamen si nunc amicorum meorum aliquem, qui usque adhuc illos audiendos putat, conpellam iure amicitiae et ei dicam: scisne utile esse, cum quisque peccauerit, paenitere? sine dubitatione se scire iurabit. si ergo te fecero ita scire falsam esse Manichaeorum haeresim, desiderabisne amplius? quid amplius se posse in hac re desiderare respondeat. bene quidem huc usque. sed cum ostendere coepero certas necessariasque rationes, quae illam propositionem adamantinis, ut dicitur, catenis nexae consequuntur, remque totam ad conclusionem, qua illa euertitur secta, perduxero: negabit se forsitan scire utilitatem illam paenitendi, quam nemo doctus, nemo indoctus ignorat, et potius se scire contendet, cum dubitamus et deliberamus duas in nobis animas patrocinia propria singulis quaestionis partibus adhibere. o consuetudo peccati! o comes poena peccati! uos me tunc a rerum tam manifestarum consideratione auertistis, sed non sentienti nocebatis; nunc uero in familiarissimis meis similiter non sentientibus me iam uulneratis torquetisque sentientem.

24. Adtendite ista, quaeso, carissimi; uestra ingenia bene noui. si mihi nunc uos qualiscumque hominis mentem rationemque conceditis, multo certiora sunt quam quae ibi uel uidebamur discere uel magis credere cogebamur. deus magne,

1 desinẽt *A* iam desinent *b* 3 at (*corr. ex* ac) *B* 6 putet *A* compellem *B* compellere *S* 8 ego *B* 9 heresem *M* heresem *B* quid amplius *om. A* esse posse *B* esse possit *b* 10 bene·bene hucusque quidem *A* huc] hoc *M* 11 necessarias rõne (*ex* rome *corr.*) *A* 12 adamanti' *A* innexae *ASb* 13 ille uertitur *BA* illa uertitur *S* 14 negabit (*corr. ex* uit) *B* 15 et potius] pocius *A* 16 contendit *B* 17 patrochinia *S* propria *om. B* questionib' *B* 18 fomes *S* pone *B* 20 sentientib' *A* nocebatis—sentientibus *om. A* 21 iam *om. BS* torquetisquae *B* 23 si uestra *A* 24 hunc *B* 25 cerciora *A* quamque *b*

deus omnipotens, deus summae bonitatis, quem inuiolabilem atque incommutabilem credi atque intellegi fas est, trina unitas, quam catholica ecclesia colit, subplex oro expertus in me misericordiam tuam, ne homines, cum quibus mihi a pueritia in omni conuictu fuit summa consensio, in tuo cultu a me dissentire permittas. uideo maxime expectari hoc loco, quomodo etiam catholicas scripturas a Manichaeis accusatas uel tunc defenderem, si, ut dico, cautus essem, uel nunc defendi posse demonstrem. sed in aliis uoluminibus deus adiuuabit propositum meum; nam huius iam, quantum arbitror, moderata parci sibi postulat longitudo.

1 summe *M* 3 rogo *A* me *om. A* 5 hominū uictu *MBAb* mihi in hominum uictu *S* 6 expectar in hoc *A* 7 accusatus *B* 8 sicut *Ab* 10 iam *om. AS* inmod'ata *Ab* 11 sibi *om. M* longitudo postulat *AS* expl. tractatus de duabus animabus *fol.* 169 *S* EXPL IN XPO IHV DNO NRO *M fol. 191* EXPL DE DVABVS ANIMABVS: AMEN *fol. 10 B subscr. om. A*

III.

S. Aureli Augustini

contra Fortunatum disputatio.

B = Bononiensis 52 saeculi X.
A = Arnulphensis nunc Metensis 141 saec. XI.
P = Parisinus 2093 saeculi XIII.
S = Sorbonnicus 250 nunc Paris. 15302 saec. XIII.
b = editio princ. Basileae 1506 apud Io. Amerbachium.

III.

CONTRA FORTUNATUM DISPUTATIO.

Sexto et quinto Kalendas Septembris Arcadio Augusto bis et Q. Rufino uiris clarissimis consulibus actis habita disputatio aduersum Fortunatum Manichaeorum presbyterum in urbe Hipponensium regionum in balneis Sossii sub praesentia populi.

1. AUGUSTINUS dixit: Ego iam errorem puto, quam antea ueritatem putabam; utrum recte aestimem, a te praesente audire cupio.

FORTUNATUS dixit: Coepta errorem exponere.

AUGUSTINUS dixit: In primis summum errorem puto omnipotentem deum, in quo una nobis spes est, ex aliqua parte uiolabilem aut coinquinabilem aut corruptibilem credere. hoc uestram haeresim adfirmare scio, non quidem his uerbis, quibus nunc usus, sum; nam et uos interrogati confitemini deum esse incorruptibilem et omni modo inuiolabilem et incoinquinabilem; sed cum coeperitis cetera exponere, cogimini eum corruptibilem, penetrabilem et coinquinabilem confiteri. dicitis enim aliam nescio quam gentem tenebrarum aduersus dei regnum rebellasse; deum autem omnipotentem cum uideret, quanta labes et uastitas inmineret regnis suis, nisi aliquid aduersae genti obponeret et ei resisteret, misisse hanc uirtutem, de cuius

2 INCIPIT AVGVSTINI PRESBITERI CATHOLICI (*om. AS*, hoc opus sic incipit *P*) quinto *sqq. fol.* 10 *B fol.* 76 *P fol.* 160 *S* 3 sexto et quinto *scripsi:* quinto *lib. b* archadio *lib. b* 4 Quinto *om. APSb* ū c̄c̄ cons. *(in mg.* uiris clarissimis consulibus) *B* uiro clar. consule *S* actis *om. APSb* habita] acta *PSA* habita ē *b* 5 manicheorum *lib. b* presbiterum *lib.* ipponensium *B* ypponensium *PS* (ypon.) 6 regionum *om. S* sossi *PS* populi] ipsi *S* 7 Augustinus dixit] *om. A* dixit *om. b* quam] quaē *B* quem *PS* 10 Fortunatus—Augustinus dixit] augustinus dixit *(del. m. 1) B om. SPb* 12 nobis una *S* 13 credere augustinus dixit *(del. m. 1) B* 14 nostram *S* heresem *B* 16 omnino *Sb* 18 profiteri *APSb* 21 eț regnis *B* aduersi *A* 22 mi/sisset (s *er.*) *B*

commixtione cum malo et tenebrarum gente mundus sit fabricatus; hinc esse, quod hic animae bonae laborant, seruiunt, errant, corrumpuntur, ut necessarium haberent liberatorem, qui eas ab errore purgaret et a commixtione solueret et a seruitute liberaret. hoc ego nefas puto credere deum omnipotentem aliquam aduersam gentem timuisse aut necessitatem esse passum, ut nos in aerumnas praecipitaret.

FORTUNATUS dixit: Quia te medium fuisse nostrum scio, id est inter Manichaeos administrasse, ista principalia sunt fidei nostrae. de conuersatione hic agitur, de quibus falsis criminibus pulsamur. ex te ergo praesentes audiant boni uiri, utrum sint uera, super quibus criminamur et adpetimur, an sint falsa. etenim ex tua doctrina et ex tua expositione et ostensione poterunt uero uerius scire nostram conuersationem, si a te fuerit prodita. interfuisti orationi?

2. AUG. dixit: Interfui. sed alia quaestio est de fide, alia de moribus; ego de fide proposui. sed si illi, qui adsunt malunt audire de moribus, nec ipsam quaestionem defugio.

FORT. dixit: Purgare me prius uolo penes conscientiam uestram, penes quos polluimur, ex idonei uiri testimonio, qui mihi et nunc idoneus est et in futura iusti iudicii examinatione Christi, si ea, quae iactantur, uidit in nobis uel consecutus est.

3. AUG. dixit: Ad aliud uocas, cum ego de fide proposuerim. de moribus autem uestris plene scire possunt, qui electi uestri sunt. nostis autem me non electum uestrum, sed auditorem

4 eos *ABSP* 5 ego] ergo *BP* 6 necessitate passum *A* 7 erumpnas *BS* 8 dixit *om. b* medium te nostrum fuisse *S* scio (*s. l.*) *B om. APS* 10 de—agitur *om. S* hic] nunc *A* 11 praesestes *B* 12 quibus] in quibus *A* 14 uero *om. b* 15 fuerint *A* 17 sed] *om. APB* (f,i) si *om. Sb* quia dš malum audire *P* illi inquam ut dicis malum audire *S* sed illi . . . si malunt *b* 18 quęstio difugio *A* 19 prius me *A* pene *A* pene *B* 20 quos] quod *AS* quam *Pb* quoḍ *B* polluęmur *B* ex] et *S* idoneo *B* ideo *S* ueri *S* qui] ą *S* et qui *b* 21 iuditii *A* iudicis *B*

fuisse. itaque quamuis et orationi uestrae interfuerim, ut interrogasti, utrum separatim uobiscum habeatis aliquam orationem, deus solus potest nosse et uos. ego tamen in oratione, in qua interfui, nihil turpe fieri uidi, sed solum contra fidem animaduerti, quam postea didici et probaui, quod contra solem facitis orationem. praeter hoc in illa oratione uestra nihil noui comperi. quisquis autem uobis obponet quaestionem aliquam de moribus, electis uestris obponit. quid autem inter uos agatis, qui electi estis, ego scire non possum. nam et eucharistiam audiui a uobis saepe quod accipiatis; tempus autem accipiendi cum me lateret, quid accipiatis unde nosse potui? itaque serua, si placet, quaestionem de moribus, ut inter electos uestros discutiatis, si discuti potest. mihi fides data est a uobis, quam hodie inprobo. de ipsa proposui. ad propositum meum mihi respondeatur.

FORT. dixit: Et nostra professio ipsa est, quod incorruptibilis sit deus, quod lucidus, quod inadibilis, intenibilis, inpassibilis aeternam lucem et propriam habitet, quod nihil ex sese corruptibile proferat, nec tenebras nec daemones nec satanam, nec aliud aduersum in regno eius reperiri possit; sui similem saluatorem direxisse; uerbum natum a constitutione mundi cum mundum fabricaret, post mundi fabricam inter homines uenisse, dignas sibi animas elegisse sanctae suae uoluntati mandatis suis caelestibus sanctificatas, fide et ratione inbutas caelestium rerum ipso ductore hinc iterum easdem

1 itaqu/e (a *er.*) *B* ut] aut *S* interrogati *B* interrogationi *PS* 5 et probaui *om. S* 6 praeter—no *om. S* uestra oratione *A* 7 opponit *ASb* 8 opponat *Ab* agitis *S* 9 eurucastiam *A* eucaristiam *S* 10 accipiatis et numquam potui scire tempus quod accipiatis sqq. *A* 11 quod accipiat *S* nosse (*sp. uac. rel.*) *om. S* 13 fides] *om. S* 17 inadibilibus *B* intentibilis *P* intenelibus *B* intenebilis *A* 18 habitare *APb* habitate *B* 19 se *S* 20 sathanam *AP* satanan *B* aliud] aliquid *b* quod in regno *AS* 21 sui] sui autem *bB* (*s. l.*) 22 cum—mundi *om. S* 23 //nisse *B* habitasse *A* 24 sanctificatos *A* sanctificata *B* et] ac b ratione] natione *A* notione *S* 25 ducatore *A* eductore *S* et hinc *b* iterum] *om. AS* easdem] ipsas *P*

animas ad regnum dei reuersuras esse secundum sanctam ipsius pollicitationem, qui dixit: ego sum uia, ueritas et ianua et: nemo potest ad patrem peruenire, nisi per me. his rebus nos credimus, quia alias animae, id est alio mediante non poterunt ad regnum dei reuerti, nisi ipsum reppererint, ueritatem, uiam et ianuam. ipse enim dixit: qui me uidit, uidit et patrem et: qui in me crediderit, mortem non gustabit in aeternum, sed transitum faciet de morte ad uitam et in iudicium non ueniet. his rebus nos credimus et haec est ratio fidei nostrae et pro uiribus animi nostri mandatis eius obtemperare unam fidem sectantes huius trinitatis, patris et filii et spiritus sancti.

4. AUG. dixit: Has animas, quas de morte ad uitam per Christum uenire fatemini, quae causa praecipitauit in mortem?

FORT. dixit: Hinc iam dignare prosequi et contraire, si nihil praeter deum.

5. AUG. dixit: Immo tu dignare respondere id, quod interrogaris, has animas quae causa morti dederit.

FORT. dixit: Immo tu dignare dicere, utrum aliquid sit praeter deum, an omnia in deo sunt.

6. AUG. dixit: Illud ego respondere possum, quod me dominus nosse uoluit deum necessitatem pati nullam posse neque ex aliqua parte uiolari atque corrumpi. quod cum tu quoque fatearis, quaero, qua necessitate huc miserit animas, quas dicis per Christum redire.

FORT. dixit: Quod tu dixisti, quia huc usque tibi deus

2. Ioh. 14, 6 6 Ioh. 14, 9 7 Ioh. 5, 24

1 rerum animas ipsas *S* 2 ipsius] suam *A* 3 ianua] uita *A* et nemo] nemo *APS* uenire *AS* 4 nos (*in marg. al.* non) *b* alię sunt animę *PSb* (l e sunt) alias animę *B* alio modo//// (medi) ante (ante) *B* alio modo ante *PS* 7 uidet *b* patrem meum *PSb* 8 fecit *B* facit *PS* 10 nos] non *B om. PSb* est *om. b* 18 quae] qua *A* morti (ē *corr. in* i) *B* 19 utrąm *B* 20 sint *ASb* 21 ergo *AB* 22 pati posse nulla *S* pati nullo modo posse *A*^{2} nullam pati posse *b* et neque *b* 23 quod tu quoque cum fat. *S* 24 quaero] *om. A* 26 dixistis *S*

reuelauit, quod incorruptibilis sit, quemadmodum et mihi, ratio quaerenda est, quemadmodum animae aut ob quam causam istum in mundum uenerunt, ut merito nunc eas per unigenitum filium suum ac sui similem de hoc mundo liberaret, si nil praeter ipsum.

7. AUG. dixit: Non debemus frustrare tantos, qui praesentes sunt, et de quaestione proposita ire ad aliud. si confitemur ambo, si nobis concedimus esse incorruptibilem et inuiolabilem deum et nihil pati potuisse — ex quo est consequens, ut falsa sit haeresis uestra, quae dicit deum cum uideret inminere uastitatem ac labem regnis suis, misisse uirtutem, quae cum tenebrarum gente bellaret, et ex ea commixtione hic nostras animas laborare — breuis ergo est ratio mea et, quantum aestimo, cuiuis planissima. si deus nihil pati potuit a gente tenebrarum, quia inuiolabilis est, sine causa huc nos misit, ut nos hic aerumnas patiamur. si autem aliquid pati potuit, non est inuiolabilis et decipitis eos, quibus dicitis esse inuiolabilem deum. hoc enim uestra haeresis negat, cum cetera exponitis.

FORT. dixit: Hoc sentimus, quod nos instruit beatus apostolus Paulus, qui dixit: hoc sentite in uobis, quod et in Christo Iesu; qui cum in forma dei esset constitutus, non rapinam arbitratus est aequalem se esse deo, sed semet ipsum exinaniuit formam serui accipiens in similitudinem hominum factus et habitu inuentus ut homo; humiliauit semet ipsum, factus est

21 Philipp 2, 5 sqq.

1 sit quemadmodum *om. S* quemadmodum *om. b* 2 aut] et *b* ob *om. A* 3 isto in mundo *BP* in isto mundo *A* uenerint *Sb* 4 nihil *APSb* 8 ąb ęǫ (*in marg.* ambo) *B* condiçęmus *B* 9 conseques *B* 10 heresis (e *mut. in* i) *B* 11 uastitatem (*corr. ex* uastitatam) *B* 12 pugnaret *Ab* et] *om. A* hic] hīc *B* hinc *PSb* 13 liboraret (a *corr. in* i) *B* liberaret *Sb* est ergo *Ab* 14 existimo *b* cuius *B* huius *S* lucis *b* plenissima *Sb* 16 pateremur *A* 18 et ////cetera *B* 21 dicit *Sb* 23 se aequalem esse *A* esse se aequalem *b* 24 exi'auit *S* 25 factus est *b* inuentus] inuentus est *S*

subditus usque ad mortem. hoc ergo sentimus de nobis, quod et de Christo: qui cum in forma dei esset constitutus, factus est subditus usque ad mortem, ut similitudinem animarum nostrarum ostenderet. et quemadmodum in se mortis similitudinem ostendit et patrem in se et in patre se esse de medio mortuorum resuscitatum, eo modo sentiamus et de animabus nostris futurum, quod per ipsum poterimus de hac morte liberari: quae aut aliena est a deo aut, si propria est dei, et misericordia eius cessat et liberatoris nomen et opera liberantis.

8. AUG. dixit: Ego quaero, quemadmodum in mortem uenerimus, et tu dicis, quemadmodum de morte liberemur.

FORT. dixit: Ita apostolus dixit, quomodo sentire debeamus de nostris animis, quod Christus nobis ostendit. si fuit Christus in passione et morte, et nos; si uoluntate patris descendit in passionem et mortem, et nos.

9. AUG. dixit: Notum est omnibus catholicam fidem ita se habere, quod dominus noster, id est uirtus et sapientia dei et uerbum, per quod facta sunt omnia et sine quo factum est nihil, ad liberationem nostram hominem suscepit. in ipso homine, quem suscepit, demonstrauit illa, quae dicis. nos autem nunc de ipsius dei et ineffabilis maiestatis substantia quaerimus, utrum ei aliquid nocere possit, an non possit. si enim potest aliquid nocere ei, non est inuiolabilis. si non potest ei aliquid nocere, quid ei factura erat gens tenebrarum, contra quam dicitis bellum gestum esse a deo ante constitu-

18 cf. I. Cor. 1, 24 19 cf. Ioh. 1, 3

1 uobis *S* 3 similitudine *A* 4 et *om. S* 5 et in patre se esse] et patrem esse *AP* et patre esse *B* et se in patre esseq; *S* et se a patre esse *b* 6 sentimus *b* 7 animis B^2Sb animis *AP* 7 ipsum] se ipsum *S* 8 *pr.* aut] aut̄ *B* 11 uenerimus in mortem *S* uenerimus (*corr. ex* ueniremus) *B* 12 liberaremur *B* 13 dixit apostolus *S* 14 animabus nostris *b* animus B^2 15 passionem *AB* (m *er.*) mortē *A* 23 ei] et *APS* ẹt *B* 24 potest ei *b* noceri *PB* (e *corr. in* i) 25 noceri *AS*

tionem mundi, in quo bello nos, id est animas, quas modo indigere liberatoris manifestum est, commixtas esse omni malo et morti inplicitas adseritis? redeo enim ad illud breuissimum: si poterat ei noceri, non est inuiolabilis; si non poterat, crudeliter huc nos misit, ut ista patiamur.

FORT. dixit: Anima dei est, an non?

10. AUG. dixit: Si iustum est, ut non interrogatis meis respondeatur et ego interroger, respondeo.

FORT. dixit: Si in proprio agit anima, hoc a te quaero.

11. AUG. dixit: Ego dicam quod interrogasti; tantum illud memineris te noluisse respondere interrogatis meis, me autem tuis respondere. si quaeris, utrum a deo descenderit anima, magna quidem quaestio est; sed siue a deo descendit siue non, illud de anima respondeo non esse deum; aliud esse deum, aliud animam. deum esse inuiolabilem, incorruptibilem et inpenetrabilem et incoinquinabilem, et qui nulla ex parte corrumpi potest, et cui nulla ex parte noceri possit. animam uero uidemus et peccatricem esse et in aerumna uersari et ueritatem quaerere et liberatore indigere. haec mutatio animae ostendit mihi, quod anima non sit deus. nam si anima substantia dei est, substantia dei errat, substantia dei corrumpitur, substantia dei uiolatur, substantia dei decipitur: quod nefas est dicere.

FORT. dixit: Ergo negasti animam ex deo esse, quamdiu peccatis ac uitiis et mundanis rebus deseruit et errore ducitur, quod fieri non potest, aut ut deus hoc patiatur aut substantia eius. est enim deus incorruptibilis et substantia eius inmacu-

2 liberatore *ASb* commixtos *A* 3 istud *b* 4 ñ potest *A* ñ pẽterat *B* 6 dei] deus *b* 8 respondebo *PSb* 9 propria *B* propria *S* ait *B* ait *AP* a] *om. AB* 10 ego quidem quod interrogasti dicam *b* tu interrogasti *S* illud: memineris sqq. *A* 11 interrogastis meis me an *S* 14 aliud—deum *om. S* 16 coinquinabilem *B* ex nulla *b* 17 possit *b* cui] qui *S* ex *om. A* potest *b* 18 uideri *B* 25 ac] et *ASb* ducitur] duci *PB* (*in fine u.*) 26 posset *S* aut ut] nisi aut ut *A* ut aut *Sb*

lata est et sancta. hic uero quaeritur a uobis, utrum anima ex deo sit necne. quod nos fatemur et ostendimus ex saluatoris aduentu, ex ipsius sancta praedicatione, ex ipsius lectione, dum animis miseretur et secundum eius arbitrium anima uenisse dicitur, ut eandem de morte liberaret et perduceret eam ad aeternam gloriam et restitueret patri. quid uero de anima tu ipse dicis aut speras, utrum sit a deo, necne? et substantiam dei, ex qua neges esse animam, nullis passionibus posse subiacere?

12. AUG. dixit: Animam sic negaui esse substantiam dei, ut negem esse illam deum, sed tamen ex deo auctore esse, quia facta est a deo. aliud est qui fecit, aliud quod fecit; qui fecit, corruptibilis esse omnino non potest; quod autem fecit, omnimodo non potest aequale illi esse. qui fecit.

FORT. dixit: Nec ego dixi animam similem esse deo. sed quia dixisti facticiam esse animam et nihil praeter deum, quaero, undenam deus animae substantiam adinuenit.

13. AUG. dixit: Tantum memento me respondere ad ea, quae interrogas, te autem ad ea, quae interrogo, non respondere. animam dico factam a deo, ut cetera omnia, quae a deo facta sunt, et inter illa, quae deus omnipotens fecit, principalem locum datum esse animae. si autem quaeris, unde deus fecit animam, memento confiteri me tecum esse deum omnipotentem. omnipotens autem non est, qui quaerit adiuuari aliqua materia, unde faciat quod uelit. ex quo est consequens, ut secundum fidem nostram omnia, quae deus fecit per uerbum

1 est *om.* *S* nobis *S* 4 animis *B*²*b* ct—dicitur *om.* *S* 5 liberet *A* liberet *B* 7 speres *A* speres *B* sit *om.* *S* negne *B* et] ę *B* *om.* *PSb* substantia *AS* 8 dei ut negem illam esse deum sed tamen ex deo ex qua *S* negas *b* 12 a] ex *BAPSb* alius ē *S* 13 omnino esse *S* 14 omnimodo] omnino *b* equalem *S* esse *om.* *S* 16 facturam *b* (*in marg. al.* facticiă) 17 unde nam *AS* 19 non] *om.* *S* 20 factam esse *S* esse factam *b* 23 animam fecit *b* te confiteri mecum *AS* confiteri me cum *B* confiteri mecum *P* me confiteri tecum *b* 24 autem *om.* *A*

et sapientiam suam, de nihilo fecerit. sic enim legimus: ipse iussit et facta sunt; ipse mandauit et constituta sunt.

FORT. dixit: Ex iussione constant uniuersa?

14. AUG. dixit: Ita credo, sed uniuersa, quae facta sunt.

FORT. dixit: Facta consonant, sed quia inconuenientia sibi sunt haec, per hoc ergo constat non esse unam substantiam, licet ex unius iussione eadem ad compositionem mundi huius et faciem uenerint. ceterum rebus ipsis paret, quia nihil simile tenebrae et lux, nihil simile ueritas et mendacium, nihil simile mors et uita, nihil simile anima et corpus et cetera istis similia, quae et nominibus et speciebus distant ab inuicem, et merito dixisse dominum nostrum: arbor, quam non plantauit pater meus caelestis, eradicabitur et in ignem mittetur, quae non adferet fructus bonos, et esse arborem radicatam. hinc uero constat et ratione rerum, quod duae sunt substantiae in hoc mundo, quae speciebus et nominibus distant: quarum est una corporis, alia uero aeterna, patris omnipotentis quam esse credimus.

15. AUG. dixit: Contraria ista, quae te mouent, ut aduersa sentiamus, propter peccatum nostrum, id est propter peccatum hominis contigerunt. nam omnia deus et bona fecit, et bene ordinauit; peccatum autem non fecit et hoc est solum, quod dicitur malum, uoluntarium nostrum peccatum. est et aliud genus mali, quod est poena peccati. cum ergo duo sint genera malorum, peccatum et poena peccati, peccatum ad deum non

1 Ps. 148, 5 12 Matth. 15, 13; 3, 10

2 constituta] creata *Ab* (*sed in marg.* constituta) 3 constant omnia uniuersaque facta sunt. fort. dix (*del. uid.*) *S* 5 sonant *APS* consonant *B* 6 haec] hac *AP* ac *b* ergo *om. S* 8 paret] parent *AB* patet *b* quia] quod *S* 11 istis] his *Ab* 12 arborē *AB* quem *P* 14 quia *b* affert *b* afferret *BP* 15 et *om. S* radicandā *Sb* radicata *B* hic *S* uere *b* ex ratione *PSb* 17 constant *BAPb* una est *A* res una *B* 18 quam esse] quam dei esse *A* 21 hominum *Sb* contingit *A* contigerunt *B* contigit *P* 22 hoc est] hoc *b* 23 est *om. ASb* 24 cum—peccati] *om. S* 25 poena *om. A*

pertinet, poena peccati ad uindicem pertinet.etenim ut bonus est deus, quia omnia constituit, sic iustus est, ut uindicet in peccatum. cum ergo omnia optime sint ordinata, quae uidentur nobis nunc aduersa esse, merito contigit hominis lapsi, qui legem dei seruare noluit. animae enim rationali, quae est in homine, dedit deus liberum arbitrium; sic enim posset habere merita, si uoluntate, non necessitate boni essemus. cum ergo oporteat non necessitate, sed uoluntate bonum esse, oportebat, ut deus animae daret liberum arbitrium. huic autem animae obtemperanti legibus suis omnia subiecit sine aduersitate, ut ei cetera, quae deus condidit, seruirent, si et ipsa deo seruire uoluisset; si autem ipsa noluisset deo seruire, ut ea, quae illi seruiebant, in poenam eius conuerterentur. quare si recte omnia a deo ordinata sunt, et bona sunt et deus non patitur malum.

FORT. dixit: Non patitur, sed malum praeuenit deus.

16. AUG. dixit: A quo enim passurus erat?

FORT. dixit: Hoc meum est, quia praeuenire uoluit, non temere, sed uirtute et praescientia. ceterum nega malum praeter deum esse, cum per praecepta ostendit, quia sunt alia, quae praeter uoluntatem ipsius fiunt. praeceptum non intercedit, nisi ubi est et contrarietas; libera facultas uiuendi non datur, nisi ubi est lapsus secundum apostoli rationem, qui dicit: et uos cum essetis mortui delictis et peccatis uestris, in quibus aliquando ambulastis secundum magisterium hûius mundi, secundum principem potestatis aeris huius, spiritus, qui nunc operatur in filiis dif-

23 Ephes. 2, 1 sqq.

1 peccati pęna *A* 2 quia] qui *Sb* 4 contingit *AB*^{1} contiget *S* homini lapso *S* 6 possit *A* 8 necessitate bonum esse sed uol. *A* 12 noluisset *S* uoluisset *S* ut *B om. b* ei *S* 13 recta *P* recta *B* 15 sed deus malū pręuenit *b* 16 enim] nichil *ASb* passus *S* 17 uoluit *om. S* non] et non *b* 18 temere] timere *A* malū] dm̄ *A* 19 per praecepta] pcepta *B* praecepta *A* praeceptum *PS* quę sunt *b* 20 ipsius *om. S* 21 uiuendi *om. A* 22 dixit *A* 26 aeris *om. A* spiritus] et spiritus *Sb*

fidentiae, in quibus et nos et omnes aliquando conuersati sumus in desideriis carnis nostrae facientes uoluntates consiliorum carnis, et eramus naturaliter filii irae, sicut et ceteri. deus autem, qui diues est in omni misericordia, misertus est nobis. et cum mortui essemus peccatis, conuiuificauit nos in Christo, cuius gratia estis salui facti; et simul suscitauit et cum eo collocauit in caelestibus cum Christo Iesu, ut ostenderet in saeculis superuenientibus et cetera usque ad id, quod scriptum est interficiens inimicitiam in semet ipso. et ueniens euangelizauit pacem uobis, qui longe, pacem iis, qui prope. quoniam per ipsum habemus uterque in uno spiritu accessum ad patrem.

AUG. dixit: Ista apostoli lectio, quam recitare uoluisti, si non fallor, pro mea plurimum et contra tuam fidem facit. primo quia ipsum liberum arbitrium, quo ego dixi fieri, ut anima peccet, satis hic expressum est, cum peccata nominauit et cum reconciliationem nostram dixit fieri cum deo per Iesum Christum. peccando enim auersi eramus a deo, tenendo autem praecepta Christi reconciliamur deo, ut qui in peccatis mortui eramus, seruantes praecepta eius uiuificemur et pacem habeamus cum illo in uno spiritu, a quo alienati eramus non seruantes mandata eius, sicuti de homine, qui primus est conditus, in fide nostra praedicatur. ergo nunc quaero abs te, secundum eam lectionem, quae lecta est, quomodo habeamus peccata, si natura contraria nos cogit facere, quod facimus. qui enim cogitur necessitate aliquid facere, non peccat; qui autem peccat, libero arbitrio peccat. quare sit nobis paenitentia imperata, si

5 miseritus *A* 7 salui facti] saluati *PS* simul et *b* 8 in $\overset{\text{cum}}{\text{xpo}}$ *A* 9 *pro* et cetera usque ad *textum plenum exh. b* 10 inimicitas *b* inimicitiam—ueniens *om. S* 12 pacem] et pacem *Sb* his *BAPb* hiis *S* 13 utrique *Ab* utrumque *S* patrem] pacem *S* 14 lectio *post* fallor *add. S* 19 aduersi *S* 20 reconciliañ (ñ *in ras.*) *A* in *om. Ab* mortui *om. S* 21 uiuicemur *A* uiuificemus *S* 22 illo] eo *S* 23 conditus] constitutus *APŚbB* (*in textu* cond. *in marg.* constit.) 26 faciamus 27 peccat] ꝑꝺ peccat *A*

nos nihil mali fecimus. sed gens tenebrarum? quaero item, indulgentia peccatorum cui detur: nobis, an genti tenebrarum. si genti tenebrarum datur indulgentia peccatorum, regnabit et ipsa cum deo accipiens indulgentiam peccatorum; si autem nobis datur indulgentia peccatorum, manifestum est, quia uoluntate peccauimus. satis enim stultum est ignosci ei, qui nihil mali fecit; nihil autem mali fecit, qui nihil sua uoluntate fecit. hodie ergo anima pollicente sibi deo indulgentiam peccatorum et reconciliationem si peccare destiterit et de peccatis paenitentiam gesserit, si respondeat secundum uestram fidem et dicat: quid enim peccaui? quid commerui? quid me expulisti de regnis tuis, ut contra nescio quam gentem pugnarem? depressa sum, permixta sum, corrupta sum, defecta sum, non est mihi seruatum liberum arbitrium. tu nosti necessitatem, qua pressa sum; cur mihi inputas uulnera, quae suscepi? quare me cogis ad paenitentiam, cum tu causa sis uulnerum meorum; cum tu scias, quae passa sum, gentem tenebrarum in me fecisse te auctore, qui uiolari non poteras et tamen uolens cauere regnis tuis, quibus nihil noceri possit, me in miserias praecipitasti? si certe ego pars tua sum, quae de uisceribus tuis processi, si de regno tuo et de ore tuo, in hac gente tenebrarum aliquid pati non debui, ut me incorrupta illa subiceretur, si pars eram domini. nunc autem

1 item] iterum *A* 2 indulgentiam *B* an] aut *S* 3 si] sed si *b* si—nobis *om. S* 4 ipse *B* accipiens et ipse *A* 6 ignoscere *b* ei] *om. SP* 8 rgo *B* deo] a dño *A* //deo *B* deo accipiens *S* 9 et] sed *AP* sed *B* reconciliationem peccatorum *A* desierit *S* 10 nostram *S* fidem uestram *A* 11 coñe||tui *S* 12 et *B* 13 repugnarē *b* dep. sum defatigata sum permixta corrupta sum *A* defecta] defetiga ta (*in marg.* defecta) *Bb* (*in marg. al.* defecata) 16 cogis] agis *S* sis causa *b* 17 scias] sis *A* passus *B* sum *om. A* 19 noceri *om. P* noc. poss. nihil *S* possit *om. A* 20 misericordias *B* certe] recte *b* certe *B* ego] g *A* pars ego *S* ego sum *b* 21 quę (e *corr. ex* i) *B* qui *A* de (*in ras.*) *B* 23 dnī] dī *S*

cum illa temperari non posset nisi mea corruptione, quomodo aut pars tua dicor aut tu inuiolabilis manes aut non es crudelis, qui me pati uoluisti pro his regnis, quibus nihil noceri poterat ab illa gente tenebrarum? ad hoc responde, si placet, et dignare etiam illud mihi exponere, quomodo dictum est a Paulo apostolo: eramus naturaliter filii irae, quos reconciliatos dicit deo. si ergo naturaliter filii irae erant, quomodo dicis naturaliter esse animam filiam dei et portionem dei?

FORT. dixit: Si secundum animam dixisset apostolus, quod simus naturaliter filii irae, alienata esset anima ore apostoli a deo. et hac modo tu ratione ostendis, quod anima non sit dei, quia naturaliter, inquit apostolus, sumus irae filii. si uero secundum quod lege tenebatur idem apostolus ex semine Abraham, ut ipse contestatur, descendens, constat eum corporaliter dixisse nos fuisse filios irae, sicut et cetera. animae uero substantiam ostendit, quod sit ex deo, et animam aliter non posse reconciliari deo nisi per magistrum, qui est Christus Iesus. interfecta tamen inimicitia uidebatur anima indigna extitisse deo; sed quia missa est, hoc confitemur, a deo tamen omnipotente et originem trahens et missa ad ipsius uoluntatem consignandam, quemadmodum et saluatorem Christum credimus de caelo uenisse uoluntatem patris complere. quae uoluntas patris haec erat animas nostras de eadem inimicitia liberare interfecta eadem inimicitia. quae si aduersa deo non fuisset, nec inimicitia uocaretur, ubi erat unitas, nec interfectio diceretur aut fieret, ubi erat uita.

14 cf. Rom. 11, 1

1 possit *ABP* 2 aut *(ante* pars) *om. A* 3 noceri nihil *A* 5 dignare mihi *b* est *(s. l.) B* sit *A* 6 irae erant quomodo dicis sqq. *B* quos—erant *om. BSPb* 8 naturaliter animam filiam esse dei *PSb* 10 simus *B om. S* 11 hac *(corr. ex* hoc) *A* hoc *b* ostendens *S* 13 lege *om. PS* 15 nos] non *BP* sicuti *A* ceteros *Sb* cetera B^2 18 tamen] enim *PSb* tamen B^2 non indigna *S* 19 huc *S* a] cum a *S* 20 tamen *om. S* 21 saluarem *B* 25 non *s. l. B* 26 aut *(in marg.) A* uita erat *b*

18. AUG. dixit: Memento, quod apostolus dixerit conuersatione nos alienatos a deo esse.

FORT. dixit: Trado ego duas substantias fuisse: in lucis substantia haberi deum, ut superius diximus, incorruptibilem; fuisse uero contrariam naturam tenebrarum. eam uirtute dei uinci hodieque confiteor, et ad meum regressum saluatorem esse Christum emissum, ut ante idem apostolus ait.

19. AUG. dixit: Rationibus ut discuteremus duarum naturarum fidem, interpositum est ab his, qui nos audiunt. sed quoniam ad scripturas iterum confugisti, ad eas ego descendo ac nihil praetermittendum esse postulo, ne quibusdam capitibus utentes nebulas adferamus eis, quibus notae scripturae non sunt. a capite igitur quod habet apostolus Paülus in epistula sua ad Romanos consideremus. in prima enim pagina est, quod uehementer contra uos est. dicit enim: Paulus seruus Iesu Christi, uocatus apostolus, praedestinatus in euangelium dei. quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis, de filio, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, qui praedestinatus est filius dei in uirtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectione mortuorum Iesu Christi domini nostri. uidemus apostolum de domino nostro nos docere, ut et uirtute dei ante carnem praedestinatus fuerit et secundum carnem factus sit ei de semine Dauid. hoc uos cum semper negaueritis et negetis, quomodo scripturas flagitatis, ut secundum eas potius disseramus?

15 Rom. 1, 1 sqq.

2 esse a deo *A* esse *om.* S 4 aberi *A* ut—diximus *om. A* 5 eam] eam quam *b* 6 odieque *B* hodięque *A* hodie et *S* hodie quoque *b* xp̄m esse saluatorem *A* 7 ante *om. A* apostolus idem *AS* 8 traditionibus *BPb* 9 impositum *S* 10 iterum *om. A* eas] ea *A* 11 ac] hac *A* intermittendum *S* 12 nebulos *AP* nebulas (o *corr. in* a) *B* 13 a capite] accipite *B* 14 sua *om. PS* 16 xpi iesu *b* apostolus (*in marg. m. 2 add.*) *B* 18 filio suo *PSb* qui—carnem *om. S* 23 et] ex *S* uirtutē *A* 24 de] ex *ASb* 25 quomodo *B*

FORT. dixit: Secundum carnem adseritis ex semine Dauid, cum praedicetur ex uirgine esse natus, et filius dei magnificetur. fieri enim non potest, nisi ut quod de spiritu est, spiritus habeatur, et quod de carne est, caro intellegatur. contra quod est ipsa auctoritas euangelii, qua dicitur, quod caro et sanguis regnum dei possidere non possunt. nec corruptio incorruptelam possidebit.

Hic strepitus factus est a consedentibus, qui rationibus potius agi uolebant, quia uidebant eum non omnia, quae in apostoli codice scripta sunt, uelle accipere. deinde passim sermocinatio ab omnibus haberi coepit, quousque diceret sermonem dei ligatum esse iu gente tenebrarum. quod cum exhorruissent qui aderant, discessum est.

Postera die adhibito iterum notario res acta sic est.

FORT. dixit: Dico, quod nihil mali ex se proferat omnipotens deus et quod quae sua sunt incorrupta maneant uno ex fonte inuiolabili orta et genita; cetera uero, quae in hoc mundo uersantur contraria, non ex deo manare nec principe deo paruisse in hoc saeculo, id est quod non ex ipso originem trahant. haec ergo in fide suscepimus, quod aliena sint mala a deo.

20. AUG. dixit: Et nostra fides haec est, quod malorum genitor non sit deus neque ullam naturam fecerit malam. sed cum uterque nostrum consentiat incorruptibilem deum et incoinquinabilem, prudentium est aestimare et fidelium, quae sit fides purior et maiestate dei dignior: illa, ubi adseritur uel

2 cf. Is. 7, 14 3 cf. Ioh. 3, 6 6 I Cor. 15, 50

2 natum *B* 3 potes *B* spiritu] spiritu sancto *B* 4 abeatur *A* abeatur *B* 6 non possidebunt *APSb* 7 neque *b* 8 considentibus *b* 9 eum] dñm AB^1 10 erant *S* 11 cepit *A* cepit *S* 12 legatum *APS* ligatum (e *corr. in* i) B^2 gentē *S* 13 aerant *S* 14 adibito AB^1 notorio *S* 15 dixit *om. b* dico *om lib. b* deus omnipotens *b* 16 quae] *om. A* incorrupta *B* 18 manere *B* manere *P* manasse *S* principi *Sb* 23 genitorum *A* 24 coinquinabilem *B* incoinquinabilem (in *pr. in ras.*) *P* 25 estamare *AS* 26 maiestati *S*

uirtus dei uel pars aliqua dei uel sermo dei posse commutari, uiolari, corrumpi, ligari, an ea, ubi dicitur et omnipotentem deum et omnem ipsius naturam et substantiam nulla parte umquam posse corrumpi, sed mala esse uoluntario peccato animae, cui dedit deus liberum arbitrium. quod liberum arbitrium si non dedisset deus, iudicium puniendi nullum iustum esse posset nec meritum recte faciendi nec praeceptum diuinum, ut ageretur paenitentia de peccatis, nec ipsa indulgentia peccatorum, quam nobis deus per dominum nostrum Iesum Christum donauit, quia qui non uoluntate peccat, non peccat. hoc arbitror omnibus apertum esse atque perspicuum. quapropter non nos mouere debent, si aliqua in his, quae deus fecit, molesta patimur pro meritis nostris. sicut enim ille bonus est, ut constitueret omnia, sic iustus est, ut peccatis non parcat. quae peccata, ut dixi, nisi libera uoluntas esset in nobis, peccata non essent. si quis enim uerbi causa ligaretur ab aliquo ceteris membris et de manu eius falsum scriberetur sine eius propria uoluntate, quaero, si hoc iudici patefieret, possit hunc hominem falsitatis crimine condemnare? quare si manifestum est peccatum non esse, ubi non est liberum uoluntatis arbitrium, uolo audire animam, quam dicitis aut partem aut uirtutem aut sermonem aut quodlibet aliud dei, quid mali fecerit, ut a deo puniatur aut paenitentiam agat peccati, ut ueniam mereatur, cum nihil ipsa peccauerit.

FORT. dixit: De substantiis proposui, quod bonorum tantummodo deus creator, ultor uero malorum habeatur, eo quod mala ex ipso non sint. merito ergo hoc sentio et ulcisci deum mala, quia ex ipso non sunt. ceterum si ex ipso essent aut daret

1 uirtus (τus *in ras.*) *P* 5 quod *B*² quod *P* quo *A* arbitrium om. *A* 7 posset esse *A* 10 peccār *b* non peccat *om. S* 11 nos non *PS* 12 debet *APSb* fecit deus *S* 13 ille *om. A* 15 uoluntas libera *A* 16 ligaretur (e *corr. in* i) *B* 17 menbris *A* sine] siue *S* 18 possit *B* posset *AS* 21 anima *S* 22 aliud quodlibet *Sb* 23 ut ueniam] aut ueniam *APSb* 25 substantia *b* deus tantummodo *b* 26 creator] auctor *Sb* (*in marg. al.* auctor) 28 sunt *om. S*

licentiam peccandi, quod dicis liberum arbitrium dedisse deum, consensor iam inueniebatur delicti mei, eo quod delicti mei auctor esset, aut ignorans quod futurus essem delinquere, quem ipse non se dignum instituerit. hoc ergo propositum est a me, et quod interrogo nunc, utrum deus mala instituerit necne, et utrum ipse finem malorum instituerit. etenim quae ab ipso diximus facta esse ut opifice deo, uti ab ipso creata et genita incorruptibilia haberi, his rebus et paret et fides euangelica docet. haec ego et proposui, quae sunt credulitatis nostrae et quae a te possunt in ista professione nostra firmari, ita tamen, ut non desit auctoritas fidei christianae. et quia nullo genere recte me credere ostendere possum, nisi eandem fidem scripturarum auctoritate firmauerim, id ergo est, quod insinuaui, quod dixi. aut si mala auctore deo in mundum peruenerunt, hoc ipse dicere dignare; aut si recte creditur mala ex deo non esse, hoc etiam praesentium contemplatio prosequi debet et suscipere. de substantiis dixi, non de peccato, quod in nobis uersatur. si enim originem non haberet, quod cogitamus delicta facere, non cogeremur ad peccatum uenire uel ad delictum. nam quia inuiti peccamus et cogimur a contraria et inimica nobis substantia, idcirco sequimur scientiam rerum. qua scientia admonita anima et memoriae pristinae reddita recognoscet, ex quo originem trahat, in quo malo uersetur, quibus bonis iterum emendans, quod nolens peccauit, possit per emendationem de-

2 consensio *ASP* consensor (r *in ras.*) *B* 3 quid *Ab* deliquere *A* delinqueret *b* 4 instituisset *S* 5 instituēret *B* négne *A* necne—instituerit *om. S* 6 quod—factum *ABSP* 7 uti *ASb* 8 apparet *B²b* paret *SP* 9 hoc *A* e/go (r *er.*) *B* credolitatis *B* crudelitatis *S* 10 formari *b* ut (*s. l. m. 2*) *B* 13 id] idē *BSP* ergo idē *b* insinuaui est *b* 14 aut] ut̨ *B²* ut *AS* mundo *BA* peruenerunt] paruerunt *A* 15 credere *A* credi *B²* credi *P* dico *S* 16 etiam *om. A* persequi *P* presequi *B* 21 idcirco *om. S* sequitur *A* 22 anima *om. S* reddita/ (e *uid. er.*) *B om. S* recognoscit *b* recognosceret *BAP* 23 uersatur *B* 24 emendans] remendans *A* se mens dans *P* emendet *S* possitne *PS* remendationem *A* emendatione *PS* emendationem (per *m. 2 add.*) *B*

lictorum suorum bonorum operum gratia meritum sibi reconciliationis apud deum collocare auctore deo saluatore nostro, qui nos docet et bona exercere et mala fugere. propositum est enim nobis, quod non aliqua contraria natura, sed sua sponte homo aut iustitiae seruiat aut peccatis se obnoxium faciat, cum nulla contraria gente, si sola uersatur anima in corpore constituta, cui deus, ut dicis, liberum arbitrium dedit, sine peccato esset nec peccatis se obnoxium faceret.

21. AUG. dixit: Ego dico peccatum non esse, si non propria uoluntate peccatur; hinc esse et praemium, quia propria uoluntate recta facimus. aut si poenam meretur, qui peccat inuitus, debet et praemium mereri, qui bene facit inuitus. quis autem, qui dubitet non deferri praemium nisi ei, qui aliquid bona uoluntate fecerit? ex quo intellegimus et poenam inferri ei, qui uoluntate mala aliquid fecerit. sed quoniam me ad priores naturas et substantias reuocas, fides mea est omnipotentem deum, quod maxime animaduertendum est et animo figendum, omnipotentem deum iustum et bonum fecisse bona. sed ea, quae ab illo facta sunt, non possunt esse talia, qualis est ipse, qui fecit. iniustum est enim et stultum credere, ut opera paria sint artifici et condita conditori. quapropter si pia fides est, ut omnia bona deus fecerit, quibus tamen ipse est multo excellentior longeque praestantior, origo et caput mali est in peccato, sicut apostolus dixit: radix omnium malorum

24 I Tim. 6. 10

2 sibi collocare *A* deo] *om. APSb* 4 aliqua] ab aliqua *ASPb* ab aliqua *B* 5 obnoxium se *AS* 6 nulla contr. existente B^2 nulla existente *b* cum causa nulla contraria *S* uersaretur *S* 8 se *om. S* obnoxium *B* 10 peccetur *b* pec/tur *S* 11 recte *A* 12 quis est autem qui *A* quis autem dubitet *b* 13 aliqua *b* boni *A* boni *B* 15 mali *APb* mali *B* prioras *A* 17 figendū: bonū iustū fecisse bona *b* 18 omnipotentū *A* dm̄ bonū iustū *AS* 20 et] te *AP* et *B* credere] exidere *A* excedere *PS* credere excedere *B* ut] quod *b* 22 bona omnia *A* 23 exellentior *A* mali] istius mali *A* es tu peccato *AP* estum peccato *B* est peccatum *b* 24 dicit *A* radix est *S* omnium *om. S*

est cupiditas; quam quidam sequentes naufragauerunt a fide et inseruerunt se doloribus multis. si enim radicem omnium malorum quaeris, habes apostolum dicentem radicem omnium malorum esse cupiditatem. radicem radicis quaerere non possum; aut si est aliud malum, cuius radix non est cupiditas, non erit omnium malorum radix cupiditas. si autem uerum est omnium malorum radicem esse cupiditatem, frustra aliud aliquod mali genus quaerimus. tua uero natura contraria, quam inducis — quoniam iam respondi obiectis tuis, quaeso, ut et tu mihi dicere digneris — si illa natura contraria est totum malum neque peccatum potest esse nisi ex illa, poenam ipsa sola debet mereri, non anima, a qua non est peccatum. at si dicis ipsam solam mereri poenam et animam non mereri, quaero, cui data sit paenitentia, quae sit iussa paenitere. si anima iussa est paenitere, ab illa peccatum et ipsa uoluntate peccauit. nam si cogitur anima facere malum neque illa est, quod malum fecit, nonne stultum est et plenum dementiae, ut gens tenebrarum peccauerit et me paeniteat de peccatis? nonne plenum dementiae est, ut gens tenebrarum peccauerit et mihi detur indulgentia peccatorum? qui possum dicere secundum fidem uestram: quid feci? quid commisi? apud te fui, integer fui, nulla labe contaminatus fui; tu me huc misisti, tu necessitatem passus es, tu cauisti regnis tuis, cum magna eis labes et uastitas inmineret. cum ergo noueris necessitatem, qua hic obpressus sum, qua respirare non potui, cui resistere non potui: quid me accusas quasi peccantem?

1 est *om. A, s. l. B* 6 non—cupiditas *om. S* 8 aliquid *AS* 10 tuis *om. A* quaeso] quęro *ABPS* et *om. b* 12 paenęnę *B* natura ipsa sola debet mereri penam non mereri animam *S* a—mereri] *om. S* 15 si—paenitere *om. b* 17 quod] quę *b* facit *APSb* 19 num *P* nonne stultum est plenum *A* clementiae *S* mentiae *P* dementia *B* est *om. PS* 22 integer fui *post* cont.fui *S* nulla] in illa *S* 24 immineret et uastitas *A* nouis *S* 25 qua] quă *S* oppressum *A* 26 quare *B* cui—potui *om. S* accusaț *AB*

aut quid promittis indulgentiam peccatorum? ad hoc sine ambagibus responde, si placet, sicut tibi ego sine ambagibus respondi.

FORT. dixit: Haec nos dicimus, quod a contraria natura anima cogatur delinquere: cui non uis esse radicem nisi hoc tantum, quod in nobis malum uersatur, cum constet exceptis nostris corporibus mala in omni mundo uersari. non ista, quae in corporibus solum habemus sed quae in toto mundo uersantur et nominibus ualent bona, mala radix habet. nam dixit dignatio tua, quod haec sit radix malorum, cupiditas, quae in nostris corporibus uersatur, cum quando non est cupiditas mali ex nostris corporibus, ex principali illa contraria natura uersatur in toto mundo. apostolus etenim id nominauit radicem esse malorum cupiditatem, non unum malum, quam dixisti radicem omnium malorum. cupiditas uero non uno modo intellegitur, quam dixisti radicem omnium malorum, quasi quae in cordibus nostris solum uersetur, cum constet hoc quod in nobis uersatur malum, ex auctore malo descendere et portiunculam esse mali hanc radicem, quam tu esse dicis, ut non sit ipsa radix, sed sit portiuncula mali, eius mali, quod ubique uersatur. quam radicem et arborem malam dominus noster appellauit numquam fructus bonos adferentem, quam non plantauit pater suus, ac merito eradicari et in ignem mitti. nam quod dicis contrariae naturae peccatum debere inputari, illa natura mali est; et id esse peccatum animae, si post commonitionem saluatoris nostri et sanam doctrinam eius a

21 cf. Matth. 15, 13; 3, 10

2 respondi *S* si—respondi *om. S* ego tibi *P* ego (*in marg. m. 2 add.*) *B* 4 hoc *Sb* 8 sed quae *om. BPSb* 9 et nominibus (non in omnibus) *B* radix *om. APS* 10 dignatio tua *om. S* quod] quia *S* 12 natura *om. S* 13 etenim] enim *ASP* id *om. S* nominauit id rad. *b* 14 non—malorum *om. b* uno malo *AB* 15 malorum] malorum cupiditatem *S* cupiditas—malorum *om. A* intellegetur *B* 16 radicem esse *Sb* 17 cordibus] corporibus *S* 19 mali esse *A* 21 mali *A* malī am *B* 22 appellauerit *AP* appellauerit *B* 23 ac] hac *B* hanc *A* et *S* 25 id esse] cō (?) *S* 26 conmotionem *S* commonitionem (mo *ex* mu) *B* a *om. b*

contraria et inimica sui stirpe se segregauerit anima, et purioribus se adornans anima; aliter non posse substantiae suae reddi. dictum est enim: si non uenissem et locutus eis fuissem, peccatum non haberent. nunc uero quia ueni et locutus sum et noluerunt mihi credere, ueniam de peccato non habebunt. unde paret recte esse paenitentiam datam post aduentum saluatoris et post hanc scientiam rerum, qua possit anima acsi diuino fonte lota de sordibus et uitiis tam mundi totius quam corporum, in quibus eadem anima uersatur, regno dei, unde progressa est, repraesentari. nam dictum est ab apostolo, quod prudentia carnis inimica sit deo; legi enim dei non est subiecta, nec enim potest. paret ergo his rebus, quod anima bona factione illius, quae legi dei non est subiecta, peccare uidetur, non sua sponte. namque idem sequitur, quod caro concupiscit aduersus spiritum et spiritus aduersus carnem, ut non quaecumque uultis, illa faciatis. dicit iterum: uideo aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meae et captiuum me ducentem in legem peccati et mortis. ergo miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius nisi gratia dei per dominum nostrum Iesum Christum, per quem mihi mundus crucifixus est et ego mundo?

22. AUG. dixit: Agnosco et amplector testimonia diuinarum scripturarum, et fidei meae quemadmodum congruant, sicut deus donare dignabitur, paucis exponam. liberum uoluntatis arbitrium in illo homine fuisse dico, qui primus formatus est.

3 Ioh. 15, 22 11 Rom. 8, 7 15 Gal. 5, 17 17 Rom 7, 23 sqq. 22 Gal. 6, 14

1 sibi inimica *A* sui (*paene er.*) *B* eius *S* non se segregauit *S* 6 patet *APb* pẹnitentiam esse *b* penitem *S* 8 si *om. S* de] et de *AS* 10 est (*s. l.*) *B* 12 sit] est *S* nec] non *A* 13 patet *b* bona factione] beneficio rei *A* beneficiorei *B* (o a factione) beneficior *P* beneficio *S* 15 id *S* 19 lege *PS* 20 liberauit *AB* 21 ihm xpm dnm nostrum *b* 25 meae *om. A* 27 est *om. A, s. l. B*

ille sic factus est, ut nihil omnino uoluntati eius resisteret, si uellet dei praecepta seruare. postquam autem libera ipse uoluntate peccauit, nos in necessitatem praecipitati sumus, qui ab eius stirpe descendimus. potest autem unusquisque nostrum mediocri consideratione inuenire uerum esse, quod dico. hodie namque in actionibus nostris antequam consuetudine aliqua inplicemur, liberum habemus arbitrium faciendi aliquid uel non faciendi. cum autem ista libertate fecerimus aliquid et facti ipsius tenuerit animam perniciosa dulcedo et uoluptas, eadem ipsa consuetudine sua sic inplicatur, ut postea uincere non possit, quod sibi ipsa peccando fabricata est. uidemus multos iurare nolle, sed quia iam consuetudinem lingua tenuit, non posse refrenare, cum ea exeant de ore ipsorum, quae non possumus dicere ad mali stirpem non pertinere. ut enim uobiscum his uerbis agam, quae utinam sicuti de ore uestro non recedunt, ita et corde intellegantur: per paracletum iuratis. si ergo uultis experiri uerum esse, quod dico, instituite non iurare, uidebitis illam consuetudinem ferri quo solet. et hoc est, quod aduersus animam pugnat, consuetudo facta cum carne. ipsa est nimirum carnis prudentia, quae quamdiu ita est, legi dei subici non potest, quamdiu prudentia carnis est; sed inluminata anima desinit illa esse carnis prudentia. sic enim dictum est prudentiam carnis non posse legi dei esse subiectam, quemadmodum si diceretur glacialem niuem calidam esse non posse. nullo pacto enim quamdiu nix est, calida esse potest. sed quemadmodum illa nix calore resoluitur et desinit nix esse, ut possit calescere,

1 ut ẹṭ *B* 2 ipsa *P* 6 nostris actionibus *b* 8 uel] et *A* faciendi] aliquid faciendi *S* istā libertatē *A* 10 sua consuetudine *b* 13 refrenari *PSb* 14 ore] *om. A* stirpe *A* stipē *P* 15 non (*s. l.*) *B* *om. APS* 16 sicuti] sicuti (si *corr. ex* se) *A* secuti *B* sicut *b* de corde *S* cor (de *m. 2 add.*) *B* 17 iurat *AS* iurant *P* 20 cum] in *b* ñimirum] animarū *A* ạnimạrū *B* 21 ita est] ita *P* 24 subici *A* diceretur uerbi gratia *A* 25 glacialem *om. A* g&ꝛianiḅem *B* enim pacto *b* pẹcçạto *B* 26 esse calida *A* ñ potest (ñ *m. 2*) *B* 27 possit calescere] possiss'e *S*

sic illa carnis prudentia, id est consuetudo facta cum carne, cum fuerit mens nostra inluminata et ad arbitrium diuinae legis totum hominem sibi deus subiecerit, pro illa consuetudine animae mala facit consuetudinem bonam. ex quo illae duae arbores, bona arbor et mala arbor, quas commemorasti, uerissime dictum est a domino quod suos fructus habeant, id est neque bonam posse dare malos fructus neque malam bonos, sed malos quamdiu mala est. accipiamus duos homines: bonum hominem et malum hominem. quamdiu bonus est, malos fructus dare non potest; quamdiu malus est, fructus bonos dare non potest. sed ut intellegas istas duas arbores sic esse a domino positas, ut ibi significaretur liberum arbitrium, non naturas esse istas duas arbores, sed uoluntates nostras, ipse ait in euangelio: aut facite arborem bonam aut facite arborem malam. quis est, qui possit facere naturam? si ergo imperatum est nobis, ut faciamus arborem aut bonam aut malam, nostrum est eligere, quid uelimus. de isto ergo peccato hominis et de ista consuetudine animae facta cum carne apostolus dicit: nemo uos seducat; omnis creatura, quae a deo facta est, bona est. dicit idem apostolus, quem tu ipse commemorasti: sicuti per unius inobaudientiam peccatores constituti sunt multi, sic et per unius dicto audientiam iusti constituentur multi, quoniam per

14 Matth. 12, 33 19 Ephes. 5, 6; I Tim. 4, 4 21 Rom. 5, 19 23 I Cor. 15, 21

3 subicerit *BS* pro illa] per illam *PS om. A* consuetudo *A* consuetudi^{nē} (i *corr. ex* o) B^2,*PS* 4 malam *PS* fecit *PS* et fecit *B* efficitur *A* consuetudo *BA* bona *A* 6 fructos *B* 7 bona posse *A* bonam posset *B* malos fructus malos *S* 8 sed malos *scripsi:* malos *om. lib. b* accipimus autem *A* accepimus B^2 accipimus *SP* 9 est *om. S* quamdiu—potest *om. AS* 11 duas istas *A* duas *B* *om. b* 14 bonu^{am} B^2 15 malu^{am} B^2 si] sic *A* 16 aut malam aut bonam *A* bonu^{am} malu^{am} B^2 17 nostrum] necessarium *S* 18 hominum *S* cum] in *b* 19 dixit *A* uos] nos *AP* nos *B* 21 sicut *b* inobhaudientiă *B* inobedientiă *SPb* 22 unius *om. A* obedientiam *SPb*

hominem mors et per hominem resurrectio mortuorum. quamdiu ergo portamus imaginem terreni hominis, id est quamdiu secundum carnem uiuimus, qui uetus etiam homo nominatur, habemus necessitatem consuetudinis nostrae, ut non quod uolumus faciamus. cum autem gratia dei amorem nobis diuinum inspirauerit et nos suae uoluntati subditos fecerit, quibus dictum est: uos in libertatem uocati estis, et: gratia dei liberauit me a lege peccati et mortis — lex autem peccati est, ut quicumque peccat, moriatur — ab ista lege liberamur, cum iusti esse coeperimus. lex mortis est, qua dictum est homini: terra es et in terram ibis. ex ipso enim omnes sic nascimur, quia terra sumus, et in terram ibimus propter meritum peccati primi hominis. propter autem gratiam dei, quae nos liberat a lege peccati et mortis, ad iustitiam conuersi liberamur: ut postea eadem ipsa caro, quae nos poenis torsit in peccatis manentes, subiciatur nobis in resurrectione et nulla aduersitate nos quatiat, quominus legem et diuina praecepta seruemus. unde quoniam ego respondi tuis, dignare tu respondere illud, quod desidero, quemadmodum fieri possit, ut, si est deo natura contraria, nobis inputetur peccatum, qui in illam naturam non uoluntate, sed ab ipso deo, cui noceri nihil poterat, missi sumus.

FORT. dixit: Hoc genere, quemadmodum et dominus dixit discipulis suis: ecce mitto uos sicut oues in medio luporum. hinc sciendum est, quod non inimica mente saluator noster agnos suos, id est discipulos suos in medio luporum

2 cf. I Cor. 15, 49 7 Gal. 5, 13 8 Rom. 8, 2 11 Gen. 3, 19 24 Matth. 10, 16

6 diuinam *B* uoluntatis *A* 8 et—lege *om. S* 9 peccauerit *b* 10 liberamus *B* liberabimur *PS* ceperimus *B* 11 quia *B* 12 omnes] homines *b om. A* 13 meritum *et* primi *om. A* 14 gratiam autem *A* 16 poenis] in penis *Sb* torsis *B* manentes B^2 17 legem] legem dī *b* 18 unde] ut *S* quia *SP* 19 tu quoque *A* tu quo *B* quod] quod scire *A* 20 sicut si *B* sic contraria *B* 22 nocere *ASb* 23 dñs] ihs *S* 24 mitto] ego mitto *Sb* 25 est *om. A*

dirigere uoluit, nisi esset aliqua contrarietas, quae in similitudine luporum eam deponeret, ubi et discipulos suos miserat, ut quae forte in medio luporum animae possent decipi, ad propriam substantiam reuocarentur. hinc ergo paret antiquitas temporum nostrorum, quam repetimus, et annorum nostrorum ante mundi constitutionem hoc more missas esse animas contra contrariam naturam, ut eandem sua passione subicientes uictoria deo redderetur. nam dixit idem apostolus, quod non solum esset luctatio contra carnem et sanguinem, sed et contra principes et potestates et spiritalia nequitiae et dominationem tenebrarum. si ergo utrobique mala conuersantur et nequitiae habentur. iam non solum est malum in nostris corporibus, sed in toto mundo, ubi uidentur uersari animae, quae sub caelo isto uersantur et inplicatae sunt.

23. AUG. dixit: Agnos suos dominus noster in medium luporum misit, id est homines iustos in medium hominum peccatorum ad praedicationem euangelii tempore hominis suscepti ab inaestimabili diuina sapientia, ut a peccato ad iustitiam nos uocaret. quod autem ait apostolus nobis colluctationem non esse aduersus carnem et sanguinem, sed aduersus principes et potestates et cetera, quae sunt commemorata. hoc significat: diabolum et angelos eius sicut etiam nos peccato cecidisse et lapsos esse dicimus et obtinuisse terrena, id est homines peccatores, qui quamdiu peccatores sumus, sub iugo eorum sumus; quemadmodum, cum iusti erimus, erimus sub

8 cf. Ephes. 6, 12

1 uelit *A* uolnit uelit *B* similitudinem *S* 2 luporum ut animas que forte *sqq. A* eãndeponeret *B* eandemponeret *SP* 3 in *om. b* possint *SP* possint *B* 4 reuocarent *BA* uocarentur *S* ap paret B^2 apparet *SPb* antiquitatem *A* iniquitas *S* 5 annorum] animorũ *ASb* 7 subicientibus *S* 8 d rederetur *A* 9 luctatio *om. A* sed et] sed *S* 12 est solum *S* 13 uidentur *om. S* 15 noster *om. AS* medio (*et* 16) *ASb* 17 suscepti hominis *A* 19 autem colluctationem n ait *S* 23 dicimus *om. b* obtiuisse *B* 24 homines *om. S* qui] i quąç *B om. S* *alt.* erimus *om. S*

iugo iustitiae; et contra illos luctam habemus, ut migrantes ad iustitiam ab eorum dominatione liberemur. ergo et tu dignare mihi breuiter ad unum, quod interrogo, respondere. noceri deo non poterat, an poterat? sed quaeso mihi ut „non poterat“ respondeas.

FORT. dixit: Non poterat noceri.

24. AUG. dixit: Quare ergo huc nos misit secundum uestram fidem?

FORT. dixit: Professio mea haec est, quia noceri non poterat deo et quod deus huc nos direxit. sed quia id tibi contrarium est, tu dic, qua ratione hic adparuit anima, quam nunc cupit deus noster et mandatis et proprio filio directo liberare?

25. AUG. dixit: Quoniam uideo te interrogatis meis respondere non potuisse et me aliquid interrogare uoluisse, ecce satisfacio tibi, dummodo memineris te ad id, quod interrogaui, non respondisse. anima quare hic sit in mundo inuoluta miseriis, non modo, sed paulo ante nescio quotiens a me dictum est. peccauit anima et ideo misera est. liberum arbitrium accepit, usa est libero arbitrio, quemadmodum uoluit: lapsa est, eiecta de beatitudine, inplicata miseriis. ad hoc tibi testimonium recitaui apostoli dicentis: sicut per unum hominem mors, sic et per unum resurrectio mortuorum. quid quaeris amplius? unde tu responde: cui noceri non poterat, quare huc nos misit?

FORT. dixit: Causa haec quaerenda est, cur huc uenerit

1 iustitiae sub iugo erimus *A* 2 et *om.* *A* 4 non *om.* *A* ut] ut aut *A* aut ut *P,b* (*in mg.*) aut (*er.*) *B* ut michi *S* 6 poterat non noceri *S* 10 huc] hoc *B* direxit] misit *P* 11 paruit *A* ${}^{\text{sp}}$paruit *B* nunc] non *AS* 13 quia *S* interrogas *S* 14 posse *Sb* aliud *A* interrogari *A* 16 non resp.] non potuisse respondere *A* inuolȧta *B* 17 ante mę *B* nescio (o *corr. ex* ens) *A* 18 misera est · legem accepit non eam seruauit et ideo misera est *sqq.* *A* 20 implicata est *AS* recitaui test. *b* 22 sic et] sicut *S* unum] unum hominem *Sb* quod *B* 24 hǫc *B* miserit *A* 25 haec *om.* *A* huc] hǫc *B*

anima aut quare eandem deus hinc cupit liberare, quae in medio malorum uiuit.

26. AUG. dixit: Hanc causam abs te quaero, id est: si deo noceri non poterat, quare huc nos misit?

FORT. dixit: Quaeritur a nobis, si deo malum nocere non possit, cur huc anima missa fuerit, aut qua ratione mundo permixta sit. quod in eo manifestum est, quod ait apostolus: numquid dicit figmentum ei, qui se finxit: cur me ita formaueris? si ergo causanda est haec res, interrogandus est, qui animam direxit nulla cogente se necessitate; si autem necessitas fuerat mittendi animam, merito est et uoluntas liberandi eam.

27. AUG. dixit: Premitur ergo deus necessitate?

FORT. dixit: Iam hoc est: noli ad inuidiam excitare id, quod dictum est, quod non necessitati facimus subditum esse deum, sed uoluntarie misisse animam.

28. AUG. dixit: Recita, quod supra dictum est. (et recitatum est: si autem necessitas fuit mittendi animam, merito est et uoluntas liberandi eam).

AUG. dixit: Audiuimus [si autem necessitas fuit mittendi animam, mérito est et uoluntas liberandi eam]. Tu ergo dixisti fuisse necessitatem mittendi animam. sed si modo uoluntatem uis dicere, et hoc addo: cui noceri nihil poterat, crudelis uoluntas fuerat mittendi animam ad tantas miserias. quod refellendi causa quia loquor, ueniam

8 Rom. 9, 20

1 in *om. BP* 4 hoc *B* 5 non *om. A, s. l. B* 6 cur] quur *B* quare *Pb* 8 quur *B* 9 res hec *b* interrogandum *SP* 10 qui] cur *A* 11 fuerit *P* fuit *Sb* 14 exitare *A* 15 non *om. ASP, s. l. B* necessitate *A* necessitati (i *corr. ex* e) *B* 16 uoluntate *A* uoluntariae *B* mississe *B* 17 dictum est. fort' dix. (dix *om. b*) recitatum est *Sb* 18 est *om. A* 19 eam *om. ASP* 20 augustinus dix *B* dixit *om. b* si—eam *inclusi* necessitas] necesse *P* fuerit *P* fuerit *B* fuerat *A* 21 animas *A* 22 *ante* Tu *add.* aug dix *B* ergo] autem *b* 23 hoc] hoc *B* addo] audio *ASP* addio *B* 24 fuit *S* animas *A* 25 dico uel loquor *A*

peto ab illius unius misericordia, in quo spem liberationis habemus ab omnibus erroribus haereticorum.

FORT. dixit: Nos dicere adseueras crudelem esse deum mittendo animam; fecisse deum uero hominem et insufflasse in eum animam; quam utique pro sua scientia animam futuram inuolui et beneficio malorum non posse hereditati suae repraesentari. hoc aut ignorantis est aut dantis animam ad haec mala, quae supra memorata sunt. id commemoraui, quia dixisti — ante tempus non multum — quod adoptauerit sibi deus animam, non quod ab ipso sit; aliud est enim adoptare.

29. AUG. dixit: De adoptione nostra memini me ante dies dixisse secundum testimonium apostoli, qui dicit nos uocatos in adoptionem filiorum. non ergo meum fuit illud, sed apostolicum responsum. de qua re, id est de ista adoptione suo tempore, si placet, inquiramus; et de illa insibilatione respondebo, cum tu meis obiectionibus responderis.

FORT. dixit: Progressum dico fuisse animae contra contrariam naturam, quae natura deo nihil nocere poterat.

30. AUG. dixit: Quid opus erat isto progressu, ubi nihil habebat deus, quod caueret, cui noceri nihil poterat?

FORT. dixit: Constat apud conscientiam nostram a deo uenisse Christum?

31. AUG. dixit: Iterum me interrogas. ad interrogata responde.

FORT. dixit: Sic accepi in fide, quod uoluntate dei ipse huc uenerit.

12 cf. Ephes. 1, 5

1 spem miserationis et liberationis *A* 2 ab *om. S* 3 adsueueras credulē *B* 4 uero deum *ASb* insufflare *A* insyflare *B* 5 quam] qua *A* quasi *PS* quam utique praesciuit in futuram miseriam inuolui *ed. Maurina.* 10 ipsa *A* ipsa *B* 11 adoptatione *BP* hos dixisse dies *S* 12 cundum B^1 14 de qua adoptatione *S* 15 insibilatione] sine dilatione *b* 16 eis *B* 17 dixit *om. b* progressum (m *in ras. corr. ex* di) *B* dico *om. BSP* 18 *post* naturam *add.* aug dix̄ *APb, exp. in B* quae] cum *P* cur *b* 19 aug. *om. APb, s. l. B* dix̄ *om. BAPb* 20 nocere *SP* 21 uestrā *b* a] *om. P* 25 ipse] ipsa *Sb om. A*

32. AUG. dixit: Et ego dico: deus omnipotens, inuiolabilis, incommutabilis, cui noceri nihil possit, quare huc animam ad miserias, ad errorem, ad ista, quae patimur, misit?

FORT. dixit: Dictum est enim: potestatem habeo ponendi animam meam et potestatem accipiendi eam, non dixit, quod uoluntate dei progressa est anima.

33. AUG. dixit: Ego autem causam quaero, cum deo noceri nihil possit.

FORT. dixit: Nihil noceri deo iam diximus, et in contraria natura esse animam diximus, ideo ut contrariae naturae modum inponeret; modo inposito contrariae naturae sumit eandem deus. ipse enim dixit: potestatem habeo ponendi animam meam et potestatem sumendi eam. hanc mihi pater dedit potestatem ponendi animam meam et sumendi eam. deus ergo, qui loquebatur in filio, de qua anima diceret? constat esse animam nostram, quae in his corporibus habetur, quod dei uoluntate uenerit et de uoluntate ipsius iterum adsumatur.

34. AUG. dixit: Unde dixerit dominus noster „potestatem habeo ponendi animam meam et potestatem habeo sumendi eam" omnibus notum est, quia passurus erat et resurrecturus. ego autem abs te iterum atque iterum quaero: si deo noceri nihil poterat, cur huc animas misit?

FORT. dixit: Naturae contrariae modum inponere.

35. AUG. dixit: Et omnipotens deus et omnium misericor-

4 Ioh. 10, 18

2 hoc *B* 5 potestatem] potestatem habeo *A* eam. Aug. Nūc dixi *b* 6 sit *A* 7 augustinus—causam *om. b* ego quare quęro cum deo noceri nichil poterat. fort. dix uideris quod uoluntate progressa est anima. hoc dico. aug. dix ego autem causam *sqq. A* quaero] quare *b* nocere *SPb* 9 nocere *b* 11 eam *S* 12 etenim *AS* dicit *A* 13 hanc—eam *om. b* 14 ergo] enim *S* 15 constant *B*² constat—animam] *om. A (spat. uac. rel.)* 16 dei] de *ABFb* 17 et de] et dei *S* 18 dixeri *B* 21 abs te *om. A* 22 si (*s. l.*) *B om. APS* nihil nocere *b* nocere *P* quur *B* hoc *B* 24 deus] est et *A* misericordessimus *B* misericors summus *P* misericors et omnium summus *Sb*

dissimus, ut modum inponeret naturae contrariae, ideo illam moderatam esse uoluit, ut nos inmoderatos efficeret?

FORT. dixit: Sed ideo ad se reuocat.

36. AUG. dixit: Si ad se reuocat ab inmoderatione, si a peccato, ab errore, a miseria, quid opus erat tanta mala animam pati per tantum tempus, donec mundus finiatur, cum deo, a quo eam dicitis missam, noceri nihil possit?

FORT. dixit. Quid ergo dicturus sum?

37. AUG. dixit: Et ego noui non te habere, quid dicas, et me cum uos audirem in hac quaestione numquam inuenisse, quod dicerem, et inde fuisse admonitum diuinitus, ut illum errorem relinquerem et ad fidem catholicam me conuerterem uel potius reuocarem ipsius indulgentia, qui me huic fallaciae semper inhaerere non siuit. sed si confiteris te non habere, quod respondeas, omnibus audientibus et recognoscentibus, quoniam fideles sunt, catholicam fidem, si permittunt et uolunt, exponam.

FORT. dixit: Sine praeiudicio professionis meae dixerim: illa quae a te obponuntur cum retractauero cum meis maioribus, si minus responderint interrogationi huic meae, quae similiter a te nunc mihi offertur, erit in mea contemplatione — quia et ego animam meam cupio certa fide liberari — uenire ad huius rei inquisitionem, quae a te mihi offertur et ostensurum te polliceris.

AUG. dixit: Deo gratias.

1 ut *om.* AB^1 modum ut *P* poneret *B* moderatam illam *A* 6 animam *om. A* 7 dicitis eam esse *S* nocere *ASPb* 9 habere te *S* 12 derelinquerē *b* 14 sinit *S* cf̄eceras *B* non habere te *b* 15 quid dicas *A* recogno‖ (*om.* scentibus) *A* 19 meis cum *b* 20 me' *B* 23 ad] ab *B* rei *om. AS* 25 EXPLICIT ACTA AVGVSTINI CVM FORTVNATO MANICHEO *fol. 20 B* EXPLICIT CONFLICTVS AVGVSTINI ET FORTVNATI *A* Explicit altercatio contra Fortunatū fol. 83 *P* finit disputatio aurelii augustini contra fortunatum manicheum fol. 165 *S*

IIII.

S. Aureli Augustini

contra Adimantum.

P = Parisinus 12217 saeculi IX.
G = Parisinus 12220 saeculi X.
T = Trecensis 40 saeculi XII.
C = Colbertinus nunc Paris. 2044 saec. XIII.
S = Sorbonnicus nunc. Paris. 15302 saec. XIII.
V = Vindobonensis 785 (Uniu. 275) saec. XIII.
b = editio princ. Basileae 1506 apud Io. Amerbachium.

IIII.

CONTRA ADIMANTUM.

1. De eo quod scriptum est: in principio fecit deus caelum et terram usque ad id quod scriptum est: et factum est uespere et factum est mane dies una. hoc capitulum legis aduersum esse euangelio stultissimi Manichaei arbitrantur dicentes in genesi scriptum esse, quod deus per se ipsum fecerit caelum et terram et lucem, in euangelio autem scriptum esse per dominum nostrum Iesum Christum fabricatum esse mundum, ubi dictum est: et mundus factus est per ipsum, et mundus illum non cognouit. tribus enim modis refelluntur. primo quia cum dicitur: in principio fecit deus caelum et terram, trinitatem ipsam christianus accipit, ubi non solus pater, sed et filius et spiritus sanctus intellegitur. non enim tres deos sed unum deum credimus: patrem et filium et spiritum sanctum, quamuis pater pater sit et filius filius et spiritus sanctus spiritus sanctus. de qua unitate trinitatis hoc loco longum est disputare. deinde quia ubi dicitur: dixit deus: fiat, et factum est, ibi necesse est intellegatur per uerbum eum fecisse, quod fecit. uerbum autem patris est filius. non ergo repugnat hoc capitulum

3 Gen. 1, 1 sqq. 10 Ioh. 1, 10

2 INCIPIT LIBER AVGVSTINI CONTRA ADIMANTUM fol. 56 *PT* Explicit retractatio. incipit liber fol. 27 *C* Retractatio sči augustini in libro contra Adimantum fol. 65 *V* 4 usque—una *om. T* 5 est (*ante* uespere) *om. V* factum est (*ante* mane) *om. C* unus *SVb* 6 machei P^2 9 scriptum ē *P* nostrum *om. V* 10 mundus per ipsum factus est *STCVb* 11 illum] eū *V* 12 quia (*s. l.*) *P* 13 caelum *om. C* 14 solus] solum *TSCVb* 16 pater et filius sit *VS* 17 filius (sit *add. m. 2*) *P,Cb* sanctus (sit *m. 2 superscr.*) *P* 20 ut intellegatur (ut *m. 2 add.*) *P*

geneseos, ubi scriptum est: et dixit deus: fiat, et factum est, illi loco euangelii, ubi dicitur: et mundus per eum factus est, id est per dominum nostrum, quia ipse est uerbum patris, per quod facta sunt omnia. postremo si propterea in genesi non intellegitur filius, quia non est dictum, quod per filium deus fecerit, nec in euangelio per filium deus et aues pascit et lilia uestit et cetera innumerabilia, quae ipse dominus dicit deum facere patrem, quamuis non dicat, quod ea per filium faciat. quod autem etiam testimonium apostoli adiungunt, quod ait de domino nostro Iesu Christo: ipse est primogenitus totius creaturae; et omnia per ipsum facta sunt in caelis et in terris, uisibilia et inuisibilia et hoc capitulum aduersum esse dicunt genesi, ubi deus ita dicitur fecisse mundum, ut specialiter filius ibi non sit nominatus, uehementer errant; ea non uident, si ita est, ipsum apostolum sibi esse contrarium, cum alio loco unum dicit: ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia et filium non nominat. quomodo autem hic filius nominatus non est, intellegitur tamen, ita et in genesi; et quomodo sibi haec duo capitula Pauli non aduersantur, ita nec genesis euangelio.

2. De eo quod scriptum est: et consummauit deus die sexto omnia opera sua, quae fecit, et in septimo requieuit ab eisdem omnibus operibus suis quae fecerat. huic etiam loco Manichaei calumniam mouent et dicunt nouo testamento aduersari, quod in genesi scriptum est deum septimo die requieuisse ab omnibus operibus suis, quae fecit,

7 cf. Matth. 6, 26 sqq. 11 Col. 1, 15 sq. 17 Rom. 11, 36 22 Gen. 2, 2

1 *post* factum est *repet.* ibi necesse est *sqq.* *V* 7 uestit (ti *in ras.*) *P* 8 et patrem *P* 9 fatiat *C* etiam *om.* *C* 10 adiungit *b* nostro *om.* *P* 11 primogenit^{uf}/// P^2 tocius *C om.* *P* 12 caelo *Vb* terra *TVCSb* 15 ea] et *b* 19 *pr.* et *om.* *P* 20 aduersentur *b* 22 consumpmauit *V* 23 sexto] sexto *b* (*in mg. al.* septimo) *pro* quae—fecerat *T et cetera* 24 hisdem *P* operibus eisdem *b* suis *om.* *TCSVb* 25 calumpniam *V* 27 requieuisse septimo die *V*

quoniam dominus in euangelio dicit: pater meus usque modo operatur. quod nullo modo contrarium est. dominus enim Iudaeorum refellit errorem, qui putabant sic requieuisse deum die septimo, ut ex illo prorsus nihil operaretur. requieuit autem ab omnibus operibus suis, quae fecit, ut iam ultra non faceret mundum cum omnibus, quae in eo sunt, non tamen, ut etiam a mundi administratione requiesceret. non enim scriptum est: requieuit deus ab omnibus operibus, ut deinceps non operaretur, sed scriptum est: requieuit deus ab omnibus operibus suis, quae fecit, ut deinde non in faciendo mundo, a quo opere post perfectionem cessauerat, sed in administrando operaretur, in quo opere eum esse dominus intimauit. nec illa requies, quasi post laborem deum pausam quaesisse, sed ab instituendis rerum naturis post earum rerum perfectionem cessasse significat, quamuis usque adhuc in administrandis operetur.

Sabbati autem obseruationem non intellegebant Iudaei, qui putabant ab iis etiam operibus, quae ad salutem hominum ualent, oportere cessari. unde illos dominus etiam aliis locis de oue, quae in puteum cecidit, et iumento, quod soluendum est, ut ad aquam ducatur, mirifica comparatione redarguit. sabbatum autem non repudiatum, sed intellectum a christianis destitit quidem carnaliter obseruari, sed spiritaliter retinetur a sanctis, qui intellegunt uocem domini uocantis ad requiem et dicentis: uenite ad me, qui laboratis, et ego uos reficiam; tollite iugum meum super uos et discite a me, quia mitis sum et humilis corde et inuenietis requiem

1 Ioh. 5, 17 20 Luc. 14, 5; 13, 15 25 Matth. 11, 28 sqq.

2 modo] nunc *TCSVb* operiatur *C* dñm *P* 3 deum sic requieuisse *VSb* 4 operatur *P* 7 etiam ut *V* 8 operibus suis *Vb* suis quae fecit *S* 9 deinceps] amplius *V* deinceps—deinde *om. S* deus *om. CVb* 11 pertionem *P* 12 dñ// intimar *P* 13 pausārē quieuisse *(in ras.) C* 15 husque *V* 17 obseruationes *TCSVb* 18 his *Pb* hiis *SV* is *C* 20 boue qui *Tb* 23 tenetur *b* 24 a sanctis retinetur *V* 27 humilis (es *corr. in* is) *P*

animabus uestris. iugum enim meum lene est et sarcina mea leuis est. hoc sabbatum, id est hanc requiem scriptura illa significat, quam Iudaei non intellegebant et pro temporum dispensatione carnaliter sequebantur umbram, cuius umbrae quasi corpus, id est ueritas nobis danda erat. sed quemadmodum illa requies dei post fabricatum mundum insinuatur, sic requiem, quae nobis promittitur, post opera, quae in hoc mundo habemus, si iusta fuerint, consequemur, septima scilicet eademque ultima parte saeculi, de qua longum est disputare. non ergo dominus rescindit scripturam ueteris testamenti, sed cogit intellegi, nec sabbatum soluit, ut pereat quod figurabatur, sed aperit potius, ut adpareat quod tegebatur.

3. De eo quod scriptum est in genesi: et dixit deus: non est bonum solum hominem esse; faciamus ei adiutorium. et inmisit deus Adae somnum et obdormiuit; et sumpsit unam de costis eius, ex qua formauit Euam, quam adduxit ad Adam et ait: ideo relinquet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae. huic rursus loco Manichaei calumniantur dicentes contra nouum testamentum esse istam sententiam, qua deus scribitur et formasse mulierem et uiro coniunxisse, propterea quia in euangelio dicit dominus: omnis qui reliquerit domum aut uxorem aut parentes aut fratres aut filios propter regnum caelorum, septies tantum accipiet in hoc tempore et in futuro saeculo possidebit uitam aeternam. in qua calumnia miror eos sic esse caecatos uel potius non miror; excaecauit enim illos, sicut scriptum est, malitia eorum. sed tamen quis non uideret tanta in nouo

13 Gen. 2, 18 sqq. 22 Matth. 19, 29; Marc. 10, 29 sq.; Luc. 18, 29 sqq. 27 Sap. 2, 21

1 lene] leue *Cb* suaue *V* 5 id est] quidē *(in ras.) C* 6 reqes *P* 8 consequæmur *C* 9 nunc longum *CT* 14 illi *P* 15 dñs *V* sompnum *V* so'niū *Pb* 16 unam sumpsit *V* 17 eu āquam *P* 18 uxore *P* 19 calommantur *P* 24 septies] centies *b* tanto *P* 25 et *om. P* 26 calū *P* esse *om. V* 28 uidet *TCV*

testamento praecepta de uxore diligenda? cur enim potius uetus testamentum dicunt aduersari huic sententiae domini, qua dicit relinquendam esse uxorem propter regnum caelorum, et non ipsum nouum sibi aduersari? quod nefas est dicere. intellegenda enim sunt, non temere accusanda, quae inperitis uidentur esse contraria.

Nam et dominus interrogatus a Iudaeis, utrum ei placeret dato libello repudii dimittere, respondit eis dicens: non legistis, quoniam qui fecit ab initio masculum et feminam et dixit: propter hoc relinquet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae et erunt duo in carne una. itaque iam non sunt duo, sed una caro. quod ergo deus coniunxit, homo non separet. et dicunt illi: quid ergo Moyses mandauit dari libellum repudii et dimittere? dicit illis Iesus: quia ad duritiam cordis uestri permisit uobis Moyses dimittere uxores uestras; ab initio autem non fuit sic. dico autem uobis: quicumque dimiserit uxorem suam nisi ob causam fornicationis, facit eam moechari, et ipse si alteram duxerit, adulterium committit. ecce habent confirmatam sententiam ueteris testamenti ab ipso domino aduersum inperitiam Iudaeorum. simul etiam Moysi perhibuit testimonium, quod propter duritiam eorum repudium dari permisit. numquid etiam euangelium euangelio dicunt esse contrarium? quod si dicunt hoc capitulum falsum esse et a corruptoribus scripturarum esse additum — nam hoc solent, quando non inueniunt, quid respondeant, dicere — quid? si alius dicat illud esse inmissum et falsum, quod ipsi proferunt dicente domino: omnis, qui reliquerit domum aut uxorem aut parentes aut filios

8 Matth. 19, 3 sqq.

6 contra^{ria} *P* 8 dimittere] dimittere uxorem *VSb* uxorem dimittere *TC* 9 fecit hominem *TC* 10 feminam fecit eos et *TVb* 13 coniunxit in unum *TCSV* et *om. TCSVb* dicunt ergo *V* 14 m^{oy}ses *P* 15 d^{i}mittere *P* 16 m^{y}ses *P* 21 aduersus *b* 22 peribuit *V* 23 duriciam *P*^{1} duritiam cordis *b* eorum *s. l. P* nonquid *V* 26 quid *om. b*

propter regnum caelorum et cetera. non intellegunt miseri, quemadmodum omnem fidem christianam, cum ista dicunt, conentur euertere. fides autem uera et ecclesiae catholicae disciplina utrumque uerum et a domino dictum esse confirmat et nullo modo esse contrarium, quia et coniunctio mariti et uxoris a domino est et relictio uxoris propter regnum caelorum a domino est. non enim quia suscitauit Iesus Christus mortuos et dedit eis uitam, propterea ipsa uita non est relinquenda propter regnum caelorum. sic ergo quamuis dominus dederit uxorem uiro, relinquenda est tamen, si opus est, propter regnum caelorum. non enim hoc semper necesse est, sicut apostolus dicit: si quis fidelis habet uxorem infidelem et haec consentit habitare cum illo, non dimittat eam. significat utique, quod, si non consentit habitare cum illo, id est si execratur in illo fidem Christi et non eum patitur, quod christianus est, relinquenda est propter regnum caelorum; sicut idem apostolus in sequentibus dicit: quod si infidelis discedit, discedat; non est enim seruituti subiectus frater aut soror in huiusmodi. si quis ergo relinquit regnum caelorum, dum non uult relinquere uxorem non ferentem christianum uirum, inprobatur a domino; et item si quis uir relinquit uxorem dato libello repudii, cum causa non existit aut fornicationis aut obtinendi regni caelorum, similiter inprobatur a domino. ita nec ista duo capitula euangelica inueniuntur sibi esse contraria nec euangelium ueteri testamento, quia ibi uxor coniungitur uiro, ut simul mereantur possidere regnum caelorum; et ita uxor relinquenda esse praecipitur, si uirum inpediat ad possidendum regnum caelorum.

12 I Cor. 7, 12

3 et *om.* *P* 6 relictio *P* et relictio—est *om.* *S* 7 est a domino *b* ihs xpf] ds *b* 11 semper *om.* *b* dicit apostolus *V* 13 dimittet (it *in* et *corr.*) *P* eam] illam *V* *om.* *b* 14 utique] igit̄ *b* 17 consequentibus *TCV* 18 subiectus seruituti *TSCVb* 19 qui P^2 22 existit *P* existat *b* 23 regnū *b* 24 ita] item *b* duo *om.* *b* 26 uiro ut sancti mereantur regnum cęlorum *sqq.* *b* 27 ita] hic *(in ras.)* *C*

Et ideo quando christianos utrosque apostolus monet, id est maritos et uxores, nonne ita dicit: uiri diligite uxores uestras, sicut et Christus dilexit ecclesiam et tradidit se ipsum pro ea? et: mulieres uiris suis subditae sint quasi domino, quia et ecclesia subdita est Christo? nonne illud, quod isti miseri inrident in uetere testamento, quod scriptum est: propterea relinquet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una, in magno sacramento idem apostolus accipit, cum dicit: sacramentum hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in ecclesia? deinde subiungit: uerumtamen unusquisque uxorem suam sicut se ipsum diligat; mulier autem ut timeat uirum. nonne alio loco euidentissime ostendit utriusque sexus et naturam et coniunctionem a domino deo conditore atque ordinatore consistere, cum dicit: uerumtamen neque mulier sine uiro neque uir sine muliere in domino. sicut enim mulier ex uiro, ita et uir per mulierem; omnia autem ex deo? quod isti si considerare uellent, non quibusdam capitulis separatis et aduersum se inuicem magna fraude conlatis caliginem facerent inperitis, sed omnia tam in uetere quam in nouo testamento uno sancto spiritu conscripta et commendata esse sentirent.

Nam et in uetere testamento habent apud Esaiam prophetam, quanta promittantur spadonibus, ne in nouo solo arbitrentur esse laudatos a domino, ubi dicit esse quosdam, qui se ipsos castrauerunt propter regnum caelorum, et addidit: qui potest capere, capiat. nam et Esaias ita dicit: haec dicit dominus spadonibus eis: qui custodierint

2 Ephes. 5, 22 sqq. 16 I Cor. 11, 11 sqq. 28 Matth. 19, 12 29 Es. 56, 4 sqq.

1 quanto apostolus *sqq. V* christianos (os *ex* us *corr.*) P^2 2 nonne] nō *b* dicit: uiri] dicitur *TCSVb* dilige uxores tuas *b* 3 eclesiam *P* 6 ueteri *b* 12 sicut—ipsum *om. CVb* 13 ut *om. b* 15 consistere P^2 17 enim *om. b* 21 (et 24) uetere P^2 ueteri *b* 22 testamento *om. b* 24 ęsaiam P^2 ysaiam *S* 28 ęsaias P^2

praecepta mea et elegerint sibi, quae ego uolo, et capaces fuerint testamenti mei, dabo illis in domo mea et in muro meo locum nominatissimum, meliorem multum filiorum atque filiarum: nomen aeternum dabo illis nec umquam deerit. certis enim quibusdam umbris et figuris rerum ante domini aduentum secundum mirabilem atque ordinatissimam distributionem temporum populus ille tenebatur, qui testamentum uetus accepit; tamen in eo tanta praedicatio et praenuntiatio noui testamenti est, ut nulla in euangelio atque apostolica disciplina reperiantur quamuis ardua et diuina praecepta et promissa, quae illis etiam libris ueteribus desint. sed sanctae scripturae non temerarios et superbos accusatores, sed diligentes et pios lectores desiderant.

4. De eo quod scriptum est in genesi: et dixit deus ad Cain: quid fecisti? uox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. nunc maledictus es tu a facie terrae, quae absorbuit et recepit sanguinem fratris tui ex caede manus tuae; te enim operari necesse est terram, quia steriles tibi fructus dabit. huic capitulo geneseos, quo maledictum accepit Cain, ut terrae sterilitate puniretur, calumniantes Manichaei et euangelio contrarium demonstrare cupientes non sane mihi uidentur cogitare cum hominibus se agere, sed prorsus quasi pecora essent, qui eos audirent uel eorum scripta legerent: sic abusi sunt inperitia eorum et tarditate ingenii uel potius animi caecitate. quippe dixerunt huic capitulo illud in euangelio esse contrarium, quod dominus ait discipulis suis: nolite cogitare de crastino; nam

14 Gen. 4, 10 sqq. 27 Matth. 6, 34. 26

1 elegerẹnt *P* 6 umbris] uerbis *C* figẹris *P* 10 euangelica *TCSVb* repperiantur *P* 11 ipsis *C* libris *om. P* 12 desit *P* scę sce *P* temerios *P* 14 gesi P^2 dñs *TCSVb* 15 cayn *V* caym *S* 16 es tu] eris *TCSVb* faciẹ *P* 17 apsorbuit *V* 19 q: *P* quae *TCSVb* dabit fructus *V* 20 maledictionem *TCb* caym *S* cayn *V* 21 calumpniantes *V* 22 cogitare *(s. l. m. 2) P* 23 essent *om. CVSb* 23 uel] et *V*

crastinus dies ipse cogitabit sibi. respicite uolatilia caeli, quia non seminant neque metunt neque colligunt in horrea. quasi uero Cain parricida discipulis Christi conparandus fuit, ut, quoniam ille meruit poenam sterilitatis terrae, consequens esset, ut eandem sterilitatem isti etiam paterentur, qui dominum nostrum Iesum Christum secuti praedicando euangelio parabantur. immo etiam in istis duobus capitulis, quorum unum de Genesi, alterum de euangelio tamquam sibi inimica posuerunt, tanta inuenitur amicitia atque concordia, ut nulla maior desideranda sit. quid enim congruentius, quid conuenientius quam ut illum, cuius fuerat scelere frater occisus, etiam in terra laborantem sterilitas sequeretur, illis autem, per quorum ministerium in praedicando dei uerbo fratres liberabantur, etiam de crastino minime cogitantibus fructuosa terra seruiret? quodsi in uetere testamento exhorrescunt maledicto dei terram sterilem factam esse peccatori, cur non in nouo testamento exhorrescunt maledicto domini nostri Iesu Christi arborem fici aridam factam nullo peccato domini sui? item si domini sententia delectantur, qua discipulis dicit, ne de crastino cogitent, quod de uictu eorum deus curam gerat, cur non et prophetica sententia delectantur, qua cecinit dicens: abice in dominum sollicitudinem tuam et ipse te pascet, ut hoc modo, si possint, miseri intellegant et illa, quae detestantur in uetere testamento de deo dicta usque adeo recta esse, ut etiam in nouo inueniantur, et illa, quae in nouo laudant et praedicant, etiam in uetere reperiri: unde clarescet bene intellegentibus utriusque testamenti manifesta concordia.

18 cf. Matth. 21, 19 22 Ps. 54, 23

1 cogitabit (bat *in* bit *corr.*) P^2 3 paricida P^2 xpi] *om. CVb* 4 sterelitatis *P* 5 sterelitatem *P* 6 parentur *P* nostrum *om. TVCb* 11 quid conuenientius *om. TCSVb* fuerat] erat *TCSVb* 12 sterelitas *PS* 14 liberant *b* 15 seruiretur *V* exorrescunt *P* 19 delecta/tur (n *er.*) *P* qua] quod *CV* 20 eorum *om. CV* 21 gerat deus *T* quur *P* in prophetica *b* delectantur *P* 22 dño *P* deum *S* 23 possent *CVb* 27 repperiri *P* clarescat *TCSVb*

5. De eo quod scriptum est in genesi: faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. hunc locum Manichaei, quo scriptum est in genesi hominem factum esse ad imaginem et similitudinem dei, propterea dicunt nouo testamento esse contrarium, quia dominus in euangelio dicit Iudaeis: uos ex patre diabolo estis et desideria patris uestri facere uultis; ille homicida erat ab initio et in ueritate non stetit, quia ueritas in eo non est, et quod alio loco Iudaei serpentum genera et uiperarum appellantur. non intellegunt illud dictum esse de homine antequam peccaret, quod factus est ad imaginem et similitudinem dei, hoc autem, quod in euangelio est, „uos ex patre diabolo estis" peccatoribus et infidelibus dici. tribus enim modis in scripturis sanctis filiorum nomen accipitur: uno secundum naturam, quomodo Isaac filius Abrahae uel etiam ceteri Iudaei, qui ex eadem origine ueniunt; alio secundum doctrinam, ut filius eius in ea re quisque appelletur, a quo aliquid didicit, sicut filios suos appellat apostolus, qui ab illo didicerunt euangelium; tertio secundum imitationem, sicut filios Abrahae nos uocat apostolus, quod eius fidem imitamur. duobus ergo modis peccatores infideles Iudaei filii diaboli uocantur a domino, uel quod ab ipso inpietatem didicerunt, sicut de ipso diabolo apostolus dicit: qui nunc operatur in filiis diffidentiae; uel quod eum imitantur, quod magis pertinet ad id, quod de illo dictum est: et in ueritate non stetit, quia et ipsi Iudaei in ueritate legis, quae sibi data est, non steterunt eodem domino adtestante et dicente: si crederetis

1 Gen. 1, 26 6 Ioh. 8, 44 9 cf. Matth. 3, 7; 23, 33 19 cf. I Cor. 4, 14 sq. 20 cf. Gal. 3, 7 23 Ephes. 2, 2 27 Ioh. 5, 46

2 (et 11) ymaginem *V* hunc—scriptum *(unc. rubric.) P* 6 diabulo *P* dyabolo *S* 9 genimina *TC,b* (*in marg. al.* genera) 10 non enim *T* esse dictum *SV* esse *om. T* 13 dicit *P* 15 ysaac *V* 18 apostolus appellat *TCSV* 20 q *b* 21 peccatores infideles *P* a domino uocantur *V* 23 filios *CVb* difidentiae *P* 26 est] ę *P* 27 steterunt quae eis data est *T* eodem] eo quod *CSVb, om. T*

Moysi, crederetis et mihi; ille enim de me scripsit. secundum eorundem peccatorum uenena etiam serpentum et uiperarum genera uocantur.

Ad imaginem autem dei factum hominem non tantum genesis sed etiam apostolus clamat, cum dicit: uir quidem non debet uelare caput, cum sit imago et gloria dei, mulier autem gloria uiri. et ut manifeste intellegatur non secundum uetustatem peccati, quae corrumpitur, sed secundum spiritalem conformationem factum esse hominem ad imaginem dei, item apostolus monet, ut exuti consuetudine peccatorum, id est uetere homine, induamus nouam uitam Christi, quem nouum hominem appellat. et ut doceat hoc nos aliquando amisisse, renouationem illam uocat. nam ita loquitur: expoliantes uos ueterem hominem cum actibus eius induite nouum, qui renouatur in agnitionem dei secundum imaginem eius, qui creauit eum. filii ergo dei sunt homines renouati ad eius imaginem et ei similes facti usque ad dilectionem inimici, sicut dominus dicit diligere nos debere inimicos nostros, ut similes simus patri nostro, qui in caelis est. quod in potestate nostra ab ipso deo esse positum docet scriptura, cum dicit: dedit eis potestatem filios dei fieri. filii autem diaboli dicuntur homines, cum imitantur eius inpiam superbiam et a luce atque celsitudine sapientiae decidunt et non credunt ueritati, quales dominus arguit, cum dicit: uos ex patre diabolo estis et cetera. cui loco euangelico propheta consonat dicens: ego dixi, dii estis et filii altissimi omnes; uos autem sicut homines moriemini et sicut unus de principibus cadetis.

5 I Cor. 11, 7 13 Col. 3, 9 sq. 19 cf. Matth. 5, 44 sq. 21 Ioh. 1, 12 25 Ps. 81, 6 sq.

1 et *om. CV* 2 ueuenata serpentum *P* serpentium *S* 3 genimina (*in marg. al.* genera) *b* 4 ymaginem *V* 6 inmago *C* 10 item] idem *TCVb* 11 ueterē hominem *(uirg. m. 2 add.) P* induamur nona uita *TCSVb* 15 agnitione *CV* 19 simimus *P* 21 dī *(s. l. m. 2) P* 23 decidūt sapientię *b* 26 consonęt *C* 27 excelsi (*in marg.* altissimi) *V* sicut homines] ut hom. *TCSVb* 28 de] ex *TCSVb*

6. De eo quod scriptum est in exodo: honora patrem tuum et matrem tuam. huic etiam loco, ubi de honorandis parentibus deus praecepit, illum euangelii locum Manichaei dicunt esse contrarium, ubi dominus cuidam dicenti: ‚ibo primum, ut sepeliam patrem meum' respondit: sine mortuos, mortuos suos sepeliant; tu autem ueni et adnuntia regnum dei. quod eodem modo soluitur, quo illud superius, ubi de uxore relinquenda dictum est ‚propter regnum caelorum', quia et parentes honorare debemus et eos tamen propter adnuntiationem regni dei nulla inpietate contemnimus. nam si uetere testamento contrarium est euangelium propter istam sententiam, incipit etiam apostolo esse contrarium, qui et filios monet, ut honorent parentes, et parentes, ut diligant filios. non solum autem, sed etiam dominus uidebitur sibi esse contrarius — quod credere nefas est —, quia loco alio dicit homini quaerenti uitam aeternam: si uis uenire ad uitam, serua mandata, in quibus etiam illud commemorat: honora patrem et matrem. quibus mandatis perfectis etiam ad dilectionem dei crescitur, in qua est tota perfectio. nam dilectio proximi certus gradus est ad dilectionem dei. et ideo respondenti, quod ‚omnia illa mandata seruaui', dicit unum ei deesse, si uult esse perfectus, ut uendat omnia, quae habet, et det pauperibus et sequatur eum. ex quo manifestum est et honorem parentum in gradu suo esse seruandum et eos tamen in diuini amoris comparatione, praesertim si inpedimento sunt, nulla dubitatione oportere contemni. nam et in scripturis ueteribus habes positum: qui dicit patri aut matri: non noui uos, et filios suos non agnoscit, ipse cognouit

1 Ex. 20, 12 4 Luc. 9, 59 . 60 13 cf. Ephes. 6, 2 sqq. Col. 3, 20 sq. 22 cf. Matth. 19, 17 sqq. 27 Deut. 33, 9

1 exhodo *P* 2 tuam *om. V* huic—pa *(unc. rubric.) P* 5 sine ut mortui mortuos suos sepeliant *b* 6 mortuos suos] ut mortuos suos *T, s. l. C* 11 si] et si *b* si in P^2 uetere P^2 12 esse apostolo *V* 15 sibi] sibi ipsi *TCSVb* fas P^2 nephas *V* 21 mandata illa *b* seruauit *TCVb* 22 deesse ei *V* 25 sint *V* 28 et] et qui *TCSVb* ipse autem *TC*$^{1.c}$*b*

testamentum tuum. ergo si in nouo testamento commendatur parentum dilectio et in uetere commendatur parentum contemptus, ex utroque capite duo sibi testamenta consentiunt.

7. De eo quod scriptum est in exodo: ego sum deus zelans, retribuens filiis tertiae et quartae generationis, parentum peccata, qui me oderunt. huic loco Manichaei illud de euangelio dicunt esse contrarium, quod dominus dicit: estote benigni sicut pater uester caelestis, qui solem suum oriri facit super bonos et malos et illud aliud, quod item dominus ait: non solum septies peccanti fratri dimittendum sed etiam septuagies septies. a quibus tamen si quaeram, utrum deus non puniat inimicos suos, sine dubio turbabuntur. ipsi enim dicunt deum genti tenebrarum aeternum carcerem praeparare, quam dicunt esse inimicam deo. et parum est, sed eum etiam sua membra simul cum ipsa gente puniturum esse non dubitant dicere. sed cum ad capitula ueteris et noui testamenti ueniunt, ut inperitos decipiant et ea sibi aduersa esse criminentur, fingunt se nimis bonos. sed dicant nobis, quibus dicturus est dominus: ite in ignem aeternum, qui praeparatus est diabolo et angelis eius, si omnibus parcit et neminem damnat? quare intellegendum est et illud recte dictum esse, quod deus retribuet parentum peccata filiis, qui eum oderunt. ex eo enim, quod addidit: qui me oderunt, intellegitur eos puniri parentum peccatis, qui in eadem peruersitate parentum perseuerare uoluerunt. tales enim non saeuitia, sed potius iustitia dei et sua iniquitate puniuntur, sicut propheta dicit: sanctus enim spiritus disciplinae effugiet fictum et auferet

4 Ex. 20, 5 8 Matth. 5, 45 10 Matth. 18, 22 20 Matth. 25, 41 27 Sap. 1, 5

1 in] et in *TCV* 2 ueteri *TCSVb* 3 contemtus P^2 4 in exodo scriptum est *TCSVb* 5 tribuens *S* 6 huic—euan *(unc. rubric.) P* 10 quod *om. S* idē *b* 22 recte dictum esse] rectum esse *TCSVb* 23 retribuit *VCSb* ex eo—oderunt *om. P* 24 quid *C* qui me oderunt *om. S* 25 peccatis parentum *TCb* 27 dicit] ait *TCSVb* 28 auferet *b*

se a cogitationibus, quae sunt sine intellectu, et corripietur superueniente iniquitate, id est corripietur homo superueniente sibi iniquitate sua, cum ab eo recesserit spiritus sanctus. et alio loco: haec cogitauerunt et erraüerunt; excaecauit enim illos malitia eorum et alio loco: criniculis peccatorum suorum unusquisque constringitur. quibus testimoniis ueteris testamenti de nouo consentit apostolus dicens: tradidit illos deus in concupiscentias cordis eorum. qua concordia utriusque testamenti satis ostenditur non esse saeuum deum, sed unumquemque in se saeuire peccando.

Quod autem in tertiam et quartam scriptum est generationem uindictam procedere, non aliud significari arbitror, nisi quod ab ipso Abraham, qui pater esse incipit populi Iudaeorum. quattuor aetates sunt cum ista, quae nunc agitur, quas Matthaeus euangelista distinguit. una est ab Abraham usque ad Dauid, alia a Dauid usque ad transmigrationem in Babyloniam, tertia a transmigratione in Babyloniam usque ad domini aduentum; inde usque ad finem quarta deputatur tamquam senectus saeculi ceteris aetatibus longior. quas aetates pro generationibus positas credimus, quamuis singulae pluribus generationibus constent. et quoniam tertia incipit a transmigratione Babyloniae, quando Iudaeorum est facta captiuitas, in quarta uero, id est post aduentum domini nostri, gens Iudaeorum a solo proprio penitus eradicata est: hoc datur intellegi, quod dictum est tertiae et quartae generationis peccata parentum redditurum deum, his utique legitime atque debite, qui parentum peccata perseueranter tenere quam dei iustitiam sequi maluerunt. nam non pertinere patris peccata ad filium iuste uiuentem propheta Ezechiel apertissime ostendit.

4 Sap. 2, 21 5 Prou. 5, 22 8 Rom. 1, 24 16 cf. Matth. 1, 17 30 cf. Ez. 18, 14 sqq.

1 corrietur P^1 2 a superueniente *b* 5 ęt excęcauit *P* funiculis *S.b (in marg.)* 11 seuire *P* 14 habraham *V* 16 matheus *PCT* 17 (*et* 18) babylloniam *P* (*et* 18) babiloniam *CV* 23 babylloniae *P* 27 hiis *V* adq: P^1 28 perseuerantes *b* 30 hiezechiel *P*

Quod autem in euangelio dicitur: estote benigni quemadmodum pater uester caelestis, qui solem suum oriri facit super bonos et malos, non est ueteri testamento contrarium. hoc enim facit deus, ut inuitet ad paenitentiam, sicut dicit apostolus: ignoras, quia patientia dei ad paenitentiam te inuitat? nec tamen ideo credendum est non puniturum deum eos, qui, ut dicit idem apostolus, thesaurizant sibi iram in diem irae et reuelationis iusti iudicii dei, qui reddit unicuique secundum opera sua namque istam dei patientiam et bonitatem etiam propheta praedicat dicens: parcis autem omnibus, quoniam tua sunt omnia, qui animas amas et cetera innumerabilia, quibus intellegitur et in bonitate et in seueritate misericordiam et iustitiam dei testamentum utrumque praedicare.

Si autem mouentur, quod dictum est: ego sum zelans, moueantur etiam illo, quod dixit apostolus Paulus: zelo dei uos zelo; desponsaui enim uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo. sancta enim scriptura uerbis nostris loquens etiam per haec uerba demonstrat nihil digne de deo posse dici. cur enim non etiam ista uerba dicantur de illa maiestate, de qua quicquid dictum fuerit, indigne dicitur, quia omnes opes linguarum omnium ineffabili sublimitate praecedit? nam quoniam zelando solent mariti uxorum pudicitiam custodire, potestatem et disciplinam dei, qua fornicari animam inpune non sinit, zelum dei scripturae uocauerunt. est autem animae fornicatio auersio a fecunditate sapientiae et ad conceptum temporalium inlecebrarum corruptionumque conuersio.

Illud uero quod dimittendum esse dicit fratri non solum septies sed et septuagies septies, paenitenti utique dicit. deus

5 Rom. 2, 4 15 Sap. 11, 27 16 II Cor. 11, 2

6 penitentiam *PV* inuitatur *V* 8 die *TCSVb* 9 reddat *S* reddet *VTCb* 16 dicit *TCb* 18 exibere *P* 19 indigne *P* 20 uerba ista *TCSVb* 22 sullimitate *C* 25 inpune *om. P* 26 aduersio *V* 30 septuagesies *V* penitenti *PV*

autem illis se dixit retribuere peccata, qui eum oderunt, non qui ei per paenitentiam reconciliantur. nam et apud prophetam dominus dicit: nolo mortem peccatoris, quantum ut reuertatur et uiuat. ex quo facile adparet et in ea patientia, quae inuitat ad paenitentiam, et in ea indulgentia, quae ignoscit paenitentibus, et in ea iustitia, quae punit eos, qui corrigi nolunt, utrumque testamentum sibi conuenire atque congruere tamquam ab uno deo utrumque conscriptum.

8. De eo, quod in exodo scriptum est: oculum pro oculo, dentem pro dente et cetera talia. huic loco Manichaei, quod in uetere lege par uindicta permittitur et dicitur oculum pro oculo et dentem pro dente esse perdendum, sic calumniantur, quasi et ipse dominus haec duo sibi ueluti aduersantia atque contraria in euangelio demonstrauerit. ipse enim ait: audistis, quia dictum est antiquis: oculum pro oculo et dentem pro dente: ego autem dico uobis non resistere malo, sed si quis te percusserit in maxillam, praebe illi et alteram, et quicumque uoluerit tecum iudicio contendere et tunicam tuam auferre, dimitte illi et pallium. in quibus duabus sententiis reuera duorum testamentorum differentia demonstratur, sed amborum tamen ab uno deo constitutorum. nam quoniam primo carnales homines ardebant multo amplius se uindicare quam erat illa iniuria, de qua querebantur, constitutus est eis primus lenitatis gradus, ut iniuriae acceptae mensuram nullo modo dolor uindicantis excederet. sic enim et donare aliquando posset iniuriam, qui eam primo non superare didicisset. unde dominus iam per euangelii gratiam ad summam pacem populum ducens huic

3 Ez. 18, 23; 33, 11 9 Ex. 21, 24 14 Matth. 5, 38 sqq.

1 illis *(s. l.) P* dicit *b* 2 penitentiam *P* 4 pacientia *P* 5 penitentiam *P* 6 penitentibus *P* 7 sibi *om. TCSVb* 9 scriptum est in exodo *TCSVb* 10 pro dentem *P* tente *V* huic—ue *(unc. rubric.) P* 12 et *om. TSb* 16 pro dentem *P* 17 percusserit te *V* maxillam] dexteram max. *T, (s. l.) C* ei *V* 24 constitu. ẽ *P* eis *om. P* leuitatis *b* 26 posset aliquando *V* 27 non] sic *C* 28 deducens *TCSb* reducens *V*

gradui superaedificat alterum, ut qui iam audierat non ampliorem uindictam, quam quisque laesus est, reddere, placata mente totum se donare gauderet. quod etiam in illis ueteribus libris propheta praedicat dicens: domine deus meus, si feci istud, si est iniquitas in manibus meis, si reddidi retribuentibus mihi mala. et alius propheta dicit de huiusmodi uiro patiente iniurias et lenissime tolerante: dabit percutienti se maxillam, saturabitur obprobriis. ex quo intellegitur et mensuram uindicandi recte carnalibus constitutam et omnimodam iniuriae remissionem non tantum in nouo testamento esse praeceptam, sed longe ante in uetere praenuntiatam.

9. De eo, quod scriptum est, quod locutus est deus cum Adam et Eua et cum serpente et cum Cain et ceteris antiquis, inter quos etiam et nonnullis adparuisse scribitur et ab eis uisus esse non uno, sed multis scripturarum locis, in quibus et locutus esse deus cum hominibus inuenitur et nonnullis adparuisse: insidiantur ergo Manichaei et dicunt omnia contraria esse nouo testamento, quoniam dominus dicit: deum nemo uidit umquam nisi unicus filius, qui est in sinu patris; ille adnuntiauit nobis de eo, et iterum quod dicit Iudaeis: nec uocem illius aliquando audistis nec faciem eius uidistis nec uerbum eius habetis in uobis manens, quia ei, quem ille misit, non credidistis. quibus respondemus eo ipso, quod in euangelio scriptum est: deum nemo uidit umquam nisi unicus filius, qui est in sinu patris; ipse adnuntiauit nobis de eo totam ipsam solui

4 Ps. 7, 4 sq. 7 Thr. 3, 30 14 cf. Gen. 3, 4. 13 19 Ioh. 1, 18 22 Ioh. 5, 37 sq.

1 supędificauit *b* 2 est] eēt *b* 5 istud (d *corr. ex* t) P^2 6 retribuentibus *om.* *V* 7 paciente *PC* leuissime *b* percutientę *P* 11 ueteri *CVb* 12 prenuntiatum P^2 13 dñs locutus est *V* 14 et cum eua *C* cayn *V* 16 scriptura locis (ra *in ras.*) *P* 18 insidiantur— di *(unc. rubric.) P* ergo *om. TCSVb* 21 adnuntiabit *P* 22 Iudaeis] Iohannes *S* 27 ipse] ille *V* adnuntiabit *P* adnuntiabit *(sic. ubique corr.) G*

posse quaestionem, quia ipse filius, quod est uerbum dei, non solum nouissimis temporibus, cum in carne adparere dignatus est, sed etiam prius a constitutione mundi, cui uoluit de patre adnuntiauit siue loquendo siue adparendo uel per angelicam aliquam potestatem uel per quamlibet creaturam: quia ipse est in omnibus ueritas et omnia illi constant et omnia illi ad nutum seruiunt atque subiecta sunt, ut etiam oculis per uisibilem creaturam cui uult, cum dignatur, adpareat, cum ipse tamen secundum diuinitatem suam et secundum id, quod uerbum est patris, coaeternum patri et incommutabile, per quod facta sunt omnia, non nisi purgatissimo et simplicissimo corde uideatur. et ideo quibusdam locis etiam scriptura ipsa testatur angelum uisum, ubi dicit deum uisum. sicut in illa luctatione Iacob et angelus dictus est ille, qui adparuit. et cum adparuit in rubo Moysi et item in heremo, cum iam eduxisset populum de terra Aegypti, quando legem accepit, deus ei locutus est. sed siue in rubo, cum eum misit, siue postea, cum ei legem dedit, angelum dicit Stephanus in actibus apostolorum ei adparuisse. quod ideo dicimus, ne quis arbitretur uerbum dei, per quod facta sunt omnia, quasi per locos posse definiri et alicui uisibiliter adparere nisi per aliquam uisibilem creaturam. sicut enim uerbum dei est in propheta et recte dicitur ‚dixit propheta' recte item dicitur ‚dixit dominus', quia uerbum dei, quod est Christus, in propheta loquitur ueritatem: sic et in angelo ipse loquitur, quando ueritatem angelus adnuntiat, et recte dicitur ‚deus dixit' et ‚deus adparuit' et item recte dicitur ‚angelus dixit' et ‚angelus adparuit', cum illud

13 cf. Gen. 18, 1 sq. 14 cf. Gen, 32, 24 sqq. 15 Ex. 3, 2 17 cf. Ex. 19, 3 18 cf. Act. 7, 30. 35

1 quod] qui *b* 3 se de patre *Cb* 5 per *om. V* 7 aque *G* subiecta ÷ sunt *C* 8 cum] quando *TCSVb* quamdo (u *in ras.* do *m. 2 del.*) *G* 9 diuitatem P^2 10 est] et *V* 14 locutione *P* 15 heremom (u *in* o *corr.*) *P* eremo *TS* 16 egypti *P* 17 loquutus *P* 18 stefanus *P* 19 aparuisse *P* 23 dixit—dicitur *om. G TCSVb* quia dns *V* 25 angelo (*corr. ex* euangelio) *P* 26 dns (*bis*) *V* 27 dicitur recte *GTCS* dicitur] deo *b* dicatur illud *V*

dicatur ex persona inhabitantis dei, illud ex persona seruientis creaturae. ex hac regula etiam apostolus ait: an uultis experimentum accipere eius, qui in me loquitur, Christi?

Si autem hoc mouet, quod in uetere testamento etiam peccatoribus deus loquitur uel Adae uel Euae uel serpenti, adtendant etiam in nouo cuiusmodi exemplum dominus posuit de homine stulto et cupido, quomodo ei locutus est dominus, cum ait: stulte, hac nocte auferetur anima tua a te; haec quae praeparasti, cuius erunt? cum enim ueritas etiam peccatoribus dicitur, per quamlibet creaturam dicatur, non nisi ab illo dicitur, qui unus est uerax. quod autem Iudaeis dicit: nec uocem aliquando eius audistis, ideo dicit, quia non obtemperauerunt isti dumtaxat, cum quibus loquebatur. quibus dicit etiam: nec faciem eius uidistis, quia non potest. quod autem dicit: neque uerbum eius habetis in uobis manens, quia in quo manet uerbum dei, Christus in illo manet, quem isti respuerunt. nam cum ipse dominus dixisset: pater, clarifica me ea claritate, qua fui apud te, priusquam mundus fieret, sonuit uox de caelo: et clarificaui et clarificabo. quam uocem multi Iudaeorum praesentes audierunt nec ideo tamen audisse dicendi sunt, quia non obtemperauerunt, ut crederent. quapropter si non est mirandum, quod uerbum dei, id est unicus filius dei, qui de patre adnuntiat, cui uult per se ipsum, cui uult per aliquam creaturam uel sonando uel adparendo, cum tamen ipse per se ipsum mundo corde uideatur et per illum pater — beati enim mundicordes, quia ipsi deum uide-

2 II Cor. 13, 3 8 Luc. 12, 20 18 Ioh. 12, 28; 17, 5 7 Matth2. 5, 8

3 eius accipere *b* xpf. *CTb* 4 ueterę *G* ueteri *TCSVb* 5 aeuae *G* 6 dns] ds *b* 7 et *om. b* loquutus *G* ds *P* 8 a te hac *sqq. V* ac nocte aufertur *G* a te anima tua *GTCSb* 10 dicatur *CVb* 12 dicitur *P* eius aliquando *b* 14 quibus] ubiq: *P* 19 priusquam] cum *P* 25 creaturam] creaturam manifestet *b* 27 mundocordes *P*, (o *in* i *corr.*) *G* quia] qm *V*

bunt —: non est mirandum ex utroque testamento ista omnia testimonia consonare.

10. De eo, quod scriptum est, quod locutus est deus Moysi et dixit illi: loquere ad filios Israhel: sumite primitias ab omni homine, quas mihi destinetis, hoc est aurum, argentum, aeramentum, purpuram, byssum, coccum, pilos caprinos, pelles rubeas agnorum, ligna integra, oleum ad inluminationem, thymiamata, lapides pretiosos, hoc est beryllos, et constituite tabernaculum, in quo commorari uobiscum possim. commouent etiam hinc Manichaei quaestionem et huic scripturarum loco illud in euangelio dicunt esse contrarium, quod ait dominus: non iurabis neque per caelum, quia sedes dei est, neque per terram, quia scabellum est pedum eius. disputant enim et magnum aliquid sibi uidentur dicere, cum dicunt: quomodo ille deus, cuius caelum sedes et terra scabellum pedum eius est, in tabernaculo habitat, quod ex auro uel argento et aere et purpura et pilis pecorum pellibusque constructum est? adhibentes etiam testem apostolum Paulum, quia dicit deum lucem habitare inaccessibilem. quibus nos parem quaestionem referimus, et quod de nouo testamento protulerunt, de uetere testamento proferimus. ibi enim inuenitur prius scriptum: caelum mihi sedes est, terra scabellum pedum meorum: quam domum aedificabitis mihi, aut quis locus requiei meae? nonne manus mea fecit

4 Ex. 25, 2 sqq. 12 Matth. 5, 34 sq. 20 cf. I Tim. 6, 16 23 Es. 66, 1 sq.

3 quod scriptum est *om. b* dñs *V* 4 filiis P^2 5 quod *GTCSVb* 6 bissum *V* 7 pellas *G* rubras *T* rọbeas *G* 8 timiamata *PG* thimiamata *CV* preciosos CP^1 9 berillos *Cb* 10 cõmorari (co *ex* cu *m. 2 corr.*) *P* comparari *GCV* pạssim *G* possim uobiscum *V* commouent—questi *(unc. rubric.) P* 12 dicẹntẹs esse P^2 14 pedum eius est *TCSVb* 17 uel] et *b* 18 purpọra P^2 22 protulerint *V* ueteri G^2 ueteri *TCSVb* 23 terra autem *GCTSVb* 25 haec fecit *V*

haec omnia? ecce habent, ubi libri ueteris testamenti praedicant deum in templis manufactis non habitare; et tamen filius dei nostri flagello de restibus facto expulit de templo eos, qui boues et columbas uendebant, et nummulariorum euertit mensas et ait: domus patris mei domus orationis uocabitur, uos autem fecistis eam speluncam latronum. si ergo aliquis etiam istis duobus ex aduerso capitulis constitutis uelit inperitos decipere et dicere in uetere testamento magnificari deum. cuius dicitur sedes caelum et terra scabellum pedum et negatur habitare in domo manufacta, in nouo autem testamento domus eius dicitur templum constructum ab hominibus: nonne Manichaei uel sero fatebuntur et habitaculum dei per manus hominum factum ad aliquam significationem in utroque testamento accipi et deum non habitare in locis ab hominibus fabricatis in utroque testamento praedicari?

11. De eo, quod in exodo scriptum est: ne adoraueritis deos alienos et iterum: deus uester zelans appellatur; zelans enim zelauit. huic capitulo, quod scriptum est: ne adoraueritis deos alienos, cum calumniantur Manichaei, satis ostendunt placere sibi adorari multos deos. nec mirum, quandoquidem in secta sua numerosissimam deorum familiam commemorant atque commendant, quippe qui etiam ad ista uisibilia uenerunt, quae pro ipsius ueritatis luce uenerantur et adorant; et ideo displicet eis, quod scriptum est in exodo: ne adoraueritis deos alienos. addunt etiam illud propter hoc dictum esse: deus uester zelans appellatur; zelans enim zelauit, ut tamquam deum zelantem non amemus, cuius zelo deos alienos zelare non sinimur. et ideo dicunt ista

5 Ioh. 2, 15 sq; Matth. 21, 12 sq. 16 Ex. 20, 5; 34, 15

1 testamenti *(s. l.)* *C* 3 dī *(s. l.)* *P* nostri *om.* *P* 6 eam] illam *GTCSVb* 7 ergo] uero *S* etiam *om.* *Vb* 8 uellit *P* ueteri *TCSVb* 10 pedum eius *b* 15 fabricatis ab hominibus *V* 16 exhodo *P* 18 huic—est *(unc. rubric.)* *P* quo^{d} *P* 19 calumpniatur *CV* 20 adorare *b* 21 numerosimam *(sed* ssi *affix. est* **uoci** commemorant) *C* 23 istius *GTCSVb* 28 zelare] adorare *GTCSVb* dicu^{v}nt *G*

euangelio esse contraria, quoniam dominus dicit: pater iuste, et mundus te non cognouit, quasi non sit dicendus deus iustus, nisi nos deos alienos adorare permittat. iustum enim deum et zelantem deum tamquam contraria sibi esse disserunt et decipiunt miseros non intellegentes totam spem salutis nostrae esse zelum dei. hoc enim nomine illa eius significatur prouidentia, qua nullam a se animam fornicari inpune permittit, sicut propheta dicit: perdes omnes, qui fornicantur abs te. sicut enim ea quae dicitur ira dei, non perturbatio mentis est, sed potentia uindicandi, sic zelum dei non cruciatum animi, quo maritus aduersus uxorem uel uxor aduersus maritum torqueri solent, sed tranquillissimam sinceramque iustitiam, qua nulla anima beata esse sinitur, falsis opinionibus prauisque cupiditatibus corrupta et quodam modo grauidata. illi enim haec uerba exhorrescunt, qui nondum uiderunt ineffabili maiestati dei nulla uerba congruere. sic enim ab istis uerbis temperandum putant, quasi aliquid dignum deo dicant, cum ista non dicunt. sanctus enim spiritus hoc ipsum hominibus intellegentibus insinuans, quam sint ineffabilia summa diuina, his etiam uerbis uti uoluit, quae apud homines in uitio poni solent, ut inde admonerentur etiam illa, quae cum aliqua dignitate dei se putant homines dicere, indigna esse illius maiestate, cui honorificum potius silentium quam ulla uox humana conpeteret. quaero zelum hominis et inuenio perturbationem cruciantem cor. tamen cum quaero causam, nihil aliud inuenio, nisi quod non patitur coniugis adulterium. maxime enim et proprie inter coniugia zelotypia dici solet.

1 Ioh. 17, 25 8 Ps. 72, 27

2 et mundus] mundus *b* 4 dissertant *GT* discertant *C* disertant *Vb* desertant *S* 7 prudentia *C*, (*in marg.* ł prudentia) *T* 9 d's *V* 11 animę *P* uxorem suam et *V* 12 sincerissimamque *GTCSVb* 15 horrescunt *SV* 16 maiestate *S* dei *om. GTCSVb* istiusmodi *b* 17 dicant] putent *C* putant *b* 19 sunt *b* 20 hiis *V* apud *P* solent poni *V* 21 ammonerentur *V* 22 putant se *V* 23 illa P^2 25 nil *CVb* 27 zelotipia *TCV* solent *V* solent *C*

itaque si maritus esset per se ipsum beatus et omnipotens et iustus, sine ullo cruciatu et tota facilitate et nulla iniquitate peccatum coniugis uindicaret. quam tamen eius actionem humano loquendi modo etiamsi non proprie, translate tamen et recte zelum uocarem. quis enim Tullio calumniatus est, qui certe nouerat latine loqui, cum ait Caesari: nulla de uirtutibus tuis nec admirabilior nec gratior misericordia est? et tamen ex eo appellatam misericordiam dicunt, quod miserum cor faciat dolentis aliena miseria. numquid ergo uirtus miserum cor facit? quid ergo calumniosis Tullius responderet, nisi misericordiae nomine clementiam se appellare uoluisse? quoniam recte solemus loqui non solum uerba propria, sed etiam uicina usurpantes. cuius auctoris mentionem facere uolui, quoniam non de re quaestio sed de uerbo est. sicut enim nostri auctores, diuinarum scilicet litterarum, de rebus maxime cogitauerunt, sic mundanorum auctorum prope omnis cura de uerbis est. sed habeo euangelium et omnes noui testamenti libros, in quibus misericordia dei frequentissime commendatur. si audent ergo isti miseri, etiam inde faciant quaestionem et negent esse misericordem deum, ne miserum cor habere intellegatur. sicut ergo potest esse in deo misericordia sine cordis miseria, sic etiam sine tabe atque cruciatu animi zelum dei non dedignemur accipere et humani sermonis condicionem feramus, ut ad diuinum perueniamus silentium. sed si contraria dicunt esse zelantem deum et iustum deum, quid dicturi sunt, cum et in nouo testamento inuenio: zelo dei uos zelo et adhibitum etiam de ueteribus in euangelio

6 p. Q. Lig. § 38 26 II Cor. 11, 2

3 uincaret P^2 5 calomniatus P^2 calumpniatus CV 6 cesari P 7 tuis *om.* P ammirabilior G 9 numquid] nonquid V 10 tullius calumpniosis V 11 me nomine P 14 quaestio hic $TCSV$ b, (hoc) G 17 omni P omnis (e *in* i *corr.*) G 20 nec V 21 in deo esse V 22 etiam habeat q: cruciatu P^2 23 humani condicionem sermonis b 24 ut] et P 27 et] uel $GTCSVb$

testimonium: zelus domus tuae comedit me? rursus in uetere cum legunt: iustus dominus et iustitias dilexit. aequitatem uidit uultus eius. nonne fatebuntur etiam hoc modo inperitis duo testamenta uideri posse contraria, ut in nouo inueniamus zelum dei, in uetere iustitiam dei? bene autem intellegentibus utrumque in utroque magna sancti spiritus unitate et pace concinere?

12. De eo, quod scriptum est non esse manducandum sanguinem, quod anima carnis sit sanguis. huic sententiae ueteris legis Manichaei ex euangelio illud obponunt, quod dicit dominus non esse timendos eos, qui occidere possunt corpus, animae autem nocere non possunt, et disputant dicentes: si sanguis anima est, quomodo homines potestatem in eam non habent, cum de sanguine multa faciant siue excipientes et canibus uolucribusque in escam proponentes siue effundentes aut caeno lutoque miscentes? haec enim et alia innumerabilia sine difficultate homines de sanguine possunt facere. ideo isti quaerunt insultantes, quomodo, si sanguinis est anima, non possit hominis interfector nocere animae, cum tantam in eius sanguinem habeat potestatem. addunt etiam, quod ait apostolus Paulus: quia caro et sanguis regnum dei non possidebunt et dicunt: si sanguis est anima, sicut Moyses dicit, nulla inuenietur anima posse regnum dei adipisci. cui calumniae primo ita respondendum est, ut ipsi cogantur ostendere, ubi scriptum sit in libris ueteris legis, quod anima humana sanguis sit. nusquam enim hoc inuenient in illa scriptura, quam lacerare miseri quamdiu conantur, nullo modo intellegere permittuntur.

1 Ioh. 3, 17; Ps. 68, 10 2 Ps. 10, 8 9 Deut. 12, 23 12 cf. Matth. 10, 28 21 I Cor. 15, 50

2 ueteri *TCVb* iustitiă *TCb* 5 iustitiam dei] iustitiam *b* 7 continere *Pb* 9 sit carnis *GTCSVb* huic—legis *(mai. rubric.) P* 10 dominus dicit *Tb* 11 occidunt *GTCSVb* 12 sanguis anima *(in ras.) C* 15 escam *P* ceno *P* 16 hac *P* 19 nocere] facere *P* habeant *P* 25 humana anima *V* 27 premittuntur P^2 permittuntur intelligere *b*

quodsi de anima humana nihil tale ibi dictum est, quid ad nos pertinet, si anima pecoris aut laedi ab interfectore potest aut possidere dei regnum non potest? sed quia de animis pecorum nimis sunt isti solliciti — cum enim sint hominum animae rationales, reuolui tamen eas in pecora existimant — clausa sibi esse arbitrantur regna caelorum, si pecorum animis clausa esse consentiant.

Quid? quod etiam insultare ausus est populo Israhel Adimantus, unus ex discipulis Manichaei, quem magnum doctorem illius sectae fuisse commemorant. insultare ergo ausus est populo Iudaeorum, quod secundum eorum intellectum, quo existimant sanguinem esse animam, parentum ipsorum animae partim a serpentibus deuoratae, partim igni consumptae, partim in desertis atque asperrimis montium locis arefactae sint. quod si uerum esse quisquam concederet, sine scelere tamen eorum, quibus iste insultare uoluit, factum esse conuinceret. non enim parentum suorum animas, quibus illa omnia secundum horum intellectum accidisse dixit, ipsi aliqua ex parte laeserunt; quapropter luctum inde possunt habere, non reatum. quid autem Adimantus faciet ipse secundum opinionem suam, qua credidit etiam rationales, id est hominum animas in beluina corpora posse contrudi? quid ergo faciet de tanto scelere, si quando tardum iumentum plagis aut concitatum freno fatigauit, in quo forte patris eius anima fuerit? ut non dicam, quod etiam occidere parentes suos inter peduculos et pulices potuerit, a quorum isti interfectione non temperant. quid enim eis prodest, quod aliquando negant

2 ledi *P* 3 animis *P*^{2} 5 racionales *P* 6 existimant *V* sine pecorū animas clausǫ esse *P*^{2} 10 rectę *P*^{1} 13 igne *GTCSVb* consumpte *V* 14 arąefactae *G* arefacte *V* 15 sunt *SVCTb* esse *(corr. ex* est) *P*^{2} quisquam] quidquid *S* 15 sceler// (sine scelere *usque ad conuinceret repetita pr. m. del.) P* 17 aīabus *b* 18 dixit] idē dī *b om. P* 19 lesi erant *P*^{2} inde] inde nec *P* 20 non] nec *P* faciet ipse adimantus *G* ipse ad. faciet *TCSVb* 22 bellıina *TS* 24 eius *om. b* 25 pediculos *TCSVb* pediculos *G*^{2}

usque ad ista minutissima animantia reuolui animas humanas posse? hoc enim negant, ne tam multarum interfectionum rei teneantur aut cogantur parcere pulicibus et peduculis et cimicibus et tantas ab eis molestias sine ulla caedis eorum licentia sustinere. nam uehementer urgentur, cur in uulpeculam reuolui anima humana possit et non possit in mustelam, cum catulus uulpeculae fortasse etiam minor sit quam magna mustela. deinde si in mustelam potest, cur in murem non potest? et si in istum potest, cur in stellionem non potest? et si in eum potest, cur in locustam non potest? deinde in apem, deinde in muscam, deinde in cimicem atque inde usque in pulicem et si quid est aliud multo minutius peruenire? ubi enim terminum constituant, non inueniunt atque ita per istam nugatoriam crudelitatem conscientiae illorum innumerabilibus homicidiorum sceleribus obruuntur.

Nam ex eo, quod scriptum est sanguinem pecoris animam eius esse, praeter id, quod supra dixi, non ad me pertinere, quid agatur de pecoris anima, possum etiam interpretari praeceptum illud in signo esse positum. non enim dominus dubitauit dicere: hoc corpus meum, cum signum daret corporis sui.

Quod autem ait apostolus: caro et sanguis regnum dei non possidebunt, etiam in lege dictum est: non permanebit in istis spiritus meus, quia caro sunt. et totiens in ueteribus libris iustorum animis praemium futurum promittitur. sed tamen apostolus uolens insinuare, quale corpus iustorum per inmutationem in resurrectione futurum sit, quia

20 Matth. 26, 26 23 Gen. 6, 3

3 retineantur *b* peḍiculis P^2 pediculis *TCSVG*^{1} pediculis et pulicibus *b* 5 cur *(s. l.)* P^2 uulpeculam (e *corr. ex* i) P^2 8 cur—potest *om. P* 9 istum ñ potest *V* stelionem (ste *ex* sti *corr.*) P^2 stel/ionem (l *er.*) *G* 10 et si—potest *(s. l. m. 2 add.) P* locustam (lu *in* lo *corr.*) *P* 11 cimicem] cuncem *C* 14 credulitatem *GTCSVb* in munera bilibus G^2 16 animam] sanguinẽ *V* 20 hoc] hoc est *b* 24 quia] quoniam *GTCSVb* 25 animis P^1

neque nubent neque uxores ducent. sed erunt sicut angeli in caelis, hanc ergo inmutationem futuram corporum sanctorum uolens insinuare dixit apostolus: dico enim uobis, fratres, quia caro et sanguis regnum dei non possi- debunt. quod non una separata et ad fraudem commemorata sententia, sed toto ipso epistulae loco pertractato uel potius lecto — non enim res obscura est — inueniri potest. sic enim dicit: oportet corruptibile hoc induere incorruptionem et mortale hoc induere inmortalitatem. quod eum de corpore dicere de superioribus manifeste inuenitur, cum ait: non omnis caro eadem caro: alia quidem hominum, alia autem pecorum; alia caro uolucrum, alia piscium. et corpora caelestia, et corpora terrestria; sed alia est caelestium gloria et alia terrestrium; alia gloria solis et alia gloria lunae et alia gloria stellarum. stella enim ab stella differt in gloria; sic et resurrectio mortuorum. seminatur corpus in corruptione, surget in incorruptione; seminatur in contumelia, surget in gloria; seminatur in infirmitate, surget in uirtute; seminatur corpus animale, surget corpus spiritale. si est corpus animale, est et spiritale, sicut scriptum est: factus est primus homo Adam in animam uiuentem, nouissimus Adam in spiritum uiuificantem. sed non primum quod spiritale est, sed quod animale, postea spiritale. primus homo de terra terrenus; secundus homo de caelo caelestis. qualis terrenus, tales et terreni, et qualis caelestis, tales et caelestes. et quomodo induimus imaginem terreni, in-

1 Matth. 22, 30 8 I Cor. 25, 39 sqq.

1 non nubent *TCSVb*, (ñ *s. l. a m.* 1) *G* 6 pocius *P* 7 est *om. b* 8 dicit apostolus *b* 9 inmortalitatem G^2 10 eum] cum—diceret *b* 14 et *om. TCSVb* 15 et *post* solis *om. GTCSVb* 16 glori//tate (glo *ex* cla) *P* 17 corpus *(s. l.) G om. TCSVb* 18 surget (e *ex* i *corr.*) *P* 21 si—spiritale *om. GTCSVb* 22 sicet P^2G 23 fpu P^3 24 prius *T* est *om. b* 25 amale *C* postea quod *V* 26 caelestis *(s. l. m. 2) P*

duamus et imaginem eius, qui de caelo est. hoc autem dico, fratres, quia caro et sanguis regnum dei hereditate possidere non possunt neque corruptio incorruptionem hereditate possidebit. certe iam clarum est, quare hoc apostolus dixerit. quid ergo iste tam turpi fraude non commemorat nisi hoc ultimum et tacet illa superiora, quibus hoc quod male interpretatur, bene possit intellegi? nam quoniam domini nostri corpus post resurrectionem sic leuatum est in caelum, ut pro ipsa caelesti habitatione caelestem acceperit mutationem, et hoc sperare in die ultimo iussi sumus, ideo dixit apostolus: qualis terrenus, tales et terreni, id est mortales. et qualis caelestis, tales et caelestes, id est inmortales non solum animis, sed etiam corporibus. unde et supra dixerat aliam esse caelestium corporum gloriam et aliam terrestrium. quod autem spiritale corpus in resurrectione futurum dicit, non propterea putandum est, quod non corpus, sed spiritus erit, sed spiritale corpus omnimodis spiritui subditum dicit sine aliqua corruptione uel morte. non enim quoniam modo quod habemus corpus animale appellas, ideo putandum non illud esse corpus, sed animam. ergo quemadmodum corpus animale nunc dicitur, quia subditum est animae, spiritale autem nondum dici potest, quia nondum spiritui plene subiectum est, quamdiu corrumpi adhuc potest: sic et tunc spiritale uocabitur, cum spiritui atque aeternitati nulla corruptione resistere poterit.

Aut si adhuc parum uidetur esse monstratum, quod sententiam istam propter inmutationem, quae futura est, apostolus dixerit, cum ait: caro et sanguis regnum dei hereditate possidere non possunt neque corruptio incor-

1 quę *b* 3 possedere P^1 4 possedebit P^1 5 apostolus hoc *V* 8 n *G*^{2} 10 iussimus *P* 12 et qualis—inmortales *om. C* tales *G* 14 corpori *P* 15 spiritale dixit *GTCSVb* 16 dicit P^2 *om. GTCSVb* 18 omnimodo *GTCSVb* 19 quia quod modo *b* 20 putandum est *TCSVb* 21 qua P^1 quoniam *SV* 23 plenę *P* subiectum] subditum *V* adhuc *om. GTCSVb* 25 aeternitate P^1 29 possedere P^1

ruptionem hereditate possidebit, adtendite, quid continuo subiciat et adiungat: ecce mysterium dico uobis: omnes quidem resurgemus, non tamen omnes inmutabimur in atomo, in ictu oculi, in nouissima tuba. canet enim tuba et mortui resurgent incorrupti et nos commutabimur. deinde contexit et dicit etiam illud, quod paulo ante commemoraui, ut ostendat, qualis futura sit ipsa inmutatio. statim quippe dicit: oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem et mortale hoc induere inmortalitatem. hinc ergo adparet, quia caro et sanguis regnum dei non possidebunt, quia cum induerit incorruptionem et inmortalitatem, iam non caro et sanguis erit, sed in corpus caeleste mutabitur. quod quidem ex occasione tractauimus, quia huic quoque sententiae multum insidiari solent negantes corporum resurrectionem. nam ista quaestio non de corpore, sed de anima proposita est, quam putant sic accipi in lege, ut sanguis esse existimetur: quod nos nullo modo sic intellegimus. sed quamuis de pecorum animis non curemus, cum quibus non habemus rationis aliquam societatem, tamen illud quod lex dicit fundendum esse sanguinem nec in escam adsumendum, quia sanguis est anima, in signo esse positum dicimus sicut alia multa et paene omnia scripturarum illarum sacramenta signis et figuris plena sunt futurae praedicationis, quae iam per dominum nostrum Iesum Christum declarata est. sic est enim sanguis anima, quomodo petra erat Christus, sicut dicit apostolus: bibebant enim de spiritali sequente petra, petra autem erat Christus. notum est autem filios Israhel petra percussa bibisse aquam in heremo,

2 I Cor. 15, 51 sqq. 26 I Cor. 10, 4 27 cf. Num. 20, 11

1 adtendite P^1 attendite *Gb* 2 uobis dico *TCSVb* 4 athomo *CV* atomo P^1 canet (e *corr. ex* i) *PG* 5 inmutabimur *CSTb* 6 contexit P^1 9 corruptionē *V* 10 adparet P^1 11 possidebit *C* induerẹt *C* 17 existimetur esse *V* 20 dixit *GVb* fundendū *C* 21 ęs:am *P* adsumendum *G* in signo *om. GTCSVb* 27 sequenti *P*, (e *in* i *m. pr. corr.*) *G* sequente eos *b* 28 aquā *(uirg. m. rec. add.) P* eremo *S*

de quibus loquebatur apostolus, cum hoc diceret. nec tamen ait: petra significabat Christum, sed dicit: petra erat Christus. quae rursus ne carnaliter acciperetur, spiritalem illam uocat, id est eam spiritaliter intellegi docet. longum est et nunc non necessarium sacramenta eiusdem legis exponere, nisi cum breuiter possint. sufficit autem, ut nouerint illi, qui de his calumniantur, non ea nos ita intellegere, ut illi adsolent inridere, sed quemadmodum apostoli omnia intellegentes pauca exposuerunt. ut ad easdem regulas cetera posteris intellegenda relinquerent,

13. De eo, quod scriptum est in deuteronomio: uidete, ne obliuiscamini testamentum dei uestri quod conscripsit et faciatis uobis effigies et imagines, addidit etiam dicens: deus uester ignis est edax et deus zelans. haec uerba de scripturis hoc modo ille Adimantus proposuit; eius enim calumnias refutandas refellendasque suscepimus. sed et iam superius de zelo dei cum calumniaretur, puto satis esse responsum. meminerimus tamen non solum ibi, sed etiam hic sic eum de zelo dei criminatum scripturas, ut adiungeret etiam, quod de simulacris non colendis in illis libris praecipitur a domino deo nostro, quasi non ob aliud reprehendat zelum dei, nisi quod illo ipso zelo a cultu simulacrorum prohibemur; uult ergo uideri fauere se simulacris. quod propterea faciunt, ut miserrimae et uesanae suae sectae etiam paganorum concilient beneuolentiam. huic autem legis capitulo etiam illud obponunt, ubi quidam accessit ad dominum et ait illi: magister bone, quid faciens possidebo uitam

10 Deut. 4, 23 sq. 26 Marc. 10, 17 sqq.

1 loquebatur *om. b* haec *S* 2 dicit] ait *GTCSVb* 3 inciperetur *P* illam] eam *V* 6 calomniantur *P* calumpniantur *CV* 7 illi adsolent] illas solent *CSGVb* inridere *G* 9 re//ra *P* 10 uide *G* 12 imagines et effigies *V* addit *GTCVb* 15 calumpnias *V* 17 nosolm *P*3 18 sic *om. P* 21 cultǫ *P*2 simulachrorum *C* 22 simulachris *C* 24 consilient *V* beniuolentiã *b* benigniuolentiã *V* 25 etiam *om. GTCSVb* illud obponunt] illud euangelicum opponit *GTCSV* illud euangeliũ opponit *b* 26 possedebo *P*1 uitam aeternam possidebo *GTCSVb*

aeternam? cui respondit Iesus: quid me interrogas de bono? nemo bonus nisi unus deus, ut ex hoc uidelicet contraria ista esse arbitremur, quia in lege dicitur: deus ignis edax, et: deus zelans, in euangelio autem: nemo bonus, nisi unus deus.

Et de zelo quidem iam responsum est non sic esse ista uerba in scripturis posita, ut aliquam dei perturbationem cruciatumue significent, sed quia nihil dignum de deo dici potest, propterea usque ad ista peruentum est; quae cum homines indigna esse putauerint, cogantur discere etiam illa, quae conuenienter de ineffabili diuina excellentia se dicere existimant, indigna esse maiestate dei; cuius sapientia cum descensura esset usque ad corpus humanum, prius usque ad humana uerba descendit. quod uerbum cum discutere coepero, proprie me dixisse non uideo; non enim potest descendere, nisi quod etiam de loco in locum moueri potest. nam qui descendit, locum superiorem deserere et inferiorem petere uidetur. dei autem sapientia cum tota ubique praesto sit, nullo pacto migrare de loco in locum potest. de qua Iohannes in euangelio melius ait tamquam dominici pectoris particeps. ait enim: in hoc mundo erat et mundus per ipsum factus est et mundus eum non cognouit; et tamen etiam ipse adiungit et dicit: in sua propria uenit et sui eum non receperunt. quomodo hic erat et quomodo uenit, nisi quia illa sublimitas ineffabilis ut hominibus congruat, humanis sonis significanda est? ut autem deos homines faciat, diuino est intellegenda silentio. potest ergo reddi ratio, quare ita dictum sit; non tamen potest aliquid de deo digne dici, quod ideo iam indignum est, quia potuit dici. tolle de zelo errorem et

1 Marc. 10, 17 sq. 21 Ioh. 1, 10 sq.

10 dicere *b* 11 de *(m. 3 add.) P* infabili *G* 12 maiestate *VP* descensura (*ex* disc. *corr.*) P^2 14 cum] si *GTCSb* cepero PG^3 17 ad *G* 18 presto *P* 20 melius *G om. TCSVb* ait] dicit *TCb* pec//toris (*corr. ex* peccatoris) *G* 22 etiam *om. SV* 25 sullimitas *C* 26 autem] ante *V* 28 sit] est *V*

dolorem, quid remanebit aliud nisi uoluntas castitatem custodiens et corruptionem uindicans coniugalem? quo igitur uerbo nisi zelo dei melius posset insinuari, quod uocamur ad coniugium dei et non uult nos turpi amore corrumpi et punit inpudicitiam nostram et diligit castitatem? non enim frustra etiam uulgo dici solet: qui non zelat, non amat.

Ad hoc pertinet etiam quod dictum est: ignis edax: de quo disputare non debeo, sed ipsos potius interrogare, quem ignem dixerit dominus se uenisse mittere in hunc mundum. hoc enim dictum est in euangelio, quod illi accusare non possunt, non ut Christum honorent, sed ut decipiant christianos. quod cum eis commemoratum fuerit, quemadmodum dominus dixerit: ignem ueni mittere in hunc mundum, miseri dicunt: sed illud aliud est. quibus respondemus: et hoc aliud est: noli metuere. nam ipse Christus loquitur etiam in uetere testamento, cum dicit: ego sum ignis edax, qui loquitur in euangelio, quod ignem uenerit in hunc mundum mittere, id est uerbum dei, quod est ipse. nam ueteres utique scripturas exposuit post resurrectionem discipulis incipiens a Moyse et prophetis omnibus, quando ipsi discipuli ignem se accepisse confessi sunt dicentes: nonne cor nostrum erat ardens in uia, cum aperiret nobis scripturas? ipse est ignis edax; consumit enim ueterem uitam diuinus amor et innouat hominem, ut ex eo, quod deus ignis est edax, faciat, ut eum nos amemus, ex eo autem, quod zelans est, ipse nos amet. nolite ergo timere ignem, quod est deus, sed timete ignem, quem parauit haereticis deus.

Quod enim Adimantus elegit de euangelio locum, quem huic legis capitulo tamquam contrarium apud inperitos obiceret,

13 Luc. 12, 49 16 Deut. 4, 24; 9, 3 21 Luc. 24, 32

1 custodiens castitatem *Tb* 3 quo *b* 5 inpudiciciam *P* 7 etiam pertinet *GCSVb* edax ignis *Tb* 8 potius ipsos *TSb* 11 despiciăt *b (in marg.)* 13 hunc mundum] terram *GTCSVb* 16 ueteri *GTCSb* 17 ignem mittere uenerit *V* 21 ardens erat *TSCVGb* 23 edens edax *G* 24 est *(s. l.) P*^{2} 25 zelans] deus zelans *GTCSVb,P* (ds *s. l. m. 2)* 27 quod^{em} *G*

ubi ait dominus: nemo bonus, nisi unus deus, quotiens inuenitur bonitas dei in uetere testamento, quis numerare sufficiat? unum tamen ponam, quod cotidie in ecclesiis cantatur: confitemini domino, quoniam bonus est, quoniam in saeculum misericordia eius. certe et hoc zelanti deo, sicut Manichaei existimant, uidetur esse contrarium et tamen in libris ueteris testamenti cantatur. item rex ille, qui cum filio suo nuptias faceret, inuenit inter discumbentes hominem non habentem uestem nuptialem et eum primo amici nomine appellans manibus et pedibus conligatis mitti iussit in tenebras exteriores, moleste intellegentibus non uidetur bonus. et si ipsum quisquam capitulum euangelii proponeret, et sicut facit Adimantus de uetere testamento, ita euangelium calumniose accusaret laudans potius ueteris testamenti libros, ubi scriptum est: confitemini domino, quoniam bonus est, quoniam in saeculum misericordia eius, et reprehendens in nouo, quod uocatus conuiua in tantum subplicium propter uestem mittitur, et hoc fraudulenta peruersitate adsidue faceret, ut omnia loca lenitatis de uetere testamento colligeret et loca seueritatis de nouo, et haec sibi aduersa esse contenderet, laudans uetus et reprehendens nouum: similiter inueniret inperitos et diuinarum scripturarum miserabiliter ignaros, quibus persuaderet uetus potius testamentum quam nouum esse retinendum. quod cum isti ex alia parte faciunt, id est uetus reprehendentes quasi contrarium nouo, miror, quod non cogitant posse aliquem aliquando utrumque legere et diuina ope intellectum utrumque laudare fraudemque istorum atque malitiam uel dolere tamquam hominum uel cauere tamquam haereticorum uel inridere tamquam inperitorum et superborum.

4 Ps. 117, 1 et 29 10 cf. Matth. 22, 2 sqq.

1 quoties *TSVC* 2 ueteri P^2Gb 3 ecclesia/ (e *er.*) *G* ecclesia *TSCVb* 4 est *om. TSCVb* 5 saeculum *om. V* 9 nuptialem (b *corr. in* p) *P* 13 ueteri *GSCVTb* 15 est *om. TSCVb* 16 reprehendens *P* 20 nouo] uouo *C* 22 ignaros (u *corr. in* o) *P* 25 reprehendentes *P* miror] minor *V* 27 intellectu *G* 28 maliciam *PC* dolore P^2 dolore *G*

14. De eo, quod scriptum est in deuteronomio: secundum desiderium animae tuae occide et manduca omnem carnem iuxta uoluptatem, quam dedit tibi dominus. caue autem, ne sanguinem manduces, sed effunde tamquam aquam super terram. his uerbis legis Adimantus contrarium esse arbitratur, quod in euangelio dominus ait: non grauentur corda uestra cruditate et uinolentia et curis saecularibus et quod ait apostolus: bonum est non manducare carnem neque bibere uinum et iterum: non potestis mensae domini participare et mensae daemoniorum. nos autem omnia haec siue quae in uetere siue quae in nouo testamento scripta sunt, et suis causis exigentibus posita dicimus et sibi aduersa non esse monstramus. quamquam et ipse in his uerbis, quae posuit de uetere testamento, animaduertere potuit non ad inmoderatam uoracitatem pertinere quod dictum est: secundum desiderium animae tuae occide et manduca omnem carnem, quando sequitur: iuxta uoluptatem, quam dedit tibi dominus. inmoderatam enim uoluptatem non dedit tibi dominus, sed quanta sustentationi naturae salutique sufficiat. quisquis autem sequitur inmoderatam uoracitatem, suum uitium sequitur, non eam uoluptatem, quam dedit dominus; et ideo non est contrarium quod in euangelio positum est: non grauentur corda uestra cruditate et uinolentia et curis saecularibus. cum enim quisque non replet nisi eam uoluptatem, quam dedit dominus, id est modestam atque naturalem, non grauatur cor eius cruditate et uinolentia et curis saecularibus.

1 Deut. 12, 15 sq. 7 Luc. 21, 34 8 Rom. 14, 21 10 I Cor. 10, 21

3 uoluptatem P^2,*b (in marg.)* 5 supra *V* his—contrarium *(unc. rubric.) P* 7 non] ne *b* . crud///itate (*ex* crudelitate *corr.*) *G* crapula *(in marg. al.) b* uinolentia P^3G^2 10 participare] communicare *GTCSVb* 11 demoniorum *P* haec omnia *V* ueteri $P^3GCSVTb$ 13 ut sibi P^3 18 (19, 22, 25) uoluptatem P^2 19 tibi *om. TCP* 23 euangeliom (o *ex* u *corr.*) *P* euangelio *G* 24 (*et* 27) uinolentia G^2

De carne autem non manducanda et non bibendo uino quod ait apostolus, non quia illa inmunda arbitratus est, hoc praecepit, sicut isti existimant et errantes in errorem praecipitant, quibus talia persuaserunt, sed cum ipse posuerit causam, cur hoc dixerit, non est nobis haec interpretanda uel exponenda sententia. sufficit enim ipsum de apostoli epistula totum locum huic sermoni contexere, ut et causa manifeste adpareat, cur hoc apostolus dixerit, et istorum fraus, qui particulas quasdam de scripturis eligunt, quibus decipiant inperitos non conectentes, quae supra et infra scripta sunt, ex quibus uoluntas et intentio scriptoris possit intellegi. sic ergo apostolus dicit: infirmum autem in fide recipite, non in diiudicationibus cogitationum. alius quidem credit manducare omnia; qui autem infirmus est, holera manducet. qui manducat, non manducantem non spernat, et qui non manducat manducantem non iudicet; deus enim illum recepit. tu quis es, qui iudices alienum seruum? suo domino stat aut cadit. stabit autem; potens est enim dominus statuere illum. alius quidem iudicat alternos dies, alius autem iudicat omnem diem. unusquisque in suo intellectu abundet. qui sapit diem, domino sapit, et qui manducat, domino manducat; gratias enim agit deo; et qui non manducat, domino non manducat et gratias agit deo. nemo enim nostrum sibi

12 Rom. 14, 1 sqq.

3 praecę^{i}pitant *P* 4 persuaserint *P* 7 manifesτi' *b* quur *G* 9 decipiunt *V* despiciunt *b* 10 scrip^{ta} *P*^{3} 11 ait *VSb* 12 diiucationibus *C* disceptationib' *b* 13 cogitationib^{vm} *G*^{2} 14 olera (h *er.*) *G* olera *TCSVb* manduc^{e}ạt *P* manducat *CTGSV* 16 enim] autem *V* 17 recę^{i}pit *P*^{2} quis] qui *Pb* suo ạụṭẹṃ *GS* 18 ^{enim}ḍṇṣ *G*^{2} autem *V* 20 autem] quidẽ *V* 21 intellectu] sensu *TSCVb* ^{sensu}intelle *G* /abundet (h *er.*) *G* 22 manducat *(in marg. m. 2) G* ^{non}manducat *C* non manducat *C* 23 qui non manducat *(in marg. m. 2) G* domino non manducat *om. S* 24 agit *(in marg.) G* deo *(s. l.) G*^{2} nemo enim *(in marg. m. 2) G*

uiuit et nemo sibi moritur. siue enim uiuimus, domino uiuimus; siue morimur, domino morimur. siue ergo uiuimus siue morimur, domini sumus. ad hoc enim Christus mortuus est et resurrexit, ut mortuorum et uiuorum dominetur. tu autem quare iudicas fratrem tuum? aut tu quare spernis fratrem tuum? omnes enim adstabimus ante tribunal domini. scriptum est enim: uiuo ego, dicit dominus, quia mihi curuabit omne genu et confitebitur omnis lingua deo. igitur unusquisque nostrum pro se rationem reddet. non ergo amplius inuicem iudicemus. sed hoc magis iudicate, ne ponatis offendiculum aut scandalum fratribus. scio et certus sum in domino Iesu, quia nihil commune per illum, nisi qui putat aliquid esse commune, illi commune est. nam si propter escam frater tuus contristatur, iam non secundum caritatem ambulas. noli in esca tua illum perdere, pro quo Christus mortuus est. non ergo blasphemetur bonum nostrum. non est enim regnum dei esca et potus, sed iustitia et pax et gaudium in spiritu sancto. qui enim in hoc seruit Christo, placet deo et probatus est hominibus. itaque quae pacis sunt sectemur, et quae ad aedificationem sunt in inuicem. noli propter escam destruere opus dei. omnia quidem munda, sed malum est homini, qui per offensionem manducat. bonum est non manducare carnem neque bibere uinum neque in quo frater tuus offenditur. tu fidem quam habes penes te ipsum habe coram deo. beatus qui non iudicat semetipsum in quo

1 uiuet P^1 siue enim uiuimus *(in marg. m. 2)* *G* 2 dei *V* 4 et resurrexit *om.* *GTSCVb* 7 stabimus *GTSCVb* 8 uiuo enim *V* curuabi^{bi} *b* 9 confitetur *P* 10 pro] pro *b* *(in marg. al.* per) 14 nisi ei qui *GTCSVb* 17 e^{ue}sca *P* 22 q^{m}: P^2 24 oma *P* 26 frater tuus *(in marg.)* *G* 27 penes—habe *(in marg.)* *G* temetipsum *GTCSVb* 28 deo *(in mg. a m. 2)* *G* in quo G^2 in ^{eo} quo^{d} *VSb*

probat. qui autem diiudicat, si manducauerit, damnatus est, quia non ex fide. omne autem quod non est ex fide, peccatum est. numquid opus est cuiusquam interpretatione, ut intellegatur, et cur hoc apostolus dixerit et quanta isti malitia de scripturis certa quaeque decerpant, quibus circumueniant inperitos? nam et munda esse omnia dixit apostolus secundum fidem et ei esse inmunda, qui putat inmunda et tunc esse ab eis temperandum, cum per offensionem accipiuntur, id est cum aliquis infirmus putat sibi ab omnibus carnibus temperandum, ne incidat in carnem immolaticiam, et ideo eum qui manducat potest arbitrari in honorem idolorum id facere et ex eo grauiter offendi, cum ipsa immolaticia caro, si ex fide a nesciente accipiatur, neminem maculet. unde alio loco idem apostolus interrogari uetat, cum quid de macello emitur uel ab aliquo infideli quisquam uocatus in mensa eius exhiberi sibi carnes uidet, quas isti inmundas arbitrantur non propter immolationem, sed quia carnes sunt, cum apostolus clamet omnia munda esse et omnem creaturam dei bonam esse et omnia sanctificari per uerbum et orationem et tamen temperandum ab eis, si quis forte infirmus offenditur. et quodam loco apertissime istos significauerit, cum dicit in nouissimis temporibus futuros quosdam prohibentes nubere, abstinentes a cibis, quos deus creauit. hos enim proprie designat, qui non propterea temperant a cibis talibus, ut aut concupiscentiam suam refrenent aut infirmitati alterius parcant, sed quia ipsas carnes inmundas putant et earum creatorem deum esse negant. nos autem teneamus apostolicam discipli-

21 cf. I. Tim. 4, 1 sqq.

1 diiudicat] discernit *GTCSVb* dampnatus *V* 2 non ex fide omne *(in marg.) G* 3 nonquid *V* opus est] eget *GCSVb* 4 et *(m. 2 add.) G om. TCSVb* quur *G* 5 ista I^{2} illi *S* descerptant (des *corr. ex* dis) *P* discerpant G^{2} discerpunt *TCSVb* 6 quib' *s. l. P* inmunda *P* miranda *S* 8 quum G^{2} 11 eum] et eum *TCV* 12 ydolorũ *V* 14 interrogare *b* 15 uocatur *P* 17 non *(s. l.)* G^{2} 21 isto P^{2} 26 quia P^{1} quod *V* 27 autem *(s. l.) P*

nam dicentem, quod omnia munda sint mundis seruata moderatione euangelica, ut non grauentur corda nostra cruditate et uinolentia et curis saecularibus.

Nam illud, quod idem apostolus ait: non potestis mensae domini communicare et mensae daemoniorum, non uideo, cur obponendum huic loco legis et quasi contrarium Manichaei esse crediderint. non enim de immolationibus lex loquitur, cum in deuteronomio dicitur: secundum desiderium animae tuae occide et manduca omnem carnem iuxta uoluptatem, quam dedit tibi dominus, sed de cibis, qui pertinent ad hominis alimentum. sed quoniam Manichaei etiam cum ad hominis cenam quaeque animalia praeparantur, immolationem esse dicunt, secundum suum intellectum ista contraria esse putauerunt. propterea et illum commemorauerunt locum, ubi apostolus ait: quae immolant gentes, daemoniis immolant et non deo, cum apostolus apertissime de uictimis loqueretur, quae in templo offeruntur daemonibus, non de his escis, quas sibi homines praeparant. sic enim dicit: quid ergo? dico quia idolis immolatum est aliquid, aut idolum est aliquid? sed quia quae immolant, daemoniis et non deo immolant. nolo uos socios daemoniorum fieri. non potestis calicem domini bibere et calicem daemoniorum. non potestis mensae domini participare et mensae daemoniorum. an aemulamur dominum? numquid fortiores illo sumus? omnia licita sunt, sed non omnia expediunt; omnia licita sunt, sed non omnia aedificant. nemo quod suum est quaerat, sed id quod alterius. omne quod in macello uenit,

1 cf. Tit. 1, 15 19 I Cor. 10, 19 sqq.

2 cruditate] crudelitate *C* crapula *b* 3 uinolentia G^2 4 nam idem illud quod, *GSCVb* idem *om. T* 5 demoniorum *P* 7 crediderit P^2 crediderũt *b* 10 uoluptatem *P*, *b* (*in marg. al.* uoluntatẽ) 11 pertinet *b** 12 q: q: P^2 15 gentes (*s. l. m. 2*) *G*, *om. P* 16 dño *V* 17 offerentnr P^2 demonibus *P* 18 hiis *V* escis *P* 20 quia *om. b* 21 sotios *P* 25 nonquid *V*

manducate nihil interrogantes propter conscientiam. domini est enim terra et plenitudo eius. si quis uos uocauerit ex infidelibus et uolueritis ire, omnia, quae adponuntur uobis, manducate nihil diiudicantes propter conscientiam. si quis autem uobis dixerit, quia hoc immolaticium est, nolite manducare propter illum, qui indicauit, et propter conscientiam; conscientiam autem dico non tuam, sed alterius. quare enim libertas mea iudicatur ab aliena conscientia? si ego cum gratia participo, utquid blasphemor, pro quo ego gratias ago? siue igitur manducatis siue bibitis siue quodcumque facitis, omnia in gloriam dei facite. haec adtendant Manichaei et uideant, quomodo dictum sit in deuteronomio: secundum desiderium animae tuae occide et manduca omnem carnem iuxta uoluptatem, quam tibi dedit dominus. Quod enim de quibusdam carnibus non manducandis Iudaeis praeceptum est et immundae sunt dictae, ad significationem ualet hominum immundorum, qui per figuras in ueteribus scripturis sunt signati. sicuti enim bos ille, cui trituranti uetat os alligari, euangelistam significat, sicut apostolus apertissime exponit, ita et illa, quae prohibita sunt, quasdam hominum inmunditias significant, quae in societatem corporis Christi, id est in ecclesiam stabilem et sempiternam non recipiuntur. nam

21 cf. Deut. 25, 4; 1 Cor. 9, 7 sqq. I Tim. 5, 17 sq.

2 enim est *Tb* 3 infidelibus ad cenā *b* 4 adponuntur *P* diiudicantes] dimittēres *b* 7 iudicauit *b* 8 autem *om. C* alteri *P*^{2} 9 iudicetur *CSVb* iudicabitur *T* alia *P* alia *SCVG* 10 er *P* (r *in ras.*) cum *(s. l.) G*^{2} percipio *b* 11 quo] eo quod *b* ego *om. TCb* 13 adtendant *P*^{2} 14 secundum *(s. l.) P*^{2} 16 uoluntatem *P* dominus dedit tibi *TCSVb* dominus *om. G* de *(s. l. m. 2) G* 18 omnia *P* hominę *G*^{2} 19 scriptu‖sunt *P* 20 signati] designati *GTCSVb* 21 euangelista *P*^{2} si *P* 22 ita] sic *SVb* quosdam *C* 23 a: *P* 24 ecclę stabilē *P*^{2}

quod ad cibos adtinet, omnino nihil inmundum esse, sed malum esse homini, qui per offensionem manducat, manifestissime adparet.

15. De eo, quod in leuitico scriptum est: separate a mundo inmundum et nemo manducet carnem cameli, asini et leporis et porci et aquilae et milui et corui et uulturis et reliquorum. nusquam manifestius plenissima dolis et fraudibus anima huius hominis deprehendi potest, qui tamquam sibi aduersa atque contraria de utroque testamento capitula obiecit, quam in hoc loco, ubi commemorauit in leuitico scriptum esse, ut a nonnullis animalium carnibus temperetur. namque huic sententiae illud ex euangelio credidit obponendum, ubi dominus dicit: nihil est ingrediens in hominem coinquinans eum, sed ea, quae procedunt de eo, coinquinant. hoc si inprudens fecit, nihil caecius; si autem sciens, nihil sceleratius. nonne ipse paulo ante posuerat apostoli testimonium dicentis: bonum est, fratres, non manducare carnem neque bibere uinum, dum cupit de nouo testamento ueteri aduersari, ubi dictum est: secundum desiderium animae tuae occide et manduca omnem carnem? quomodo ergo nunc placet ei sententia domini, qua dicit nihil esse ingrediens in hominem, quod coinquinet eum, sed ea coinquinare, quae de homine procedunt? ubi se iste abscondet ab hac sententia? quo fugiet, dicat mihi, quando inmunditiam carnium fugiendam et a cibis sanctorum separandam peruersa et superstitiosa imaginatione continentiae praecipit? certe enim si uerum est non coinquinare illa, quae

4 Leu. 11 13 Matth. 15, 11 17 Rom. 14, 21 19 Deut. 12, 15

4 (*et* 11) scribtum *P* 7 nusquam—dolis *(unc. rubric.) P* pleni' plenissime *b* 10 ubi *om. GTCV* 11 non nullis *P* 13 dixit *V* est *om. C* in hominem *om. P* 14 quoinquinans G^2 15 de] ex *b* nihil *om. C* nil *V* 17 dicentes *P* 19 est *(s. l.) P* 21 quia *V* 22 esse] ē *b* quoinquinet *P* 23 quoinquinare *P* ipse *P* 24 abscondet (*corr. ex* it) *P* abscondat *GTCVb* 27 praecipit *P*: quoinquinare *P*

ingrediuntur in hominem, cum magno errore inmundas esse dicunt escas Manichaei, cum homines carne uescuntur. si autem inmundae sunt tales escae, quid de isto testimonio facient. quod euangelica et diuina auctoritate prolatum est, ubi dominus dicit non coinquinari hominem iis, quae ingrediuntur in eum, sed iis, quae procedunt de illo? an forte dicturi sunt, sicut solent dicere, cum scripturarum eos urget auctoritas, hoc capitulum a corruptoribus scripturarum insertum esse euangelio? cur ergo Adimantus hoc capitulo teste utitur et inde conatur uetus testamentum obpugnare, unde ipse prosternitur? cum enim quispiam catholicus christianus utriusque scripturae uenerator et intellector ei responderit haec non esse contraria, quod illa de quorundam carnibus animalium, quibus non esse uescendum populo adhuc carnali praeceptum est, ad significationem posita sint humanorum morum, quos ecclesia, quae corpus est domini, in suae unitatis uinculum stabile et sempiternum recipere non potest tamquam inmundas escas respuens et in sua uiscera non conuertens, ut illa omnia praecepta carnali populo inposita futuram disciplinam spiritalis populi prophetarent, et ideo non repugnare sententiae domini, qua uerissime dicit non coinquinari hominem iis, quae per escam ingrediuntur in eum. illa enim sententia seruis onera inponit; ista iam liberis iugum excutit seruitutis. et illa tamen sic dicta est, ut seruorum onera fidem praenuntient liberorum. omnia enim, sicut dicit apostolus, in figura contingebant eis propter nos, in quos finis saeculorum obuenit. si ergo in figuram contingebant, quae patiebantur, in figuram accipiebant, quae monebantur.

25 1 Cor. 10, 11

2 ẹscas *P* 3 quide P^2 4 quode P^2 quod euangelica *om. S* 5 his *PGCVb* 6 his *PGC* hiis *V* 7 et 8 scribturarũ (b *semper pro p*) *P* 10 ipse *om. S* iste *TC* 11 cum] cur *V* ẹ̃catholicus *P* 12 uenerator] uenator *b* 15 sunt *b* 16 sui *b* 18 omnia illa *TSb* 20 non] non ea *GTCSVb* 21 his *PCVb* 22 ẹscam *P* 23 ista uero *b* iam *om. P* 25 figuram *TCV* 26 eis] illis *VSGCb* propter nos] sunt autem propter nos *b* 28 mouebantur *b*

Cum ergo ista respondero et hoc modo non esse contraria duo ista capitula de singulis testamentis conlata monstrauero, quid iste facturus est, contra quem dicit grauissimum testimonium testis, quem contra aduersarium ipse produxit? ipse enim commemorauit de euangelio testimonium domino dicente non coinquinari hominem iis escis, quae ingrediuntur in eum; et ipse carnibus abstinendum tamquam ab inmundis escis monere et docere non cessat. et tamen sensit, quantam plagam sibi infligeret et quanto ictu repercussus se ipse sauciaret. ne quis enim eum interrogaret et diceret: quomodo ergo prohibetis carnibus uesci, si dominus dicit, sicut tu ipse commemoras: nihil est ingrediens in hominem coinquinans eum, sed ea, quae procedunt de eo, coinquinant? uoluit quasi adhibere medicinam sine causa in mortifero uulnere. sic enim posuit ipsum euangelicum testimonium. in euangelio, inquit, dicit ad turbam dominus: audite et intellegite, nihil est ingrediens in hominem coinquinans eum et cetera. quod ergo commemorauit dominum hoc ad turbam dixisse, nihil aliud ostendit, nisi non se ignorantia, sed malitia fecisse quod fecit, ut postea diceret auditoribus suis ad turbam dominum ista locutum esse, non ad paucos sanctos, quales se ipsi uideri uolunt, ut, quoniam suos auditores tamquam adhuc inmundos permittunt carnibus uesci, sibi autem quasi iam mundis consceleratum et nefarium esse arbitrantur, hoc etiam dominum sensisse uideatur, quod non paucos sanctos, sed turbas ista docuerit. o hominem pessimum, securum de neglegentia generis humani ad occultandas deceptiones suas! non enim credebat aliquem existere, qui arriperet euangelium et consequentia legeret et inueniret hominem

1 ergo ego *CGb* 2 quista *P* 4 aduersa *b* 6 his *PCVb* 7 a carnibus *GTCSVb* 8 sentit *b* 9 reporcussos *P*^{2} repercusso *G* 12 in *om. Vb* 16 inquid *P*^{2} turbas *V* 17 in *om. b* 18 ipsum *V* 21 ista] ita *P* loquutum *P* 22 uidere *P*' ut *om. P* 23 permittant *P* 24 cum sceleratum atque *TCVSb* 29 consequentia] conscia *CSVb* com||scientia *G*

in ipsis pratis, quibus dominus greges suos pascit, laqueos incautis et minus prouidis abscondentem. nam de his uerbis commoti discipuli et non credentes proprie, sed potius figurate dominum locutum esse, cum diceret non coinquinari hominem iis, quae per cibos ingrediuntur in eum, quoniam Iudaei erant etiam ipsi discipuli, qui fugiendos quarundam carnium cibos a pueritia insitum acceperant, accedentes ad eum dixerunt ei: scis, quia pharisaei audito uerbo scandalizati sunt? at ille respondens ait? omnis plantatio, quam non plantauit pater meus caelestis, eradicabitur. sinite illos; caeci sunt et duces caecorum. caecus autem si caeco ducatum praestet, ambo in foueam cadunt. cum ergo infidelitatem Iudaeorum plantationem appellaret, quam non plantauit pater caelestis, tamen adhue Petrus putans esse illam parabolam et propterea reprehensos Iudaeos et caecos dictos, quod eam intellegere non potuerint, respondens dixit ei: edissere nobis parabolam istam. et ille manifestissime ostendens non esse parabolam, sed propriam locutionem, dixit ad eos: adhuc et uos sine intellectu estis? non intelegitis, quia omne, quod in os intrat, in uentrem uadit et in secessum emittitur? quae autem procedunt de ore, de corde exeunt, et ea coinquinant hominem. de corde enim exeunt cogitationes malae, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiae; haec sunt, quae coinquinant hominem. non lotis autem manibus manducare non coinquinat hominem. de non lotis autem manibus Iudaei mouerant quaestionem, cuius occasione dominus generaliter de iis, quae in os intrant et in uentrem uadunt et in secessum emittuntur, hoc

8 Matth. 15, 10 sqq.

1 greges suos dominus *GTCSVb* 2 hiis *V* 4 esse] fuisse *b* 5 iis] his *PGT om. VCb* 6 etiam] et *V* 7 institutum *GTCSVb* 8 sciąs qui P^2 hoc uerbo *b* 9 aḍ P^2 11 caeti *C* et *om. CTV* 18 parabolam non esse *V* loquutionem *P* 25 quoinquinant *P* 26 manibus *om. V* 28 hiis *V* 29 mittuntur *P* mittuntur G^2

est de alimentis nostris dixit sententiam. quamquam ergo conuocatis ad se turbis eum dixisse scriptum sit ‚non quod intrat in os coinquinat hominem, sed quod procedit ex ore' ‚tamen iste quo timoro hoc addiderit uerbis suis, quibus huiusmodi testimonium commemorauit, satis adparet, sicut paulo ante dictum est, ut haberet quod responderet eis, qui sibi quaestionem mouissent, cur primates Manichaeorum nefas sibi esse existiment carnibus uesci, uidelicet ut illud, quod dominus ait, turbis tantum, non electis concessisse uideretur, sed cum ex consequentibus declaratum sit etiam Petro seorsum interroganti audientibusque eum discipulis, quos utique ad culmen ecclesiae producebat, ita respondisse dominum, ut neque per parabolam se illa dixisse testatus sit et ad omnes pertinere monstrauerit: non habent isti, unde auferant cibos de faucibus hominum et eas laqueo superstitionis astringant.

Fortassis aliquis eorum dicat: edissere ergo, quid significet caro porci et cameli et leporis et milui et corui et ceterorum, a quibus abstinendum in lege praecipitur. nolo, quia longum est. sed fac me non posse, numquid propterea nullus potest? et sunt iam uolumina innumerabilia, in quibus ista exposita sunt. nobis tamen ad hos refellendos satis est, quod eas obseruationes umbram esse futurorum non ego, sed apostolus dicit, cum etiam uetat seruiliter obseruari, sed tamen aliquid significare declarat dicens: nemo ergo uos iudicet in cibo aut in potu aut in parte diei festi aut neomeniae aut sabbatorum, quod est umbra futurorum. illa itaque futura, quae in illis obseruationibus significabantur, posteaquam per dominum lesum Christum uenerunt, ablatae sunt seruiles obseruationes. sed earum interpretationes tenen-

24 Col. 2, 16 sp.

1 est *om. V* 4 quo] quod *b* ὁ adparet P^1 7 nephas *V* 8 existimant *SVb* ęτ G^2 11 audienti *P* audientib'q ; (b' *m. 2 add.*) *G* eum *om. GTCSVb* 13 eτ] ed (d *corr. ex* τ) F^2 15 eos *b* adstringant *P* 19 nonquid *V* 20 iam *(s. l.)* G^2 21 eos *b* 25 in neimenia *P* aut// (in *er.*) nomeniæ *G* 27 in *om. GTCSVb*

tur a liberis. quicquid enim futuram ecclesiam significauit, prophetia est. habes autem eundem apostolum dicentem: spiritum nolite extinguere, prophetiam nolite spernere; omnia legite, quae bona sunt. tenete. legenda est ergo scriptura diuina et spiritus sancti dispensatio cognoscenda et intuenda prophetia; et reicienda carnalis seruitus et liberalis intellegentia retinenda.

16. De eo, quod scriptum est in deuteronomio: obserua et sanctifica diem, quem praecepit tibi dominus. sex diebus laborabis et facies omne opus tuum; septima uero die sabbati epulare domino deo tuo nullum faciens opus ipse tu aut filius tuus aut filia tua aut puer tuus aut puella tua, bos tuus et asinus tuus et omnia iumenta tua et colonus tuus. sic autem quiescat seruus tuus et ancilla tua quemadmodum et tu. memento. quoniam seruus fuisti in Aegypto et eruit te dominus deus tuus in manu potenti et brachio excelso. idcirco praecepit tibi dominus custodire diem septimum. et iterum in genesi scriptum est, quemadmodum Abrahæ de circumcisione loquitur: testamentum meum custodi. inquit, tu et semen tuum, quod erit post te. hoc est testamentum meum, quod seruabis inter me et te et semen tuum; omne masculinum circumcides in carne praeputii ipsorum; et sit hoc signum testamenti inter me et uos. octaua autem die circumcidetis omnes masculos in gente uestra, ut etiam dominatum et comparatum circumcidatis praeter alienigenam: et hoc erit testamentum in gente

2 I Thess. 5, 19 sqq. 8 Deut. 5, 12 sqq. 20 Gen. 17, 9 sqq.

2 prophecia *C* dicentemtem *V* 3 extinguere] spernere *GTCSVb* spernere] extinguere *GTCSVb* 9 sex] sed *C* 11 deo *om. V* 13 aut asinus *b* tuus *om. S* et omnia] omnia *TS* 14 quiescet *TS* 15 tua *om. P* 16 ęgypto *P* 20 habrahae *V* abraã *b* circoncisione *V* 21 tu et semen] et tu et semen *V* 23 omnem *V* masculum *C* 26 circumcides *Vb* circumcitis P^2

uestra. et omnis masculus, qui non circumcidet praeputium suum, perdet animam suam de media plebe, quia testamentum meum dissoluit. haec omnia uerba ueteris testamenti, ut eis de nouo testamento aduersetur, proponit Adimantus et contraria esse adfirmat ea quae dominus in euangelio dicit de proselyto: uae uobis, scribae et pharisaei hypocritae, qui circumitis mare et terram, ut faciatis unum proselytum; et cum feceritis, erit filius gehennae multo plus quam estis uos. quasi uero propterea dominus proselytum dicit filium gehennae, quia circumciditur et sabbatum obseruat, et non potius quia Iudaeorum perditos mores et eorum prauam conuersationem cogitur imitari, non qua obseruant praecepta legis, sed qua faciunt contra legem. quod alio loco de his apertissime dicit, ubi ait, quod reiciunt mandatum dei, ut suam constitutionem confirment, quia, cum lex praeceperit honorari patrem et matrem, instituerunt ipsi, quomodo exhonorentur parentes. et item cum eis dicit: uae uobis, scribae et pharisaei, qui habetis claues regni caelorum nec ipsi intratis nec alios permittitis intrare. uel cum alio loco praecepit audientibus, ut dictis scribarum et pharisaeorum obtemperarent, facta uero eorum non imitarentur. ait enim: super cathedram Moysi sedent; quae dicunt, facite; sed quae faciunt, facere nolite; dicunt enim et non faciunt. quo loco et auctori-

6 Matth. 23, 15 15 cf. Matth. 15, 3 sqq. 18 Luc. 11, 52 22 Matth. 23, 2 sq.

1 circoncidet *V* circumcidit *P* 3 haec—testamenti *(unc: rubric.) P* 6 dicit in euangelio *TCSVb* proselito *CV* 7 ypocritae *P²* ypocrite *V* hypocrite *C* 8 proselitum *CV* et] ut *P* 9 iehenne *V* uos estis *V* 10 dicat *TCV* 11 circumditur *V* 12 perditos mores et eorum] *om. GTCSVb* cogatur *T* 13 quia *TC* sed qua *P²* 14 hiis *V* 18 ue *PC* habetes *P²* 19 clauem *GTCSVb* 20 loco *(s. l.) G²* praecepit *P* preceperit *b* 21 dic/tis (i *er.*) *P* phariseorum et scribarum *GTCSVb* 22 super *om. PGb* cathedram *(in ras.) P* 24 et *ante* non *s. l. P*

tatem legis, quae per Moysen data est, confirmat dominus et tamen cauendos et fugiendos esse mores eorum, qui legi, quam acceperant, non obtemperabant, apertissime ostendit. istis autem peruersitatibus suis faciebant, ut cum aliquis gentilis ad legem eorum transisset, id est factus esset proselytus, haberet mores eorum et fieret filius gehennae multo plus quam ipsi essent. dabant enim magnam operam, ut Iudaeus fieret aliquis ex gentibus et Iudaeum factum cogebant suos mores pessimos imitari.

Neque illud, quod de apostolo tamquam contrarium commemorat, potuit animaduertere Adimantus omnino non esse contrarium, quia totus eius oculus non ad inquisitionem, sed ad reprehensionem scripturae intentus erat. commemorat enim dicentem apostolum: circumcisus quis uocatus est? non adducat praeputium. in praeputio quis uocatus est? non circumcidatur, quia praeputium nihil est et circumcisio nihil est, sed obseruatio praeceptorum dei. quid enim manifestius quam hoc apostolum praecipere, ut unusquisque, sicut uocatus erat, sic maneret? aduenientibus enim rebus, quarum erant umbrae illae obseruationes, id actum est, ut ostenderetur in ipsis umbris non esse spem ponendam, sed in ipsis rebus, quas illae umbrae significabant esse uenturas, id est Christum et ecclesiam. et propterea illa iam omnia inania erant: nec tamen ea tamquam noxia remouenda, sed tamquam superflua contemnenda apostolus praecipit, ut si quis Iudaeus Christo credidisset, propter offensionem suorum non prohiberetur manere in ipsis superfluis, nec tamen

14 I Cor. 7, 18 sq.

1 mosen *P* 2 legē (e *ex* i *corr.*) *P* 3 non optemperabant *om.* *P* apertissime :: Ostenditis autem *P* 4 aliqui P^2 gentilis] genti ul *V* 5 legem] legem (*in marg.* al fidem) *b* 8 ex] de *V* 11 aduertere *GTCSVb* adimantus manicheus *GTCSVb* 14 quis] aliquis *b* 15 in praeputium *P* praeputio (o *ex* u *fact. et uirg. er.*) *G* 16 circum·isio nihil est (*in marg.*) G^2 20 ille *V* 22 ille umbre *V* 27 manere] remanere *SV*, (*post* superfluos leg.) *b* in ipsis superfluis *om.* *S*

in eis salutem suam constitutam putaret; non enim signa illa, sed ea, quae his significantur, in salutem introducunt. ideoque praeputium nihil est et circumcisio nihil est, sed obseruatio praeceptorum dei. et quod alio loco ait: utinam et abscidantur, qui uos conturbant, non quia circumcisio contraria est euangelio, dicit hoc apostolus, sicut Manichaei putant, sed illud est euangelio contrarium, ut quisque rem deserens, quae per illam umbram figuratur, ipsius umbrae sequatur inanitatem. quod uolebant illi, qui gentibus in Christum credentibus iugum circumcisionis inponebant quasi ad salutem necessarium, cum iam non esset umbra in corpore figuranda, sed res ipsa in corde gestanda.

Et quod dicit: dies obseruatis et sabbata et sollemnitates; timeo uos, ne frustra laborauerim in uobis non quidem sic scriptum est, ut Adimantus ponit. non enim nominat ibi sabbatum apostolus. dicit enim: dies obseruatis et annos et tempora; timeo uos, ne frustra laborauerim in uobis. sed puta esse de sabbato dictum. numquid et nos non dicimus ista non esse obseruanda, sed illa potius, quae his significantur? illi enim ea seruiliter obseruabant non intellegentes, ad quarum rerum significationem et praenuntiationem pertinerent. et hoc in eis culpat apostolus et in omnibus, qui seruiunt creaturae potius quam creatori. nam nos quoque et dominicum diem et pascha sollemniter obseruamus et quaslibet alias christianas dierum festiuitates. sed quia intellegimus, quo pertineant, non tempora obseruamus, sed quae illis significantur temporibus. Manichaei autem sic ea repre-

3 Galat. 5, 12 13 Galat. 4, 10 sq. 23 cf. Rom. 1, 25.

3 circoncisio *V* 4 mandatorum *GTCSVb* 5 et *om. SV* abscindantur *TCSVb* 6 hoc *om. GTCVb* dicit—euangelio *om. S* 7 contrium *P* 9 illi *om. GTCSVb* 10 circoncisionis *V* 13 solempnitates *C* sollempnitates *V* 15 nō *G* quidem *om. GTCSVb* sic *s. l. P*, sicut *S* 18 putat *TCSVb* puta (τ *m. 2 add.*) *G* nonquid *V* 20 hiis *V* 22 et *ante* hoc *om. GTCSVb* 24 solempniter *CV* celebramus *GTCSVb* 26 pertęneant *P* 27 reprehendunt *P*

hendunt, quasi nullos dies et tempora obseruent. sed cum de his interrogantur secundum opinionem sectae suae, omnia conantur exponere, ut non ipsa tempora, sed res, quarum illa signa sunt, obseruare uideantur. quas quidem res fabulosas esse atque falsissimas aliis locis ostenditur. nunc ad hoc dictum est, ut ore suo cogantur fateri posse talia rationabiliter celebrari. et ideo circumcisionem carnis et recte inpositam seruis et recte a liberis intellectam esse manifestum est. repudiamus ergo eam carnalem cum apostolo et adprobamus eam spiritalem cum apostolo; et sabbati quietem non obseruamus in tempore, sed signum temporale intellegimus et ad aeternam quietem, quae illo signo significatur, aciem cordis intendimus. repudiamus itaque temporum obseruantiam cum apostolo, temporalium signorum intellegentiam tenemus cum apostolo; duorumque testamentorum differentiam sic probamus, ut in illo sint onera seruorum, in isto gaudia liberorum: in illo cognoscatur praefiguratio possessionis nostrae, in isto teneatur ipsa possessio. interpretatur apostolus sabbatum ad Hebraeos, cum dicit: remanet igitur sabbatismus populo dei. interpretatur etiam circumcisionem, cum dicit de Abraham: et signum accepit circumcisionis signaculum iustitiae fidei. apostolicam itaque interpretationem spiritaliter teneo, carnalem seruitutis obseruationem libertate contemno utriusque testamenti auctorem deum uenerans, qui et ueteri homini fugienti tamquam dominus obposuit quod timeret, et nouo redeunti tamquam pater aperuit quod amaret.

19 Hebr. 4, 9 21 Rom. 4, 11

2 hiis *V* 5 esse (*s. l.*) *P* 8 intellectam a liberis *C* 9 cum apostolo—repudiamus itaque *in marg. V* 10 (*et* 12) quietam *V* 12 mentis *GSVb* 13 obseruationem *GTCSVb* 14 et temporalium *GTCSVb* et temporalium—apostolo *(in marg. m. 1) V* 16 honera *V* gaudio *P* gladio *G* gloria *TCSVb* 17 ipso *V* 18 ista ipsa *b* 19 sabbatismum P^3 sabatis//mū *G* sabbatismū *CVb* 20 habraham *V* 23 libertate/ (m *er.*) *P* contempno *CV* 24 dm̄ (*corr. ex* qd) *P* 25 apposuit *GTCSVb*

17. De eo, quod scriptum est in exodo: si aure audieris uocem meam et facies quaecumque praecipio tibi, odero odientes te et contristabo contristantes te; praecedet te angelus meus et adducet te ad Amorrhaeos et Pherezaeos et Chananaeos et Iebusaeos et Gergesaeos; et occidetis illos. deos eorum ne adoraueritis neque feceritis opera ipsorum, sed euersione euertetis eos et delete eorum memoriam. his uerbis de ueteribus libris ita commemoratis tamquam contrarium obponit Adimantus. quod in euangelio scriptum est dicente domino: ego autem dico uobis, diligite inimicos uestros. benedicite, qui uobis maledicunt, et benefacite iis, qui uos oderunt. et orate pro iis, qui uos persequuntur. quo loco primo illud uidendum est, quod satis esse debuerit homini uolenti quasi contraria monstrare, quod de occidendis inimicis in uetere lege scriptum esse commonuit. dominus enim de inimicis diligendis utique de hominibus praecepit; quos per nostram patientiam et caritatem ad salutem posse conuerti et quiuis intellegit et exemplis saepissime demonstratum est. quid ergo sibi uult, quod adiungenda consequentia putauit, ubi scriptum est: deos eorum ne adora-

1 Ex. 23. 22 sqq. 11 Matth. 5. 44.

1 in exodo scriptum est *GTCSVb* 2 audieritis *V* facies (*l* feceris *a m. rec.*) *P* 3 odien tes *P* te *om. CVb* 4 precedetque *b* meus *om. CV* 5 ammoreos *PGS* ammoreum *CTVb* ferezeos *PCSVG* pherezaeum *Tb* cananeos *PVC* chananeos *G* chananaeum *Tb* iebuseos *P* iebusaeum *T* hiebuseũ *b* gebuseos *C* zebuseos *V* iubesaeos *G* 6 gergeseos *P* gergesseos *C* gergesaeos *G* gergesaeum *Tb* et *om. P* occidetis (*ex* occideris) *P* 7 eorum *b* 8 euertetis (*corr. ex* euertitis) *P* euertite *CSG* eos] et debiles eos *T* illos *GSVb* 9 his—commemoratis *(unc. rubric.) P* 12 benedicite] benefacięnte *C* benefacite *S* qui] his qui *TCb* uobis] uos *P* benefacite] benedicite *C* benefacite *V* 13 hiis *V* his *Pb* uobis oterint *S* persequentur *P* persecuntur *S* 14 loco] loco (*in marg. al* scito) *b* illud primum *V* 15 debuerit esse *V* uolente *C* 16 ueteri (i *corr. ex* e) *Gb* 19 conuertit *V* intelleget (it *corr. in* et) *P*

ueritis neque feceritis opera ipsorum, sed euersione euertite eos et delete eorum memoriam, nisi quia et deos gentium Manichaei cogunt diligere? et quod in euangelio dominus ait: diligite inimicos uestros, non solum ad homines, sed ad daemonia quoque uel etiam ad simulacra pertinere arbitrantur. quod si ita est, quis non istam detestetur amentiam? si autem non hoc arbitrantur, iste plurimum errauit, qui superstitiones gentium euertendas esse praeceptas in uetere testamento commemorare uoluit, cum in nouo quod scriptum est de inimicis diligendis tamquam contrarium uellet obponere

Nos autem neque illud, quod de hostibus hominibus occidendis in ueteribus libris illi populo dictum est contrarium esse dicimus huic praecepto euangelico, quo nobis ut inimicos nostros diligamus dominus iubet, quandoquidem illa inimicorum interfectio carnali adhuc populo congruebat, cui lex tamquam paedagogus data erat, sicut apostolus dicit. hi uero. qui tunc in illo populo sancti et spiritales homines erant paucissimi, sicut Moyses, sicut prophetae, quo animo facerent illam inimicorum interfectionem, utrum eos, quos interficiebant, diligerent, multum latet indoctos. et inpios, qui diligunt caecitatem suam; qui quoniam non sunt idonei uidere ista, mole potius auctoritatis urgendi sunt. quid enim est quod dicit apostolus: ego quidem absens corpore, praesens autem spiritu iam iudicaui quasi praesens eum, qui sic operatus est, in nomine domini nostri Iesu Christi congregatis uobis et meo spiritu cum potentia domini nostri Iesu tradere huiusmodi satanae in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die domini Iesu? quid

16 cf. Gal. 3, 24 23 I Cor. 5, 3 sqq.

2 euertitis *P* illos *TCSVb* memoriam eorum *P* 5 ętiam *P* 6 si *om. C* detestatur *CVb* 8 ueteri (e *corr. in* i) *G* 9 scribtum *P* 11 hostibus] honest//is *(ex* honestibus *corr.) P* hominibus *om. b* 16 his *Cb* is *V* 19 et utrum *GTCSVb* 21 ydonei *V* 22 urgendi] arguendi *CVb* 26 meo] in eos *V* 27 nostri *om. GTCSVb* eiusmodi *GTCSVb* sathane *Cb* 28 ut spiritus—carnis *(infra text. add.) P*

habet enim illa interfectio, quam multum isti exaggerant et inuidiose uentilant, nisi interitum carnis? sed quia exposuit apostolus, quo animo faceret, satis declarauit in aliquem inimicum uindictam cum caritate posse procedere. et tamen hic etiam alio modo fortasse interitus carnis, qui fit per paenitentiam, potest intellegi. ipsi autem legunt scripturas apocryphas, quas etiam incorruptissimas esse dicunt, ubi scriptum est apostolum Thomam maledixisse homini, a quo per inprudentiam palma percussus est, ignorante quis esset, maledictumque illud continuo uenisse ad effectum. nam cum ille homo, quoniam minister conuiuii erat, ut adportaret aquam, exisset ad fontem, a leone occisus et dilaniatus est. quod ut manifestaretur ad aliorum terrorem, canis manum eius intulit mensis, ubi conuiuabatur apostolus. atque ita cum causa quaereretur a nescientibus eisque panderetur in magnum timorem et magnum honorem apostoli eos esse conuersos; atque hinc euangelii exordium commendandi extitisse. si uellet aliquis dentes Manichaeorum in ipsos conuertere, quam mordaciter ista reprehenderet! sed quia et ibi non est tacitum, quo animo factum sit, uidetur dilectio uindicantis. sic enim in illa scriptura legitur, quod deprecatus fuerit apostolus pro illo, in quem temporaliter uindicatum est, ut ei parceretur in futuro iudicio. si ergo tempore noui testamenti, quo maxime caritas commendatur, de poenis uisibilibus diuinitus iniectus est carnalibus timor, quanto magis tempore ueteris testamenti hoc congruisse illi populo intellegendum est, quem timor legis tamquam paedagogi cohercebat? nam haec est breuissima et apertissima differentia duorum testamentorum, timor et amor:

1 habebat *P* enim habet *CTb* interfectio^{ne} *P* 2 exposuit] ut posuit *V* 3 satisfaceret declarauit *P* 6 apo^{c}/ri^{f}cas *P*^{2} apocryfas *G* apochriphas *C* apogriphas *V* 11 uenisset *V* 13 eius *om. b* 16 ad$_{\text{t}}$que *P* hinc *om. V* 17 hinc extitisse *V* 18 conuertere in ipsos *V* 19 reprehenderent *G* reprẹhenderet *P* tacitum non est *b* 20 etenim *TCSVb* 24 penis *V* 25 congruit sed *CV* congruit. Sed *b* 27 pẹdagogico*ercebat (h *er.*) *G* coercebat *PSb*

illud ad ueterem, hoc ad nouum hominem pertinet, utrumque tamen unius dei misericordissima dispensatione prolatum atque coniunctum. et in uetere scriptura tacetur animus uindicantium, quia paucissimi spiritales diuinis reuelationibus quid facerent, nouerant, ut populus, cui terror utilis erat, seuerissimo imperio domaretur. ut quemadmodum uidebant dari in manus suas interficiendos inimicos inpios cultoresque simalacrorum, sic ipsi formidarent in manus inimicorum suorum dari, si dei ueri iussa contemnerent et ad cultum idolorum atque inpietates gentium laberentur. nam et in ipsos similiter peccantes non dissimiliter uindicatum est. sed omnis haec temporalis uindicta infirmos animos terret, ut enutritos sub disciplina erudiat et a sempiternis atque ineffabilibus subpliciis possit auertere, quia plus timent carnales homines, quod in praesenti deus uindicat, quam illud, quod futurum minatur.

Potest ergo esse dilectio in uindicante. quod unusquisque in filio suo probat, cum eum in mores pessimos defluentem seuerissima coherctione constringit et tanto magis, quanto magis eum diligit, atque hoc modo corrigi posse arbitratur. non autem occidunt filios, quos diligunt homines, quando eos corrigere uolunt, quia multi hanc uitam pro magno bono habent et totum, quare uolunt educare filios suos, in hac uita sperant. fideles autem atque sapientes homines, qui credunt esse aliam uitam meliorem et quanta possunt ex parte nouerunt ,nec ipsi uindicant occidendo, cum filios suos uolunt corrigere, quia in hac uita eos posse corrigi credunt; deus autem qui nouit, quid cuique tribuat, uindicat occidendo in quos uoluerit siue per homines siue occulto rerum ordine. non quia eos odit. in quantum homines sunt, sed in quantum peccatores sunt. nam in ipsis ueteribus libris legimus dictum deo: et

3 animis *P* uindicantium (*al* uindicandi) *b* 7 inimicos interficiendos *V* simulachrorum *C* 8 suorum *om. V* 9 contempnerent *TCV* ydolorū *V* 10 laborentur *C* 18 seuissima *P* coertione *P* cohercitione *CV* coercitione *GTSb* 20 corrigere *P* 22 edocare *P* 23 adque *P*

nihil odisti eorum, quae fecisti, sed omnia siue per poenas siue per praemia iustitia moderante disponit. nonne apostolus Paulus christianis fidelibus loquebatur, cum diceret: probet autem se homo et sic de pane edat et sic de calice bibat. qui enim manducat et bibit indigne iudicium sibi manducat et bibit non diiudicans corpus domini. propterea in uobis multi infirmi et aegri et dormiunt sufficientes. si autem nos ipsos diiudicaremus, non utique diiudicaremur. dum iudicamur autem, a domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur? ecce manifestum deum cum dilectione corrigere non solum infirmitatibus et aegritudinibus sed etiam mortibus temporalibus eos, quos non uult damnare cum mundo.

Adtendant haec isti et uideant, quomodo potuerint et inpiae gentes dari in manus populi quamuis adhuc carnalis, tamen unum deum colentis, ut ab eo interficerentur; cum in eo tamen populo si qui essent spiritales, sine alicuius odio intellegerent dispensationem dei, et quomodo non sit contrarium, quod dominus nobis in euangelio praecepit, ut diligamus inimicos nostros, de quibus tamen promittit ipse uindictam, cum de illo iudice similitudinem inducit, qui cotidianas interpellationes uiduae mulieris petentis, ut se uindicaret, quamuis esset iniustus nec deum timens nec homines reuerens, tamen sustinere non potuit et audiuit eam, ne ulterius taedium pateretur: ex cuius conparatione multo magis deum, qui est benignissimus atque iustissimus, dixit uindicare filios suos de inimicis eorum. huic isti audeant obicere quaestionem et

1 Sap. 11, 25 4 I Cor. 11, 28 sqq. 26 cf. Luc. 18, 2 sqq.

1 horum *P* ōrū (e *corr. ex* h) *G* 2 penas *V* 4 pane illo *G*^{2} pane illo *SCVb* sic. *om. Tb* 5 indigne *(s. l.) G*^{2} 7 domini *om. G, (s. l. m. 2) P* 8 nosmet *V* 9 iudicaremus *V* 10 hoc *om. GTCSV* 11 dampnemur *V* manifestum est *GTCSVb* 12 ętiam *P* 13 dampnare *V* 14 quomodo *G* 15 impie agentes *PGTCSVb* carnalis (i *corr. ex* e *m. 2) G* 16 colentes *G*^{1}. ut *om. P* 18 dnī *V* 21 cothidianas *V* 23 iustus *G*^{2} 24 neq; *P* nec *C* tedium *V* 25 comparatione *GTCSVb* deum] eum *b* 26 adque *P* filios] electos *GTCSVb* 27 eorum] suis *Vb*

dicant, si possunt: quid est, quòd iussisti, ut inimicos nostros diligamus, et de illis nos uindicare disponis? an forte contra uoluntatem suorum sanctorum facturus est eos, quos illi diligunt, puniendo atque damnando? immo ipsi potius ab ista calumniosa caecitate conuertantur ad deum et in utroque testamento eius intellegant uoluntatem, ne in sinistra parte inueniantur inter eos, quibus dicturus est domiuus: ite in ignem aeternum, qui praeparatus est diabolo et angelis eius. esuriui enim et non dedistis mihi manducare et cetera talia. displicet enim istis miseris, quod deus populo suo interficiendos tradidit inimicos; et ipsi panem mendicanti dari prohibent non inimico, sed subplici. intellegant potius sine odio esse posse uindictam, quam pauci intellegunt; et tamen quamdiu non intellegitur, tamdiu necesse est, ut lector in libris utriusque testamenti magno labore aut errore iactetur et putet contrarias sibi esse scripturas.

Quam uindictam sine odio nondum apostoli animo ceperant, quando irati eis, a quibus non recipiebantur hospitio, quaesiuerunt de domino, utrum uellet eos petere ignem de caelo, sicut Helias fecerat, quo igne homines inhospitales consumerentur. tunc respondit eis dominus dicens eos nescire, cuius spiritus filii essent et quod ipse liberare uenisset, non perdere, quoniam illi animo inimico perdere cupiebant eos, quos uolebant igne consumi. postea uero cum inpleti essent spiritu sancto et perfecti facti essent, qui iam possent etiam inimicos diligere, acceperunt potestatem uindicandi, quia iam sine odio poterant uindicare. qua potestate et Petrus apostolus usus est in eo libro, quem isti non accipiunt, quoniam manifeste continet paracleti aduentum, id est consolatoris sancti

7 Matth. 25, 41 sq. 23 cf. Luc. 9, 53 sqq.

2 illos *P* 4 dampnando *V* isti *V* 5 calumpniosa *V* 6 intellegant eius *TSVb* 11 tradit *P* manducanti *V* 17 ceperant *P* 20 sicut *(in marg.) G* 22 ipsi *V* uenissent *V* 23 illo *CV* animo inimico] animico *V* illos *V* 25 quia *C* 27 et *om. GTCSVb* 29 paracliti *V* paraclyti *PG*

spiritus, quem lugentibus misit, cum ab eorum oculis ipse ascendisset in caelum. consolator enim tristibus mittitur secundum illam eiusdem domini sententiam: beati lugentes quoniam ipsi consolabuntur. ipse etiam dixit: tunc lugebunt filii sponsi, cum ab eis ablatus fuerit sponsus. in illo ergo libro, ubi apertissime spiritus sanctus, quem dominus consolatorem promiserat, uenisse declaratur, legimus ad sententiam Petri cecidisse homines et mortuos esse uirum et uxorem. qui mentiri ausi erant spiritui sancto. quod isti magna caecitate uituperant, cum in apocryphis pro magno opere legant et illud, quod de apostolo Thoma commemoraui, et ipsius Petri filiam paralyticam factam precibus patris et hortulani filiam ad precem ipsius Petri esse mortuam, et respondent, quod hoc eis expediebat, ut et illa solueretur paralysi et illi moreretur: tamen ad preces apostoli factum esse non negant. quis autem illis dixit „non expediebat gentibus inpiis interfici", quas traditas esse diuinitus in manus populi Iudaeorum inridentes mirari se fingunt? cum autem illa non odio sed bono animo apostoli fecerint, unde isti conuincunt animos uirorum spiritalium, qui in illo populo fuerunt, quod eos oderant, qui per ipsos diuina iustitia de hac uita iubebantur auferri? conpescant potius temeritatem suam et non decipiant inperitos, quibus aut non uacat legere aut nolunt legere aut peruerso animo legunt et non intendunt et misericordiam et seueritatem dei utriusque testamenti litteris commendari. nam

3 Matth 5, 5 4 Matth. 9. 15 7 Act. 2, 4 9 cf. Act. 5, 1 sqq.

4 etiam] autem *S* dicit *Tb* tun^{c} (c *m. 2 adscr.*) *G* 5 ablatus fuerit ab eis sponsus *b* 10 apocrifis (*corr. ex* arporfisis *P*) *SCVP* apócryfis *G* magnạ^{o} *G*^{2} 11 pere (o *m.* 3 *add.*) *P*, *om. GTCSVb* 12 paraliticam filiam *V* paralyticam—hortulani fil. *om. S* pręcibus *P* 13 ortulani *PCV* /ortulani (h *er.*) *G* 14 ill^{a}// (*corr. ex* illũ) *P* paralisi *CV* 16 quis] quid *V* 20 quọs^{d} *P*^{3} 21 per] ꝑpter *b* iubebantur] uidebantur (*in marg. al.* iubebãt̃) *b* 22 cõ*pescant *G* c̃ṇpescant *P*^{3} et *om. V* 23 legere nolunt *V* 24 aḍ^{t}tendunt *G*^{2} attendunt *TCSVb* 25 ueritatem *C*

de inimici dilectione, ut non reddatur malum pro malo, nonne in ueteribus libris legitur: domine deus meus, si feci istud, si est iniquitas in manibus meis, si reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis meis inanis? quis hoc diceret, nisi qui sciret hoc deo placere, ut malum pro malo nemo reddat? sed hoc perfectorum est, ut non oderint in peccatoribus nisi peccata, ipsos autem homines diligant; et cum uindicant, non uindicent acerbitate saeuitiae, sed moderatione iustitiae. ne ipsa relaxatio peccati plus noceat peccatori quam poena uindictae. nec tamen hoc fecerunt iusti homines nisi auctoritate diuina, ne quis arbitretur passim sibi esse permissum necare quem uelit aut iudicio persequi aut poenis quibuslibet adfligere. aliquando autem aperte ponitur in scripturis ipsa diuina auctoritas, aliquando autem occultatur, ut et manifestis lector instruatur et exerceatur obscuris.

Certe inimicum et persecutorem suum nimis ingratum et nimis infestum Saul regem accepit Dauid in potestatem, ut ei faceret quod uellet; et elegit parcere potius quam occidere. non enim erat iussus occidere sed neque prohibitus; immo etiam diuinitus audierat se inpune facere quicquid uellet inimico; et tamen tantam potestatem ad mansuetudinem contulit. dicatur mihi quem timuit, cum interficere noluit. nec hominem possumus dicere timuisse, quem acceperat in potestatem, nec deum, qui dederat. ubi ergo nec difficultas fuit occidendi nec timor, dilectio pepercit inimico. ecce Dauid ille bellator inpleuit praeceptum Christi, quod accepimus, ut diligamus inimicos. atque utinam hoc imitar ntur isti, qui hu-

2 Ps. 7, 4 sq. 22 cf. I Reg. 24, 3 sqq. et 26, 8 sqq.

1 dilectione// ut (non *er.*) G^2 nonne] non *G, om. TCSVb* 8 acerbitate (b *ex* u *corr.*) P^3G^2 13 iudicio *om. P* 18 infectum *P* accipit G^2 accipit *C* potestate *b* 19 et *om. P, (m. 2 s. l. adscr.) G* 20 era *P* 21 etiam *P* inpune G^2 impugne *V* 23 cum] quem *P* 26 pepercit] pfecit *G* pficit *S* profecit *TCVb* 28 adque *P*

manum adfectum misericordiae ad nescio quae crudelia deliramenta torserunt! dum enim credunt panem plorare, quod fieri non potest, non eum porrigunt homini, quem plorantem uident. fortassis dicant, sicut solent caeci iactare insana conuicia, meliorem fuisse Dauid, qui pepercit inimico, quam deum qui dederat ei occidendi potestatem: quasi uero deus nescierit, cui dederit hanc potestatem. nouerat utique uoluntatem serui sui, sed ut ceteris etiam hominibus ad imitandum innotesceret ea quae in corde Dauid iam deo nota erat inimici dilectio, dedit illi in potestatem inimicum, quem nondum uolebat occidi, propter certam rerum dispositionem, quam per illum inpleri oportebat. ita et Dauid bonitas commendata est, ut haberent homines quod amarent, et Saulis malitia ad exitum digniorem dilata est, ut haberent homines quod timerent.

18. De eo, quod in deuteronomio scriptum est: si aure audieris uocem domini dei tui, benedictus es in agro tuo, benedictus es in prato tuo, benedictus fructus uentris tui et fructus terrae tuae et generationes iumentorum tuorum et armentum boum tuorum et grex ouium tuarum; benedictus es in introitu tuo et egressu. huic capitulo illud dicunt in euangelio esse contrarium: si quis uult me sequi, abneget semet ipsum sibi et tollat crucem suam et sequatur me. quid enim prode est homini, si totum mundum lucretur, animae autem suae detrimentum patiatur? aut quam dabit homo commutationem pro anima sua? sed ex illa regula ostenditur non esse contrarium, qua notum esse iam debet carnali adhuc populo congruenter carnalia et temporalia prae-

15 Deut. 28, 1 sqq. 22 Matth. 16, 24 sqq.

1 quæ (*ex* qua *m. 2*) *G* qua *P*^{3} 6 dederit *GTCSVb* nesciret deus *Vb* 8 ęt *G*^{2} 9 nota deo *V* 10 illi *om. CVb* 11 dispensationē *b* 13 homines *(s. l. m. 2) P* saulis regis *Tb* malitiam *P*^{2} 20 tuorum *C* in *s. l. G* 21 huic—euangelio *(unc. rubric.) P* 24 prodę est *(m. 2 del.) P* prodest *GTCSVb* 25 quid *G*^{2} 27 qu*a (i *er.*) *G*

mia fuisse promissa, sed tamen ab uno deo, cuius est creatura omnis et superior et inferior. certe enim ipse Adimantus posuit testimonium de euangelio, ubi dominus ait: nolite iurare neque per caelum, quia thronus eius est, neque per terram, quia scabellum est pedum eius. quod quidem et in ueteribus libris scriptum est: caelum mihi thronus est, terra scabellum pedum meorum. quid ergo mirum, si bona throni sui dat spiritaliter sibi seruientibus et bona scabelli pedum suorum dat carnaliter sibi seruientibus, cum spiritus superior sit et caro inferior, sicut superiora sunt caelestia et inferiora terrestria? quamquam illa omnia, id est ager et pratum et fructus uentris et fructus terrae et iumentorum et armentum boum et grex ouium possint etiam spiritaliter intellegi. sed nunc ad rem non pertinet ista tractatio. si autem in ipso nouo testamento, cuius praemium et hereditas ad nouum hominem pertinet, tamen et dominus iisdem ipsis, quos uult esse rerum temporalium contemptores, ut in euangelio sibi seruiant, promittit multiplicationem earundem rerum in hoc saeculo dicens, quod accipient in hoc saeculo centies tantum, in saeculo autem uenturo uitam aeternam, sicut etiam in uetere scriptura dicitur: fideli homini totus mundus diuitiarum est, unde exultat apostolus dicens: quasi nihil habentes et omnia possidentes: si ergo in nouo testamento praeter aeternam possessionem, quae promittitur sanctis, huius quoque possessionis, quae transitura est, multiplicatio non subtrahitur et tanto fit uberior, quanto contemptius possidetur, quanto magis in uetere testamento carnalis populi praemia talia esse debuerunt ipso tamen uno

3 Matth. 5, 35 6 Es. 66, 1 20 cf. Matth. 19, 29 21 Prou. 17, 16 23 II Cor. 11, 10

1 cuius] qui unus *P* 5 pedum est *V* 6 scribtum *P* 7 tronus *G* 13 armentorum *P*^{2} 16 tamen] cū *b* isdem *PG* hisdem *C* hiisdem *V* 18 pmittit *b* 20 uenturo] futuro *CVb* 21 in uetere *om. V* 22 exultet *G*^{2} 24 nouo] no||uo (no *in marg.*) *P* 25 hs *G*^{2} 27 ueteri *TCSVG*^{2}*b* 28 inproso *G*^{2} tamen] tantū *b*

et uero deo gubernatore omnium temporum omnia pro tempore moderante et administrante?

Sed ne in solis noui testamenti libris ista arbitrentur esse contempta, audiant prophetam abicientem talem felicitatem et ad unum dominum deum confugiendum esse cantantem. ita enim dicit: de gladio maligno erue me et exime me de manu filiorum alienorum, quorum os locutum est uanitatem, et dextera eorum dextera iniquitatis. quorum filii ipsorum uelut nouellae constabilitae in iuuentute sua. filiae eorum compositae et ornatae sicut similitudo templi. cellaria eorum plena et eructantia ex hoc in hoc. oues eorum fecundae multiplicantes in exitibus suis; boues eorum crassae. non est ruina saepis nec exitus neque clamor in plateis eorum. beatum dixerunt populum, cui haec sunt; beatus populus, cuius dominus deus eius. adtendant ergo, quomodo inrideatur ista felicitas in hominibus inpiis et tota beatitudo in deo solo inconcussa figatur. illi enim dicunt beatum populum, cui haec sunt: sed beatus populus, cuius dominus deus ipsius. quod autem etiam illud contrarium esse putauerunt huic loco ueteris testamenti, quod dominus ait: omnis. qui confusus fuerit me aut uerba mea in gente ista adultera et peccatrice, et filius hominis confundetur illum, cum uenerit in gloria patris sui et laude sanctorum angelorum suorum, quid pertineat ad contemptum rerum temporalium non uideo. quod si propterea

6 Ps. 153, 11 sqq. 22 Marc. 8, 38

2 amministrante G^2 aministrante *V* 3 ista] isti *GTCSVb* 4 haec esse *GTCVb* hoc esse *S* 6 exume I^{r2} 9 nouelle constabilite *V* 10 filie *V* 11 sicut, ut *S* uelut *TCVb* et *om. GTCSVb* 16 cuius est *P* eius] ipsius *(s. l.) P, (in ras.) T* 18 solo deo *V* 20 cuius est *GTCSVb* ipsius] eius *b* 22 confessus *C* in me *P* uerbis meis *P* uerbis meis G^2 24 confundet *b* gloriā *P* gloriam G^2 25 et *om. P* laudem *P* laudem G^2 angelorum suorum *om. GTCSV* 26 contemtum *G* quod si] nisi quod *b* pertinet propterea *V*

pertinet, ne aliquis territus de talium rerum damnis Christum confiteri aut erubescat aut timeat, quid habent, quod dicant? cum et nos dicimus ista esse munera dei, ut tamen sint infima et in conparatione salutaris confessionis non solum amittenda, sed ultro etiam proicienda, carnalibus tamen haec amantibus et nondum capientibus promissa caelestia, ne ab idolis et daemonibus ista peterent, utiliter a domino deo esse pollicita.

19. De eo, quod scriptum est in lege: ego sum, qui diuitias do amicis meis et paupertatem inimicis. huic sententiae illud obponunt, quod domiuus dicit: beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum et: uae uobis diuitibus, quia percepistis consolationem uestram. sed cur nolunt et alia in euangelio contueri? ubi enim scriptum est: beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum caelorum, ibi sequitur: beati mites, quoniam ipsi hereditate possidebunt terram. ecce habent amicos dei hereditate terrae diuites fieri. cum autem ad tantam egestatem diues ille redigitur, ut ab eo paupere, quem neglexerat, digito breui in aqua tincto arenti linguae suae humorem stillari deprecetur, intellegant, quomodo fiant pauperes inimici dei, et id esse cognoscant, quod in lege scriptum est: ego sum, qui diuitias do amicis meis et paupertatem inimicis.

Nam istas diuitias temporales et in uetere scriptura esse contemptas et superius docui et innumerabilibus locis, qui legere uoluerit inueniet. unde est etiam illud: melius modicum iusto super diuitias peccatorum multas et illud:

10 Matth. 5, 3 12 Luc. 6, 24 20 cf. Luc. 16, 24 26 Ps. 36, 16

1 dampnis *CV* 3 cum et nos *om. GTCSVb* ista esse] ita esse *S* ita esse ista *GTCVb* ut inde tñ *b* 7 pęterent P^2 9 inimicis meis *b* 12 ue *P* uę *C* 16 (hereditabunt) possidebunt *V* 18 eą G^2 20 umorem P^2 depręcetur *P* pauperes fiant *V* 23 inimicis meis *b* 24 illas *V* ueteri G^2b 25 in numeralibus *C* in innumerabilibus *TV* 26 melius est *GTCSVb*

bonum mihi lex oris tui super milia auri et argenti et illud: iudicia dei uera iustificata in id ipsum desiderabilia super aurum et lapidem pretiosum multum et illud: beatus uir, qui inuenit sapientiam, et inmortalis, qui uidet prudentiam. melius est enim illam mercari quam auri et argenti thesauros; pretiosior est autem lapidibus optimis, non resistit illi ullum malum; bene nota est omnibus adpropinquantibus ei et eis, qui considerant eam diligenter. omne autem pretiosum non est illi dignum et illud: propter hoc optaui, et datus est mihi sensus, et inuocaui, et uenit in me spiritus sapientiae. et praeposui illam regimoniis et sedibus, et honestatem nihil esse duxi ad conparationem ipsius. nec conparaui illi lapidem pretiosum, quoniam omne aurum in conparatione illius arena est exigua et tamquam lutum aestimabitur argentum ad illam. haec isti si aut legerent aut non inpie legerent, uiderent omnia in utriusque testamenti scripturis et ad expetendum et ad fugiendum et ad sumendum et ad reiciendum sibi concordantia et suis gradibus ordinata.

20. De eo, quod scriptum est in lege: si ambulaueritis in lege et praecepta mea custodieritis, dabo pluuias tempore suo et producet terra fructus suos et arbores poma et uindemiae tuae messibus succedent et satio uindemiis: et saturabimini et sedebitis in pace in terra uestra et dormietis et non erit, qui uos terreat;

1 Ps. 118, 72 2 Ps. 18, 10 4 Prou. 3, 13 sqq. 10 Sap. 7, 7 sqq. 21 Leu. 26, 3 sqq.

2 iudicia] iustitia *C* iuditia *PV* semetipsa *CVb* 3 prętiosum *P* 6 prętiosior *P* 7 autem] enī *b* restitit *V* 11 uenit] inuenit *P* 12 regnis *b* regimoniis *T* (*in marg. add.* alii: cerimoniis) 13 dixi *PGCSVb* 16 ipsius *CV* harena *P* arena G^2C 17 ęt illā G^2 ab illa *P* isti] illi *V* 23 producet (e *corr. ex* i) *P* fructǫs *P* suos fructus *V* 24 uintemie *V* succedunt *P* succedent (u *in* e *corr.*) *G* satio] satiabimini *P* 25 uintemiis *V* saturamini PG^2

et perdam omnem beluam ex terra uestra et persequemini inimicos uestros, et cadent ante uos in gladio; et insequentur quinque ex uobis centum et centum ex uobis persequentur decem milia et concident inimici uestri ante uos in gladio; et ueniam et benedicam uos et multiplicabo uos et disponam uos. manducabitis uetus, quod inueterauit, et proicietis uetus ante nouum. iam neminem oportet postulare a nobis, ut haec ostendamus quam congruenter illi populo deus promiserit. multa enim de hac re diximus, et cui parua sunt, nimis tardus est. sed tamen quod etiam huic loco de nouo testamento dicunt esse contrarium illud uidelicet, quod dominus ait: nolite portare aurum neque argentum neque nummos in zonis uestris, non peram in uia neque duas tunicas nequs calciamenta neque uirgam; dignus est enim operarius mercede sua, quid mirum si haec euangelistis donauerit? numquid in hoc ministerium populus Iudaicus uocabatur? quae tamen omnia spiritaliter perscrutanda sunt, ne ipse dominus hominibus inpiis contra sua praecepta fecisse uideatur, qui etiam loculos habebat, quibus ad necessarium uictum pecunia portabatur. nisi forte dicturi sunt in zonis habere pecuniam peccatum esse, in loculis autem non esse peccatum. non autem ista iussa, sed permissa esse apostolis ex hoc intellegitur, quod apostolus Paulus manibus suis operatus uictum quaerebat non abusus ea potestate, sicut ipse loquitur, quam dominus euangelistis dedit. quod enim per-

12 Matth. 10, 9 sq. 21 cf. Ioh. 12, 6 26 cf. Act. 18, 3; I Cor. 4, 12; I Thess. 2, 9; II Thess. 1, 8 sq.

1 persequimini *PSV* persequemini (*corr. ex* quimini) *G* 3 sequentur *C* 4 persequimini *V* decim *P* 6 et multipl. uos *om. C* multiplica^{bo} *P* *post* mult. uos *legitur in V* et benedicam uos. 7 inueterabit *P* 8 iam—nobis (*unc. rubric.*) *P* 9 illi] illa *C* 11 quod] quid *P* huic] hoc *P* 12 illum^{d} *P*^{2} 17 donauerat *CVb* nonquid *V* numquid ergo *b* 19 a^{fu} *P*^{2} 22 pecuniam (*dupl. scr.*) *V*

mittitur a domino, etiam non facere licet; quod autem iubetur, nisi fiat peccatum est.

Addunt etiam de illo diuite, cui deus dixerat: stulte, hac nocte a te animam tuam expetam; quae autem praeparasti, cuius erunt? et dicunt non minus huic capitulo legis esse contrarium, cum in isto inanitas inrisa sit uanae laetitiae, quia incerta illa pro certis habuit, populo autem Israhel certam faciebat illam pollicitationem omnipotentia pollicentis. unde etiam apostolus Paulus ad Timotheum scribens de diuitibus saeculi huius, quos nouerat in ecclesiae membris habere suum locum, ita loquitur: diuitibus huius saeculi praecipe non superbe sapere neque sperare in incerto diuitiarum, sed in deo uiuo, qui praestat nobis omnia abundanter ad fruendum: benefaciant, diuites sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, ut adprehendant ueram uitam. quis hic non intellegat non esse culpabile habere ista, sed amare et spem in eis ponere, ea praeferre aut etiam conferre ueritati, iustitiae, sapientiae, fidei, bonae conscientiae, caritati dei et proximi, quibus omnis anima pia diues est in secretis suis coram oculis dei? sed ut diligatur deus, qui diligentibus se ista cuncta inuisibilia et aeterna largitur, id est se ipsum his omnibus plenum donat dilectoribus suis, ut ergo ipse diligatur, illo etiam tempore, quo carnalis anima, carnis uidelicet adfectibus inplicata, nisi terrena et temporalia desiderare non nouit, persuadendum illi

3 Luc. 12, 20 11 I Tim. 6, 17 sqq.

1 facere non licet *TCVb* 4 ac *S* ^{h}ac *G*² a te (*s. l.*) *P om. GSCVb* expectā *S* 7 quia] qui *TCSVb* quí iṇçẹṛṭạṃ lạẹtit aẹ incerta *sqq. G*² 9 etiam *om. GTCSVb* scribens ad timotheum *TCSb* 10 de *om. CVb* saeculi huius *V* 12 in *om. C* 14 habundanter *PV* abundanter (h er.) *G* benefatiant *V* 17 hic] hoc *P* 19 ea] et ea *GTCSVb* aut etiam conferre *om. C* ueritati (τi *in ras.*) *P* 20 caritati (e *corr. in* i) *P* omnis] omnibus *TCSVb* omnib' (*corr. ex* omnis) *G* 22 et inuisibilia *TSb* 25 qui *P* carnalis (*in marg.*) *V* 26 terrena et *scripsi:* terrerent *P, om. CGSTVb*

est, quod etiam ista dat deus homini, quia et uerum est et utilissime creditur. hoc populo Israhel factum est per illas pollicitationes, quas inperitissime miseri derident, ut etiam in ipsis infimis rebus, quoquomodo possent, deum diligere adsuescerent, quamuis plus ibi operaretur timor. quae tamen omnia dona temporalia figurae sunt donorum aeternorum et illa de inimicis uictoria praesignat uictoriam de diabolo et angelis eius.

Et quod isti adiecerunt quasi contrarium ueteri testamento, quod apostolus loquitur deum non pugna et dissensione, sed pace delectari, sciant talem deum praedicari in scripturis illis, cui pacem suam nemo possit auferre, non qualem ipsi praedicant; qui timens, ne inrueret bellum religionibus suis, membra sua longe misit, ut peregrina bella tolerarent et postea liberari atque purgari uicta et inquinata non possent. in natura uero humana, quae peccato in inferiora defluxit, ita deus pace delectatur, ut non relinquat libramenta iustitiae nec pacem, quam diligit, uelit calcari a peccantibus, sed amari a certantibus, adprehendi a uictoribus, et ea carnalibus figurata promittere spiritalibus aperta monstrare.

21. De eo, quod scriptum est in deuteronomio: maledictus omnis, qui in ligno pependerit. licet saepe a Manichaeis ista quaestio uentilata sit, non uideo tamen, quid habeat huic sententiae contrarium, quod ex euangelio Adimantus obponendum putauit, ubi dominus ait: si uis perfectus esse, uende omnia quae possides et diuide pauperibus et tolle

11 cf. I Cor. 14. 33 21 Deut. 21. 23 25 Matth. 19, 21; 16, 24

1 est illi *V* deus dat *GTCSVb* 2 creditur (itur *in ras.*) *P* est] est (se) *G* esse *CVb* 3 pollitiones (cita) *C* 4 quoquo] quo *GTCSVb* 5 plus] prius *CV* pi' *b* (*in mg. al* prius) ibi (*ex* sibi *corr.*) *G* operetur *GTCSVb* 6 aeternorum *om. P* 7 uictoria *om. P* 9 et] ut *P* 10 dissentione *b* 14 menbra *C* bella (*in marg.*) *V* 15 adque (t) *P* et] et *P* 17 non *om. b* libra menta *P* 18 calcari (i *ex* e *corr.*) *P* peccanti (a) peccantibus (*corr. m. 2*) *G* 19 a *om. V* adprehendi *P* 21 deutero nomio *P* 22 licet—sit (*unc. rubric.*) *P* a] *om. P* 26 quae] puae (cumque) *P*² quaecumque *TCVb*

crucem tuam et sequere me. hic praeter quod crucem nominat, nihil adtendit esse contrarium ei, quod dictum est: maledictus omnis, qui in ligno pependerit. quasi uero talem crucem potest quisque tollere et sequi dominum; sed illa tollitur, cum sequimur dominum, de qua dicit apostolus: qui autem Iesu Christi sunt, carnem suam crucifixerunt cum passionibus concupiscentiis. tali enim cruce uetus homo, id est uetus uita perimitur, quam de Adam traximus, ut quod in illo fuit uoluntarium, in nobis fieret naturale. quod ostendit apostolus dicens: fuimus et nos aliquando natura filii irae sicut et ceteri. si ergo uetus uita de Adam, unde et nomine ueteris hominis uetus uita signatur, quid absurdum habet, quod in ueterem hominem maledictum prolatum est, quem dominus suspendit in ligno, quia ex ipsa successione mortalitatem gestauit de uirgine Maria mortaliter natus, habens carnem non peccatricem, sed tamen similitudinem gerentem carnis peccati, quia mori poterat et mors de peccato. unde est etiam illud: scientes quia uetus homo noster simul confixus est cruci cum illo ut euacuetur corpus peccati. non ergo dominus per linguam Moysi famuli dei, sed mors ipsa meruit maledictum quam dominus noster suscipiendo euacuauit. mors itaque illa pependit in ligno, quae per mulierem ad hominem serpentina persuasione peruenit. unde etiam serpentem ad significationem ipsius mortis Moyses in heremo exaltauit in ligno. et quoniam a mortiferis cupiditatibus per fidem sanamur crucis domini qua cruce mors ligno suspensa est, propterea qui serpentum morsibus uenenabantur, conspecto serpente, qui fixus erat atque exaltatus in ligno, continuo sanabantur. huic sacramento ipse dominus adtestatus est dicens: sicut enim Moyses

6 Gal. 5, 24 10 Ephes. 2, 3 17 cf. Rom. 8, 3 18 Rom. 6, 6 29 cf. Num. 21, 9 30 Ioh. 3, 14

13 significat *b* 17 carnis *om. GTCSVb* 18 peccato est *GTCSVb* etiam est *TC* 19 confixus (*corr. ex* crucifixus) *P* 21 dei (*s. l.*) *P* 24, per suasione *P* 28 uene, abantur *S*

exaltauit serpentem in heremo, ita exaltari oportet filium hominis. suscipiendo autem ignominiosissimum apud homines mortis genus dominus noster Iesus Christus, hoc est mortem crucis commendauit nobis dilectionem suam, ut merito apostolus diceret accendens nos ad eius caritatem: Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum. scriptum est enim: maledictus omnis, qui pendet in ligno, ut non solum nullam mortem, sed etiam nullum mortis genus christiana libertas sicut Iudaica seruitus formidaret.

22. De homine, quem lapidari deus iussit, quia sabbato inuentus est ligna colligere. dominus in euangelio, ubi hominis manum aridam sanauit die sabbati, diuinum opus fecit, non humanum; nec ab otio recessit qui iussit et factum est. et ideo non est simile hoc factum ligna colligenti, quod facere cum inuentus esset homo die sabbati, iussu dei lapidatus est. de seruili autem obseruatione sabbati et de uindicta temporalis mortis iam multa dicta sunt. sicut enim tempore caritatis bonitas, sic tempore timoris seueritas dei maxime commendatur. et cum adhuc non oporteret ante aduentum domini nudare populo legitimarum sacramenta figurarum, non inuitabantur illi homines significata intellegere, sed iussa cogebantur inplere; nondum enim deo inhaerebant per spiritum, sed per carnem legi seruiebant. miror autem, quod isti plangunt hominem lapidatum dei praecepto, quia contra iussum legis ligna collegit, et non plangunt arborem arefactam uerbo Christi, quae contra nullum praeceptum fecerat, cum talem animam arboris esse credant, qualem hominis.

5 Gal. 3, 13 11 cf. Num. 15. 35 13 cf. Matth. 12, 10 sqq 26 cf. Matth. 21. 1 sqq.

2 ignominissimam *C* 5 adj in *GTCSVb* 8 pępendet (e *corr. ex* i *m. 2) G* 11 ni *GTCSVb* 12 dominus—sanauit *(unc. rubric.) P* 20 ad uentum *P* 21 illi homines *om. GTCSVb* 24 legis *P* 25 lapidatum hominem *Tb* iussa *b* 26 arborem] ficulneā *(in marg.) C* arefactam ficulneā *b*

23. De eo, quod scriptum est: mulier tua sit ut uinea frondescens et filii tui ut nouellae oliuarum in circuitu mensae tuae et uidebis filios filiorum tuorum; et scies, quia hoc modo benedicitur homo, qui timet dominum. hoc per prophetam figurate dictum ad significationem ecclesiae pertinere Manichaei non intellegunt et putant contrarium esse, quod in euangelio domiuus de spadonibus ait, qui se ipsos castrant propter regnum caelorum. sed nos iam et de uiro et de uxore et de spadonibus, quantum satis fuit, in tertio capitulo disseruimus.

24. De eo, quod scriptum est apud Salomonem: imitare formicam et intuere diligentiam eius, quia ab aestatis tempore usque hiemem colligit sibi alimonias. neque hoc intellegunt Manichaei spiritaliter esse accipiendum et putant praeceptum esse, ut thesaurizemus in terra aut etiam curemus haec horrea, quae sine ullo praecepto multum homines inplere festinant. et ideo illud Adimantus ex euangelio dicit aduersum esse huic sententiae, ubi dominus ait: nolite cogitare de crastino. sed neque hoc intellegunt ad id pertinere, ut temporalia non amemus neque timeamus, ne nobis desint necessaria, et propter ipsa conquirenda uel deo uel hominibus seruiamus. nam si hoc ideo dictum est, ut non seruetur panis in crastinum, magis hoc inplent uagi Romanorum, quos passiuos appellant, qui annona cotidiana satiato uentre aut donant statim, quod restat, aut proiciunt, quam uel domini discipuli, qui etiam cum ipso domino caeli et terrae in terra ambulantes loculos habebant, uel Paulus apostolus, qui omnium terrenorum contemptor sic tamen gubernauit ea, quae praesenti uitae erant

1 Ps. 127, 2 sqq. 8 cf. Matth. 19, 12 11 Prou. 6, 6 sqq. 18 Matth. 6, 34

1 scribtum *P* sit ut] sicut *Vb* 2 nouella *TCV* 5 per *(s. l.) P* et ad *GTCSVb* 9 de (*ante* ux.) *om. P* 10 tercio *P* 12 ęstatis *P* estatis *S* 13 usquąe *P* usque ad *GTCSVb* hyemem *V* 15 aut] ut *GV* ętiam *P* 16 orrea *P* 24 cothidiana *V* 26 terram *V* ambulantes (t *in ras.*) *P* 28 eraτ *P*

necessaria, ut etiam de uiduis praeceperit dicens: si quis fidelis habet uiduas, sufficienter tribuat illis, ut non grauetur ecclesia, quo ueris uiduis sufficere possit. sed tamen illud de formica ita positum est, ut, quemadmodum illa aestate colligit unde hieme pascatur, sic unusquisque christianus in rerum tranquillitate, quam significat aestas, colligat uerbum dei, ut in aduersitate et tribulationibus, quae hiemis nomine significantur, habeat unde spiritaliter uiuat. non enim in pane solo uiuit homo, sed in omni uerbo dei. si autem hoc eos mouet, quod in terra condit formica quod colligit, irascantur etiam illi thesauro, quem dominus in agro dicit inuentum.

25. De eo, quod scriptum est in Osee: da illis uentrem uacuum et ubera arida; mortifica semen uentris ipsorum, ne pariant. et haec prophetica locutio est utique figurata. nam et uentrem non carneum intellegunt in euangelio, cum legunt: flumina aquae uiuae fluent de uentre eius. et ubera quaedam habebat apostolus, cum diceret: lac uobis potum dedi, non escam et iterum: factus sum paruulus in medio uestrum, tamquam si nutrix fouens filios suos. et Galatas ad carnalia declinantes iterum parturit, donec Christus in eis formetur. et ideo huic propheticae sententiae non repugnat, quod Adimantus posuit ex euangelio, quod in resurrectione a mortuis neque nubent neque uxores ducent neque morientur, sed sunt ut angeli dei. nam hoc est utique quod accipiunt etiam spadones, de quibus

1 I Tim. 5, 16 9 Deut. 8, 3; Matth. 4, 4 12 cf. Matth. 13, 44 13 Osee 9, 14 17 Ioh. 7, 38 18 I Cor. 3, 2 19 I Thess. 2, 7 22 cf. Gal. 4, 19 23 Matth. 22, 30

2 ut *(in marg. adscr.)* *P* 4 ita] ita *(s. l.)* *P* sic *SV* 5 illa colligit unde estate pascatur hieme sic *P* in hieme *b* 7 in *om.* *C* 8 hiemis *P* 11 dicit in agro *V* 13 osee *P* 15 et—figurata *(unc. rubric.)* *P* loquutio *P* 16 prefigurata *P* carnem *G* carneumlegunt *P* 19 paruolus (o *corr. ex* u) *P* 21 ad galathas *P* galathas *V* 22 prophetice sententie *V* 25 moriuntur *Cb* ut *(s. l.)* I^{2}

Esaias loquitur: locum nominatum meliorem multo filiorum et filiarum, nomen aeternum dabo eis, inquit. non ergo isti arbitrentur in solo euangelio tale praemium promitti sanctis uentremque uacuum et ubera arida et mortificatum semen ne pariant, intellegant de his esse dictum, de quibus dicit apostolus: sicut enim Iamnes et Mambres restiterunt Moysi, sic et isti resistunt ueritati, homines mente corrupti, reprobi circa fidem, sed ultra non proficient; dementia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut et illorum fuit. cum ergo ultra non proficient, tunc habebunt uentrem uacuum et ubera arida et mortificatum semen. in qua sententia se isti tamquam in speculo dignentur inspicere.

26. De eo, quod scriptum est in Amos propheta: si fieri potest, ut ambulantes duo in uia minime se agnoscant, et leo sine praeda ad catulum suum reuertatur; si decidet auis sine aucupe in terram, si tendunt muscipulam sine causa, ut nihil capiant; si dabit sonum tuba in ciuitate, ut plebs non terratur: ita etiam malum aliquod in ciuitate non perpetratur, quod dominus non faciet. malum hoc loco non peccatum, sed poena intellegenda est. dupliciter enim appellatur malum: unum quod homo facit, alterum quod patitur; quod facit, peccatum est; quod patitur, poena. de poenis ergo loquebatur propheta, cum hoc diceret. diuina enim prouidentia cuncta moderante et gubernante ita homo male facit, quod uult, ut male patiatur, quod non uult. sic autem isti accusant prophetam ista dicentem, quasi in euangelio non legerint: nonne duo passeres

1 Es. 56. 5 6 II Tim. 3, 8 sq. 14 Amos 3, 3 sqq. 28 Matth. 10, 29

1 ysaias *V* multo meliorem *Tb* 2 inquid *P* 3 non] ne *b* aut in *P* 4 promittit *P* 5 intellegant (u *in* a *corr.*) *P* 6 apostolus dicit *V* mambres] iambres *GTCS* iambres et iamnes *V* 9 ipsorum *V* 11 arida ubera *V* 12 se] si *C* speculo *P* 17 acupe *P* 18 muscipulū *G* 20 non *om. P* 21 faciet (*ex* at *corr.*) *P* 23 patitur pena *C* quod—poena *om. CVb* 26 ita homo male *sqq. P*[1] fecit *CVb* ut *om. P* 27 sic] si *C*

asse ueneunt et unus ex his non cadit in terram sine uoluntate patris uestri? ita ergo deus malum facit, quod non ipsi deo malum est, sed eis, in quos uindicat. itaque ipse, quantum ad se pertinet, bonum facit, quia omne iustum bonum est, et iusta est illa uindicta. et ideo non est contrarium, quod Adimantus obicit dixisse dominum: arbor bona fructus bonos facit; mala autem arbor malos fructus facit. quamuis enim malum sit gehenna damnato, iustitia tamen dei bona est et ipse fructus est ex arbore bona. ille autem malis peccatorum suorum thesaurizauit sibi iram in die irae et reuelationis iusti iudicii dei, qui reddet unicuique secundum opera sua. quamquam duae istae arbores manifestissime in similitudine duorum hominum positae sint, id est iusti et iniusti, quia nisi quisque uoluntatem mutauerit, bonum operari non potest. quod in nostra potestate esse positum alio loco docet, ubi ait: aut facite arborem bonam et fructum eius bonum; aut facite arborem malam et fructum eius malum. illis enim hoc dicit, qui putabant se bona loqui posse, cum essent mali, hoc est bonos fructus facere, cum essent arbores malae. sic enim et subiungit: hypocritae, quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? mala ergo arbor fructus bonos facere non potest; sed ex mala fieri bona potest, ut bonos fructus ferat. fuistis enim aliquando tenebrae, inquit, nunc autem lux in domino. tamquam si diceret: fuistis aliquando arbores malae et ideo tunc non poteratis nisi malos fructus facere; nunc autem lux in domino, id est iam facti arbores bonae date fructus bonos;

6 Matth. 7, 17 12 cf. Rom. 2, 5 sq. 16 Matth. 12, 32 sq.

1 adse P^2V sine patris uestri uoluntate *GTCSVb* 2 uestri/ (s *er.*) *P* 7 (*bis*) fructos P^2 8 malum *om. C* dampnato *V* 9 illa *P* 10 thesaurizat *GTCSVb* 12 istae duae *TCSb* 14 et eniusti *(s. l.) P* 20 esset *b* ypocritae *P* hypochrytae *G* hipocritae *V* 21 mali sitis *Tb* 23 bona *om. C* potest bona *V* 24 inquit apostolus *TVb* 25 et ideo non poteratis tunc *GTCSVb* 27 iam] etiam *GSVCb* et iam *T* facti estis *b* facte *V* date *C*

quod sequitur dicens: sicut filii lucis ambulate — fructus enim luminis est in omni iustitia et ueritate — probantes quid sit beneplacitum domino. nam in ipso euangelii capitulo, si non studio maliuolentiae fureret Adimantus, potuit aduertere, quomodo dicatur deus malum facere. ibi enim ait dominus, quod etiam iste commemorauit: omnis arbor, quae non facit fructus bonos, excidetur et in ignem mittetur. haec sunt mala, quae deus facit, id est peccatoribus poenas, quod in ignem mittet arbores, quae in malitia perseuerantes fieri bonae noluerint, cum hoc ipsis arboribus malum sit. deus autem, ut saepe dixi, non dat fructus malos, quia iustitiae fructus est uindicta peccati.

27. De eo, quod in Esaia propheta scriptum est: ego sum deus, qui facio pacem et constituo mala. etiam hoc eadem regula soluitur. non enim reprehendit Adimantus, quod dixit deus: facio pacem, sed quod dixit: constituo mala. cum Paulus apostolus haec duo similiter uno in loco etiam latius tractauerit dicens: uides ergo bonitatem et seueritatem dei: in eos quidem, qui ceciderunt, seueritatem, in te autem bonitatem, si permanseris in bonitate; alioquin et tu excideris, et illi si non permanserint in incredulitate, inserentur. potens est enim deus iterum inserere illos. in hoc sermone apostolico satis adparet bonitas dei, secundum quam dixit Esaias: ego sum deus, qui facio pacem, et seueritas, secundum quam dixit: constituo mala. simul etiam ostendit in nostra potestate esse, ut uel inseri bonitate ipsius uel excidi seueritate mereamur. non est ergo Esaiae contrarium euangelium, sicut putat uel potius putari cupit Adimantus, ubi dominus ait: beati

1 Ephes. 5, 8 sqq. 6 Matth. 7, 19 13 Es. 45, 7 18 Rom. 11, 22 sq.

4 fureret] fugeret *GTCSVb* 5 posset *GTCSVb* 7 fructu *P* 11 det *P* 13 (*et* 28) isaia (e *in* i *corr. m. 2*) *G* quod scriptum est in ysaia *V* 14 quia *P* 15 reprehendit *P* 17 paulus] *om. V* 18 lacius *C* 24 ysaias *V* 27 excindi *P* ex/ci//di *G* exscindi *S* 28 est] *om. GS* ergo est *b* ysaiae *V*

pacifici, quia filii dei uocabuntur. uel ex ipsa enim parte debuit agnoscere etiam Esaiam scire filios dei esse pacificos, quia per eum dixit deus: ego sum, qui facio pacem. sed cum in alia parte ad male intellegendum oculum figit, in altera se ipse caecauit. quodsi uellet alius similiter caecus dicere bonum esse uetus testamentum, ubi dominus dicit: nolo mortem peccatoris, quantum ut reuertatur et uiuat, malum esse autem nouum testamentum, ubi dicit Christus: ite in ignem aeternum, qui praeparatus est diabolo et angelis eius: nonne in foueam cadens omnes, qui se sequerentur, indoctos et scripturarum ignaros in inperitiae caecitatem geminata malitia secum pariter praecipitaret? qui autem oculo pio legit, et in nouo testamento inuenit, quod isti accusant in uetere, et in uetere, quod laudant in nouo.

28. De eo, quod scriptum est in Esaia: et factum est in eo anno, quo mortuus est Ozias rex: uidi dominum sedentem in sede altissima; et plena erat domus gloriae ipsius et in circuitu Seraphim stabant senas alas habentes, et binis quidem operiebant faciem ipsius, binis uero pedes. huic loco illud obponit Adimantus, quod ait apostolus: regi autem saeculorum inuisibili honor et laus in saecula. in qua quaestione quaerendum est, quid ei uisum fuerit uel in illa uisione Esaiae binas alas praetermittere, quibus uolabant Seraphim dicentes: sanctus, sanctus, sanctus dominus deus sabaoth, uel in apostoli uerbis non totum dicere. nam ita dixit apostolus: regi autem saeculorum inuisibili, incorruptibili, soli deo honor

1 Matth. 5,9 7 Ez. 33,11 9 Matth. 25,41 15 Es. 6,1 sq. 21 I Tim. 1,17.

2 scire *om. V* 4 cum ad male intellegendum alia parte *V* in *om. GSVb* 5 fixit *GTCSVb* excaecauit *T* 6 dicit deus *GTCSVb* 8 autem *om. C* autem esse *TVSb* dixit *V* 11 in *om. VCb, s. l. G²* 12 germinante *P* geminanti *G* geminante *SV* germinante *TCb* 13 legit (i *corr. ex* e) *P* 14 et in uetere *om. C* 15 ysaia *C* in] *om. GTCSVb* 16 deum *P* 18 gloriae *G* circumitu *TSb* seraphin *CVPb* 20 huic—apostolus *(unc. rubr.) P* 23 ysaiae *V* 24 uolebant *C* seraphin (m *in* n *corr.*) *P* seraphin *CVb* 25 deus *om. P* 26 dicit *TCb*

et gloria in saecula saeculorum. an forte timuit, ne trinitatis commemoratio commendaret prophetam lectori et aliquid magnum ibi latere suspicaretur? ter enim dicitur: sanctus, sanctus. sanctus dominus deus sabaoth. in apostolo autem forte uidit, quod si dixisset: incorruptibili deo, responderetur illi, quod nunc istis dicimus: quid ergo incorruptibili deo factura erat gens tenebrarum, si cum ea pugnare noluisset? aut, si forte mendosos codices legerat. aut iste mendosus est, ubi nos ipsum Adimantum legimus, non est diutius de re dubia disserendum. sed iam quaerendum est, quomodo et propheta dixerit uidisse se deum in sede altissima, et apostolus Paulus uerum dixerit inuisibilem deum. interrogo itaque istos, utrum inuisibilia possunt conspici. dicunt posse. quid ergo calumniantur. si deum inuisibilem propheta conspexit? si autem dicunt non posse, ipsi apostolo potius calumnientur, si audent, qui ait: inuisibilia enim dei a constitutione mundi per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur. ipse enim dixit esse inuisibilia et ipse rursus dixit: conspiciuntur. nonne hic coguntur fateri oculis corporeis esse inuisibilia, menti uero esse uisibilia? sic igitur et propheta deum, qui corporaliter inuisibilis est, non corporaliter, sed spiritaliter uidit.

Nam multa genera uisionis in scripturis sanctis inueniuntur: unum secundum oculos corporis; sicut uidit Abraham tres uiros sub ilice Mambre et Moyses ignem in rubo et discipuli transfiguratum dominum in monte inter Moysen et Heliam et cetera huiusmodi. alterum secundum spiritum, quo imaginamur ea, quae per corpus sentimus; nam et ipsa pars nostra cum diuinitus adsumitur, multa ei reuelantur non per

16 Rom. 1, 20 25 cf. Gen. 18,1 cf. Ex. 3, 2 26. cf. Matth. 17, 2 sq.
3 ibi magnum *V* 5 uiuit *C* 6 responderent *V* illis *P* 8 uolnisset *b* 11 prophe*ta* *P* se *(s. l.) P* 13 possint *GTCSb* dicunt] si dicunt *GTCSVb* 14 calumpniantur *CV* 16 qui] quia *C* 19 rursus dicit *b* 20 corporis *P* esse (*ante* uisib.) *s. l. P* 25 ylice *V* manbrę *C* rubeo *b* 27 helyam *V* spiritum *om. GCSV* quod *VSb* 28 imaginantur *C* pars ipsa *GTCSVb* 29 ei] *om. GTCSVb*

oculos corporis aut aures aliumue sensum carnalem, sed tamen his similia: sicut uidit Petrus discum illum submitti e caelo cum uariis animalibus. ex hoc genere est etiam istud Esaiae, quod inperitissime inpii reprehendunt. non enim deum forma corporea circumterminat, sed quemadmodum figurate, non proprie multa dicuntur, ita etiam figurate multa monstrantur. tertium autem genus uisionis est secundum mentis intuitum, quo intellecta conspicitur ueritas atque sapientia: sine quo genere illa duo, quae prius exposui, uel infructuosa sunt uel etiam in errorem mittunt. cum enim ea, quae siue corporeis sensibus siue illi parti animae, quae corporalium rerum imagines capit, diuinitus demonstrantur, non solum sentiuntur his modis sed etiam mente intelleguntur, tunc est perfecta reuelatio. ex hoc tertio genere est illa uisio, quam commemoraui dicente apostolo: inuisibilia enim dei a constitutione mundi per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur. hac uisione ut uideatur deus per pietatem fidei et per actionem dei morum optimorum corda mundantur. quid enim profuit Balthasari regi, quod manum scribentem ante oculos suos in pariete conspexit? cui uisioni quia non potuit adiungere mentis aspectum, quaerebat adhuc uidere, quod uiderat. tali autem acie luminis, qua ista intelleguntur, Danihel praeditus mente uidit, quod ille uiderat corpore. rursus illa parte animi, quae imagines corporum capit, uidit somnium Nabuchodonosor rex; et quoniam non habebat idoneum oculum mentis ad melius uidendum, quod uiderat, id est ad intellegendum quod uiderat, ideo ad interpretandum uisum suum aspectum quaesiuit alienum, eiusdem scilicet Danihelis: cui

2 cf. Act. 11, 5 sq. 23 cf. Dan. 5

4 quod *s. l. m. 2 G* 5 figuratae G^2 6 propriae G^2 8 q̊d̊ *P* conspiciuntur *TCSVb* conspiuntur *G* adque *P* 9 exposui] posui *b* uel etiam *(del. m. 2) P* 10 ea *om. C* in ea *V* corporei *P* corporis *GTC* 14 uisio illa *GTCSVb* 17 ut *om. GTCSVb* uideatur *G* uidetur *TCSVb* per] cum per *TCSVb, (s. l. m. 2) G* 18 actionem] agnitionem *GTCSVb* 19 balthari *P* 22 acie praeditus daniel luminis qua *V* 24 qua *b* 25 nabugodonosor *C* ydoneum *V*

tamen aperienti, ut certam adcommodaret fidem, etiam ipsum somnium sibi ut diceretur exegit. Danihel autem reuelante sancto spiritu, et quid ille uidisset in somnis ea parte uidit, qua corporum capiuntur imagines, et quid significaret mente conspexit. non est autem propheta dei ueri et summi, qui oblata diuinitus uisa uel solo corpore uèl etiam illa parte spiritus uidet, qua corporum capiuntur imagines. et mente non uidet. sed plerumque in scripturis sic posita inueniuntur, quemadmodum uisa sunt, non etiam quemadmodum intellecta sunt. ut mentis uisio, in qua totus fructus est, exercendis lectoribus seruaretur. sed ex multis, quae aperte sunt scripta, manifestatur nobis, quomodo illa intellexerint, quae sic in libris posuerunt, quomodo figurate illis demonstrata sunt. ad duo enim genera illa uisionis pertinent figuratae demonstrationes; ad mentis autem, id est ad intellegentiae uisionem simplex et propria pertinet reuelatio rerum intellectarum atque certarum. omnia tamen haec genera mirificis et ineffabilibus distributionibus exhibet atque moderatur sanctus spiritus summae incommutabilisque sapientiae. sed isti miseri sunt, qui calumniantur prophetae dicenti, quod deum uiderit, obicientes apostolicam sententiam, ubi inuisibilem dixit. si enim alter obiciat huic apostolico uerbo euangelicum uerbum, quoniam dominus ait: beati mundicordes, quoniam ipsi deum uidebunt, quomodo respondebunt posse inuisibilem uideri? uerbo enim premunt inperitos et quatenus inuisibilis deus dictus sit, etsi cognoscunt, cognosci timent. tanta est pernicies animorum, qui cum uincere hominem uolunt, ab errore uincuntur.

4 cf. Dan. 2 26 Matth. 5, 8

2 somnium *(in ras.)* *P* sompnium *CV* ut sibi *TCb* 3 spiritu] dei spiritu *GTCSVb* sompnis *C* 5 ueri dei *Tb* 8 scribturis *P* 13 figuratę *P* demonstrata sunt illis *V* 14 uisiones (es *ex* is) *G* pertinet *P* demonstrationes] dęmones *GV* temones *S* 16 proprie *b* 18 spiritus sanctus *TCSVb* 19 incommutabilisquę *P* 20 uiderit (rit *in ras.*) *P* uidit *V* 21 enim *om. C* 22 quoniam] quo *GTCVb* 23 mundi corde *VS* 27 cõuincunt̃ *b* Exp̃. contra adimantũ manicheũ *fol. 112 P* Explicit liber aurelii augustini aduersus quęstiones XXVIII adimanti amen (mantium m. 2) *fol. 31 G* Explicit lib' scI augustini contra questiones adimanti *CT*

V.

S. Aureli Augustini

contra epistulam quam uocant fundamenti.

P = Petropolitanus Lat. Q. v. I. 3. olim Corbeiensis saec. V. exeunt.
H = Harleianus 3039 saec. VIIII—X.
T = Trecensis 1085 saeculi XII.
R = Trecensis 40 saec. XII.
C = Colbertinus nunc Paris. 2044 saec. XIII.
S = Sorbonicus nunc Paris. 15302 saec. XIII.
V = Vindobonensis 785 (Uniu. 275) saec. XIII.
L = Laudunensis 128 saec. XIII.
b = editio princ. Basileae 1506 apud Io. Amerbachium.

V.

CONTRA EPISTULAM QUAM UOCANT FUNDAMENTI.

1. Unum uerum deum omnipotentem, ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, et rogaui et rogo, ut in refellenda et reuincenda haeresi uestra, Manichaei, cui et uos fortasse inprudentius quam malitiosius adhaesistis, det mihi mentem pacatam atque tranquillam et magis de uestra correctione quam de subuersione cogitantem. quamquam enim dominus per suos seruos regna subuertat erroris, ipsos tamen homines, in quantum homines sunt, emendandos esse potius quam perdendos iubet. et quicquid diuinitus ante illud ultimum iudicium uindicatur, siue per inprobos siue per iustos siue per nescientes siue per scientes siue occulte siue palam: non ad interitum hominum, sed ad medicinam ualere credendum est; quam qui respuerint, extremo subplicio praeparantur. quapropter cum in hac uniuersitate rerum alia sint, quae ualent ad corporalem uindictam, sicut ignis et uenenum et morbus et cetera huiusmodi, alia, quibus apud se ipsum non molestiis corporis sui, sed cupiditatum suarum laqueisan imus puniatur, sicut est damnum, exilium, orbitas, contumelia et his similia; quaedam uero non sint cruciamenta, sed quasi fomenta

2 Aureli augustini/ad interrogata sim/pliani (ci *a. m. 1)* lib. II explicit/ incipit aduersus epis. quae** *(2 litt. er.)* funda/menti dicitur delira mentis plenam/manichei *(litt. uncial.) fol. 49 P* Incipit contra epistulam fundamenti manicheorum *(litt. uncial.) fol. 30 H.* Incipit (*om. T*) liber/ sci (*om. R*) aurelii (*om. TL*) augustini contra epistolam fundamenti (*om. R*) manicheorum (manichei *R, om. L*) *fol.* 178 *TR fol. 105 L*

4 per quem omnia *om. P* 6 heresis *(corr. m. 1) P* manichei (e *pro* ae *semper) T* et *om. SV* 7 imprutentius *S* maletiosius *S* tet *S* 9 supuersione *T* 12 quidquid *(sic semper) P* ultimum illud *b* 13 improbos *P* 14 nescientes *V* occultae *P* 16 supplicio *P* K *H* 17 quum *P* 19 semetipsum *b* molestia *V* 20 cupiditatem *P* laqueis *V* 21 sicuti *HTSVb* contumelias *P* hiis *(sic ubique) V* 22 sunt *Vb*

et lenimenta languentium, ut sunt consolationes, cohortationes, disputationes et quaecumque sunt alia: horum omnium quaedam etiam per malos nescientes operatur summa dei iustitia, quaedam autem per scientes bonos. nostrum igitur fuit eligere et optare meliora, ut ad uestram correctionem aditum haberemus, non in contentione et aemulatione et persecutionibus, sed mansuete consolando, beniuole cohortando, leniter disputando, sicut scriptum est: seruum autem domini non oportet litigare, sed mitem esse ad omnes, docibilem, patientem, in modestia corripientem diuersa sentientes. nostrum ergo fuit uelle has partes expetere: dei est uolentibus et petentibus donare, quod bonum est.

2. Illi in uos saeuiant, qui nesciunt, cum quo labore uerum inueniatur et quam difficile caueantur errores; illi in uos saeuiant, qui nesciunt, quam rarum et arduum sit carnalia phantasmata piae mentis serenitate superare; illi in uos saeuiant, qui nesciunt, cum quanta difficultate sanetur oculus interioris hominis, ut possit intueri solem suum — non istum, quem colitis caelesti corpore, oculis carneis et hominum et pecorum fulgentem atque radiantem, sed illum, de quo dictum est per prophetam: ortus est mihi iustitiae sol, et de quo dictum est in euangelio: erat lumen uerum, quod inluminat omnem hominem uenientem in hunc mundum —; illi in uos saeuiant, qui nesciunt, quibus suspiriis et gemitibus fiat, ut ex quantulacumque parte possit intellegi deus; postremo illi in uos saeuiant, qui numquam tali errore decepti sunt, quali uos deceptos uident.

8 II Tim. 2, 24 sq. 21 Mal. 4, 2 22 Ioh. 1, 9

1 et lenimenta (*in ras.* ta *s. l.*) *H, om. TVLb* exhortationes *HVS* 2 talia *HTRSVLb* omnium horum *V* 3 etiam] illa *P* ętiam *T* 4 autem *om. VLT* 5 additum *V* 7 beneuole *R* beniuoleque hortando *VLb* 8 scribtum *PH* 10 patientem in *om. P* 11 nrs partes has *V* partes] *om. L* etpetere *b* 12 expetentibus *V* 13 seuiant *PT* 15 seuiant *P*, (t *s. l.*) *T* 16 pięq; (pię *s. l.*) V seuiant *P* 19 *post* quem *add.* uos *ed. Maurina* et pecorum *om V* 20 dictum] dictum (*in ras. corr. ex* scriptum) *H* scriptum *RCSVLb, (s. l.) T* 21 sol iusticię *T* 23 mundum] mod' *V* 26 in uos illi *b* numquam] nullo *VLb* 27 uident] uolent *P*

3. Ego autem, qui diu multumque iactatus tandem respicere potui, quid sit illa sinceritas, quae sine inanis fabulae narratione percipitur; qui uanas imaginationes animi mei uariis opinionibus erroribusque conlectas uix miser merui domino opitulante conuincere; qui me ad detergendam caliginem mentis tam tarde clementissimo medico uocanti blandientique subieci; qui diu fleui, ut incommutabilis et inmaculabilis substantia concinentibus diuinis libris sese mihi persuadere intrinsecus dignaretur; qui denique omnia illa figmenta, quae uos diuturna consuetudine inplicatos et constrictos tenent, et quaesiui curiose et adtente audiui et temere credidi et instanter, quibus potui, persuasi et aduersus alios pertinaciter animoseque defendi: saeuire in uos omnino non possum, quos sicut me ipsum illo tempore ita nunc debeo sustinere et tanta patientia uobiscum agere, quanta mecum egerunt proximi mei, cum in uestro dogmate rabiosus et caecus errarem.

Ut autem facilius mitescatis et non inimico animo uobisque pernicioso mihi aduersemini, illud quouis iudice inpetrare me oportet a uobis, ut ex utraque parte omnis adrogantia deponatur. nemo nostrum dicat iam se inuenisse ueritatem; sic eam quaeramus, quasi ab utrisque nesciatur. ita enim diligenter et concorditer quaeri poterit, si nulla temeraria praesumptione inuenta et cognita esse credatur. aut si hoc a uobis inpetrare non possum, saltem illud concedite, ut uos tamquam incognitos nunc primum audiam, nunc primum discutiam. iustum puto esse, quod postulo, hac sane lege ser-

1 tandem] uix tandem *T* 2 inanis (is *s. l. a m.* 1) *T* 3 imagines *T* 4 que *om. V* collectas *P* potui merui *V* 8 continentibus *P* 10 consuetudo *H* implicatos *P* curiosae *H* 11 attende *V* attente *P* 12 animoseque *T* 13 quos] quod *H* 14 pacientia *T* 16 docmate *P* 17 ut inimico *b* animo *om. b* 18 sperniciose *V* illud *om. TRVLb* iudicem *P* impetrare *P* impetrari *SCTR* me impetrare *b* 19 a uobis oportet *TSC* oportet *om. L* a] et a *T* arrogantia *P* 22 praesumtione *P* 23 creditur *HT* *ante* hoc *add. H* et *aut* ex 24 impetrare *P*, *om. L* possumus *HTCSVRb*

uata, ut uobiscum non orem, non conuenticula celebrem, non Manichaei nomen accipiam, si non mihi de omnibus rebus ad salutem animae pertinentibus sine ulla caligine rationem perspicuam dederitis.

4. In catholica enim ecclesia, ut omittam sincerissimam sapientiam, ad cuius cognitionem pauci spiritales in hac uita perueniunt, ut eam ex minima quidem parte, quia homines sunt, sed tamen sine dubitatione cognoscant — ceteram quippe turbam non intellegendi uiuacitas, sed credendi simplicitas tutissimam facit — ut ergo hanc omittam sapientiam, quam in ecclesia esse catholica non creditis, multa sunt alia, quae in eius gremio me iustissime teneant. tenet consensio populorum atque gentium; tenet auctoritas miraculis inchoata, spe nutrita, caritate aucta, uetustate firmata; tenet ab ipsa sede Petri apostoli, cui pascendas oues suas post resurrectionem dominus commendauit, usque ad praesentem episcopatum successio sacerdotum; tenet postremo ipsum catholicae nomen, quod non sine causa inter tam multas haereses sic ista ecclesia sola obtinuit, ut cum omnes haeretici se catholicos dici uelint, quaerenti tamen alicui peregrino, ubi ad catholicam conueniatur, nullus haereticorum uel basilicam suam uel domum audeat ostendere. ista ergo tot et tanta nominis christiani carissima uincula recte hominem tenent credentem in catholica ecclesia, etiamsi propter nostrae intellegentiae tarditatem uel uitae meritum ueritas nondum se apertissime ostendat. apud uos autem, ubi nihil horum est, quod me inuitet ac teneat, sola personat pollicitatio ueritatis: quae quidem

1 manichei *PH* 5 pauci (s *er.*) *H* pauca T^1 6 eum *L* parte quidem *V* quia (*s. l.* uel qua) *R* 9 facit] tenet *V* ergo *(s. l.) H* omittam hanc *T* 11 consentio *V* confessio (*s. l.* uel consensio) *R* 13 aucta uetustate *om. P* aucta *s. l. T* firmata *(pr.* a *s. l.) T* 15 episcopatum (um *s. l.*) *T* 16 postremo] proximum *H* postremũ *T* 17 hereses *PHT* 18 optinuit *HV* 19 peregrino alicui *HTCSVb* 20 perueniatur *P* heretichorum *P* hereticorum *HT* 21 audet *HP* tanti *T* christiani nõis *b* 22 clarissima (l *s. l. a m.* 2) *H* clarissima *VSCL* tenent (em er.) *H* 24 apertissim•e (a er.) *H* 25 aput *P* 26 l aut ac *R* ueritatis pollicitatio *Vb*

si tam manifesta monstratur, ut in dubium uenire non possit, praeponenda est illis omnibus rebus, quibus in catholica teneor; si autem tantummodo promittitur et non exhibetur, nemo me mouebit ab ea fide, quae animum meum tot et tantis nexibus christianae religioni astringit.

5. Uideamus igitur, quid me doceat Manichaeus, et potissimum illum consideremus librum, quem Fundamenti epistulam dicitis, ubi totum paene, quod creditis, continetur. ipsa enim nobis illo tempore miseris quando lecta est, inluminati dicebamur a uobis. certe sic incipit: Manichaeus apostolus Iesu Christi prouidentia dei patris. haec sunt salubria uerba de perenni ac uiuo fonte. iam cum bona patientia, si placet, adtendite, quid quaeram. non credo esse istum apostolum Christi. quaeso, ne suscenseatis et maledicere incipiatis. nostis enim me statuisse nihil a uobis prolatum temere credere. quaero ergo, quis sit iste Manichaeus. respondebitis: apostolus Christi. non credo; quid iam dicas aut facias, non habebis. promittebas enim scientiam ueritatis, et nunc quod nescio cogis, ut credam. euangelium mihi fortasse lecturus es et inde Manichaei personam temptabis adserere. si ergo inuenires aliquem, qui euangelio nondum credit, quid faceres dicenti tibi: non credo? ego uero euangelio non crederem, nisi me catholicae ecclesiae conmoueret auctoritas. quibus ergo obtemperaui dicentibus: crede euangelio, cur eis non obtemperem dicentibus mihi: noli credere Manichaeis? elige, quid uelis. si dixeris: crede catholicis, ipsi me monent, ut nullam fidem adcommodem uobis; quapropter non possum

1 dubio *T* 2 p̄monenda *(s. l.* ł p̄ponenda) *R* omnibus illis *b* 3 et non] nec *T* 5 religionis *HTRCSVLb* 6 K *H* toceat *V* manicheus (e pro ae semper) *PH* 7 quam *HLb* 9 inluminati] inclinati *TLb* inclinatis *V* dicentibus *V* dicebamus *b* 10 a uobis] abeis (*corr. m* 1) *P* amen *b* 12 perhenni *VT* 13 attendite *P* istum esse *HCb* 16 quero *T* quis] qui (d *er.*) *H* iste] ille *b* 18 fatias *V* promittebat *V* 19 fortasse mihi *b* 20 temtabis *P* tentabis *Hb* asserere *P* 21 inuenires (s *s. l. a m.* 1) *H* inuenirem *b* 23 commoueret *P* cōmoneret *b* 24 credite *b* quur *P* 26 quid (i *corr. ex* o) *H* ipsi (*corr. ex* ipse) *H* mouent *T* 27 accomodem *P*

illis credens nisi tibi non credere. si dixeris: noli catholicis credere, non recte facies per euangelium me cogere ad Manichaei fidem, quia ipsi euangelio catholicis praedicantibus credidi. si autem dixeris: recte credidisti catholicis laudantibus euangelium, sed non recte illis credidisti uituperantibus Manichaeum, usque adeo me stultum putas, ut nulla reddita ratione, quod uis credam, quod non uis, non credam? multo enim iustius atque cautius facio, si catholicis quoniam semel credidi, ad te non transeo, nisi me non credere iusseris, sed apertissime ac manifestissime scire aliquid feceris. quocirca si mihi rationem redditurus es, dimitte euangelium. si ad euangelium te tenes, ego me ad eos teneam, quibus praecipientibus euangelio credidi, et his iubentibus tibi omnino non credam. quodsi forte in euangelio aliquid apertissimum de Manichaei apostolatu inuenire potueris, infirmabis mihi catholicorum auctoritatem, qui iubent, ut tibi non credam: qua infirmata iam nec euangelio credere potero, quia per eos illi credideram. ita nihil apud me ualebit, quicquid inde protuleris. quapropter si nihil manifestum de Manichaei apostolatu in euangelio reperitur, catholicis potius credam quam tibi. si autem aliquid inde manifestum pro Manichaeo legeris, nec illis nec tibi: illis, quia de te mihi mentiti sunt; tibi autem, quia eam scripturam mihi profers, cui per illos credideram, qui mihi mentiti sunt. sed absit, ut euangelio ego non credam. illi enim credens non inuenio, quomodo possim etiam tibi credere; apostolorum enim nomina, quae ibi leguntur, non inter se continent nomen Manichaei. in locum autem traditoris Christi quis successerit, in apostolorum actibus legimus: cui

26 cf. Matth. 10. 2 sqq. Marc. 3. 16 sqq. Luc. 6, 13 sqq. 28 Act. 1, 26

1 nisi] non *V* 7 multo] Eû stulto *T* 8 atque] et *b* 10 manifestissime ac apertissime *HCSTb* aliquid scire *T* 12 ego *om. V* me *om. VL* ad eos me *Tb* 13 tibi *s. l. T* 18 aput *P* ualebis *b* 19 nichil *(sic semper) T* 20 repperitur *PH* 21 autem *om. T* inde aliquid *b* 23 scribturam *P* 24 *ante* sed K *H* ego euangelio *b* 25 non credens *T* 28 quis] qui *HTVb*

libro necesse est me credere, si credo euangelio, quoniam utramque scripturam similiter mihi catholica commendat auctoritas. in eodem etiam libro de uocatione atque apostolatu Pauli uulgatissimam tenemus historiam. lege mihi iam, si potes, in euangelio, ubi Manichaeus apostolus dictus est, uel in aliquo alio libro, cui me iam credidisse confiteor. an illud lecturus es, ubi spiritum sanctum paracletum dominus promisit apostolis? de quo loco uide, quot et quanta sint, quae me reuocent et deterreant, ne Manichaeo credam.

6. Quaero enim, cur epistulae huius principium sit: Manichaeus apostolus Iesu Christi, et non sit: paracletus apostolus Iesu Christi. si autem missus a Christo paracletus Manichaeum misit, cur lego: Manichaeus apostolus Iesu Christi, et non potius: Manichaeus apostolus paracleti? si dicis ipsum esse Christum, qui est etiam spiritus sanctus, contradicis ipsi scripturae, ubi dominus ait: et alium paracletum mittam uobis. si autem ideo Christi nomen recte positum putas, non quia ipse est Christus, qui et paracletus, sed quia eiusdem sunt ambo substantiae, id est, non quia unus est, sed quia unum sunt, poterat et Paulus dicere: Paulus apostolus dei patris, quia dixit dominus: ego et pater unum sumus. nusquam hoc dicit, sed nec quisquam apostolorum patris se apostolum scribit. quid sibi ergo uult ista nouitas? nonne uobis uidetur nescio quam redolere fallaciam? certe si nihil interesse arbitratus est, cur non uarie in aliis epistulis apostolum Christi se nominat, in aliis paracleti? sed

4 cf. Act. 9 16 Ioh. 14, 16 21 Ioh. 10, 30

2 scribturam *P* mihi similiter *V* 3 libro etiam *HCVS* 4 hystoriam *V* 6 aliquolibro (*corr. m.* 1) *P* iam me *HTCSV* an] Iam *b* 8 quot] quod *P* 9 et] me *T* manicheo *H* 10 uur *P* 12 si—potius *u.* 14 *om. T* si—misit *(in ras.) H* 13 manicheum *H* 14 paracliti *T* 15 dices *H* 16 scribturae *H* scripturae ipsi *T* paraclitum *T* (i *pro* e *semper*) 17 christi nome ideo *b* 19 quia non *b* 22 numquam *P* dicitur *V* 23 apostolum se *b* 25 nihil (*corr. ex* nil *m. 2*) *H* quur *P* 26 epistulis (u *in ras.*) *H*

Christi semper audiui, quotienscumque audiui, paracleti autem nec semel. quid hoc esse causae arbitramur, nisi quia illa superbia, mater omnium haereticorum, inpulit hominem, ut non missum se ab paracleto uellet uideri, sed ita susceptum. ut ipse paracletus diceretur? sicut Iesus Christus homo non a filio dei, id est uirtute et sapientia dei, per quam facta sunt omnia, missus est, sed ita susceptus secundum catholicam fidem, ut ipse esset dei filius, id est in illo ipso dei sapientia sanandis peccatoribus adpareret: sic se ille uoluit ab spiritu sancto, quem Christus promisit, uideri esse susceptum, ut iam cum audimus Manichaeum spiritum sanctum, intellegamus apostolum Iesu Christi, id est missum a Iesu Christo, qui eum se missurum esse promisit. singularis audacia ista et ineffabile sacrilegium!

7. Sed tamen quaero, cum pater et filius et spiritus sanctus uobis etiam confitentibus non dispari natura copulentur, cur hominem susceptum ab spiritu sancto Manichaeum non putatis turpe natum ex utroque sexu praedicare, hominem autem susceptum ab unigenita sapientia dei natum de uirgine credere formidatis? si caro humana, si concubitus uiri, si uterus mulieris non potuit inquinare spiritum sanctum, quomodo potuit uirginis uterus inquinare dei sapientiam? Manichaeus ergo iste, qui sancto spiritu et euangelica lectione gloriatur, necesse est uobis concedat aut missum se esse a sancto spiritu aut susceptum. si missus est, paracleti se apostolum dicat; si susceptus, concedat ei hominem matrem, quem suscepit unigenitus filius dei, si ei, quem suscepit spiritus sanctus, concedit et patrem. credat uirginitate Mariae uerbum dei non

1 quotiescumque *HVCSb* 3 hereticorum *PH* impulit *P* 4 uęllęt uellet *H* 6 dei filio *b* quem *T* 8 ipse *om. V* illo *om. T* 9 appareret *P* ab] a *HTCSVb* 11 ut iam] etiam *P* utinam *H* iam *om. VLT* quum *P* cum iam audiuim' *b* 13 audatia *T* 15 K *H* quero *T* quū *P* 16 copuletur *P* quur *P* 17 putaŧ *T* 22 uterus uirginis *VHCSb* sapientiam dei *V* 23 *post* qui *add.* de *HTCSVb* spiritu sancto *b* 24 nobis *T* spiritu sancto *SVCb* 25 paracliti *V* 26 susceptus est *b* homini *TSVCLb* 27 dei *om. HTCSVb* 28 concedat *b* uirginitati *P*

esse pollutum, si concubitu parentum suorum sanctum spiritum non potuisse pollui ut credamus hortatur. quodsi dixeritis non in utero uel ante uterum, sed iam natum Manichaeum ab spiritu sancto esse susceptum, sufficit. ut fateamini habuisse carnem de uiro et femina procreatam. cum enim uos non timeatis uiscera et sanguinem Manichaei de humano concubitu uenientem et intestina fimo plena, quae illa caro gestabat, et his omnibus non credatis contaminatum esse spiritum sanctum, a quo illum hominem susceptum esse creditis: cur ego uterum uirginalem et intacta genitalia reformidem et non potius credam sapientiam dei in ipsis maternis uisceribus homine suscepto inmaculatam sinceramque mansisse? quapropter quoniam siue missum siue susceptum a paracleto se Manichaeus uester adfirmet, nihil horum poterit obtinere, ego iam cautior neque missum eum credo neque susceptum.

8. Nam quod addidit dicens: prouidentia dei patris, quid aliud ambiuit Iesu Christo nominato, cuius se dicit apostolum, et deo patre, cuius prouidentia missum se dicit a filio, nisi ut spiritum sanctum ipsum esse tertium credere-mus? sic enim scribit: Manichaeus apostolus Iesu Christi prouidentia dei patris. spiritus sanctus nominatus non est, qui maxime debuit ab eo nominari, qui nobis apostolatum suum paracleti promissione commendat, ut euangelica auctoritate inperitos premat. quod cum a uobis quaeritur, respon-detis utique Manichaeo apostolo nominato sanctum spiritum paracletum nominari, quia in ipso uenire dignatus est. quaero ergo, sicut superius dicebam, quare exhorreatis, cum dicit

1 spiritum sanctum *HTCSVLb* 3 *post* utero 3 *litt. eras. T* 4 a *HTCSVb* 5 procreatum *V* quum *P* 6 *post* timeatis *add. T* dicere 9 quur *P* 10 gentilia (*corr. m.* 1) *P* genetalia *V* *post* genitalia *add.* ita *T*, *(s. l.) R* 12 immaculatam *P* sincerissimamque *T* 14 affirmet *P* nichil *V* optinere *P* 17 ambibit *P* quuius *P* 18 apostolum (*in ras.*) *H* quuius *P* 19 tertium esse *b* 21 prouidentia (ui *s. l.*) *H* 22 debuit] destitit *HT* ądęo ab eo *V* 23 commendant *V* 24 imperitos *P* premat imperitos *V* p̄mat *T* quum P responditis *P* 25 nominato (to *s. l.*) *T* spiritum sanctum *SCVTb* 26 K *H* 27 exhorreatis (h *s. l.*) *H*

catholica eum, in quo uenit diuina sapientia, natum esse de uirgine, cum uos eum, in quo spiritum sanctum uenisse praedicatis, natum de femina uiro mixta nihil horreatis. quid ergo aliud suspicer nescio, nisi quia iste Manichaeus, qui per Christi nomen ad inperitorum animos aditum quaerit, pro ipso Christo se coli uoluit. hoc unde coniciam, breuiter dicam. cum saepe a uobis quaererem illo tempore, quo uos audiebam, quae causa esset, quod pascha domini plerumque nulla, interdum a paucis tepidissima celebritate frequentaretis nullis uigiliis, nullo prolixiore ieiunio indicto auditoribus, nullo denique festiuiore adparatu, cum bema uestrum, id est diem, quo Manichaeus occisus est, quinque gradibus instructo tribunali et pretiosis linteis adornato atque in promptu posito et obiecto adorantibus magnis honoribus prosequamini: hoc ergo cum quaererem, respondebatur eius diem passionis celebrandum esse, qui uere passus esset; Christum autem, qui natus non esset, neque ueram, sed simulatam carnem humanis oculis ostendisset, non pertulisse, sed finxisse passionem. quis non gemescat homines, qui se christianos dici uolunt, timere, ne polluatur ueritas de uirginis utero, et de mendacio non timere? sed ut ad rem redeam, quis non suspicetur, cum diligenter adtenderit, ideo negari a Manichaeo Christum natum esse de femina et humanum corpus habuisse, ne passio eius, quod totius iam orbis festissimum tempus est, ab eis, qui sibi credidissent, celebraretur et non tanta deuotione diem mortis

1 catholica] catholica ecclesia *TSCRb* esse *om. b* 2 quum *P* 5 imperitorum *P* animum *P* additum *V* xpo ipso *Tb* 7 sepe *T* a (*s. l.*) *H* audiebam (i *s. l.*) *H* 8 pascha ęşşęţ *V* domini (i *corr. ex* e) *H* nulla (a *in ras. uid. corr. esse ex* nullum) *H* nullum *Tb* 9 cęlebritate *T* frequentaretur *VT* 10 uigiliis (i *fin. s. l.*) *H* audit. uestris *b* 11 festiuiore, a paratu *H* apparatu *P* quum *P* uestrum bema *b* 13 praetiosis *PHT* adornatu *P* atque] ac *TRSCVb* promptu (*p s. l.*) *T*, (o *in* u *corr.*) *V* promtu *P* 14 adornantibus *P* ego *b* 15 cum] quum *P om. V* respontebatur *V* 16 esset] est *Tb* 17 uera *P* similandā *H* simulandā *LT* simulatęm *V* simulata^{m} (m *add. m.* 1) *P* 19 ingemescat *H* ingemiscat *TCSVb* 20 mendatio *HV* 21 cum] qui *HTCSVb* 22 aspiceret attenderet *V* attenderit *P* 24 tocius *T* potius *P*

suae desiderata sollemnitas honoraret? hoc enim nobis erat in illa bematis celebritate gratissimum, quod pro pascha frequentabatur, quoniam uehementius desiderabamus illum diem festum subtracto alio, qui solebat esse dulcissimus.

9. Fortasse dicas mihi: quando ergo uenit a domino promissus paracletus? hic ego si non haberem aliud, quod crederem, facilius eum adhuc uenturum expectarem quam per Manichaeum uenisse concederem. nunc uero cum in actibus apostolorum manifestissime sancti spiritus praedicetur aduentus, quae me necessitas cogit haereticis tam periculose et tam facile credere? in libro enim memorato sic scriptum est: primum quidem sermonem fecimus de omnibus, o Theophile, quae coepit Iesus facere et docere in die, qua apostolos elegit per spiritum sanctum et praecepit praedicare euangelium. quibus praebuit se uiuum post passionem in multis argumentis dierum, uisus est eis per dies quadraginta et docens de regno dei, quomodo conuersatus sit cum illis et praeceperit eis, ne discederent ab Hierosolymis, sed sustinerent pollicitationem patris, quam audistis, inquit ‚ex ore meo' quoniam Iohannes quidem baptizauit aqua, uos autem spiritu sancto incipietis baptizari: quem et accepturi estis non post multos dies istos usque ad pentecosten. illi quidem cum uenissent, interrogabant eum dicentes: domine, si hoc in tempore repraesentaberis,

12 Act. 1, 1 sqq.

1 solempnitas *VT* 2 pro *om. SVCL* per *b* frequentabatur (abatur *in ras.*) *H* 4 festum (u *sup.* e) *H* ḍẹḅẹḅạt esse solebat *V* 5 K *H* uenit (τ *in ras.*) *H* 8 concedere *T* 9 praedicetur (prae *s. l. a m.* 2) *T* 10 hereticis *HP* 11 scribtum *P* 12 Capitulum *add. a m.* 2 *ante* primum *T* feci *HTCSVLb* teophile *T* theofile *P* 13 ihs xps *V post* docere 2 *litt. eras. T* 14 elegit apostolos *T* 15 se ipsū *b* 17 *post* dei *add.* et *HTVCSb* 18 sit] est *V* praecepit *V* 19 hierosolimis *H* ierosolym'itanis *V* iherosolimis *T* 20 inquid *H* 22 baptizare *Tb* et incipietis accepturi *V* 24 quum *P* conuenientes *b* (*in marg.* al. cum conuenissent) 25 in hoc *T* representaueris *H* representabis *b*

et quando regnum Israhel. ille autem dixit: nemo potest cognoscere tempus, quod pater posuit in sua potestate; sed accipietis uirtutem spiritus sancti superuenientem in uos et eritis mihi testes apud Hierusalem et in tota Iudaea et Samaria et usque in totam terram. ecce habes, ubi commemorauit discipulos pollicitationis paternae, quam ex ore eius audierant de uenturo spiritu sancto. nunc uideamus, quando sit missus. paulo post enim sequitur et dicit: in illo tempore, quo subpletus est dies pentecostes, fuerunt omnes eadem animatione simul in unum; et factus est subito de caelo sonus, quasi ferretur flatus uehemens, et inpleuit totum illum locum, in quo erant sedentes; et uisae sunt illis linguae diuisae quasi ignis, qui et insedit super unumquemque illorum. et inpleti sunt omnes spiritu sancto et coeperunt loqui linguis, quomodo spiritus dabat eis pronuntiare. Hierosolymis autem fuerunt habitantes Iudaei, homines ex omni natione, quae est sub caelo. et cum facta esset uox, conlecta est turba et confusa est, quoniam audiebat unusquisque suo sermone et suis linguis loquentes eos. stupebant autem et admirabantur ad inuicem dicentes: nonne omnes, qui loquuntur, natione sunt Galilaei? et quomodo agnoscimus in illis sermonem, in quo nati sumus? Parthi, Medi, Elamitae et qui inhabitant Mesopotamiam, Armeniam et Cappadociam,

9 Act. 2, 1 sqq.

1 et quando *om. b* israhel] strahel *P* 4 apud] apud (*sup. exp.* in *superscr.* m. 2) *H* 5 iherusalem *T* iudea *P* 7 de spir. s. uenturo *b* 8 missus sit *V* enim post *b* 9 suppletus *P* supletus *H* 10 pentechostes *T* animationes *H* animatione (*corr. ex* amonitione) *V* 12 quasi] tanquam *b* impleuit *P* 13 illud illum *V* 16 quomodo] prout *T* 17 spiritus scs *T* dabat spiritus *V* pronunciare *T* hierusolimis *T* 18 erant *b* 19 esset] est *b* collecta *P* 22 mirabantur *b* 23 locuntur *H* nationes *H* nationis *VL* 24 galilaea *H* galilei *T* 25 habitāt *Tb* 26 mesopothamiam *V* capadociam *H*

Pontum. Asiam, Phrygiam et Pamphyliam, Aegyptum et regiones Africae, quae est ad Cyrenen; et qui aduenerant Romani et Iudaei incolae et Cretenses et Arabes audiebant loquentes illos suis linguis magnalia dei. stupebant autem et haesitabant ob id, quod factum est, dicentes: quidnam hoc uult esse? alii autem inridebant dicentes: hi musto omnes onerati sunt. ecce, ubi uenit spiritus sanctus. quid uultis amplius? si scripturis credendum est, cur non his potius credam, quae robustissima auctoritate firmatae sunt, quae cum ipso euangelio, ubi promissum sanctum spiritum pariter credimus, innotescere populis et commendari posteris praedicarique meruerunt? hos ergo actus apostolorum euangelio pari auctoritate coniunctos cum lego, inuenio non solum esse promissum illis ueris apostolis sanctum spiritum, sed etiam tam manifeste missum, ut nullus de hac re locus relinqueretur erroribus.

10. Clarificatio enim domini nostri apud homines resurrectio est a mortuis et in caelum ascensio. scriptum est autem in ipso euangelio κατὰ Ἰωάννην: spiritus autem nondum erat datus, quia Iesus nondum erat clarificatus. si ergo propterea nondum erat datus, quia Iesus nondum erat clarificatus, clarificato Iesu necessario statim datus est. et propter ipsam geminam clarificationem, secundum hominem et secundum deum, bis datus est etiam spiritus sanctus: semel, postquam resurrexit a mortuis, cum insufflauit in faciem discipulorum dicens: accipite spiritum sanctum; et iterum,

19 Ioh. 7, 39 26 Ioh. 20, 22

1 et asiam *T* *post* asiam *add.* et *HVTCb* frygiam *P* phrigiam *T* pamphiliam *PT* egyptum *H* 2 regionem *HVTb* cirenen *T* quirenen *P* 3 *ante* incolae *add.* et *HVTb* 4 illos] eos *V* 5 hesitabant *PH* 7 hii *HV* honerati *V* 9 scribturis *HP* quur *P* 11 spiritum sanctum *TSCVR* 12 populis (i *in ras.*) *H* posteris (*pr.* s *s. l.*) *H* 14 quum *P* 15 ueris] uiris *HT* spiritum sanctum *V* manifeste missum] manifestissimum (ma *s. l.*) *HT* 16 relinquatur *b* 17 nostri iesu christi *b* aput *P* 19 cata iohannē *lib.*, *b* (*in mg.* al. secundum ioh.) 22 clarificato] clarificatio *P* Iesu *om. P* statim necessario *V* 24 bis etiā datus ē *b* 25 quum *P* insuflauit *P*

postquam ascendit in caelum decem diebus transactis: qui numerus perfectionem significat, cum septenario numero, quo condita uniuersa consistunt, additur trinitas conditoris. de quibus rebus inter spiritales uiros pie cauteque multa tractantur. sed ego a proposito non recedam; suscepi enim prius uobiscum sic agere, ut non uos ego doceam, quod superbum fortasse arbitramini, sed tamquam ipse a uobis discere studeam, quod nouem annis non potui. quapropter habeo, quibus litteris credam de aduentu spiritus sancti: quibus me credere si prohibetis, ne temere credam quod nescio — sic enim soletis monere —, multo minus uestris litteris credam. quare aut omnes libros auferte de medio et disputando pandite ueritatem, de qua dubitare non possim, aut tales proferte libros, quibus non mihi cum adrogantia inponatur, quod credam, sed exhibeatur sine fraude, quod discam. fortasse, inquis, et haec epistula talis est. nolo ergo in eius limine ulterius inmorari; interiora uideamus.

11. Haec sunt, inquit, salubria uerba ex perenni ac uiuo fonte; quae qui audierit et isdem primum crediderit, deinde, quae insinuant, custodierit, numquam erit morti obnoxius, uerum aeterna et gloriosa uita fruetur. nam profecto beatus est iudicandus, qui hac diuina instructus cognitione fuerit, per quam liberatus in sempiterna uita permanebit. et haec, ut uidetis, pollicitatio est, nondum exhibitio ueritatis; et uos quoque animaduertere facillime potestis isto uelamine quoslibet errores fucari posse, ut inperitorum animis per ornatam ianuam latenter inrepant. si enim diceret: haec sunt pestifera uerba ex uenenoso fonte; quae qui audierit et isdem primum crediderit,

1 transactis (*corr. ex* tractatis) *V* 4 interspiritales *H* 5 *ante* sed K *H* a (*s. l.*) *H* discedā *b* 6 ego uos *HVTb* 12 aut] autem *S* uestros libros oēs *b* 13 non (*s. l.*) *H* 14 arrogantia *P* imponatur *P* 15 exibeatur *P* 16 luminc T^1 17 posteriora (*in ras.*) *T* 18 inquid *H* perhenni fonte ac uiuo *T* 19 isdem *TPH* hisdem *Vb* 21 uerūetiā *b* 25 exibitio *P* 26 animaduertite *P* facillime *om. P* 27 fugari *T* imperitiorum *H* imperitorum *P* animis] armis *P* 29 hisdem *T*

deinde, quae insinuant, custodierit, numquam erit uitae restituendus, uerum poenali et aerumnosa morte adficietur — nam profecto miser est iudicandus, qui hac inferna inplicatus inperitia fuerit, per quam demersus in sempiternis cruciatibus permanebit —: si ergo hoc diceret, uerum diceret, sed libro huic nom solum nullum conciliaret lectorem, sed omnes, quorum in manus incidisset, in maxima odia concitaret. quamobrem ad consequentia transeamus nec nos ista decipiant, quae possunt esse bonis et malis, doctis et indoctis uerba communia. quid ergo sequitur?

Pax, inquit, dei inuisibilis et ueritatis notitia sit cum fratribus sanctis et carissimis, qui mandatis caelestibus credunt pariter atque deseruiunt. ita sit, ut dicit. nam et ista benigna et acceptissima optatio est. tantum meminerimus haec et a bonis doctoribus et a deceptoribus posse dici. itaque si nulla nisi talia diceret, omnibus legendum et amplectendum esse concederem. nec illa, quae ad hoc sequuntur, inprobauerim; adiungit enim: sed et dextera luminis tueatur et eripiat uos ab omni incursione maligna et a laqueis mundi. et omnino quicquid in huius epistulae principio scriptum est, donec ueniatur ad causam, nolo reprehendere, ne in rebus minoribus multum operis consumatur. iam ergo euidentissimam pollicitationem hominis uideamus.

12. De eo igitur, inquit, frater dilectissime Pattici,

1 nonquam *V* 2 pęnali *T* penali *V* erumpnosa *V* erumnosa *T* afficietur *P* 3 implicatus *P* imperitia *P* 4 demersus *om. b* 5 ergo hoc] haec ergo *H* hoc ergo *TR* uerum diceret (*in marg.*) *V* 6 sed etiã *b* 7 in quorum manus *b* cõcitaret *T* 10 igitur *b* 11 inquid *H* noticia *T* 12 k'mis *T* 13 credunt caelestibus *Vb* sit ut] sicut *VL* 16 dici posse *b* 18 adhoc] adhuc *HVTCSb* secuntur *H* 19 incursatione *HTVCSLb* 20 atque *b* et *ante* omnino *add. m. rec.*) *H*, *om. TRVCLb* quippe quicquid *b* 21 scribtum *PH* 22 reprae-hendere *PT* 23 operae *HTRVSCLb* consumamus *HVCSLb* čsumamus *T* 25 de] te *V* inquid *H* dilectissime frater *b* Pattici quod] audisti ne quod *H* audistime quod *T* audistine quod *R* audisti de quo *VSLb* audatius (auditius?) audisti de quo *C*

quod mihi significasti dicens nosse te cupere, cuiusmodi sit natiuitas Adae et Euae, utrum uerbo sint idem prolati, an progeniti ex corpore, respondebitur tibi, ut congruit. namque de his a plerisque in uariis scripturis reuelationibusque dissimili modo insertum atque commemoratum est. quapropter ueritas istius rei ut sese habet. ab uniuersis fere gentibus ignoratur et ab omnibus, qui etiam de hoc diu multumque disputarunt. si enim illis super Adae et Euae generatione prouenisset manifesto cognoscere, numquam corruptioni et morti subiacerent. manifestam ergo cognitionem huius rei nobis pollicetur, ne corruptioni ac morti subiciamur. et si adhuc parum est, uide, quid sequatur. necessario ergo, inquit, plura sunt ante commemoranda ut ad istud mysterium sine ulla possit ambiguitate perueniri. hoc est, quod dicebam, sic mihi demonstrari debere ueritatem, ut ad eandem sine ulla ambiguitate perueniam. quod si ipse non polliceretur. me tamen hoc exigere et flagitare oportebat, ut tanta mercede cognitionis euidentissimae atque certissimae ex catholico christiano quibuslibet contradicentibus Manichaeum me fieri non puderet. iam igitur audiamus, quid adferat.

Unde si tibi uidetur, inquit, ausculta prius, quae fuerint ante constitutionem mundi et quo pacto proelium sit agitatum, ut possis luminis seiungere naturam ac tenebrarum. iam incredibilia et omnino falsa proposuit. quis enim credat ante constitutionem mundi ullum proelium fuisse commissum? et tamen si esset credibile, modo nos non credere. sed cognoscere uelimus. nam qui dicit

2 sit] *om. VL* est *b* adeae *P* eue *V* 3 idem *PTHV*, *om. b* prolati *a H* 5 relationibusque *V,b* (*in marg.*) 6 ut ueritas *b* (*post* ut *om.*) 9 adeae *P* 10 manifeste *b* nonquam *V* 13 si *om. VL* 15 istud] istū *P* dubitatioē et ambig. *b* 17 eandem] eam *HTVCSLb* 19 euidentissime et certissime *Tb* 24 fuerunt *b* plium *HT* 26 omnino *post* incredibilia *R* et *om. HVLCS* falsa omnino *b* 27 proponit *R* credit *b* 28 esset est *TSCVRb* 29 uelimus] uenimus *HTCSVLb*

Persas et Scythas ante multos annos secum bellasse, rem dicit credibilem, eam tamen, quam uel auditam uel lectam possumus credere, non expertam conprehensamque cognoscere. cum ergo istum repudiarem, si tale aliquid diceret — non enim ea promisit, quae cogerer credere, sed quae possem sine ulla ambiguitate cognoscere —, quomodo eum non repudiabo, quando non modo incerta dicit, sed etiam incredibilia? sed quid? si aliquibus rationibus ea perspicua et cognita faciet? audiamus ergo, si possumus, cum tota patientia et lenitate, quod sequitur.

13. Haec quippe, inquit, in exordio fuerunt duae substantiae a se diuisae. et luminis quidem imperium tenebat deus pater in sua sancta stirpe perpetuus, in uirtute magnificus, natura ipsa uerus, aeternitate propria semper exultans, continens apud se sapientiam et sensus uitales, per quos etiam duodecim membra luminis sui conprehendit, regni uidelicet proprii diuitias adfluentes. in unoquoque autem membrorum eius sunt recondita milia innumerabilium et inmensorum thesaurorum. ipse uero pater in sua laude praecipuus, magnitudine inconprehensibilis copulata sibi habet beata et gloriosa saecula neque numero neque prolixitate aestimanda, cum quibus idem sanctus atque inlustris pater et genitor degit nullo in regnis eius insignibus aut indigente aut infimo constituto. ita autem fundata sunt eiusdem splendidissima regna supra lucidam et beatam terram, ut a nullo umquam aut moueri aut concuti possint.

1 scitas *T* scuythas *P* 2 uel *ante* aud. *om. b* 3 cōphensamque *T* 4 quum *P* 5 cogeret *HTVCS* cogerent *b* 9 pacientia *T* 11 hec *T* 12 sese *HTVSCLb* in luminis *H* 15 exultans semper *b* aput P 16 quem *P* 17 luminis (es *in* is *corr.*) *H* conpreh*endit (a *eras.*) *H* comprehendit *PT* uidelicet] scilicet *V* 18 afluentes *P* 20 tensaurorum *P* 21 incōphensibilis *T* inconprehesibilis *P* 22 habet sibi *b* 24 sanctus *om. T* 25 nullo etiā *b* infirmo *P* infimo *b* (*in marg.* al. in fumo) 26 fundaṁta *V* 27 splendidissima (di *alt. s. l.*) *H* 28 possent *b*

Haec mihi unde probaturus est, aut haec ipse unde cognouit? noli me terrere paracleti nomine. primo quia non credere incognita, sed certa cognoscere accessi a uobis ipsis factus timidior. uos enim nostis, temere credentibus quam uehementer insultare soleatis, praesertim cum ipse, qui iam coepit incerta narrare, plenam ac firmam scientiam paulo ante promiserit.

14. Deinde quoniam, si mihi fides imperanda est, magis me terret illa scriptura, ubi lego uenisse spiritum sanctum et apostolos inspirasse, quibus eum dominus se missurum esse promiserat. quapropter aut ea, quae dicit, proba mihi uera esse, ut ostendas, quae non possum credere, aut eum, qui dicit, proba mihi spiritum sanctum esse, ut credam, quae non potes ostendere. ego namque catholicam fidem profiteor et per illam me ad certam scientiam peruenturum esse praesumo; tu uero, qui fidem meam labefactare conaris, certam scientiam trade, si potes, ut id, quod credidi, temere me credidisse conuincas. duo sunt, quae mihi profers: unum, cum dicis spiritum sanctum esse, qui loquitur, et alterum, cum dicis manifesta esse, quae loquitur. utrumque abs te sine ulla dubitatione cognoscere debui; sed non sum auarus, unum horum doce. ostende, hunc esse spiritum sanctum, et credam uera esse, quae dicit, etiamsi nesciam; aut ostende uera esse, quae dicit, et credam spiritum sanctum esse, etiamsi nesciam. numquid aequius aut beniuolentius tecum agi potest? sed tu nec hoc nec illud uales ostendere. nihil aliud elegisti nisi laudare, quod credis, et inridere, quod credo. cum igitur etiam ego uicissim laudauero, quod credo et quod

10 cf. Act. 2, 1 sqq. 11 cf. Ioh. 14, 16 sqq.

2 in nomine *HVL* 5 quum *P* 6 cępit *T* 9 terreret *HTV* teneret *CSb* scribtura *H* 11 dicis *b* 15 peruenturum esse *om. VLT* esse *om. b* 17 quodq: (d *s. l.*) *H* 18 K *H* Capitŭ *T* 19 quum *P* 20 quum *P* 21 tebui *V* 23 quae] qm *V* dicis *V* etiamsi nesciam *om. L* 24 dicis *LV* 25 equius *V* beneuolentius *V* 26 ualens *H* 27 delegisti *V* telegisti *L* egisti (*in marg.*) *b* credam R^1 28 quum *P* cum—credo (*in marg.*) *V*

credis, inrisero, quid putas nobis esse iudicandum quidue faciendum, nisi ut eos relinquamus, qui nos inuitant certa cognoscere et postea imperant, ut incerta credamus et eos sequamur, qui nos inuitant prius credere, quod nondum ualemus intueri, ut ipsa fide ualentiores facti, quod credimus, intellegere mereamur, non iam hominibus, sed ipso deo intrinsecus mentem nostram inluminante atque firmante?

Et quoniam quaesiui, unde mihi probet, nunc quaero, unde ipse cognouerit. si dicit sibi esse spiritu sancto reuelatum suamque mentem diuinitus inlustratam, ut ea, quae dicit, certa et manifesta cognosceret, ipse significat, quid intersit inter cognoscere et credere. ipse enim cognoscit, cui apertissime ista monstrantur; eis autem, quibus haec narrat, non cognitionem insinuat, sed credulitatem suadet. cui quisquis temere consenserit, Manichaeus efficitur, non certa cognoscendo, sed incerta credendo, quales nos inperitos adulescentulos aliquando decepit. debuit ergo non nobis polliceri scientiam neque manifestam cognitionem neque ad id, quod quaeritur, sine ulla ambiguitate peruentionem, sed dicere potius sibi esse ista monstrata, illos autem, quibus narrantur, credere sibi debere, quae nesciunt. sed si hoc diceret, quis non ei responderet: si ergo incognita crediturus sum, cur non ea potius credam, quae iam consensione doctorum indoctorumque celebrantur et per omnes populos grauissima auctoritate firmata sunt? hoc ille metuens ne sibi diceretur, offundit nebulas inperitis, primum pollicens rerum certarum cognitionem, postea et incertarum imperans fidem. cui tamen si hoc dicatur, ut saltem uel sibi haec doceat esse monstrata, similiter deficit

2 fatiendum *V* 3 ɳǫs incerta *V* et] ut *HT* 5 credidimus *HT* 7 nostram (m *s. l. a m.* 1) *T* firmante atque illuminante *b* 8 nunc] non *P* 12 inter *om. P* 13 monstrantur (*alt.* n *s. l.*) *H* naraset *V* 14 quisquis] inquis *S* 15 cognoscendo *b* (*in marg.* al. suadēdo) 16 imperitos *P* 17 tecepit *VL* 18 queritur *P* 19 ampiguitate V^1 sibi ista esse *Rb* 21 dicere. tuuis non e* (i *eras.*) repponderet (*corr. m. 1*) *P* 26 imperitis *P* et postea *HVTCSLb*

et hoc quoque ut credamus iubet. quis ferat tantam fallaciam tantamque superbiam?

15. Quid? si non solum incerta, sed etiam falsa esse, quae dicit, deo et domino nostro mihi opitulante monstrauero, quid infelicius ista superstitione inueniri potest, quae non modo non exhibet scientiam, quam promittit, atque ueritatem, sed ea dicit, quae uehementer sunt scientiae ueritatique contraria? quod in sequentibus manifestius adparebit. ita enim dicit: iuxta unam uero partem ac latus inlustris illius ac sanctae terrae erat tenebrarum terra profunda et inmensa magnitudine, in qua habitabant ignea corpora, genera scilicet pestifera. hic infinitae tenebrae ex eadem manantes natura inaestimabiles cum propriis fetibus; ultra quas erant aquae caenosae ac turbidae cum suis inhabitatoribus; quarum interius uenti horribiles ac uehementes cum suo principe et genitoribus. rursum regio ignea et corruptibilis cum suis ducibus et nationibus. pari more introrsum gens caliginis ac fumi plena, in qua morabatur inmanis princeps omnium et dux habens circa se innumerabiles principes, quorum omnium ipse erat mens atque origo: haeque fuerunt naturae quinque terrae pestiferae.

Si aerium uel etiam aetherium corpus diceret esse naturam dei, profecto inrideretur ab omnibus, qui sapientiae ueritatisque naturam per nulla spatia locorum distentam atque diffusam sine ulla mole magnam et magnificam nec in parte minorem et in parte maiorem, sed per omnia aequalem summo patri, nec aliud habentem hic et aliud alibi, sed ubique integram,

1 hec *b* *cap.* 15 *incipit*: Quis ferat *sqq. b* 3 si *om. L* 4 K *H* 5 supersticione *T* 6 exibet *VP* sed] et *T* 7 ueritatique sụnt *H* 8 insequentibus *H* apparebit *P* 9 uero unam *V* 11 habitant *TVb* 12 hinc *HTCSVLb* infinite *T* 13 manantes (a *s. exp.* e *add.*) *V* 14 foetibus *H* 16 cum suo (*in marg.*) *V* 17 rursus *V* 18 introrsus *V* 19 immanis *P* 21 haecquae *H* hecque *L* heeque *V* 22 terre *T* 23 aereũ *b* etherium *V* ętthereũ *b* 26 ulla *om. TVLb* 27 et] nec *T* nec et *S*, *om. HVCL*

ubique praesentem qualicumque acie iam serenioris mentis intueri ualent.

16. Sed quid dicam de ueritate atque sapientia, quae omnes potentias animae superat, cum ipsius animae natura, quae mutabilis inuenitur, nullo modo locorum spatia quadam mole sua occupet? quicquid enim qualibet crassitudine est, non potest nisi minui per partes habendo aliud hic et aliud alibi. minor est enim digitus quam tota manus et minor est digitus unus quam duo et alibi est iste digitus, alibi ille, alibi cetera manus. quod non solum in molibus corporum articulatis uidemus, sed etiam terrae pars ista non est ibi, ubi illa, quia suum locum quaeque obtinet; et pars umoris minor minore et maior maiore loco est; et alia pars est circa fundum, alia circa oras poculi. similiter aeris partes suos quaeque inplent locos. nec fieri potest, ut aer, quo inpletur haec domus, simul secum in eadem domo habere possit etiam illum aerem, quem uicini habent. lucisque ipsius alia pars infunditur per hanc fenestram, alia per illam, et maior per maiorem, per minorem autem minor. nec omnino potest esse aliquod corpus siue caeleste siue terrestre siue aerium siue umidum, quod non minus sit in parte quam in toto; neque ullo modo possit in loco huius partis simul habere aliam partem, sed aliud hic et aliud alibi habens per quaelibet spatia locorum distanti et diuidua, uel potius, ut ita dicam, sectili mole distenditur. animae uero natura, etiamsi non illa eius potentia consideretur, qua intellegit ueritatem, sed illa inferior, qua continet corpus et sentit in corpore, nullo modo inuenitur locorum spatiis aliqua mole distendi. nam singulis sui corporis parti-

1 sereniores mentes *H* 3 K *H* oēs alę potentias *b* 4 quum *P* 6 occupetur *V* quitquid *V* est] distenditur *b* 7 partem *TVLb* 8 enim *om. V* 9 unus digitus *HTVCS* 10 immobilib' *H* in mobilibus *VLTR* articulis *TVLR* 11 ibi est *HTVCSL* 12 humoris *b* 14 horas *HVT* quaeque] quoq: *Hb* 19 aliquid *T* 20 aereum *VLb* humidum *Pb* 21 potest *T* 22 partis (s *s. l. a m. 2*) *H* 25 K *H* Kapitulū *T* de animę natura *add. in mg. manu saec.* VIIII *P* 26 qua] quam *P* qua] quo *P* 28 spaciis *T*

culis tota praesto est, cum tota sentit in singulis; nec minor pars eius in digito est et maior in brachio, sicut ipse digitus brachio minor est, sed ubique tanta est, quia ubique tota est. cum enim tangitur digitus, non per totum corpus sentit, et tamen tota sentit. totam enim tactus ille non latet; quod non fieret, nisi tota praesto esset. nec sic tota praesto est, cum tangitur digitus et sentit in digito, ut ceterum deserat corpus et sese ad unum illum locum, in quo sentit, adglomeret. sed cum tota sentit in digito manus, si alius locus tangatur in pede, nec ibi desinit tota sentire. atque ita in singulis distantibus locis tota simul adest, non unum deserens, ut in altero tota sit, neque ita utrumque tenens, ut aliam partem hic habeat et alibi aliam, sed sufficiens exhibere se singulis locis simul totam, quoniam tota sentit in singulis satis ostendit se locorum spatiis non teneri.

17. Quid? si eius memoriam cogitemus non rerum intellegibilium, sed harum corporearum, quam et bestiae habere sentiuntur — nam et per loca nota sine errore iumenta pergunt et cubilia sua bestiae repetunt, et canes dominorum suorum corpora recognoscunt et dormientes plerumque in murmurant et in latratum aliquando erumpunt, quod nullo modo possent, nisi in eorum memoria uisarum rerum uel per corpus utcumque sensarum uersarentur imagines — quis digne cogitet, ubi capiantur istae imagines, ubi gestentur uel ubi formentur? si enim non possent esse maiores quam nostri corporis quantitas teneret, diceret aliquis intra ipsa sui corporis spatia, quibus et illa concluditur, has imagines animam figurare atque seruare. nunc uero cum perexiguam terrae partem occupet corpus, inmensarum regionum et caeli ac terrae imagines animus uoluit, quibus cateruatim discedentibus

1 quum *P* minor est *b* 2 et *om. P* 3 est *post* tanta *om. TVb* 4 quum *P* 6 presto (*bis*) *P* sic] si *V* 7 quum *P* ut—digito *(in mg.) V* 8 agglomeret *P* aggloma̅ *V* 9 quum *P* 15 spaciis *T* 16 Quod si *b* 17 quam] ꝙuum *P* 19 cubicula *b* 20 murmurant *Tb* 22 uel] et *V* 26 q̄litas *V* tenet *HVTCSb* diceret forte aliquis *b* 27 spatia (s *s. l a m. 2*) *H* spacia *T* concludit *T* 28 quum *P* 30 q̄teruatim *V*

et succedentibus non fit angustus, atque hinc se ostendit non diffusum esse per locos, quia maximorum locorum imaginibus non quasi capitur, sed potius eas capit, non sinu aliquo, sed ui potentiaque ineffabili, qua licet eis et addere quodlibet et detrahere et in angustum eas contrahere et per inmensa expandere et ordinare, ut uelit, et perturbare et multiplicare et ad paucitatem singularitatemue redigere.

18. Quid iam de illa loquar potentia, qua intellegitur ueritas, qua istis ipsis, quae de corporis sensu haustae figurantur, imaginibus sese pro ueritate obponentibus magna uiuacitate resistitur? qua uidetur aliam uerbi gratia ueram esse Karthaginem, aliam, quam cogitans fingit et pro suo arbitrio tota facilitate conmutat, ex eadem uenire facilitate innumerabiles mundos, in quibus Epicuri cogitatio innumerabiliter peregrinata est, et, ne multa consecter, ex eadem uenire facilitate istam terram lucis per spatia infinita diffusam et quinque antra gentis tenebrarum cum habitatoribus suis, in quibus Manichaei phantasmata ueritatis sibi nomen ausa sunt usurpare. quid est ergo haec potentia, quae ista discernit? profecto quantacumque sit, et his omnibus maior est et sine ulla tali rerum imaginatione cogitatur. huic inueni spatia, si potes, hanc diffunde per locos, hanc infinitae molis tumore distende. profecto si bene cogitas, non potes. quicquid enim tale tibi occurrerit, iudicas ipsa cogitatione secari posse per partes facisque ibi aliam partem minorem, aliam maiorem, quantum placet; illud autem ipsum, quo ista iudicas, cernis esse supra ista, non loci altitudine, sed potentiae dignitate.

1 et] ac *HTVCSb* 2 defusum *H* locos (os *in ras.* *ex* um *fact.*) *H* imaginibus (*in ras.*) *H* 4 quia H^1 ei (s *er.*) *P* quolibet *C* 9 quia *b* istis ipsis (istis ip *in ras.*) *H* sensus *H* 10 opponentibus *P* 11 quia *b* gratiam *P* 12 cartaginem *V* carthaginem *HCSb* cathaginem *b* 13 conmutat—facilitate *s. l.* *add.* *T* uenire mundos *b* 17 cum] quum *P* 18 fantasmata *V* ausą (*corr. m. 1*) *P* 19 ergo est *b* haec] ista *Vb* ista] haec *b* 20 *ante* profecto *add.* quae *HTVCSLb* quanta *b* 21 spacia (*sic semper* c *pro* t) *T* 22 infinite *T* 24 tibi tale *HTCSb*

19. Quare si animam totiens mutabilem siue uariarum uoluntatum turba siue adfectibus pro rerum copia uel inopia sese flectentibus siue ipsis innumerabilibus ludis phantasmatum siue obliuione et memoria siue doctrina et inperitia: si ergo animam, ut dixi, his atque huiusmodi motionibus totiens mutabilem sentis non diffundi extendique per locos, sed omnia talia spatia potentiae uiuacitate superare, quid de ipso deo cogitandum aut existimandum est, qui supra omnes rationales mentes inconcussus atque incommutabilis manens tribuit, quod cuique tribuendum est? quem facilius eloqui audet anima quam uidere, et quem tanto minus eloquitur, quanto sincerius uidere potuerit. qui tamen, si, ut Manichaeorum phantasmata perstrepunt, locorum ex una parte determinato, ex aliis immenso spatio tenderetur, quantaelibet in eo particulae et innumerabilia frusta alia maiora, alia minora pro cogitantis arbitrio metirentur, ut bipedalis in eo uerbi gratia pars octo partibus minor esset quam decempedalis. id enim necesse est contingat omnibus naturis, quae per talia spatia diffusae ubique totae esse non possunt, quod in ipsa anima non inuenitur et ab eis, qui haec considerare non ualent, deformiter de illa et turpiter creditur.

20. Uerumtamen cum carnalibus animis fortasse non sic agendum est, sed descendendum est potius ad eorum cogitationes, qui naturam incorpoream et spiritalem cogitando persequi uel non audent uel nondum ualent, ita ut nec ipsam cogitationem suam eadem cogitatione considerent et inueniant eam nullo locorum spatio de ipsis locorum spatiis iudicantem.

1 K *H* animă si *b* toties *HT* 2 uolŭtatum *T* affectibus *P* 3 phantasmatum (matum *add. a corr.*) *H* fantasmatum *V* 4 sub obliuione *V* subobliuione (ob *s. l. a m. 2*) *H* 5 atque huiusmodi *om. VL* 8 super *b* 9 tribuens *VL* 12 fantasmata *P* 15 frusta (*s. l.* ·i· partes) *H*, (r *ante* s *er.*) *T* frustra *V* 16 mentirentur *V* 18 diffuse *T* 19 tote *T* inueniret (ret *in ras.*) *H,VL* inueniri *R* 20 et] sed *b*, *om. HTCR* cons. haec non ual. *b* de] te *VL* 23 est *ante* sed *om. V* potius est *V* 24 persequi] potius sequi *HTVCSLb* 27 nullo *om. Hb* spatio (o *in ras.*) *H* spatia *b*

descendamus ergo ad eorum sensus et quaeramus ab eis, iuxta quam partem aut iuxta quod latus, sicut Manichaeus dicit, inlustris illius ac sanctae terrae erat tenebrarum terra. dicit enim: iuxta unam partem ac latus, nec dicit, quam partem uel quod latus, dextrum an sinistrum. sed quodlibet eligant, illud certe manifestum est non dici unum latus, nisi ubi est alterum latus. ubi autem uel tria uel plura sunt latera, aut figurae ambitus intellegitur undique terminatus aut, si ex aliqua parte in inmensum patet, ex iis tamen, quae latera dicuntur, necesse est finiatur. dicant ergo, ex alio latere uel ex aliis lateribus quid adiungebatur terrae lucis, si ex uno latere erat gens tenebrarum? non dicunt; sed cum premuntur, ut dicant, infinita esse dicunt alia latera terrae illius, quam lucis uocant, id est per infinita spatia distendi et nullo fine cohiberi. nec intellegunt iam non esse latera, quod quibusuis tardis ingeniis apertissimum est; tunc enim essent latera, si finibus suis terminarentur. quid ad me, inquit, si non sunt latera? sed cum diceres „iuxta unam partem ac latus," aliam quoque partem siue partes et aliud latus siue latera cogebas intellegi. nam si unum tantum latus erat, tantum iuxta latus dici debuit, non „iuxta unum latus." sicut in nostro corpore recte dicimus esse aliquid iuxta unum oculum, quia est alter oculus, aut iuxta unam mamillam, quia est altera. si autem dicamus iuxta unum nasum aut iuxta unum umbilicum, cum alius non sit, et a doctis et ab indoctis ridebimur. sed non te uerbis premo; fortassis enim unum quasi unicum appellare uoluisti.

1 K *H* descendamus (mus *s. l.*) *T* 2 aut] ut (*corr. m.* 1 *uel. paulo rec.*) *P* et *HVTCSLb* 5 sinixtrum *P* 9 in (*corr. ex* im.) *H* hiis *V* his *PT b* 10 finiantur *T* 11 adiungebantur *H* 13 quum *P* praemuntur *P* dicunt esse *Sb* 16 quod (o *sup. exp.* i) *H* tardis (*a m.* 2 *sup. exp.* gradib') *T* tardis etiã *b* 18 inquid *V* sunt] sint *b* quum *P* 19 uel aliud *Tb* 21 latus unum *V* 22 corpore nostro *b* recte *om. Tb* recte—esse (*in ras.*) *H* 23 mammillam *P* maxillã *b* 25 quum *P* aliud *V* et *ante* a *om. HTVSCLb* 26 praemo *PT* fortasse *HCSb*

21. Quid erat ergo iuxta illud latus terrae, quam inlustrem ac sanctam uocas? terra, inquit, tenebrarum. quid? de ista terra saltem concedis, quod corporea erat. necesse est te hoc dicere, quandoquidem omnia corpora inde adseris originem ducere. quid ergo? quaeso, quamuis tardi, quamuis carnales homines, ne hoc quidem aliquando animadueritis, quod lateribus sibi iungi utraque ista terra non posset, nisi esset utraque corporea? cur ergo nobis dicebatur nescio qua caecitate peruersis tenebrarum tantum terram fuisse uel esse copoream, illam uero, quae terra luminis diceretur, incorpoream et spiritalem credi oportere? expergiscamur aliquando homines boni et saltem admoniti, quod facillimum est, adtendamus duas terras sibi lateribus non posse coniungi, nisi utrumque sit corpus.

Aut si ad ista etiam crassi et tardi sumus, quaero, utrum et ipsa terra tenebrarum unum latus habuerit et cetera infinita sicut terra lucis. non ita credunt; timent enim, ne deo uideatur aequalis. dicunt ergo illam per profundum inmensam et per longum, sursum uersus autem supra illam spatia infinitae inanitatis adfirmant. et ne ipsa uel simplum, terra autem luminis duplum tenere uideatur, angustant eam a duobus etiam lateribus, tamquam si unus panis — sic enim, quod dicitur, facilius uideri potest — in quadras quattuor decussatim formetur, in quibus tres sint candidae, una nigra; modo de tribus candidis tolle distinctionem et fac illas et sursum

1 ergo erat *b* illud] aliud *Hb* 2 inquis *b* tenebrarum (arum *in ras.*) H 3 hoc te *V* 4 asseris *P* 5 ducere (*in ras;* u *ex* i *fact. uid.*) *H* 7 possit *HVTCSb* 8 quur *P* a nescio qua *b* cecitate *T* 10 illam—incorpoream (*in marg.*) *V* et (*corr. ex* ei) *H* 12 ammoniti *TV* attendamus *P* 13 utrunque *C* utrumque (*corr. ex* utraq:) *L* utraque *b* 15 ad istă etiă possit coniungi, grossi et tardi: quęro *b* gressi *H* grossi *TRVLb* sumus *om. H* sitis *LV* sunt *TR* 16 cętera *T* 18 ergo] enim *T* *post* profundum *add. T* uersas, *quod a m. 2 in* uersus *corr.* 19 longă *T* aut *b* infinitae *scripsi*: infinite *lib. b* 20 affirmant *P* 21 ut duplum *VL* angustant (nt *in ras.*) *H* 23 decusatim *PHTb* 24 candide *T* 25 fac (c *in ras; corr. uid. ex* l) *H* sursum (s *init. in ras; ort. ex* r) *H*

uersus et deorsum uersus et undique retro infinitas: sic ab eis esse creditur terra lucis. illam uero nigram quadram fac deorsum uersus et retro infinitam, supra se autem inmensam inanitatem habere: sic opinantur esse terram tenebrarum. sed haec nimis adtentis et studiose inquirentibus quasi secreta demonstrant.

22. Uerumtamen si ita est, adparet terram tenebrarum a terra lucis duobus lateribus tangi; et utique si duobus tangitur, duobus etiam tangit. certe iuxta unum latus erat terra tenebrarum.

Deinde quam foeda figura terrae lucis adparet, tamquam fissa ungula nigro quodam cuneo subter artato, illac tantum finita, qua finditur, hians etiam et patens desuper interposito inani, quicquid a superficie terrae tenebrarum sursum uersus inmensum est. quam deinde melior ipsius terrae tenebrarum figura ostenditur, si quidem illa findit, haec finditur; illa inseritur, haec interpatet: illa in se nulli inanitati dat locum, haec ab inferiore tantum parte laxa non est, qua hostili cuneo subinpletur. indocti ergo homines et auari cum maiorem honorem tribuunt multitudini partium quam unitati, ut sex partes darent terrae lucis, tres deorsum uersus, tres sursum uersus, maluerunt penetrari terram lucis quam penetrare. tali enim figura etsi conmixtam negant, penetratam tamen negare non possunt.

23. Confer nunc non spiritales catholicae fidei uiros, in quibus quantum in hac uita animus potest, cernit substantiam naturamque diuinam nullis locorum spatiis tendi, nullis liniamentorum dimensionibus figurari, sed confer carnales et par-

3 super *HTC* 4 esse *om. HTVCSLb* *post* tenebrarum *sequitur in b*: sic ab eis creditur sed] ad *T* 5 attente *b* secreta *om. L* 7 uerumptamen *VL* 8 et—tangit (*in marg.*) *V* 11 deinde] attende *T* terrae (*m. corr. s. l.*) *H*, *om. Tb* apparet *P* 14 quidquid *P* terrae *om. T* 18 inferiori *Vb* laxa] lapsa *T* 19 quum *P* 20 quam (*in ras.*) *H* sex (e *in ras.*) *H* 21 tres—lucis (*in marg.*) *V* 22 penetrari (r *sup. exp.* l. *a m. corr.*) *H* penitrari *T* penitrare *T* talem 23 figuram *b* 25 K *H* Capitulū *T* 27 tendi id est *b* 28 demensionibus *T*

uulos nostros, qui solent auditis in allegoria membris quibusdam corporis nostri — uelut cum dicuntur oculi dei et aures dei, solent deum sibi libertate phantasmatis corporis humani specie figurare —: hos confer iam illis Manichaeis, qui solent istas nugas intentis et curiosis hominibus quasi magna secreta describere, et considera, qui tolerabilius et honestius de deo sentiant: utrum ii, qui eum forma humana summa dignitate in suo genere praedita cogitant, an ii. qui eum infinita mole diffusum, non tamen undique, sed tribus quadris infinitum atque condensum, ex una uero fissum, patentem, hiantem, laxum superius inanitate, cuneatum inferius terra tenebrarum, uel, si ita melius est dicere, apertum superius natura propria, intratum inferius aliena. ecce, ego tecum derideo carnales homines, qui nondum possunt spiritalia cogitare humana forma deum existimantes; deride et tu mecum, si potes, eos, qui tam deformem turpemque fissuram uel scissuram dei, tam inaniter supra hiulcam, tam inhoneste infra obturatam multum miserabili cogitatione imaginantur, cum hoc etiam intersit, quod isti carnales, qui humana forma deum cogitant, si ecclesiae catholicae gremio contenti cum lacte nutriendi sunt. non se in temerarias opiniones praecipitent. sed ibi studium pium quaerendi nutriant, ibi petant, ut accipiant, ibi pulsent, ut eis aperiatur, incipiunt spiritaliter allegorias parabolasque scripturarum intellegere et paulatim sapere diuinas potentias congruenter alibi aurium, alibi oculorum, alibi manuum uel pedum uel etiam alarum atque pennarum, scuti quoque et gladii et galeae ceterarumque talium innumerabilium rerum nomine enuntiari. qua intellegentia quanto magis proficiunt, tanto magis catholici esse firmantur; Manichaei uero quando figurae

1 audiẹtis *H* 2 quum *P* 4 specię *T* hos] nos *P* conferiam *H* 6 tolerabilius] rationabilius *b* 7 (et 8) hi *PHTb* summa] sua *HTCSVLb* 13 inartatum *b* K *H* 14 spiritalia possunt *T* 16 deformem *H*[1] 17 opturatam *b* 18 quum *P* 19 deum forma *b* eclesiae *P* 21 pium *om. P* 22 aperiatur eis *V* 26 pinnarum *P* s*cuti (i *er.*) *H* sicuti *VL* galeae et gladii *V* 27 cęterarumque *T*

illius imaginationem reliquerint, Manichaei esse non poterunt. hoc enim quasi proprium atque praecelsum auctoris sui laudibus tribuunt, quod dicunt illa, quae ab antiquis figurate in libris diuina mysteria posita sunt, huic, qui ultimus uenturus erat, soluenda et demonstranda esse seruata, et propterea post istum iam neminem doctorem diuinitus esse uenturum, quia nihil iste per figuras et allegorias dixerit, cum et antiquorum, quae talia fuerant, aperiret et sua enodate manifesteque monstraret. non habent ergo isti, ad quas interpretationes reuertantur, cum illis de auctore suo legitur: iuxta unam uero partem ac latus inlustris illius ac sanctae terrae erat tenebrarum terra. quocumque se uerterint, necesse est, ut phantasmatum suorum miseria coartati in scissuras aut abruptas praecisiones et iuncturas, aut fulturas turpissimas incidant: quas non dicam de incommutabili natura dei, sed de omni natura incorporea quamuis mutabili, sicut est anima, miserrimum est credere. et tamen, si non possem me intendere ad superiora neque cogitationes meas a falsis imaginationibus, quas per sensus corporeos memoria fixas gero, in libertatem ac sinceritatem naturae spiritalis euoluere, quanto melius humani corporis forma deum cogitarem, quam illum nigrum cuneum scissurae inferiori eius adfigerem superioremque uastissimam laxitatem non inueniens, unde oppilarem, sic inmensa inanitate patentem et hiantem relinquerem? quid ista opinione foedius? quid tenebrosius hoc errore dici aut fingi potest?

24. Deinde uolo mihi dicatur, quoniam lego deum patrem et supra lucidam beatamque terram fundata regna eius, utrum

1 imaginationēs *H* relinquerint *H* relinquerent *V* poterint *b* 2 praecelsum] p̄cipuum *b* auctoris (u *s. l.*) *T* 3 eum dicunt *Hb* figuratae *P* 4 de diuinis mysteriis *b* misteria *H* 5 illum *b* 6 esse missurū ł uenturū *V* 7 allegorias et figuras *b* quae talia] q̄lia *VL* 8 enodatae *H* manifestaeque *P* manifestaeq'** *H* 9 interpretationes ad quas *b* interpraetationes *P* 14 fulturas] fissuras *b* 15 dei natura *V* 6 sicuti *HTVb* 18 imaginibus *T* 19 fixa *VLT* 23 non inueniens] non inuenirem *H* cū ñ inuenirem *T* 24 hyatum *V* 25 potuit *b* 26 K *H* qñ *b*

unius et eiusdem substantiae atque naturae sint et pater et regna eius et terra. quod si ita est, iam non quasi aliam naturam, quod quasi corpus sit dei, cuneus ille gentis tenebrarum diffindit et penetrat — quod quidem ipsum esset ineffabili deformitate turpissimum — sed ipsam omnino naturam dei cuneus ille terrae tenebrarum diffindit et penetrat. rogo, cogitate ista, homines estis, rogo, cogitate ista et fugite taliumque phantasmatum sacrilegia dilaniatis, si fieri potest, pectoribus de fide uestra eradicate atque propellite. an dicturi estis non unius eiusdemque naturae illa tria esse, sed alterius patrem, alterius regna, alterius terram, ut suas naturas atque substantias habeant singula diuersas et excellentiae gradibus ordinatas? quod si uerum est, non duas, sed quattuor naturas Manichaeus praedicare debuerat. si autem unam naturam habet pater et regna, terra uero sola diuersam, tres naturae fuerant praedicandae. aut si propterea duas dicere maluit, quia terra tenebrarum non pertinet ad deum, quaero, quomodo ad deum lucis terra pertineat. si enim et naturam habet diuersam et non eam genuit neque fecit, non ad eum pertinet et in alieno regna eius locata sunt. aut si propterea pertinet, quia uicina est, pertineat et terra tenebrarum, quae terram lucis non modo uicinitate contingit, sed etiam penetratione dissulcat. si autem genuit eam, non eam credi oportet diuersam habere naturam. quod enim genuit deus, hoc oportet credi esse, quod deus est, sicut de unigenito filio in catholica creditur. itaque ad illam fugiendam et detestandam turpitudinem uos necessitas reuocat, ut non terram quasi aliam et

1 eiusdemque *HVCS* 2 non iam *HTCSV* 3 quod] quae *TRb* gentis] terrae *V* 4 diffundit H^1 6 illę *b* terrae *om. T* Capitulū *T* 7 cogitante *H* 12 singulas *SV* diuersas (*corr. m. 2*) *H,TR* et *om. HVTCSb* 14 praedicare manicheus tebuerat *V* 16 (et 20) propter ea *H* 17 non *om. b* quaero *s. l. a m. 2 T* 18 pertineat terra *b* 19 et non eam] et si eam *V* 20 regno *H* 22 penetratione (*corr. ex* peuetr.) *H* penitratione *T* 24 quod enim] quod si eam *CVL* oporteret (τ *s. l. m. 2 add.*) *H* oporteret *CVL* 27 uos] nos *Sb* et] atque *b*

diuersam, sed ipsam dei naturam niger cuneus ille diffindat. quodsi non genuit, sed fecit eam deus, quaero, unde fecerit. si de se ipso, quid aliud est genuisse? si de aliena aliqua natura, quaero, utrum bona an mala. si bona, erat ergo aliqua natura bona, quae non pertinebat ad deum: quod nullo modo dicere audebitis. si autem mala, non ergo gens illa tenebrarum sola natura mala erat. an forte iam inde adsumpserat partem aliquam deus, quam in terram lucis conuerteret et super illam sua regna stabiliret? de tota ergo id fecisset, ut iam olim mala natura nulla esset. quodsi non de aliena substantia fecit terram lucis, restat, ut eam de nihilo fecerit.

25. Quare si uobis iam persuadetur posse aliquid boni omnipotentem deum de nihilo facere, uenite in catholicam et discite omnes naturas, quas fecit et condidit deus, excellentiae gradibus ordinatas a summis usque ad infimas, omnes bonas, sed alias aliis esse potiores, easque factas esse de nihilo, cum deus artifex per sapientiam suam potentialiter, ut ita dicam, operaretur, ut posset esse, quod non erat, et in quantum esset, bonum esset; in quantum autem deficeret, se non de deo genitum, sed ab ipso de nihilo factum ostenderet. quid enim uos teneat, si consideretis, non inuenitis, cum terram luminis, quam describitis, neque hoc esse, quod deus est, possitis dicere, ne in ipsam dei naturam foeditas quadrae illius inartetur; neque de illo genitam, ne nihilominus hoc, quod deus est, cogatur intellegi et ad eandem deformitatem redeat; nec alienam ab illo, ne in alieno regna eum posuisse et non duas, sed tres naturas dicere urgeamini; neque ab eodem de aliena factam substantia, ne aut bonum aliud fuerit praeter deum, aut malum praeter gentem tenebrarum. remanet

1 ille *om. b* 2 deus *om. T* 3 quam genuisse *b* 6 illa gens *b* gens] mens *R* 7 sola* natura* (m *er.*) *H* assumserat *P* 9 regna sua *HTVLCSb* 10 substancia *T* 11 nichilo (ch *semper*) *T* 13 catholica *P* 14 fecit deus et condidit *b* 16 alias] alia *T* 17 quum *P* 18 rosset H^1 20 ipso] eo *V* 21 tenet *VL* inuenietis *b* quum *P* 23 in *om. PTVSRb* ipsa tei naturę *SV* foeditate *P* foeditas *CTRSV* 26 redeatis *P* regna H^1 regnũ *T* 28 facta *PHb* áliut *P*

igitur uobis, ut de nihilo terram luminis deum fecisse fateamini, et non uultis credere. quodsi magnum aliquod bonum, quod tamen illo ipso esset inferius, deus ex nihilo facere potuit, potuit etiam, quia bonus est et nulli bono inuidet, facere alterum bonum, quod illo priore esset inferius; potuit et tertium, cui secundum praeponeretur, et deinde usque ad infimum bonum naturarum factarum ordinem ducere, donec uniuersitas earum non numero indefinito incerta diffluueret, sed certo terminata consisteret. aut si nec de nihilo istam luminis terram deum fecisse uultis fateri, non erit exitus, quo tantas turpitudines et tam sacrilegas opiniones euadatis.

Aut uidete certe, quoniam liberum est carnali cogitationi phantasmata qualia libuerit opinari, ne forte possitis aliam quamcumque formam huic coniunctioni duarum terrarum inuenire, ne tam detestabilis et auersanda rerum facies animo occurrat, terram scilicet dei, siue sit eiusdem naturae, qua deus est, siue diuersae, in qua tamen dei regna fundata sint, ita ingenti mole per inmensum iacere, ut per infinitum porrectis et apertis membris iaceat, quibus foedissime atque turpissime ab inferiore parte recipiat etiam ipsum inmensae magnitudinis inartatum illum cuneum terrae tenebrarum. sed quicquid aliud inueneritis figurae, quo duae istae terrae sibi coniungantur, delere profecto Manichaei litteras non potestis: non dico alias, quibus expressius ista descripsit — fortassis enim quia paucioribus notae sunt, minus periculi habere uideantur — sed istas ipsas, de quibus nunc agitur, epistulae fundamenti, quae fere omnibus, qui apud uos inluminati uocantur, solet esse notissima. hic quippe ita scribitur: iuxta unam uero partem ac latus illius inlustris ac sanctae terrae erat tenebrarum terra profunda et inmensa magnitudine.

1 igitur] ergo *V* 2 et] aut si *T* aliquod] aliquid *P* aliud *S* alipuod magnum *HTVSCb* 6 tercium *T* 8 defluueret *b* 9 aut] et *T* 9 ni*hilo (c *er.*) *H* 12 carnali—libuerit *om. T* 14 formam quamcūque *b* 16 qua] cuius *SCVLT* 17 diuerse *T* 19 fędissime *T* 20 inferiori *b* 23 cōiungantur *b* 24 expressius] apertius *V* describit *T* describsit *P* 25 note *T* 28 unam *om. T* 30 terrera *H*

26. Quid expectamus amplius? tenemus enim, quod iuxta latus erat. quomodo libet iam fingite figuras et qualialibet liniamenta describite, moles certe illa inmensa terrae tenebrarum aut recto latere adiungebatur terrae lucis aut curuo aut tortuoso. sed si tortuoso, et illa sancta terra tortuosum habet latus; nam si ipsa rectum habet latus et tortuoso huius latere tangitur, interpatent cauernae quaedam profundae per infinitum inanes nec iam supra terram tantum tenebrarum inanitas erat, sicut audire solebamus. quod si ita est, quanto melius erat, ut se aliquanto longius terra luminis remoueret atque illa inanitas tanta interesset, ne omnino posset a tenebrarum terra ulla ex parte contingi! immo etiam tantum spatium pateret inanis profunditatis, ut si qua gentis illius oreretur inprobitas, etiamsi temere transilire in illam uellent principes tenebrarum — quoniam nec uolare posunt corpora, nisi aere corporeo subportentur —, per illud inane praecipitati et, quia infinitum deorsum uersus esset, ad nullum aliquando fundum peruenientes, etiamsi semper possent uiuere, numquam tamen, dum deorsum semper feruntur, possent nocere. si autem curuo latere adiungebatur, terra quoque lucis curuo eam sinu deformiter recipiebat. aut si introrsus ista quasi specie theatri curua erat, curuam terrae luminis partem tali sinu receptam non minus deformi copulatione amplectebatur. aut si ista curuum habebat latus et illa rectum, non ex toto eam latere adtingebat. et utique melius erat, sicut supra dixi, ut nulla ex parte contingeret tantumque inane interesset, ut et iusto interuallo utramque terram se-

2 libet] habeat *b* 3 inmensae *HTVCSb* inmensa *post* tenebrarum *n T* terrae *om. T* 6 rectum habeat *b* 7 profunde *T* 8 iam *om. TVLb* 10 longius (i *ex* e *corr. m. 1*) *H* 11 nec *T* 13 inanes H^1 14 oreretur H^1 oriretur H^2b in illam transilire *b* 16 corporea *H* praecipitatet (*corr. m. 1*) *P* praecipitati (ti *in ras.*) *H* p̄cipitatę *b* 17 uersum *b* 19 numquam] nōqd' *VL* 21 aut sint prorsus ita H^2 aut si tum tortuosus ista *S* intorsus *V* 22 curua (u *sup. exp.* e *scr. m. 1*) *H* 23 sinu tali *CV* deformi *om. T* copulatione] copulatione P^1; *man. paulo rec.* o *in* u *corr.* p *in* r, l *er.* 27 et *om. P*

iungeret et temerarios inprobos per infinitum praecipites nihil nocere permitteret. quodsi recto latere latus rectum adtingebat, non uideo quidem aliqua uel receptacula uel hiatus, sed plane uideo tantam pacem tantamque secum terrae utriusque concordiam, ut maior coniunctio esse non possit. quid enim speciosius, quid conuenientius quam rectum recto ita copulari, ut nulla ex parte sinus aliquis uel flexus disrumpat aut dirimat naturalem ac stabilem per infinitum spatium loci et ab infinita aeternitate iuncturam? quae recta latera utriusque terrae, etiamsi interposito inani separarentur, non solum per se ipsa pulchra essent, quia tam recta essent, sed interiecto quoque interuallo ita sibi congruerent, ut hinc atque illinc pariles rectitudines etiamsi nulla coniunctione, ipsa tamen similitudine in unam pulchritudinem conuenirent. cum autem accedit ista coniunctio, quid concordius et pacatius hac utraque terra, quid uero etiam ipsa copulatione duorum rectorum laterum pulchrius dici aut cogitari possit, non inuenio.

27. Quid faciam cum errore peruersis et consuetudine inplicatis miserrimis animis? non enim sciunt isti homines, quid loquantur, cum haec loquuntur; non enim adtendunt. rogo, nemo uos urget, nemo in certamen premit, nemo praeteritis insultat erroribus, nisi qui diuinam misericordiam expertus non est. ut careret erroribus, tantum id agamus, ut aliquando finiantur. intuemini paululum sine animositate et amaritudine — omnes homines sumus, non nos, sed errores et falsitates oderimus — quaeso, intuemini paululum. deus misericordiarum, adiuua intuentes et uerum quaerentibus interius lumen accende. quid enim intellegimus, si non intelle-

3 aliquid *T* 6 quidve (v *s. l. a m. 2*) *H* 7 simus *C* aliquis] aliqui *H, om. TRSCVLb* dirumpat *Vb* dirrumpat *P* 9 utrivsque (v *s. l. a m.* 2) *H* 10 *post* separarentur *add, m. rec. s. l.* loco *in P* 12 illinc] inde *HTVSCLb* 13 etiamsi nulla] etiam sine ulla *PTCSVLb* 14 in unam pulchritudinem *om. TRSCVLb* quum *P* 15 et] ac *HTCSb* 17 possit. Non inuenio *CSVL* 18 errore tanto *b* 19 in animis m̃iserrimis *V* 20 locuntur *HT* 21 nemo enī *b* praemit *PT* 22 erroribus] hominib' T^1 25 nos H^1 uos H^2b 26 odimus *b* 28 si non intellegimus (*s. l. m. 1*) *H om. P*

gimus rectum melius esse quam prauum? quaero ergo a uobis, si placide modesteque accipitis, rectum latus terrae tenebrarum, quod recto lateri terrae lucis adiungitur, si quispiam deprauaret, nullamne illi pulchritudinem adimeret. necesse est fateamini, si latrare nolitis, non solum ei, si deprauetur, pulchritudinem auferri, sed eam etiam pulchritudinem, quam cum recto latere terrae luminis potuit habere communem. hanc ergo auferens et de recto prauum faciens, ut discordaret, quod concordabat, et abhorreret, quod congruebat, numquid aliquam inde auferret substantiam? sic ergo discite non substantiam malum esse, sed sicut in corpore conmutatione formae in deterius amitti speciem uel potius minui et foedum dici, quod pulchrum antea dicebatur, et displicere corpus, quod ante placuerat: sic in animo rectae uoluntatis decus, quo pie iusteque uiuitur, conmutata in deterius uoluntate deprauari; quo peccato effici animam miseram, quae honestate rectae uoluntatis beatitatem obtinebat, nulla addita detractaue substantia.

Deinde etiam illud cogitate, quia etsi concedamus aliis causis latus terrae tenebrarum malum esse, quod obscurum, quod tenebrosum uel si quid aliud dici potest, non tamen in eo, quod rectum est, malum est. sicut ergo concedo esse in eius colore aliquid mali, sic necesse est et uos concedatis esse in eius rectitudine aliquid boni. nefas est itaque hoc quantumcumque boni est alienare ab artifice deo, a quo esse omne bonum, quod in quacumque natura est, nisi credimus, perniciosissime erramus. quomodo ergo ille et summum malum esse dicit hanc terram, in cuius lateris rectitudine inuenio, quantum ad corpus adtinet, non paruae pulchritudinis bonum,

1 paruum *V* 2 modestęque *T* 3 latere *T* 4 adimereť *V* 5 ei] et *Tb* 6 pulcritudinem *H* etiã eam *V* 9 numquid] nonquid *TV* nunquid *b* 10 discite] malum discite (malum *m. 2 add.*) *V* 11 cõmutationẽ *b* forme *T* 12 fędum *T* 14 recte *H* 15 iustaeque *P* 16 recte *T* 21 quid] quod *P* aliquid *b* 22 ergo ego *T* esse *om. T* in eius colore esse *b* 23 dolore *T* 25 bonũ *b* alienari *P* 26 credamus *b* 28 dicit esse *V* cuius] quuius *P*

et ab omnipotente atque optimo deo eam uult esse penitus alienam, cum id ipsum bonum, quod in illa inuenimus, cui alii tribuendum sit nisi auctori bonorum omnium, non inueniamus? sed malum erat, inquit, etiam illud latus. puta malum esse: deterius esset certe, si non rectum, sed distortum esset. quomodo est igitur summum malum, quo potest aliquid cogitari deterius? deinde necesse est aliquid boni sit, quo carendo fit res quaecumque deterior; carendo autem rectitudine fieret latus illud deterius: inest ergo illi boni aliquid, rectitudo. et numquam mihi dices, unde inest, nisi ad eum te contuleris, a quo siue magna siue parua, omnia tamen bona esse fateamur. sed iam a lateris huius consideratione transeamus ad alia.

28. Habitabant, inquit, in illa terra ignea corpora, genera scilicet pestifera. cum dicit „habitabant," animata utique atque uiuentia uult intellegi. sed ne de uerbo calumniari uelle uideamur, adtendamus istos omnes habitatores terrae illius, quemadmodum in quinque genera uiua distribuat. hic infinitae, inquit, tenebrae ex eadem manantes natura inaestimabiles cum propriis fetibus; ultra quas erant aquae caenosae ac turbidae cum suis inhabitatoribus; quarum interius uenti horribiles et uehementes cum suo principe et genitoribus. rursum regio ignea et corruptibilis cum suis ducibus et nationibus. pari more introrsum gens caliginis ac fumi plena, in qua morabatur inmanis princeps omnium et dux habens circa se innumerabiles principes, quorum

1 ab *om. H* obtimo *T* paenitas *H* 2 quum *P* 3 tribuendum (tr *in ras.*) *H* 4 puto *CVL* 5 esset] ęę& *H* sed istorum *H* 6 igitur est *b* igitur *om. V* aliquid (d *in ras.*) *H* cogitari deterius deinde necesse est aliquid (*s. l. a m. 1 add.*) *H* cogitare *V* 10 nonquã *V* dicis *HTVLb* inest (*corr. ex* mest) *H* est *T* 12 K *H* Capitulũ *T* iam] etiam *TRCSVLb* a *om. VLST* 13 habitant *HSL* inquid *P* 14 genere *b* scilicet genera *V* 16 calumpniari *VT* 17 in *s. l. H* 18 hinc *VL* natura P^1 19 inestimabiles *T* f*etibus (o *er.*) *H* 20 cęnosae *T* turbide *T* 25 et omnium dux *S*

omnium ipse erat mens atque origo: haeque fuerunt naturae quinque terrae pestiferae. animaduertimus quinque naturas quasi partes unius naturae, quam uocat terram pestiferam. hae sunt autem: tenebrae, aquae, uenti, ignis, fumus; quas quinque naturas sic ordinat, ut exteriores ceteris sint tenebrae, a quibus numerare incipit. intra tenebras aquas constituit; intra aquas uentos; intra uentos ignem; intra ignem fumum. et habebant istae quinque naturae sua quaeque genera inhabitatorum suorum, quae nihilominus quinque sunt. quaero namque, utrum unum genus habitantium fuerit in omnibus quinque naturis, an diuersa genera, sicut naturae ipsae diuersae sunt. diuersa fuisse respondent et de aliis libris ita docent, quod tenebrae serpentes habuerunt; aquae natantes, sicut sunt pisces; uenti uolantes, sicut sunt aues; ignis quadrupedes, sicuti sunt equi, leones et cetera huiusmodi; fumus bipedes, sicuti sunt homines.

29. Quis igitur ista ordinauit? quis distribuit atque distinxit? quis numerum, qualitatem, formas, uitam dedit? haec enim omnia per se ipsa bona sunt nec inuenitur, unde cuique naturae nisi ab omnium bonorum deo auctore tribuantur. non enim sicut chaos describere, uel quo modo insinuare etiam poetae solent informem quandam materiem sine specie, sine qualitate, sine mensuris, sine numero et pondere, sine ordine ac distinctione confusum nescio quid atque omnino expers omni qualitate, — unde illud quidam doctores graeci ἄποιον uocant — non ergo sic isti hanc quam uocant terram tenebra-

1 mens *om. P* atque] et *HCSb* origo (ri *s. l. m. 2*) *H* haecque *H* hęcque *b* heque *T* 3 uocant *b* 4 aquae] atque *H* 8 iste *T* 9 nihil*ominus (h *er.*) *H* 10 quero *T* namque *om. S* genus unum *b* 13 dicent *HT* tenebras habitauerunt *b* habuerint *HTVCS* aquae] aeque *T* aquas sicut natantes *b* 14 uentos sicut *b* 15 ignes *HTVCSb* 16 fumum *b* 18 qualitate (m *add. m. 1*) *P* qualitates *HTVCSb* 19 ipsũ *T* 2ᵒ K *H* 21 cahos *S* describeremus *b* uel *om. b* quoquo *HVb* etiã insinuare *b* 22 quadam *P* materiam *SVC* 23 mensura *b* sine *ante* numero *om. HTCS* 25 omnis qualitatis *T* greci *P* grecia H^1 grece *T* u'bi gra *R* ἄποιον] apaeon *P* poeeton *H* poteón *T* poeton *SVRb* peton *L* epoton C^1 26 uocantur *T*

rum insinuare conantur, sed omnino aliter longeque diuerse atque contrarie latus lateri adiungunt atque conliniant: naturas quinque numerant, distingunt, ordinant, qualitatibus propriis enuntiant nec eas desertas infecundasque esse permittunt, sed suis inhabitatoribus conplent eisque ipsis formas congruas et suis habitationibus adcommodatas adtribuunt et quod antecellit omnibus, uitam. haec tanta bona enumerare et ab auctore omnium bonorum deo aliena esse dicere, hoc est nec in rebus agnoscere tantum ordinis bonum nec in se tantum erroris malum.

30. Sed ista, inquit, genera quinque illas naturas inhabitantia saeua erant atque pestifera. quasi ego in eis saeuitiam pestemque laudauerim. ecce, ego tecum uitupero, quae in illis mala esse criminaris, lauda tu mecum, quae in illis bona ipse commemoras: ita uidebis bona malis permixta te uelle constituere pro summo et extremo malo. uitupero ibi tecum pestem, lauda ibi mecum salutem; non enim genera illa uel gigni uel nutriri uel inhabitare illam terram sine aliqua salute potuissent. uitupero ibi tecum tenebras, lauda ibi mecum fecunditatem; tenebras enim dicis „inaestimabiles“ et addis tamen „cum propriis fetibus,“ quamquam tenebrae non sunt corporeae totumque hoc nomen lucis absentia est, sicut nuditas carere uestitu et inanitas uacare corporis plenitudine; ac propterea tenebrae nihil gignere potuerunt, quamuis terra potuerit tenebrosa, id est carens luce aliquid gignere. sed interim hoc omittamus. fetus tamen ubi

1 diuersae *P* 2 contrariae *PT* cliniant *H* colliniũt *b* 3 distingunt (sting *in ras.*) *H* distinguunt *TVCSb* 4 ac infecundas *VSCLb* et infecundas *TR* 5 eisdẽque *b* 6 inhabitatiõibus *b* adcomodas *HTRb* 7 uita *P* hec *T* bonae numerare H^1 8 bonorum omnium *T* in *om. b* 12 inhabitantiassaeuerant H^2 *ante* saeua *add. m. saec.* VII. *s. l.* quae *P* 13 seuitiam *T* 15 ipse] esse *L, om. V* permixta,te uelle *H* 18 terram illam *b* 19 salute aliqua *HSVRb* 20 fecunditatem *T* inestimabiles *T* 21 fetibus *T* 22 corpora *T* 23 carere *l* uacare *V* 26 fetus] fedus *T* foedus *VL* fedus *b* (*in mg.* al. fetus) tamen—est *om. TVL*

exoriuntur, et temperamentum est aptum saluti et quaedam concordia numerosa ordinat atque in unitatem coaedificat membra nascentium sibimet inuicem moderationis pace congruentia. quae omnia quis non intellegat maiore laude quam tenebras uituperatione dignanda? uitupero ibi tecum caenum turbidum aquarum, lauda ibi mecum et ipsam speciem qualitatemque aquarum et inhabitatorum natantium membra congruentia, uitam corpus continentem et regentem et omne temperamentum sui generis ualetudini adcommodatum. quantumuis enim aquas caenosas turbidasque reprehendas, eo tamen, quod tales aquas dicis, ut animantia sua possent et gignere et continere, speciem illis qualiscumque corporis et partium similitudinem, qua in unam formantur pacanturque qualitatem, auferre non potes, quia si abstuleris, nullum erit corpus: quae omnia, si es homo, sentis esse laudanda. et quantumuis illorum inhabitatorum saeuitiam et inter se impetus dilacerationis et uastationis exaggeres, non eis tamen adimis numerosos formarum terminos, quibus sibi singula eorum corpora membrorum parilitate pacata sunt, et temperamentum salutis, et moderamen animae partes sui corporis in unitatem amicitiae concordiaeque redigentis: quae si humano sensu intueris, uides plus esse laudanda quam illa uituperanda, quae displicent. uitupero ibi tecum horrorem uentorum, lauda ibi mecum eorundem uentorum spirabilem nutricemque naturam et speciem corporis conuenientia partium continuati atque diffusi: quibus rebus omnibus illos inhabitatores suos poterant et gignere et alere et salubriter continere eorumque inhabitatorum, cum cetera, quae in omnibus animantibus superiore ratione laudata

1 q:*dã *H* quedam *T* 2 coedificat *T* 3 sibi *b* 4 maiori *b* 5 dignanda] donanda *T* 9 ualitudini *Vb* 10 cenosas *P* reprae-hendas *PT* 11 quod] qui *P* et *ante* gignere *om. V* 12 illius *HVCSRb* 13 pacantur *TVL* 15 omo T^1 16 se *om. RSCVb* dilacerationes *TVCb* 17 uastationes *TVCb* 20 animae] formae *HTVCSLRb* 21 redientis *H* 22 illa *om. b* 24 eorũdem *T* 25 congruentia *b* 26 et alere] et alere (e *uoc.* et *s. l. a m. 1) H* 27 horumque *T* 28 superiori *b*

sunt, tum proprie inpigros et faciles unde uelint et quo uelint transitus et alarum in uolatu concordem nisum et non inparem motum. uitupero ibi tecum corruptionem ignis, lauda ibi mecum genitabilem ignem et uigentem oportunamque eius temperationem nascentibus, et ut coalescerent et ut suis numeris liniamentisque perficerentur et ut uiuere atque habitare ibi possent: quae omnia non solum in ignis habitatione, sed in ipsis quoque habitantibus miranda et laudanda esse cognoscis. uitupero ibi tecum obscuritatem fumi et inmanitatem principis, qui in eo, sicut dicis, morabatur, lauda ibi mecum, quod uel in ipso fumo nullam partem inuenis dissimilem ceteris, ex quo in genere suo partium inter se suarum congruentiam modumque custodit, ut quadam unitate sit quod est: quae nemo sobrie considerat et non mirabiliter laudat. quid? quod etiam fumo addis uim potentiamque generandi, quando eidem quoque inhabitatores principes tribuis, ut quod hic numquam uidimus, ibi fumus fecundus sit et salubrem suis habitatoribus praebeat mansionem.

31. Quod etiam in ipso fumi principe inmanitatem solam aduertisti, quam uituperares, nonne debuisti adtendere cetera, quae te in eius naturae laudem cogerent? habebat enim animam et corpus, illam uiuificantem, hoc uita inspiratum, cum illa regeret, hoc obtemperaret; illa praeiret, hoc subsequeretur; illa contineret, hoc non diffl ueret; illa moueret in numeros, hoc numerosa membrorum conpagine constabiliretur. nonne te ad laudem mouet in hoc uno principe uel pax ordinata uel ordo pacatus? quod autem de uno dictum est, hoc de ceteris intellegi licet. sed enim erat in alios ferus et inmanis. non hoc laudo, sed tanta illa, quae non uis adtendere. quae

1 proprię *T* ł intransitus *H* 2 inuolatu *H* 4 opportunamque *P* 5 ęt *post* nascentibus *om. T* numeris *(corr. m. 2) T* 10 dicit *b* 15 generandi (i s. *exp o a m. 1*) *H* 17 habtotoribus (*aut* habrotoribus) to-ro *in ras. H* 18 tribuat *b* 19 quid *P* ipsorū *H* 20 attendere *P* 21 co*gerent (n *er.*) *H* 22 quum *P* 24 defl ueret *Vb* 25 stabiliretur *b* 28 ferus] seuerus *HTVCSLb* inmanis] iniustus *V* 29 tanta *om. b* attendere *P*

si uel admonitus intuetur atque considerat, quisquis Manichaeo temere credidit, sine dubitatione cognoscit, cum de istis naturis loquitur, de bonis quibusdam se loqui, sed non summis et infabricatis, sicuti est deus una trinitas, neque de his fabricatis, quae sublimiter ordinata sunt, sicuti sunt angeli sancti et beatissimae potestates, sed de infimis et pro sui generis modulo in imo rerum ordinatis bonis: quae dum conparantur superioribus, uituperandae ab inperitis existimantur, et dum consideratur, quantum his desit boni, quod illis adest, eiusdem boni absentia mali nomen tenet. et ego quidem propterea sic de istis naturis disputo, quoniam ea nominantur, quae in hoc mundo nota nobis sunt. nouimus enim tenebras, aquas, uentos, ignem, fumum; nouimus etiam animalia serpentia, natantia, uolantia, quadrupedia, bipedia: in quibus omnibus exceptis tenebris, quae, ut dixi, nihil sunt aliud quam lucis absentia, quae oculis non uidendo discernuntur — sicut silentium auribus non audiendo — non quia tenebrae sunt aliquid, sed quia lux non est — sicut non quia silentium est aliquid, sed quia sonus non est — exceptis ergo tenebris in hac enumeratione ceterae naturae sunt et omnibus notae, quarum speciem, quia, in quantumcumque est, laudabilis et bona est, nemo prudens abalienat ab auctore omnium bonorum deo.

32. Nam ille Manichaeus, sicut uoluit naturas, quas hic didicit, ordinare in phantasmatibus suis uelut in gente tenebrarum, omnino falsus esse conuincitur. primo quia tenebrae nihil possunt gignere, ut dictum est. sed non, inquit, tales

1 ammonitus *P* 2 cre**dit (di *del. m. 1*) *P* cum] qū *P* 3 quibusdam] quiddam (d *pr. add. m. 2*) *H* 4 sicut *HTVSC* sicuti—fabricatis *om. H* 6 beatissime *HP* sed] sed et *H* 7 in imo] immo *T* comparantur *P* 10 tenet] habet *V* K *H* 12 nota sunt notꝫ *b* nobis nota sunt *V* sunt *om. S* enim *(s. l. add. m. 1 sup.* etiã) *H* 14 quadrupedia (r *s. exp.* n *a m. 1*) *H* 15 expetis H^1 18 sicut dicimur auribus ꝑcipere silentiũ non quia est aliquid sed *b* non *om. T* 20 cæterae *P* etiã *b* 21 quia *om. T* est *om. T* 22 abalienatą *H* **alienat (ab *er.*) *P* 25 didicit] dicit *TRSCVb* phantasmatis *HVS* 26 falsum *P* 27 tales inquit *b*

erant illae tenebrae, quales hic nosti. unde ergo me de illis doces? an forte tam uerbosus doctrinae pollicitator cogis, ut credam? sed fac me credere. illud tamen scio, quod si non habebant aliquam speciem, sicut istae non habent, nihil generare potuerunt; si autem habebant, meliores erant. tu autem cum dicis non fuisse tales, quasi peiores aliquas credi cupis. posses dicere etiam silentium, quod sic est auribus ut tenebrae oculis, aliqua ibi surda uel muta animalia genuisse, ut, cum tibi diceretur non esse aliquam naturam silentium, responderes „sed non tale silentium, quale hic nosti," ut omnino quod uelles, diceres eis, quos semel, ut tibi crederent, decepisses. quamquam id, quod eum induxit, ut in tenebris serpentia nata esse confingeret, in ipsis quidem primordiis nascentium potuit bene animaduerti. sed sunt serpentes, qui tam acute uident et sic praesentia lucis exultant, ut grauissimum testimonium contra eum dicere uideantur. deinde in aquis natantia facile fuit hic discernere et ad illa transferre phantasmata; sic et in uentis uolantia, quoniam huius crassioris aeris inpulsus, in quo aues uolitant, uentus dicitur; in igni uero quadrupedia unde illi fingere in mentem uenerit, nescio. et tamen non frustra hoc dixit, sed parum adtendit et errauit nimis. hanc enim solent rationem reddere, quod quadrupedes edaces sint et in concubitum multum ferueant. sed multi homines edacitate sua superant quemlibet quadrupedem, qui certe bipedes sunt, quos non ignis, sed fumi esse filios dicit. anseribus uero non facile quicquam edacius inuenitur; quos siue in fumo ponat, quia bipedes sunt, siue in aquis, quia natare amant, siue in uentis, quia pennati sunt, et interdum uolant:

1 ille *T* nosti] non sui *P* 2 an** (re *er. m. 2*) *H* 4 spm̃ ł fatiem *V* faciē *LT* iste *T* isti *b* 5 ru/// aut̃ *H* 7 sic est] si cessat *P* 8 animalia (anim *in ras.*) *H* 10 silentium *om. CVSL post* silent. *add.* erat *HIVCSb* 11 diceres (*exp. m. 2*) *H* semel *usque ad u. 18 omnia paene in ras. H* 13 confingeres (s *in ras.*) *P,b* 16 deinde in aquis] deindequis *P* 17 transire *b* 19 aues (i *in* e *corr. m. 2*) *H* uolant *HTVCSLb* igne *HVCSLb* 20 in mentem fingere *V* 21 non dixit *b* attendit *P* 22 rationem solent *VSCb* sedaccessint *H* 23 concubitu *T* 25 fumis *L* 26 quidquam *P* 28 pinnati *HP*

ad ignem certe secundum eius distinctionem non pertinent. quod autem adtinet ad feruorem concubitus, credo eum animaduertisse hinnientes equos et saepe morsis frenis raptos in feminas: quod animaduersum dum uult cito scribere, non adtendit passerem parietinum, in cuius conparatione quiuis admissarius frigidissimus inuenitur. bipedes uero in fumo cum ab eis quaeritur quare ordinauerit, respondent elatum et superbum esse bipedum genus; hinc enim homines trahere originem dicunt; et quoniam fumus globosus et quasi tumidus in auras erigitur, superbis esse similem non absurde adtenderunt. quae animaduersio sufficere debuit ad aliquam similitudinem dandam de superbis hominibus, siue allegoriam uel formandam uel intellegendam, non tamen, ut ideo bipedes animantes in fumo et de fumo nati esse credantur. nam et in puluere nasci debuerunt, quia saepe non minore ambitu et elatione surgit in caelum; et in nebulis, quia plerumque de terra ita exhalantur, ut longe intuentibus incertum etiam faciant, fumusne an nebulae sint. postremo cur in aquis et uentis de habitandi patientia ad habitatores ductum est argumentum? quia uidemus et natantia in aquis et uolantia in uentis uiuere. ignis uero et fumus non deterruit hominem mentientem, ut puderet eum tales ibi habitatores constituere, quibus nihil constitueretur absurdius? nam quadrupedem ignis incendit atque corrumpit et bipedes fumus offocat et necat. uel hinc certe cogitur fateri se meliores dicere in gente tenebrarum istas fuisse naturas, ubi uult omnia peiora credi. siquidem ibi gignebat ignis quadrupedem et nutriebat et continebat innoxie uel etiam commodissime. similiter et fumus

6 ammissarius *P* admisarius *H* emissarius *b* bipedes—fumo *(in ras.) H* 7 quare] quaere *(corr. m. 1) P* ordinauerint *b* elatum et *om. VL* et] est H^1 8 originem trahere *b* 9 globosus *usque ad u. 26* naturas *paene omn. in ras. H* 14 in fumo] in fimo *P* et de fumo *om. T* 15 puluerem *H* 16 quia] quę. *T* 17 exalantur *V* 18 nebulae] illae *HVSCb* nebulae ille *TR* quur *P* 19 pacientia *T* dictum H^1 22 habitatores ibi *HTRSC* 23 quadrupedum *P* 24 et necat] atque necat *b* 25 hic *HTR* 28 innoxiae *H*

bipedes suos clementissimo sinu editos non solum sine molestia, sed uitaliter atque indulgenterusque inillum principatum educauerat et continebat. ita ostenduntur ista mendacia animaduersione rerum, quae uidentur in mundo, sed minus diligenti minusque sollerti carnali sensu concepta et phantasmatis parturita et temeritate edita atque conscripta haereticorum numerum auxisse.

33. Sed illo genere magis urgendi sunt, ut intellegant, si possunt, quam uere in catholica dicatur omnium naturarum esse auctorem deum. quo de genere superius agebam, cum dicerem: uitupero tecum pestem, caecitatem, caenositatem turbidam, horribilem uehementiam, corruptibilitatem, inmanitatem principum et his similia; lauda tu mecum speciem, distinctionem, ordinationem, pacem, unitatem formarum, membrorum congruentias et numerosas parilitates, uitalia spiramenta et nutrimenta, temperamentum salutis, regimen et moderamen animae famulatusque corporum, similitudinem concordiamque partium in singulis naturis uel quae habitabant uel quae habitabantur et cetera huiusmodi. sic enim intellegunt, si tamen sine pertinacia uelint adtendere, iam et bona et mala se miscere, cum loquuntur de illa terra, ubi solum et summum malum fuisse crediderunt, itaque, si tollantur illa, quae mala enumerata sunt, bona illa, quae laudata sunt, sine ulla uituperatione remanere; si autem bona ipsa tollantur, nullam remanere naturam. ex quo iam uidet, qui potest uidere, omnem naturam, in quantum natura est, bonum esse, quia ex una eademque re, in qua et ego, quod laudarem, et ille, quod uituperaret, inuenit, si tollantur ea, quae bona sunt, natura nulla erit; si autem tollantur ea, quae displicent,

1 suos] duos *P* clementissimo,s inditos *H* (*sed supra m. corr.* clementissimo sinu editos) 3 ita] ista *L* 5 phantasmatis H^1 phantasmatibus TRH^2 7 K *H* 9 quo de genere *ed. Maur:* quo* genere (d *er.*) *P* quo genere *HTVCSL* quo—dicerem *om. b* quum *P* 13 unitatem *post* pacem *ed. Maur: om. lib. b* 14 ac parilitates *T* 17 parcium *T* habitabant—quae *om. T* 19 uolunt *T* et *om. T* 20 quum *P* locuntur *H* 21 *post* fuisse *eras.* se *in P* *ante* itaque K *H* Capitulū *T* 22 malenumerata *P* *ante* sine *add.* uidentur *T* 23 remanet *b*

incorrupta natura remanebit. tolle de aquis, ut sint caenosae et turbidae, remanent aquae purae atque tranquillae; tolle de aquis partium concordiam, non erunt aquae. si ergo malo illo adempto manet natura purgatior, bono autem detracto non manet ulla natura, hoc ibi facit naturam, quod bonum habet; quod autem malum, non natura, sed contra naturam est. tolle de uentis horrorem et nimium inpetum, qui tibi displicet, potes cogitare uentos lenes atque moderatos; tolle de uentis partium similitudinem, qua eorum corpus in unitatem continuatur et sibi pacatur, ut corpus sit, nulla suberit natura, quam cogites. longum est persequi cetera; sed manifestum est eis, qui nullo studio partium iudicant, cum istae naturae commemorantur, adiungi eis quaedam, quibus displiceant; quae cum detrahimus, naturae meliores manent. unde intellegitur eas, in quantum naturae sunt, bonas esse, quia cum eis uicissim omne, quod bonum habent, detraxeris, naturae nullae erunt. animaduertite etiam, qui recte uultis iudicare, illum quoque principem inmanem; cui si auferatur inmanitas, adtendite quanta laudabilia remanebunt: conpago corporis, membrorum hinc atque inde congruentia, formae unitas et pax contextarum inter se partium, animae regentis et uegetantis famulantisque et uegetati corporis ordo et dispositio. quae omnia si auferantur, et si qua forte minus enumeraui, nulla prorsus natura subsistet.

34. Sed fortasse dicatis illa mala de talibus naturis non posse auferri et ideo naturalia debere accipi. non nunc quaeritur, quid possit uel non possit auferri, sed certe non paruum lumen est ad intellegendum omnes naturas, in quantum naturae sunt, bonas esse, quod sine illis malis cogitari bona

1 de *om. HTVCSLb* sint] non sint *CVLb* cenose *T* 2 turbide *T* de] te *V* 3 parcium *T* sic *b* 5 ulla] illa *b* natura *T* 6 contra natura *P* 7 uenti*s *T* 8 uentosolenent *(corr. m. 2) H* 11 cętera prosequi *b* 12 est *om. TVL* cogitant uel iudicant *V* quum *P* 15 quum *P* 16 omne *om. VL* 17 K *H* Kaꝑ *T* etiam] eiam (i *er.*) *P* 19 compago *PTSCR* compagini corporibus *V* 24 subsistit *HTVLb* 25 fortesse H^1 dicetis *b*

illa possunt, sine bonis autem illis nulla natura cogitari potest. nam sine turbatione caeni possum aquas cogitare, sine pace autem continuatarum partium nulla species corporis animo occurrit, aut ullo modo sentiri potest. ac per hoc nec illae caenosae aquae sine isto bono esse potuerunt, quo bono fiebat, ut aliqua natura corporea posset esse. nam quod dicitis, quod illa mala de naturis talibus non possunt auferri, respondetur, quod et illa bona de naturis talibus non possunt auferri. cur ergo istas res propter mala, quae auferri non posse arbitramini, mala naturalia uocare uultis, propter ea bona uero, quae auferri non posse conuincimini, bona naturalia uocare non uultis?

Restat, ut quaeratis — nam ipsa solet esse uox ultima — unde sint illa mala, quae mihi quoque displicere dicebam. respondebo fortasse, si uos prius dixeritis, unde sint illa bona, quae uos quoque laudare cogimini, si absurdissimi cordis esse non uultis. sed quid ego istud quaeram, cum utrique fateamur omnia, quaecumque et quantacumque bona sunt, ab uno esse deo, qui summe bonus est? resistite ergo uos ipsi Manichaeo, qui tot et tanta bona, quae commemorauimus iusteque laudauimus, pacem concordiamque partium in unaquaque natura, salutem ualentiamque animantium et cetera, quae repetere iam piget, ita in terra conmenticia tenebrarum esse arbitratus est, ut ab illo deo, quem bonorum omnium fatetur auctorem, alienare conaretur. non enim ea bona uidit, dum hoc solum adtendit, quod displiceret, tamquam si quispiam leonis fremitu exterritus et eum intuens trahentem ac dilaniantem pecorum aut hominum corpora, quaecumque adprehendisset, puerili quadam infirmitate animi tanto timore percelleretur, ut solam feritatem leonis intuens atque saeuitiam, cetera eius neglegens omnino atque praeteriens naturam illius animantis non tantum

1 possint *HTb* 5 aquae caenosae *SVb* 7 respondetur—auferri *om. T* 10 uultis] non uultis *L* propter—uultis *om. L* ea *om. HTVCa* 11 uocare *H* uo *P* uoltis *H* 12 K *H* Kaꝑ *T* 16 quum *P* 18 summae *P* resistit H^1 resistitis *T* 19 iustaeque *P* 20 parcium *T* 23 ut *om. P* auctorem fatetur *V* 27 comꝑhendisset *V* appraehendisset *PT* 29 eius *om. T* neglegens (nec *corr. in* neg) *H* 30 natura *P*

malum, sed magnum malum esse clamaret, tanto scilicet exaggeratius, quanto timidius; at si edomita feritate duci leonem mansuetum uideret, praesertim si numquam antea fuisset de illa bestia territus, tunc uacaret securo atque intrepido leonis pulchritudinem considerare atque laudare. de quo ego nihil dicam, nisi quod ad rem maxime pertinet, fieri posse, ut aliqua natura offendat ex aliquo et in totam nascatur odium, cum manifestum sit multo meliorem esse speciem uerae ac uiuae bestiae, etiam cum terret in siluis, quam imitatae atque simulatae, cum in pariete picta laudatur. hoc ergo errore ille nos non decipiat nec caecos faciat ad considerandas naturarum species, cum quaedam in eis ita reprehendit, ut omni ex parte cogat displicere, quod omni ex parte reprehendere non potest. atque hoc modo animum ad aequum iudicium conponentes quaeramus iam, unde sint cum illis bonis mala, quae me quoque inprobare dicebam. quod facilius uidebimus, si in unum nomen potuerimus cuncta conferre.

35. Quis enim dubitet totum illud quod dicitur malum nihil esse aliud quam corruptionem? possunt quidem aliis atque aliis uocabulis alia atque alia mala nominari, sed quod omnium rerum malum sit, in quibus mali aliquid animaduerti potest, corruptio est. sed corruptio peritae animae inperitia uocatur; corruptio prudentis inprudentia; corruptio iustae iniustitia; corruptio fortis ignauia; corruptio quietae atque tranquillae cupiditas uel metus uel tristitia uec iactantia; deinde in corpore animato corruptio sanitatis dolor et morbus; corruptio uirium lassitudo; corruptio quietis labor; deinde in ipso solo corpore corruptio pulchritudinis foeditas; corruptio rectitudinis prauitas; corruptio ordinis peruersitas; corruptio

2 at] et *T* *domita (e *er.*) *P* duci] dulcē *b* 3 mansuetumque *b* ante *HTR* 4 secure *b* intrepide *b* 5 laudere *P* quo] qua *HT* 7 ex] in *V* aliqua *T* totū *b* quum *P* 8 uerae] ferae *VL* uere *T* 9 quum *P* 10 qū *P* 12 ita] ista *H* reꝑhendit *TP* 13 repraehendere *P* 14 adae cū H^1 equum *V* 16 improbaturum *b* 18 quid T^1 23 iustiae *HTRCSb* 24 fortitudinis *b* quietis (*in ras.*) *H*, *TRSCb* · 25 tranquillitatis *HTRVSb* 28 ipso *om. TVCSL* solo] lo *(add. m. 1) P* loco *H b* corporeo *H* corporis *b* foeditas—rectitudinis *om. P* fęditas *T*

integritatis discissio aut fractura aut diminutio. longum est et difficile et harum rerum, quas commemoraui, et aliarum innumerabilium omnes corruptiones nominatim enuntiare, cum etiam multae, quae dicuntur in corpore, possint et in anima dici et innumerabilia sint, in quibus propria uocabula corruptio teneat. uerumtamen uidere iam facile est nihil nocere corruptionem, nisi quod labefacit naturalem statum, et ideo eam non esse naturam, sed contra naturam. quodsi non inuenitur in rebus malum nisi corruptio et corruptio non est natura, nulla utique natura malum est.

Sed si hoc forte intellegere non ualetis, illud adtendite, quod omne, quod corrumpitur, bono aliquo minuitur, quia si non corrumperetur, incorruptum esset; si uero etiam non posset omnino corrumpi, incorruptibile esset. necesse est autem, ut siue incorruptio siue incorruptibilitas bonum sit, si malum est corruptio. sed nunc de incorruptibili natura nulla quaesito est; de his agitur, quae possunt corrumpi quae dum non corrumpuntur, incorrupta dici possunt, incorruptibilia non possunt. illud enim solum incorruptibile proprie dicitur, quod non tantum non corrumpitur, sed etiam nulla ex parte corrumpi potest. incorrupta ergo quaecumque sunt et tamen corrumpi possunt, cum corrumpi coeperint, eo ipso bono minuuntur, quo incorrupta erant, et magno quidem bono, quia magnum malum est corruptio; et quamdiu in eis augeri corruptio potest, tamdiu habent bonum, quo minuantur. quapropter naturae illae, quas in terra tenebrarum fuisse confingit, aut poterant corrumpi aut non poterant. si non poterant, incorruptibiles erant, quo bono superius nihil est. si poterant, aut corrumpebantur, aut non corrumpebantur; si non corrumpebantur, incorruptae erant, quod uidemus dici sine magna laude non posse; si autem corrumpebantur, minuebantur illo

1 deminutio *HTV* 2 dificile *H* 3 quum *P* 5 innumeralia *H* sunt *HTb* 7 labefęcit P^1 8 K *H* 12 quia (i *s. l.*) *T* 16 si *om. P* natura incorruptibili *b* 22 cęperint *T* 24 et quamdiu—corruptio *om. P* 25 miniantur H^1 26 in tenebrarum terra *Vb* 30 dici *post* laude *legitur in b* 31 de illo *V*

tam magno bono; si minuebantur quo bono, habebant bonum, quo minuerentur. quodsi habebant bonum, non erant naturae illae summum malum et omnis Manichaei fabula falsa est.

36. Sed quoniam quaesiuimus, quid esset malum, neque hoc naturam, sed contra naturam esse cognouimus, consequenter quaerendum est, unde sit: quod ille si fecisset, minus fortasse in has tanti erroris angustias laberetur. praepropere quippe ac praepostere quaesiuit, unde esset, quod primo non quaesierat, quid esset; et ideo nullo modo potuerunt quaerenti occurrere nisi uana phantasmata, quibus difficile animus carnalibus sensibus multum pastus exuitur. dicet ergo aliquis non iam certare, sed non errare desiderans: unde est ista corruptio, quod quasi generale malum rerum bonarum, sed tamen corruptibilium esse conperimus? qui talis quaerit, cito inuenit magno ardore uerum petens et constanti perseuerantia pulsans pie. per homines enim commemoratio aliqua signis uerborum fieri potest; docet autem unus uerus magister, ipsa incorruptibilis ueritas, solus magister interior: qui etiam exterior factus est, ut nos ab exterioribus ad interiora reuocaret, et formam serui accipiens, ut surgentibus eius sublimitas innotesceret, iacentibus humilis adparere dignatus est. in eius nomine subplices simus et per eum misericordiam patris inplorantes ista quaeramus. primo enim breuissime responderi potest quaerentibus, unde corruptio est, cum dicitur: ex eo, quod hae naturae, quae corrumpi possunt, non de deo genitae, sed ab illo de nihilo factae sunt: quas quoniam bonas superior ratio demonstrauit, nemo potest recte

1 quo *om.* *HTVCSLb* 5 sed contra *om.* *V* sed—naturam *om.* *L* 6 querendum *T* 7 haberetur *(corr. m. rec.)* *P* prepropere *T* 8 quaesuit *T* 9 poterat *b* 11 exsuitur *H*, (s *exp. m. 1*) *P* 12 certa re H^1 est *(s. l. m. 2)* *H* 13 rerum malarum rerum bonarum *V* 15 inueniet *HTVCSb* 16 pie pulsans *b* 17 autem] enim *T* unus *om.* *T* 19 interiore uocaret H^1 uocaret *T* reuoret *(corr. m. saec.* VIIII) *P* 20 eius subl. surg. innot. *b* sullimitas *CVR* 22 nomine *om.* *V* 23 ista] ita *H* K *H* 26 illo] eo *b* 27 ratio superior *b* nemo—dicere *om.* *L*

dicere „non fecisset deus bona“ ; si autem dixerit „summe bona ea fecisset“ oportet intellegat summum bonum ipsum esse, qui fecit haec bona.

37. Quid mali, inquis, fieret, si et ista fierent summe bona? et tamen si quis ex nobis quaereret accepto et credito deo patre summo bono, si esset aliud summe bonum, unde esse nobis pie uideretur, nullo modo recte responderemus nisi de deo patre, qui summe bonus est. quod ergo de illo est, meminerimus natum de illo esse, non ab eo factum de nihilo, et ideo et hoc summe, id est incorruptibiliter bonum esse, uidemusque iniuste flagitari, ut tam summe bona sint, quae fecit de nihilo, quam summe bonus est, quem de se genuit: quem nisi unum genuisset, non id, quod ipse est, genuisset, quia ipse unus est. quapropter unico quidem filio, per quem facta sunt a patre omnia bona de nihilo, inperite atque inpie fratres quaeruntur, nisi ex eo, quod in homine adparere dignatus est. nam ideo et unigenitus in scripturis et primogenitus dicitur: unigenitus a patre, primogenitus ex mortuis. et uidimus, inquit, gloriam eius tamquam unigeniti a patre, pleni gratia et ueritate, et Paulus dicit: ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.

Quodsi dixerimus „non iam essent ista bona, quae de nihilo facta sunt, sed tantummodo dei natura esset“, inuidebimus tantis bonis et uox inpia est, iniuriam putare non hoc esse, quod deus est, et ideo nolle esse aliquod bonum, quoniam ei praeponitur deus. quaeso, patere, natura animae rationalis, aliquanto minus te esse quam deus est, et tanto minus,

19 Ioh. 1, 14 20 Rom. 8, 29

1 nō deū bona fecisse *b* fecisse deū *VL* summa$_*$ bona$_*$ (m *utrimque er.*) *P,HTRVC* 2 ea] eas *L*, *om. b* 3 facit *HPT* 4 ista] illa *b* summąe *(corr. m. rec.) P*, (ę) *T* 6 summo] summe *Hb* 7 pie nobis *b* respondemus *H* 9 de eo natum esse *V* 10 ideo (i *superscr. m. 2) H* summę *T* 11 uideamusque *T* iniste H^2 14 K *H* de unico *HTb* 16 ex] in *TV* in homines *TSCR* ex homine *V* 17 et ideo *T* 18 et primogenitus *V* primogenitus—patre *om. T* 20 plenū *Vb* plenus *T* 22 iam] etiam *Rb* esse *CVLb* 23 nm̄ *b* naturam bonam esse *SCVLb* inuidemus *HTVCSLb* 24 et iniuriā *b* 25 est *om. T* 26 K *H* nāturam *Hb* 27 te *om. HTVLb*

ut post ipsum te melius aliquid non sit, patere, inquam, et mitesce illi, ne te adhuc repellat in infima, ubi per angustias poenales etiam atque etiam bonum, quod es, uilescat tibi. superba es in deum, si indignaris, quod te antecedit, et nimis contumeliose de illo sentis, si non ineffabiliter gratularis tam magnum bonum esse te, ut solus sit ille praestantior. quo constituto atque firmato illud ne dixeris: me solam naturam deus facere debuit; nollem, ut post me aliquid boni fieret. non enim quod bonum est post deum, iam debuit esse nouissimum. et hinc maxime adparet, quantam tibi tribuerit dignitatem, quod deus, qui solus tibi naturaliter dominatur, fecit alia bona, quibus tu quoque dominareris. nec mireris, quod nunc tibi non omni modo seruiunt et te aliquando etiam cruciant, quia dominus tuus maiorem habet potestatem in ea, quae tibi seruiunt, quam tu ipsa, tamquam in seruos seruorum suorum. quid ergo mirum, si tibi peccanti, id est non obtemperanti domino tuo poenalia, quibus dominabaris, effecta sunt? quid enim tam iustum et quid iustius deo? hoc namque humana natura in Adam meruit, de quo nunc non est disputandi locus; sed tamen dominator iustus et iustis praemiis et iustis subpliciis adprobatur beatitate recte uiuentium poenaque peccantium. nec tamen sine misericordia derelicta es, quae certis rerum temporumque mensuris uocaris, ut redeas. ita recto moderamine altissimi conditoris usque ad bona terrena peruentum est, quae corrumpuntur et reformantur, ut haberes subplicio mixta solatia, ut et laudares deum delectata ordine bonorum, et refugeres in eum exercitata experimentis malorum. ita in quantum tibi terrena seruiunt, docent te esse dominam suam; in quantum autem molesta sunt, docent, ut seruias domino tuo.

1 istum H^1VT 3 pẹnales *T* quo *P* 5 illo] deo *V* ineffabiliter (in *s. l. m. saec.* VIIII) *P* 7 dixeris o aĩa hūana *b* 9 nouissimum esse *T* 14 cruciēt *b* potestatem habet *b* 15 ipsa] ipse *TR* in ipsa *Sb* tamquam *eras. P* 16 peccanti (n *s. l. add. m. 2*) *H* 19 nunc *om. b* hic disput. *b* 20 ivstis (v *s. l. a m. 1*) *H* 23 temporumquạe *(exp. m. 2) H* redeas *in mg. V* 24 usque] quousque *Vb* 26 solacia *T* 27 refuge Res (Res *init. uers.*) *H* refugerụnt̨ (*corr. m. saec.* VIIII) *P*

38. Quapropter quamuis sit malum corruptio et quamuis non sit a conditore naturarum, sed ex eo sit, quod de nihilo factae sunt, tamen etiam ipsa illo regente et gubernante omnia, quae fecit, sīc ordinata est, ut non noceat nisi naturis infimis ad subplicium damnatorum et exercitationem admonitionemque redeuntium, ut inhaereant deo incorruptibili maneantque incorrupti, quod unum est bonum nostrum, sicut per prophetam dicitur: mihi autem inhaerere deo bonum est. neque illud dixeris: non faceret deus naturas corruptibiles. in quantum enim naturae sunt, deus fecit; in quantum autem corruptibiles, non deus fecit; non est enim ab illo corruptio, qui solus est incorruptibilis. si haec capis, gratias age deo; si non capis, quiesce et noli temere nondum intellecta damnare subplexque illi, qui lumen est mentis, adtende, ut intellegas. cum enim dicitur „natura corruptibilis," non unum, sed duo nomina dicuntur. item cum dicitur „deus fecit" de nihilo, non unum, sed duo nomina audimus. redde ergo istis singulis illa singula, ut cum audis naturam, ad deum pertineat, cum audis corruptibilem, ad nihilum, ita tamen, ut ipsae corruptiones, quamuis non sint ex dei arte, in eius tamen potestate sint disponendae pro rerum ordine et meritis animarum. ideo recte dicimus ab illo esse praemium atque subplicium. ita enim non fecit corruptionem, ut possit corruptioni eum dare, qui corrumpi meruerit, id est qui se ipse coeperit peccando corrumpere, ut cruciantem sentiat corruptionem inuitus, qui blandientem commisit uolens.

39. Non enim in uetere testamento tantum scriptum est: ego facio bona et condo mala, sed euidentius in nouo,

8 Ps. 72, 28 28 Es. 45, 7

2(eo) sit] ista H^1Tb 3 facte T sint V 5 dampnatorum TV ammonitionemque PV 6 īherēdo b inhereant TP maneant b 10 fecit deus $HTRb$ 11 non enim est b 14 est *om.* b mētis accedat b 15 quum P dicitur enī HT 16 quum P de] ex b 17 audiuimus Tb 18 quum P 19 ipse T 21 disponende T 23 non *om.* b (*in mg.* al. non) 24 meruit Vb ipsum Vb cęperit T peccando] p̄dicando T^1 25 sentiant H corrup. sentiat V 26 blandientem illicita oblectatione concupiscentiā uolens cōmisit b 27 ueteri b 28 et *ante* ego *in* P

ubi dominus dicit: nolite timere eos, qui corpus occidunt et amplius non habent, quid faciant, sed eum timete, qui cum corpus occiderit, habet potestatem animam mittere in gehennam. uoluntariae autem corruptioni addi iudicio diuino poenalem corruptionem manifestissime apostolus Paulus adtestatur, cum dicit: templum enim dei sanctum est, quod estis uos; quisquis templum dei corruperit, corrumpet illum deus. quod si in uetere lege dictum esset, quibus inuectionibus isti inpetum facerent accusantes quasi corruptorem deum! quod uerbum metuentes multi latini interpretes noluerunt dicere „corrumpet," sed dixerunt „disperdet" illum deus, et non deuiantes a re ipsa offensionem uocabuli deuitarunt. quamquam isti non minus inueherentur in perditorem deum, si hoc in lege uetere aut prophetis inuenirent. sed graecis exemplaribus conuincuntur, in quibus apertissime scriptum est: quisquis templum dei corruperit, corrumpet illum deus. quod si quis ab eis quaerat quomodo dictum sit, ne corruptor putetur deus, exponunt statim „corrumpet" dictum esse: corruptioni tradet, uel si quo alio modo possunt. quo animo si essent in ueterem legem, et multa ibi miranda intellegerent et nondum intellecta non cum odio lacerarent, sed cum honore differrent.

40. Si quis autem nondum credit ex nihilo esse corruptionem, proponat sibi haec duo „esse" et „non esse" quasi ex diuersis partibus intellegendi gratia, ut, cum tardis tardius ambulemus, deinde uelut in medio constituat aliquid, ut puta corpus animantis, et quaerat hoc secum, dum formatur illud

1 Matth. 10, 28 Luc. 12, 4 6 I Cor. 3, 17

2 quod *HTL* 3 quum *P* 5 diuino iudicio *T* 6 paulus apost. *V* 8 *(et* 17*)* corrumpit *V* corrumpit *H* eum *b* ueteri *b* 12 dixerunt *om. T* et non] non *HTVSC* nec *R* 13 deuiarunt *T* 14 uetere lege *V* ueteri lege *b* 15 grecis *TP* 16 scribtum *P* 18 corruptor (r *s. l. add. m. 2) H* 20 essent *l* issent (*l* issent *s. l.*) *H* uetere lege *P* 22 ocio *V* deferrent *CSVb* different *H* 23 Capitulū *T* si *s. l. H, om. TCRVb* si quis] quisquis *b* qui *TCRV* nondum] non *P* 26 ut pote *b* 27 querat *T* hoc *om. T* secum dum] secundum *H (m. rec. adscr.* quod)

corpus et nascitur, dum augetur eius species, nutritur, conualescit, roboratur, decoratur, firmatur, in quantum manet et in quantum stabilitur, in quam partem tendat, utrum esse, an non esse: non dubitabit esse quidem aliquid in ipsis etiam primordiis, sed quanto magis forma et specie et ualentia constabilitur atque firmatur, tanto magis fieri, ut sit, et in eam partem tendat, qua positum est esse. nunc ergo incipiat corrumpi; debilitetur omnis ille status, languescant uires, marcescat robur, forma foedetur, dissiliat conpago membrorum, contabescat et diffluat concordia partium. quaerat etiam nunc per istam corruptionem quo tendat, utrum esse, an non esse, non puto usque adeo caecum et tardum, ut dubitet, quid sibi ipse respondeat, et non sentiat, quanto magis quidque corrumpitur, tanto magis ad interitum tendere; omne autem quod ad interitum tendit, non esse tendere. cum ergo deum incommutabiliter et incorruptibiliter esse credendum sit, id autem, quod dicitur nihil, penitus non esse manifestum sit; et cum ista tibi proposueris esse et non esse, atque cognoueris, quanto magis augetur species, tanto quidque tendere, ut sit; quanto magis augetur corruptio, tanto magis tendere, ut non sit: quid dubitas dicere in unaquaque natura corruptibili, quid in ea sit ex deo, quid sit ex nihilo, cum species secundum naturam sit, corruptio contra naturam? quia species aucta cogit esse et deum fatemur summe esse; corruptio uero aucta cogit non esse, et constat, quod non est, nihil esse: quid, inquam, dubitas dicere, in natura corruptibili, quam et naturam dicis et corruptibilem dicis, quid sit ex deo, quid sit ex nihilo? et quid quaeris deo naturam contrariam,

3 esse] esse P^1 ad esse P^2SCb 4 an non esse *om.* T quidē esse b adō etiam V 6 fieri (i pr. *s. l.*) H 7 tendatur H 10 et tabescat b defluat $HTVCSb$ 11 tendat̄ T esse] ad esse $RSCb$ 12 non *s. l.* T 13 ipse] esse HT quodque PVb quidque—tanto *om.* S 14 tenderet H 15 non esse] ad non esse $RSCb$ tendit $VCSb$ quum P 17 quod *(m. rec. add.)* H paenitus H poęnitus T manifestum] mani V 18 quum P tibi *om.* b 19 magis *om.* V quicque T 20 *post* quanto *add.* autem $HVTCSLb$ 21 dubites $HTVb$ 22 quum P 24 cogit aucta V fateamur PT fatemur (a *s. exp.* e *a m. 1)* H T 28 sit *om.* $TSCVLb$

quem si confiteris summe esse, uides ei non esse contrarium?

41. Cur ergo, inquis, quod naturae deus dedit, tollit corruptio? non tollit, nisi ubi permittit deus; ibi autem permittit, ubi ordinatissimum et iustissimum iudicat pro rerum gradibus et pro meritis animarum. nam et species uocis emissae praeterit et silentio perimitur; et tamen sermo noster et praetereuntium uerborum decessione ac successione peragitur et moderatis silentiorum interuallis decenter suauiterque distinguitur. ita sese habet etiam temporalium natururum infima pulchritudo, ut rerum transitu peragatur et distinguatur morte nascentium. cuius pulchritudinis ordinem et modos si posset capere sensus noster atque memoria, ita nobis placeret, ut defectus, quibus distinguitur, nec corruptiones uocare auderemus; quod autem in eius pulchritudinis parte laboramus, dum nos fluentia deserunt temporalia, quae diligimus, peccatorum poenas luimus et sempiterna diligere commonemur.

42. Non ergo in hac pulchritudine quaeramus, quod non accepit; quae ideo infima est, quia quod quaerimus, non accepit; et in eo, quod accepit, laudemus deum, quia tantum speciei bonum etiam huic quamuis infimae dedit. nec ei tamen ut amatores eius inhaereamus, sed ut dei laudatores eam transgrediamur, ut supra eam conlocati de illa iudicemus, non ei conexi in illa iudicemur. festinemusque ad illud bonum. quod nec locis grassatur nec tempore uoluitur et unde speciem formamque accipiunt omnes locales temporalesque naturae. ad quod uidendum mundemus cor per fidem domini nostri

1 uides] ut des *T* 3 quur *P* dedit deus *HTVCSL* 5 iustissimum et ordinatissimum *V* 6 emissa *PHVT* 7 noster et] noster ex *HTVSCRb* p̄euntium *b* 8 ac successione *om. S* et *om. HSR* 11 et] ut *(corr. m. 1) P* 12 cuius *s. l. H* quuius *P* 14 aderemus qd *H* 15 dum] cum *b* 16 *post* diligimus *add.* et *HTVCSb* pęnas *T* 17 diligere] diliere H^1 18 queramus *T* 19 quod] que *V* 20 qui *b* 21 huic] fuit *P* infime *T* 22 inhereamus *PT* 23 illa] ea *b* 24 connexi *S* festinemusque *inc. cap. 42 in b* festinemus quia *P* 25 crassatur *HVLTb* tempore (m. *er.*) *H* 26 formamque *om. L*

Iesu Christi, qui ait: beati mundicordes, quoniam ipsi deum uidebunt. non enim eos oculos ad illud bonum cernendum praeparari oportet, quibus cernitur ista lux diffusa per locos, et non ubique integra, sed aliam partem hic habens et alibi aliam. uerum illum aspectum aciemque purgemus, qua cernitur, quantum in hac uita licet, quid sit iustum, quid pium, quae sit sapientiae pulchritudo: quae quisquis cernit, praeponit longe omnium localium spatiorum plenitudini et sentit, ut ista cernat, non per locorum spatia diffundi aciem mentis suae, sed incorporea potentia stabiliri.

43. Cui aspectui quoniam multum sunt inimica phantasmata, quae de carnali sensu tracta imaginarie cogitatio nostra uersat et continet, detestemur istam haeresim, quae suorum phantasmatum fidem secuta et diuinam substantiam per locorum spatia quamuis infinita uelut informem molem disiecit atque diffudit et eam ex una parte truncauit, ut inueniret locum malo, quod uidere non potuit non esse naturam, sed contra naturam, et ipsum malum tanta specie et formis et pace partium in singulis naturis uigente decorauit, quia sine his bonis nullam poterat cogitare naturam, ut ea mala, quae ibi reprehendit, innumerabilium bonorum copia sepeliantur. sed huius uoluminis iste sit terminus; in ceteris cetera eius deliramenta deo permittente atque adiuuante arguentur.

1 Matth. 5, 8

1 mundocordes *H* mundo corde *b* 3 luxista cernitur *T* 5 et *om. b* aliam alibi *HTVR* 6 qua] quae H^1 quo H^2b iustum] istum H^1 7 sapientie *T* 8 plenitudinis (s *s. l. a m. 1*) *H* 11 sunt *om. P* inimica sunt *b* 12 carnali (na *corr. ex* ni *m. 2*) *H* imaginarię *T* 13 heresem *H* haeresem *P* 14 sequuta *P* 15 disiecit P^1 16 et*eam *H* ut (*ort. ex* uit) *H* 21 rep̄hendit *T* sepelliantur *P* 22 in *om. P* cętera *T* 23 arguantur *HVCSb* aug. episc. aeclesiae| catholicae lib. | aduersus quae funda|menti dicitur deli/ramentis plena exp. (*litter uncial.*) *fol. 86 P* aurelii augustini contra epist. fundamenti manicheorum explic. *(litt. uncial.) fol. 48 H* S. Aur. Aug. aduersus manicheos contra epistolam fundamenti liber exp̄l. *fol. 10 R* Explicit liber sc̄i (bi *L*) augustini contra epistolā fundamenti manicheorum *fol.* 197 *T fol.* 112 *L*

VI.

S. Aureli Augustini

contra Faustum libri XXXIII.

L = Lugdunensis nr. 526 saec. VIII—VIIII.
C = Carnutensis nr. 18 saec. X.
S = Sangallensis nr. 173 saec. VIIII.
M = Monacensis nr. 1339 saec. X.
G = Sangallensis nr. 172 saec. X.
P = Palatinus nr. 201 saec. VIIII.
b = editio princ. Basileae 1506 apud Io. Amerbachium.

VI.

CONTRA FAUSTUM LIBRI TRIGINTA TRES.

LIBER PRIMUS.

1. Faustus quidam fuit gente Afer, ciuitate Mileuitanus, eloquio suauis, ingenio callidus, secta Manichaeus ac per hoc nefando errore peruersus. noueram ipse hominem, quemadmodum eum commemoraui in libris Confessionum mearum. hic quoddam uolumen edidit aduersus rectam christianam fidem et catholicam ueritatem. quod cum uenisset in manus nostras lectumque esset a fratribus, desiderauerunt et iure caritatis, per quam eis seruimus, flagitauerunt, ut ei responderemus. hoc adgrediar nunc in nomine atque adiutorio domini et saluatoris nostri Iesu Christi, ut omnes, qui haec legent, intellegant, quam nihil sit acutum ingenium et lingua expolita, nisi a domino gressus hominis dirigantur. quod multis etiam tardioribus et inualidioribus occulta aequitate diuinae misericordiae praestitum est, cum multi acerrimi et facundissimi deserti adiutorio dei ad hoc uelociter et pertinaciter currerent, ut a ueritatis uia longius aberrarent. commodum autem arbitror sub eius nomine uerba eius ponere et sub meo responsionem meam.

2. Faustus dixit: Satis superque in lucem iam traductis erroribus ac Iudaicae superstitionis simul et semichristianorum

7 Confess. l. V 3, 6 15 cf. Ps. 36, 23

2 INCIPIT $\overline{\text{LIB}}$ AVRELII AVGVSTINI CONTRA FAVST$\overline{\text{V}}$ HERETICVM *fol. 1 LPM* AVGVSTINVS CONTRA FAVST$\overline{\text{V}}$ HERETICVM *fol. 1 SG; inscr. om. C* 4 genere *b* affer *LM* 5 manicheus *C*, *(sic ubique)* *L* 6 quemammodum *LM* quematmodum *C* quemammodum *G* 11 ei] et *M* 16 et inualidioribus (et inualidio *s. l. m. 2) C* diuine *L* 17 praestitum] praedictum *SG* 19 currerent *M* ut a *(paene euan.) C* 21 meo] mea *C*^{1} 22 *cap.* II *LPSMG*

abunde detecta fallacia a doctissimo scilicet et solo nobis post beatum patrem nostrum Manichaeum studendo Adimanto non ab re uisum est, fratres carissimi, haec quoque breuia uobis et concinna responsa propter callidas et astutas conferentium nobiscum propositiones scribere, quo cum idem uos ex more parentis sui serpentis captiosis circumuenire quaestiunculis uoluerint, et ipsi ad respondendum uigilanter eis sitis instructi. ita enim fiet, ut ad ea ipsa, quae proposuerint, religati ulterius huc atque illuc uagari non possint. ac ne profusa confusaue oratione legentium inundarentur ingenia, tam breuiter quam distincte ex aduerso sibi ipsorum atque nostrorum uerba constitui.

3. AUGUSTINUS respondit: Tu semichristianos cauendos putas, quod nos esse dicis; nos autem pseudochristianos cauemus, quod uos esse ostendimus. nam quod semum est, ex quadam parte inperfectum, ex nulla tamen falsum est. quid ergo? si aliquid deest fidei eorum, quos circumuenire conamini, numquid ideo id quod eis adest destruendum, ac non potius id quod deest astruendum est? sicut ad quosdam inperfectos loquens apostolus ait: gaudens et uidens uestram conuersationem et id quod deest fidei uestrae in Christo. cernebat utique quandam fabricam spiritalem, sicut alibi dicit: dei aedificatio estis, et in ea cernebat utrumque: et unde gauderet et unde satageret. gaudebat ex eo, quod iam aedificatum uidebat, satagebat ex eo, quod usque ad culmen perfectionis adhuc aedificandum esse sentiebat. itaque nos reuera catholicos nondum perfectos, sed quodam

20 Col. 2, 5 23 cf. I Cor. 3, 9

1 deiecta *SG* fallatia *C* doctossimo *(s. o a m. 1 i add.) L* 2 manicheum *C* studendo S^1 adamanto SG^2 adimando *LM* adimanto P^1G^1 3 ui.fum *L* karissimi *M* kmi *C* 4 calidas *L* conferrentium *C* 5 idem *LCSMG* 8 que *C* 11 distinctae *L* uerba *om. Lb, (add. m. 2 cum euan. uid.) C* 13 cap. III *LPSMG* 15 semis *G* 19 est *om. SG* 21 fidei (fi *paene euan.) C* In Christo cernebat *b* 22 fabricam (fa *paene euan.) C* spūalem *b* 24 Gauderet *b* 27 uos *Cb* qdam C^1

modo, ut dixisti, semichristianos, quos fallatis et seducatis uestra peruersitate, insectamini. sed si qui adhuc etiam tales sunt, si uos pseudochristianos esse intellexerint, quamuis captiosis quaestionum uestrarum propositionibus propter id, quod eorum fidei deest, respondere non possint, non tamen sequendos, sed deuitandos uos esse cognoscunt. sicut ergo uestra intentio est semichristianos, quos decipiatis, inquirere, sic nostra intentio est pseudochristianos uos ostendere, ut non solum christiani peritiores uos conuincendo prodant, sed et inperitiores uos cauendo proficiant. cur autem serpentem patrem nostrum dixisti? an excidit tibi, quemadmodum soleatis uituperare deum, qui homini praeceptum in paradiso dedit, et laudare serpentem, quod ei per suum consilium oculos aperuit? puto iustum esse, ut serpentem illum diabolum a uobis laudatum tu potius agnoscas parentem tuum; nam ille te filium etiam modo uituperatus agnoscit.

LIBER SECUNDUS.

1. FAUSTUS dixit: Accipis euangelium? et maxime. proinde ergo et natum accipis Christum? non ita est. neque enim sequitur, ut, si euangelium accipio, idcirco et natum accipiam Christum. cur? quia euangelium quidem a praedicatione Christi et esse coepit et nominari, in quo tamen ipse nusquam se natum ex hominibus dicit. at uero genealogia adeo non est euangelium, ut nec ipse eius scriptor ausus fuerit eam euangelium nominare. quid enim scripsit? liber generationis Iesu Christi filii Dauid. non ergo ‚liber euangelii Iesu Christi' sed ‚liber generationis', quippe ubi et stella inducitur, quae confirmat genesim, ut recte ‚genesidium' hoc

12 cf. Gen. 2, 16 sq. 13 cf. Gen. 3, 7 25 Matth. 1, 1 27 cf. Matth. 2, 2

3 si (i *s. l. add. m. 1*) *C* 5 de est *C* 7 est *(s. l. m. 2 add.) L* 10 imperiores C^1 quur *LC* 11 quemammodum *L* quæmadmodum *C* 12 paradyso *C* 17 *cap.* IIII *LSPMG* 20 accipias *L* 21 quur *LCM* 22 cępit *C* 23 at] ad *L* ádō *M* 24 ipse *(s. l.) G* 27 ubi] tibi *S* stilla *S* 28 genesem C^1 genesen *b*

magis nuncupari possit quam euangelium. ac denique Marcus, qui generationem scribere non curauit, sed praedicationem tantum filii dei, quod est euangelium, uide quam sit conpetenter exorsus: euangelium, inquit, Iesu Christi filii dei, ut hinc satis abundeque adpareat genealogiam non esse euangelium. namque et in ipso Matthaeo post inclusum Iohannem in carcerem tunc legitur Iesum coepisse praedicare euangelium regni. ergo quicquid ante hoc narratum est, genealogian esse constat, non euangelium. alioquin quid inpediebat et Matthaeum ponere ‚euangelium Iesu Christi filii dei', nisi quia inprobum putauit genealogiam uocare euangelium? quapropter si iam tibi distinctum satis est, quod usque nunc ignorasti, ..onge aliud esse euangelium quam genealogian, scias me, ut dixi, accipere euangelium, id est praedicationem Christi. de quo quicquid iam perrogare uolueris, omissis generationibus quaere. aut si et de ipsis conferre est animus, non equidem recuso, cum sit mihi magna et de his ad respondendum copia; sed tu disce interrogare, quod primum est. uideris enim mihi nunc scire uelle, non utrum euangelium accipiam, sed utrum generationes.

2. AUGUSTINUS respondit: Certe interrogasti te ipsum uelut ex persona nostra, utrum acciperes euangelium, et respondisti: maxime. rursusque interrogasti, utrum acciperes Christum natum, et respondisti: non ita est, hanc scilicet causam subiciens, quia generatio Christi non pertinet ad euangelium. quid ergo respondebis apostolo dicenti: memor esto Christum Iesum resurrexisse a mortuis ex semine Dauid

4 Marc. 1, 1 7 Matth. 4, 12. 17 26 II Tim. 2, 8

1 ac] at *SMG* 5 hinc (n *s. l.*) *S* habundeque *C* genealogian *S* non// *C* 6 nam *GMb* mattheo *(sic. ubique) L* matheo *C* 7 tunc] hunc *L* 8 genealogiam *CSMG* 10 mattheum *L* matheum *C* euangelium (i *m. 1 superscr.) L* 12 quousque *L* 13 genealogiam *SMG* 14 accipere ut dixi *L* 15 prorogare *b (in mg.* aℓ praerogare) 17 nonn *(exp. m. 1) L* 21 *cap. V LSMPG* Agustinus *(sic. ubique) L* 22 accipere *L* 25 qua *Lb* 26 ihm̄ xpm̄ *C*

secundum euangelium meum? uides certe, quam nescias uel te nescire fingas, quid sit euangelium, nec ex doctrina apostolica sed ex uestro errore nomines euangelium. at si hoc appellas euangelium, quod apostoli appellauerunt, aberras ab euangelio, qui non credis Christum ex semine Dauid, quod apostolus secundum suum euangelium praedicari testatus est. quod autem erat apostoli Pauli euangelium, hoc etiam ceterorum apostolorum et omnium fidelium dispensatorum tanti sacramenti. hoc enim alibi dicit: siue ergo ego siue illi; sic praedicamus et sic credidistis. non enim omnes illi euangelium conscripserunt, sed tamen omnes euangelium praedicauerunt. narratores quippe originis, factorum, dictorum, passionum domini Iesu Christi proprie dicti sunt euangelistae. nam et ipsum nomen si quaeramus quid latine interpretetur, bonus nuntius dicitur euangelium uel bona adnuntiatio. quod quidem cum aliquid bonum adnuntiatur, semper dici potest, proprie tamen hoc uocabulum obtinuit illa quam dixi adnuntiatio saluatoris. si autem uos aliud adnuntiatis, extra euangelium uos esse manifestum est. utique sunt aduersus uos paruuli, quos appellatis semichristianos, si matris caritatis uocem sibi ex ore apostolico personantem audiant: si quis uobis adnuntiauerit praeterquam quod adnuntiauimus uobis, anathema sit. cum ergo ipse Paulus secundum euangelium suum adnuntiauerit Christum ex semine Dauid, uos, qui hoc negatis et aliud adnuntiatis, anathema sitis. quis non autem uideat, quanta caecitate dicatur, quod nus-

9 I Cor. 15, 11 21 Gal. 1, 8 sq.

1 secundum *(s. l. m. 2)* *C* 3 exrore (*s.* x *a m. 1* r) *C* at] aut *C* 6 suum *om.* *S* pdicare *b* 7 ceterorum *L* 11 conscribserunt L^1 praedicauerunt euangelium *C* 12 originis (nis *add. m. 2*) *C* 13 proprię *C* 14 queramus *C* interpretatur *SP*^{1} interpretætur *C* 15 bonū nuntiū P^1 bonus nuntius (~ *super* u *utrimque er.*) *C* bonū nunciū *b* 17 propriæ *C* obtinuit L^1 18 alia uos *b* 19 aduersum *S* adūsus (ū *add. m. 2*) *C* 21 quos (*sup.* o *a m. 1* i) *L* 23 anathema (h *s. l.*) *C* 25 negastis *b* 26 cecitate *LS*

quam se Christus natum ex hominibus dicat, cum paene numquam se filium hominis taceat?

3. Sed uidelicet doctissimi homines profertis nobis ex armario uestro necio quem primum hominem, qui ad gentem tenebrarum debellandam de lucis gente descendit, armatum aquis suis contra inimicorum aquas et igne suo contra inimicorum ignem et uentis suis contra inimicorum uentos. cur non ergo et fumo suo contra inimicorum fumum et tenebris suis contra inimicorum tenebras, sed contra fumum aere, ut dicitis, armabatur et contra tenebras luce? an quia mala sunt fumus et tenebrae, non ea potuit habere bonitas eius? bona ergo sunt illa tria: aqua, uentus, ignis. cur ergo ea potuit habere malitia gentis aduersae? hic respondetis: sed aqua illa gentis tenebrarum mala erat, quam uero primus homo adtulit, bona erat; et uentus illius malus, huius autem bonus: ita et huius ignis bonus contra malum ignem illius dimicauit. cur ergo et contra malum fumum non potuit adferre fumum bonum? an in fumo uestra mendacia tamquam fumus ipse euanescunt atque deficiunt? certe primus homo uester contra naturam contrariam bellum gessit. cur quinque illis elementis, quae in contraria gente confingitis, unum adlatum est de diuinis regnis contrarium, lux contra tenebras? cetera enim quattuor non sunt contraria. nam nec aer fumo est contrarius, multo minus aquae aqua et uentus uento et ignis igni.

4. Iamuero illa sacrilega deliramenta quis audiat, quod primum hominem uestrum dicitis secundum hostium uoluntatem, quo eos caperet, elementa, quae portabat, mutasse atque uertisse, ut regnum, quod dicitis falsitatis, in sua na-

1 poene *LCM* 3 hominis *L* 6 aquas—inimicorum *(s. l. m. 2) C* 7 (et 12, 17) quur *C* 8 et] cum *b* fumum—inimicorum *(s. l. m. 2) C* et *om. C* 9 aer *L* 13 aduerse *C* responde*ris (a *er.*) *C* 15 malus (us *add. m. 2) C* huius (i *s. l. a m. 1) L* 17 et *om. b* fumum bono *b* non—bonum *om. b* 18 ipse uanescunt *LCS* 19 noster (noster *exp.* et ur *superscr. m. 1) C* 21 adlatum G^1 24 aqua] aquam *L* 25 audeat *L* 26 dicitis uestrum *S* uoluntate *L* 27 quos *b* 28 uertisse] uerus se *L*

tura manens non fallaciter dimicaret, et substantia ueritatis mutabilis adpareret, ut falleret? huius primi hominis filium credi uultis dominum Iesum Christum. huius commenticiae fabulae filiam dicitis ueritatem. hunc primum hominem, quem laudatis, quia mutabilibus et mendacibus formis cum aduersa gente pugnauit, si uerum dicitis, non imitamini; si autem imitamini, et uos mentimini. quapropter dominus et saluator noster Iesus Christus, uerus et uerax dei filius, uerus et uerax hominis filius, quod utrumque de se ipse testatur, et de uero deo diuinitatis aeternitatem et de uero homine carnis originem duxit. non nouit apostolica doctrina primum hominem uestrum. audite apostolum Paulum: primus homo, inquit, de terra terrenus; secundus homo de caelo caelestis. qualis terrenus, tales et terreni; qualis caelestis, tales et caelestes. sicut portauimus imaginem terreni, portemus et imaginem eius, qui de caelo est. primus itaque homo de terra terrenus ille Adam de limo formatus, secundus autem homo de caelo caelestis dominus Iesus Christus: qui dei filius uenit ad carnem, qua suscepta et homo exterius fieret et deus interius permaneret, ut et dei filius uerus esset, per quem facti sumus, et hominis filius uerus fieret, per quem refecti sumus. cur ergo primum hominem uestrum commenticium nescio unde producitis et primum hominem, quem doctrina apostolica docet, non uultis agnoscere? an ut compleatur in uobis, quod ipse apostolus ait: a ueritate quidem auditum suum auertentes, ad fabulas autem conuertentur? Paulus adnuntiat primum hominem de terra terrenum, Manichaeus adnuntiat primum hominem non terrenum, nescio quibus fallacibus elementis quinque uestitum. et Paulus dicit: si quis uobis adnuntiauerit, praeter-

12 I Cor. 15, 47 sqq. 25 II Tim. 4, 4 30 Gal. 1, 8 sq.

3 commentitiae *L* 4 fabule *L* **filiam (fa *er.*) *C* 5 mutalibus *S* 15 sicut portemus imaginem terreni portauimus *S* 16 sit *Pb* 17 secundus** *C* 18 celestis *C* quia filius dei *b* 20 dī *(s. l. add. m. 1) L, om. b* filius dī *SGM* 22 quur *C* 26 suum *(s. l.) S* 30 dixit *b*

quam quod adnuntiauimus uobis, anathema sit. ergo ne Paulus mendax sit, Manichaeus anathema sit.

5. Quod autem etiam stellae calumniamini, qua magi ad Christum infantem adorandum perducti sunt, non erubescitis, cum uos commenticium Christum uestrum, filium commenticii primi hominis uestri, non sub stellae testificatione ponatis, sed in stellis omnibus conligatum esse dicatis? quia uidelicet principibus tenebrarum commixtum esse creditis in illo bello, quo ipse primus homo uester cum tenebrarum gente pugnauit, ut de ipsis principibus tenebrarum tali commixtione captis mundus fabricaretur. unde ista sacrilega deliramenta uos cogunt non solum in caelo atque in omnibus stellis, sed etiam in terra atque in omnibus, quae nascuntur in ea, confixum et conligatum atque concretum Christum dicere, non iam saluatorem uestrum sed a uobis saluandum, cum ea manducatis atque ructatis.

Nam et ista inpia uanitate seducti seducitis auditores uestros, ut uobis cibos adferant, quo possit ligato in eis Christo subueniri per uestros dentes et uentres. talibus enim auxiliis eum solui et liberari praedicatis; nec saltem totum, sed adhuc licet exiguas sordidasque reliquias eius in stercoribus remanere contenditis, ut in aliis atque aliis rerum corporalium formis iterum atque iterum inplexae inplicataeque teneantur, et si mundo stante solui et purgari non potuerint, iam illo igne ultimo, quo ipse mundus ardebit, soluantur atque purgentur. nec tamen etiam tunc totum Christum dicitis posse liberari, sed eius bonae diuinaeque naturae nouissimas residuasque particulas, quae ita sordidatae sunt, ut nullo modo dilui ualeant, damnari in aeternum confixas globo horrido

25 cf. II Petr. 3, 10 sqq.

5 uestrum *om.* *C* filii *L* 6 testificationem *Lb* 10 capt*is (i *er.*) *S* 11 cogunt *(s. l. m. 2) S* 12 stellis** *L* 13 in (*ante* omnibus) *om.* *C* 15 ea] eos *L* eum *Cb* 20 saltim *L* 23 implexe implicateque *Cb* implexae atque implicataeq: *S* 24 potuerũt *b* 25 saluentur C^1 26 totũ tunc *b* 27 bone diuineque *L* 29 delui *C* confixa *b*

tenebrarum. ecce qui se fingunt indignari, quod filio dei fiat iniuria, quia eum natum stella demonstrasse dicatur, tamquam genesis eius sub fatali constellatione sit constituta, cum eum ipsi non tantum sub stellarum conexione, sed in uinculis omnium terrenorum et in sucis omnium herbarum et in putredine omnium carnium et corruptione omnium ciborum ita ligatum pollutumque constituant, ut ex magna, non tamen ex tota parte solui purgarique non possit, nisi et ab hominibus, electis uidelicet Manichaeorum, etiam in porris radiculisque ructetur.

Et nos quidem sub fato stellarum nullius hominis genesim ponimus, ut liberum arbitrium uoluntatis, qua uel bene uel male uiuitur, propter iustum iudicium dei ab omni necessitatis uinculo uindicemus: quanto minus illius temporalem generationem sub astrorum condicione credimus factam, qui est aeternus uniuersorum creator et dominus. itaque illa stella, quam uiderunt magi, Christo secundum carnem nato non ad decretum dominabatur, sed ad testimonium famulabatur, nec eum subiciebat imperio, sed indicabat obsequio. proinde non ex illis erat haec stellis, quae ab initio creaturae itinerum suorum ordinem sub creatoris lege custodiunt, sed nouo uirginis partu nouum sidus adparuit, quod ministerium officii sui etiam ipsis magis quaerentibus Christum, cum ante faciem praeiret, exhibuit, donec eos usque ad ipsum locum, ubi dei uerbum infans erat, praeeundo perduceret. qui tandem astrologi ita constituerunt hominum nascentium fata sub stellis, ut aliquam stellarum homine aliquo nato circuitus sui ordinem reliquisse et ad eum, qui natus est, perrexisse, adseuerent? sortem quippe nascentis astrorum ordini conligari arbitrantur,

2 quia eum] qnia cum *L* quem cum *S* 3 fastali *C* constituunt *S* 4 tantus *L* 5 terraenorum *C* succis *Mb* 6 in corruptione *M* cyborum *C* 7 tamen *om. SG* 8 et] ut *b* 9 cauliculisque padicilisque *P* 11 stillarum M^1 12 qua] quo *GM* 13 iuditium *C* 15 astrorū //// conditione *(spat. decem litt. uac. rel.) M* 17 uiderant *C* 20 itinerum (ti *ex* tu) *L* 22 partum *L* 23 querentibus *C* 24 praehiret *L* 25 uos cum *b* 27 circūitus *b*

non astrorum ordinem ad hominis nati diem posse mutari. quapropter si stella illa ex his erat, quae in caelo peragunt ordines suos, quomodo poterat decernere, quod natus Christus acturus erat, quae nato Christo iussa est relinquere, quod agebat? si autem, ut probabilius creditur, ad demonstrandum Christum, quae non erat, exorta est, non ideo Christus natus est, quia illa extitit, sed ideo illa extitit, quia Christus natus est. unde, si dici oporteret, non stellam Christo, sed Christum stellae fatum fuisse diceremus. ipse quippe illi, non illa huic nascendi adtulit causam. si ergo sunt fata, quae a fando, id est a dicendo appellata sunt, quoniam Christus uerbum dei est, in quo, antequam essent, dicta sunt omnia, non consortium siderum fatum Christi est, sed fatum etiam siderum Christus est, qui et ipsam carnem sub caelo creatam ea uoluntate adsumpsit, qua etiam caelum creauit, ea potestate deposuit et recepit, qua etiam sideribus imperauit.

6. Cur ergo non sit euangelium, quod de ista generatione narratur, cum tam bona nobis adnuntietur, ut per ipsam nostra sanetur infirmitas? an quia Matthaeus non est ita exorsus, ut diceret ‚initium euangelii Iesu Christi', sicut ait Marcus, sed ‚liber generationis Iesu Christi'? hoc modo nec Iohannes euangelium scripsisse dicatur, quia nec ipse ait ‚initium euangelii' aut ‚liber euangelii' sed ‚in principio erat uerbum'. nisi forte tam elegans uocabulorum fabricator Faustus fuit, ut et hoc Iohannis exordium ‚uerbidium' nominauerit propter uerbum sicut illud propter genesim ‚genesidium' ausus est appellare. sed cur non potius cogitatis,

20 Mar. 1, 1 21 Matth. 1, 1 23 Ioh. 1, 1

1 ad] ob *Mb* 6 que *C* 7 exstituis *L* ideo *om. b* extitui *L* noua exorta est *b* 8 ꝓpꝓpṭer (*et in marg.* oporteret) *M* oporteret// (& *er.*) *L* xp̃i *SG* 9 ipsi *SG* ille *SM*[1]*G* 10 adtulit (lit *in ras.*) *L* 16 aetiam *C* 17 quur *CL* 18 annuntientur *S* annuntietur *G* 19 matheus *LC* ita *om. b* 21 generationis (is *in ras.*) *L* 24 eligans *LCSGM*[1] 25 uerbidium (i *ante* u *s. l.*) *L* 27 appellare] nominare *S* cur *(s. l.) G* quur *CL*

quanta inpudentia prolixas illas et inpias fabulas uestras euangelium nominetis? quid enim illic boni adnuntiatur, ubi dicitur deus aduersus rebellem nescio quam contrariam alienamque naturam non aliter regno suo potuisse prospicere atque consulere, nisi partem suae naturae in illius auidas fauces deuorandam mitteret atque ita polluendam, ut post tantos labores atque cruciatus non posset saltem tota purgari? itane tam malus nuntius euangelium est? certe omnes, qui graece uel tenuiter nouerunt, euangelium bonum nuntium aut bonam adnuntiationem interpretantur. quomodo est autem iste bonus nuntius, quandoquidem ipse deus uobis uelo sibi obposito lugere nuntiatus est, donec sua membra ab illa uastatione et contaminatione reparentur atque purgentur? qui si aliquando luctum finierit, crudelis erit. quid enim de illo male meruit pars illa eius, quae in globo ligabitur? quae utique in aeternum lugenda est, quia in aeternum damnabitur. sed euasimus, quod istum nuntium quisquis diligenter aduerterit, non cogitur lugere, quia malus est, sed ridere, quia falsus est.

LIBER TERTIUS.

1. FAUSTUS dixit: Accipis ergo generationem? equidem conatus diu sum hoc ipsum, qualecumque est, persuadere mihi, quia sit natus deus, sed offensus duorum maxime euangelistarum dissensione, qui genealogian eius scribunt, Lucae et Matthaei, haesi incertus, quemnam potissimum sequerer. fieri enim posse putabam, ut, quia praescius non sum, quem mentiri existimarem, ipse diceret uerum, et quem uera loqui, ipse forsitan mentiretur. infinita ergo eorum praetermissa lite et interminabili mihi ad Iohannem Marcumque me contuli nec inpariter a duobus ad duos, et ab euangelistis ad eiusdem nominis professores. quorum mihi principia interim non in-

23 cf. Matth. 1, 1 sqq. Luc. 3, 23 sqq.

5 nature *LC* 7 saltim *LSG* tota *(in marg. add.) S* 8 tam]iã *b* 9 grece *LC* 20 cap. VI *LSPMG* 23 genealogiam *SMCG* 24 matthei *L* mathęi *C* hęsi (a *er.*) *M* 25 prescius *L* 29 ad (*ante* eiusdem)] et *b* 30 interim *om. C*

merito placuerunt, quia nec Dauid nec Mariam inducunt nec Iosephum, sed Iohannes quidem in principio fuisse uerbum dicit et uerbum fuisse apud deum et deum fuisse uerbum, Christum significans; Marcus uero, euangelium, inquit, Iesu Christi filii dei, tamquam Matthaeum exprobans, qui posuerit filium Dauid. nisi forte alterum hic et alterum ille adnuntiat Iesum. haec ergo ratio est, qua ego non accipio Christum natum. tu uero, si tantus es, ut hanc mihi adimas offensionem, effice, ut inter se ipsi conueniant, et utcumque succumbam, quamuis ne sic quidem dignum erit ex utero natum credere deum et deum christianorum.

2. AUGUSTINUS respondit: O si pio studio legisses euangelium et ea, quae te in euangelistis tamquam repugnantia mouissent, diligenter quaerere quam temere damnare maluisses, ut saltem propter ipsam, quae quasi prima fronte occurrit, apertissimam repugnantiam cogitares, nisi aliquid illic magnum lateret, difficile fieri potuisse, ut tanta eis auctoritas in terrarum orbe praeberetur, qua sibi tot hominum doctissimorum ingenia subiugarent. quid enim magnum est uidere, quod uidistis, alios Christi secundum carnem progeneratores commemorari a Luca, alios a Matthaeo, cum ambo Ioseph constituant, Matthaeus ad quem terminet, Lucas a quo incipiat: qui propter quoddam cum eius matre sanctum et uirginale coniugium etiam ipse parens Christi meruit appellari, ut propter uirilem dignitatem ab ipso uel usqũe ad ipsum generationes contexerentur? quid ergo magnum est, quod uidistis, quod alium patrem habeat Ioseph secundum Matthaeum, alium secundum Lucam, et alium auum secundum istum,

2 cf. Ioh. 1, 1 4 Marc. 1, 1

2 ioseph *Cb*, (um *eras.*) *M* 5 matheum *S* mattheum *L* 7 quia *SG* 8 es] esses *SG* 10 nec *SMG* 11 natum *om. LCPSGb* 12 *cap.* VII *LSGPM* Agustinus *L* 13 que *L* 15 saltim *L* 18 orbem *L* quas ibi *b* 19 ingenṵa (*s.* ṵ *a m. 1* i) *P* subigarent *S* subigerent (e *pr. s. l.*) *G* 21 mattheo *LC* 22 mattheus *L* matheus *C* c̃min& *L* pertingat *SG* 23 uirginale (a *in ras.*) *L* 24 apellari *C* 27 mattheum *L* mathaeum *C*

alium secundum illum, et deinceps sursum uersus usque ad Dauid per tam multas generationes alios parentes eius ab isto, alios ab illo enumerari? itane tam apertam manifestamque diuersitatem tot acuti et docti uiri, diuinarum scripturarum pertractatores diligentissimi, non uiderent? qui quidem in latina lingua perpauci sunt, eos autem in graeca quis numeret? uiderunt eam plane. quid enim facilius? aut quis paululum intuens ista non uideat? sed pie cogitantes tantae auctoritatis eminentiam latere ibi aliquid crediderunt, quod petentibus daretur, oblatrantibus negaretur, a quaerentibus inueniretur, reprehendentibus subtraheretur, pulsantibus aperiretur, obpugnantibus clauderetur: petierunt, quaesierunt, pulsauerunt, acceperunt, inuenerunt, intrauerunt.

3. Nempe tota in hoc quaetio est, quomodo potuerit duos patres habere Ioseph. hoc enim si potuisse fieri demonstratur, nulla omnino causa est, cur quisquam istorum euangelistarum in diuersis generationibus enumerandis falsum dixisse credatur. a duobus enim patribus iam non erit mirum neque contrarium, quod et aui duo et ataui et proaui esse potuerunt et quicquid supra est usque ad Dauid, cuius erant ambo filii, et Salomon, qui pertinet ad ordinem, quem Matthaeus secutus est, et Nathan, qui est in serie, quam Lucas exposuit. adtendunt enim ista nonnulli et uident non posse a duobus uiris per commixtionem carnis hominen gigni et ideo putant istam quaestionem non posse dissolui. nec intuentur, quod usitatissimum atque facillimum est patrem cuiusquam non eum tantum dici, a quo genitus, sed etiam eum, a quo fuerit adoptatus.

10 cf. Matth. 6, 7

3 illos *SG* enumerari (e *s. l. a m. 1*) *L* 6 greca *L* 7 numerat *CSGM* norat *b* ea *Lb* quid] quis *b* 8 tante *L* 10 querentibus *C* 11 rephendentibus *L* 15 potuisset *LCSG* potuisse* (τ *er.*) *M* 16 esse *C* quur *C* 19 et *om. M* aui] aut *Lb* ait.ē *(sup. ras.) M* et *ante* ataui *om. b* proau* (t *er.*; i *m. 1 superscr.*) *L* proataui *b* 21 mattheus *L* matheus *C* 22 nathan] matthan *L* 27 eum *ante* a *om. SG*

Neque enim adoptionis uinculum apud antiquos alienum ab eorum moribus fuit, cum etiam feminas inueniamus adoptasse sibi filios non ex utero suo natos, sicut Sara ex Agar et Lia ex ancilla sua et filia Pharaonis Moysen adoptauit. ipse autem Iacob nepotes suos, filios Ioseph, adoptauit. ipsum uero adoptionis nomen plurimum ualere in nostrae fidei sacramento apostolica doctrina testatur. unde apostolus Paulus cum de Iudaeorum meritis loqueretur, quorum est, inquit, adoptio et gloria et testamenta et legislatio; quorum patres, et ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in saecula; item dicit: et ipsi in nobismet ipsis ingemescimus adoptionem expectantes redemptionem corporis nostri; item alio loco: cum autem uenit plenitudo temporis, misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus. haec igitur adoptio quanti sacramenti sit, his atque huiusmodi testimoniis satis adparet. unicum enim filium deus habet, quem genuit de substantia sua, de quo dicitur: cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse aequalis deo. nos autem non de subtantia sua geuuit; creatura enim sumus, quam non genuit, sed fecit; et ideo, ut fratres Christi secundum modum nostrum faceret, adoptauit. iste itaque modus, quo nos deus, cum iam essemus ab ipso non nati, sed conditi et instituti, uerbo suo et gratia sua genuit, ut filii eius essemus, adoptio uocatur. unde Iohannes dicit: dedit eis potestatem filios dei fieri. cum igitur ius adoptionis

3 cf. Gen. 16, 1 4 cf. Gen. 30, 9 sqq. cf. Ex. 2, 9 sq. 5 cf. Gen. 48, 5 8 Rom. 9, 4 sq. 12 Rom. 8, 23 14 Gal. 4, 4 sqq. 20 Phil. 2, 6 27 Ioh. 1, 12

1 aput *LM* anti quos *L* 3 sarra *L* 4 *lia *L* pharahonis *C* 6 habere *L* nostra fidc (i *uid. er.*) sacramento (ū *s.* o *uid. m. 2 add.*) *L* 9 adoptio filiorū (filiorū *s. l. a m. 2*) *G* testamētū *b* 10 et (*ante* ex) *om. LPSGMb* 11 secła *L* 12 ingemiscimus *CSGMb* 21 aequalem *C* 22 non *om. S*

filiorum apud patres nostros et in scripturis sanctis usitatum sit, quae inpietatis dementia praecipitat prius euangelistas falsitatis arguere, quod diuersas generationes commemorauerunt, tamquam utraque uera esse non possit, quam cogitare et adtendere et uidere, quod facillimum est, quam crebra consuetudine generis humani unus homo duos patres habere potuerit: unum, cuius carne homo sit genitus, alterum, cuius uoluntate, cum iam homo esset, filius sit adoptatus? qui si non recte dicitur pater, nec nos recte dicimus: pater noster, qui es in caelis, ei, de cuius substantia nati non sumus, sed cuius gratia et misericordissima uoluntate adoptati secundum doctrinam apostolicam et fidelissimam ueritatem. ipsum quippe habemus et deum et dominum et patrem: deum, quod ab ipso etiam ex hominibus parentibus conditi sumus; dominum, quod ei subditi sumus; patrem, quod eius adoptione renati sumus.

Facile fuit ergo religiosis perscrutatoribus diuinarum litterarum aliquantulum considerare et uidere in diuersis Christi generationibus a duobus euangelistis commemoratis, quomodo duos patres potuit habere Ioseph, quorum progeneratores diuersi enumerentur. hoc et uos, si studium contentionis non excaecaret, facile uidere possitis. sed ab illis uiris alia etiam quaesita et inuenta sunt, cum omnes harum narrationum partes pertractarent; haec autem a uestro intellectu longissime remota sunt. itaque etiam in Manichaei errore constituti, id quod in rebus humanis fieri solet, ut alius carne generet filium, alius eum uoluntate adoptet, ac sic unus duos patres habeat, si non aduerso animo legeretis, cogitando uidere possetis.

9 Matth. 6, 9

3 diuersę *b* 4 possint *LCMb* 8 esset] sit *S* 10 ei] ęt *G* et *LMb*, *om. S* 14 ex] et *L* 17 praescrutatoribus *L* prąescrutatoribus *M* litterum *C* 21 enumerarentur *C* 22 possetis *CM²b* 23 quesita *C* rationum *SG* 25 etiam in Immanicęcitatis ţerrore (citatis *s. l.*) *G* &iäinimmanicęcitatis errore (inim *et* citatis *in ras.*) *S* 26 hamanis (*s.* a u *a. m. 1*) *L* generaret *L*

4. Cur autem Matthaeus ab Abraham coeperit descendens usque ad Ioseph, Lucas autem a Ioseph coeperit ascendens non usque ad Abraham, sed usque ad deum, qui fecit hominem et dato praecepto potestatem dedit, ut credens filius dei fieret, et cur ille in capite libri generationes ipsas enumerauit, ille autem, cum dominus saluator a Iohanne baptizatus fuisset; et quid sibi uelit numerus generationum secundum Matthaeum, ut ter XIIII digerantur, quibus in summam conputatis tamquam una minus adpareat; numerus autem generationum secundum Lucam, qui in baptismo domini commemoratur, ad septuaginta et septem perueniat — quem numerum ipse dominus in peccatorum remissione commendat dicens: non tantum septies, sed etiam septuagies scpties —: nullo pacto indagare possetis, nisi aut ab aliquo catholico id audiretis, non quolibet, sed quodam diuinarum scripturarum studioso, et quantum posset, perito, aut ipsi ab errore correcti pietate catholica peteretis, ut acciperetis, quaereretis, ut inueniretis, pulsaretis, ut intraretis.

5. Quapropter quoniam id. quod Faustum de generationum diuersitate permouit, quia in duobus patribus intellegendis hic nodus erat, intellecta natura et adoptione solutum est, frustra se uoluit ad duos euangelistas conferre et ab aliis duobus auferre, magis offensurus, ad quos se contulisset, quam eos, a quibus abstulisset. non enim amant sancti suos electores, si suorum sociorum eos inuenerint desertores. unitate enim gaudent et in Christo unum sunt; et si alius aliud et alius aliud, aut alius aliter et alius aliter: uera tamen

12 Matth. 18, 22

1 (et 5) quur *LC* mattheus *L* matheus *C* 7 mattheum *L* 8 ter] inter *L* degerantur *L* tamquam] tam *b* 9 apparet *L* 10 *post* lucam *add.* generationum *Lb* 12 remissionem *PMb* 13 etiam] usque *Pb* 15 quodam] quod *L* quodã (ã *s. l.*) *G*, *om. C* 16 ipsi *(corr. ex* ipse) *C* 18 intraretis] inueniretis *SG* 25 unitate //// autem (enim *uid. er.*) *SG* 26 aliud] aliquid *LCSGM*^{1}*b*

omnes dicunt nec sibi ullo modo contraria, si pius lector accedat, si mitis legat, si non haeretico animo, unde rixetur, sed fideli corde, unde aedificetur, inquirat. iam ergo quoniam singulorum patrum generationes, quos ut unus homo duos haberet, non est ab humano genere alienum, singulos euangelistas narrandas suscepisse credidimus, non est a ueritate nostra fides aliena. quocirca inter se iam euangelistis conuenientibus, sicut Faustus promisit, utcumque succumbite.

6. An illud, quod adiunxit, uos mouet adhuc? quamuis nec sic quidem, inquit, dignum erit et ex utero natum credere deum et deum christianorum. quasi nos ipsam diuinam naturam ex feminae utero extitisse credamus. nonne modo commemoraui apostoli testimonium, ubi ait de Iudaeis: quorum patres, et ex quibus Christum secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in saecula? Christus ergo dominus et saluator noster filius dei uerus secundum diuinitatem, et filius hominis uerus secundum carnem, non ex eo, quod est super omnia deus benedictus in saecula ex femina natus est, sed ex illa infirmitate, quam suscepit ex nobis, ut in ea moreretur pro nobis et eam sanaret in nobis; non ex forma dei, in qua cum esset, non rapinam arbitratus est esse aequalis deo, natus ex femina est, sed ex forma serui, quam accipiendo semet ipsum exinaniuit. neque enim ob aliud exinanisse se dictus est nisi accipiendo formam serui, non amittendo formam dei. illa enim natura, qua in forma dei aequalis est patri, incommutabiliter permanente suscepit mutabilem nostram, per quam de uirgine nasceretur. uos autem, cum carnem Christi uirginali utero committere horretis, ipsam diuinitatem dei non tantum hominum, sed et canum porcorumque uteris commisistis, semel

21 Phil. 2, 6 sq.

2 heretico *LC* 8 fautus *S* 9 adduc G^1 10 et *om. SMG* natum *om. Cb* 11 nos] non L^1 12 femine *L* 13 iudeis *C* 14 **ex *S* ęt ex *G* 21 dei] nobis *b* rapina *LS* rapiña *M* 23 ipsum *om. C* 26 est *om. C* 28 cum qui cum *SG* 30 et] etiam *C*

conceptam in utero uirginis Christi carnem non uultis credere, in qua non solum non ligatus, sed nec conmutatus est deus, et ipsam dei partem diuinamque naturam in omnium hominum ac bestiarum masculinis seminibus et femininis uteris, in omnibus conceptibus per omnes terras et per omnes aquas et per omnes auras ligari, obprimi, coinquinari et nec totam postea liberari posse praedicatis!

LIBER QUARTUS.

1. FAUSTUS dixit: Accipis testamentum uetus? si est mihi in eo hereditas, accipio; si non est, non accipio. inprobitas enim haec quidem nimia est usurpare tabulas, quae testentur exheredatum. an ignoras testamentum uetus Chananaeorum terram repromittere, sed eam tamen Iudaeis, id est circumcisis et sacrificantibus et abstinentibus a porcina ac reliquis carnibus, quas inmundas Moyses appellat, sabbata obseruantibus et azymorum sollemnitatem ac reliqua huiusmodi, quae eius ipse testator eis obseruanda mandauit? quae quia christianorum placuere nemini — neque enim quisquam nostrorum ea custodit — dignum est, ut cum refusa hereditate reddamus et tabulas. haec ergo causa est, cur ego testamentum uetus abiciendum puto, nisi tu me prudentius aliquid doceas. secunda uero causa est, quod tam etiam misera eius et corporalis ac longe ab animae commodis hereditas est, ut post beatam illam noui testamenti pollicitationem, quae caelorum mihi regnum et uitam perpetuam repromittit, etiam si gratis eam mihi testator suus ingereret, fastidissem.

2. AUGUSTINUS respondit: Temporalium quidem rerum pro-

13 cf. Gen. 15, 18; 17, 8 17 cf. Leu. 11, 7 Ex. 12; 20, 8

2 quo *SMG* mutatus *CSMG* 4 in *om. L* 5 conceptis *SG* 6 auras *scripsi* : horas *LSGMPCb* quoinquinari M^1 9 *cap.* VIII *LPSMG* 11 hec *C* que *C* q: *P.*[1] *om. SG* testem *S* testemtur *G* 12 cananeorum *L* chananeorum *C* 13 iudeis *C* 14 ac] et *SG* a *b* 16 azimorum *S* hviusmodi (v *s.* o *a m. 1*) *C* que *C* 18 nr̃m *C* 19 effusa *SG* 23 anime *C* 24 pollicitationemq; *L* 27 *cap.* VIIII. *LPMSG* Agustinus *L*

missiones testamento uetere contineri et ideo uetus testamentum appellari nemo nostrum ambigit, et quod aeternae uitae promissio regnumque caelorum ad nouum pertinet testamentum: sed in illis temporalibus figuras fuisse futurorum, quae inplerentur in nobis, in quos finis saeculorum obuenit, non suspicio mea, sed apostolicus intellectus est dicente Paulo, cum de talibus loqueretur: haec omnia figurae nostrae fuerunt, et iterum: haec omnia in figura contingebant illis; scripta sunt autem propter nos, in quos finis saeculorum obuenit. non ergo uetus testamentum ad consequendas illas promissiones, sed ad intellegendas in eis noui testamenti praenuntiationes accipimus; ueteris quippe testificatio fidem nouo conciliat. unde dominus posteaquam resurrexit a mortuis seque non solum intuendum discipulorum oculis sed etiam contrectandum manibus obtulit, ne quid tamen cum suis mortalibus et carnalibus sensibus fallaciter agi arbitrarentur, magis eos de ueterum librorum testificatione firmauit dicens: oportebat inpleri omnia, quae scripta sunt in lege Moysi et prophetis et psalmis de me. non itaque spes nostra in temporalium rerum promissione defixa est, quandoquidem nec ipsos illius temporis sanctos et spiritales uiros, patriarchas et prophetas, his terrenis rebus fuisse deditos credimus; intellegebant enim reuelante sibi spiritu dei, quid tempori illi congrueret et quibus modis deus per illas omnes res gestas et dictas futura figuranda et praenuntianda decerneret, magisque desiderium eorum de nouo testamento erat; sed praesens functio corporalis ad significanda noua uentura pollicitationibus ueteribus praebebatur. ita illo-

7 I Cor. 10, 6. 11 18 Luc. 24, 44

1 ueteri *b* 2 et *om. Lb* aeterne *C* uite *L* 4 que *C* 5 fines *S* secŭlorum *C* 6 suspicio (*corr. m. 2 ex* suscipio) *L* 7 alibus *L* *post* omnia inquit *in SG* 9 in illis *LCSG* fines *SM*[1] 12 prenuntiationes *SC* 14 oculis discipulorum *S* 15 obtulit *L*[1] 17 testificationem *L* 18 que *C* 24 tempori (e *corr. m. 2* in i) *L* 25 prenuntianda *CS* 27 presens *C* 28 prebebatur *C*

rum hominum non tantum lingua, sed et uita prophetica fuit. carnalis autem populus promissis uitae praesentis inhaerebat. de quo tamen etiam populo nihilominus significabantur futura.

Sed uos ista non intellegitis, quia, sicut propheta dixit „nisi credideritis, non intellegetis." non enim estis eruditi in regno caelorum, id est in ecclesia Christi uera catholica; quod si essetis, de diuitiis sanctarum scripturarum non solum noua sed etiam uetera proferretis. ipse quippe dominus dicit: propterea omnis scriba eruditus in regno caelorum similis est homini patrifamilias proferenti de thesauro suo noua et uetera. et ideo dum sola promissa dei noua tenere uos arbitramini, remansistis in uetustate carnis et nouitatem induxistis erroris. de qua nouitate apostolus dicit: profanas autem uerborum nouitates euita; multum enim proficiunt ad inpietatem, et sermo eorum sicut cancer serpit. ex quibus est Hymenaeus et Philetus, qui circa ueritatem aberrauerunt dicentes resurrectionem iam factam esse, et fidem quorundam subuerterunt. ex qua uena falsitatis uos manare cognoscite, qui dicitis nunc esse resurrectionem tantummodo animarum per praedicationem ueritatis, corporum autem, quam praedicauerunt apostoli, futuram negatis. quid autem spiritaliter secundum hominem interiorem, qui renouatur in agnitione dei, potestis cogitare, cum per uetustatem carnis et per carnalium rerum imagines, quibus totus error uester inuoluitur, res corporeas non possessione teneatis, sed phantasmate sapiatis? terram enim Chananaeorum, quae manifesta erat et manifeste

5 Es. 7, 9 9 Matth. 13, 52 14 II Tim. 2, 16 sqq. 23 cf. Col. 3, 10

1 prophetia (i *s. l.*) *G* profuit S^1 2 uite presentis *C* inherebat *LCSG* 3 nihilhominus *C* 5 intellegitis *L* 7 uitiis *S* 8 proferetis L^1 11 thesauro L^1 16 hymeneus *LSMG* hymeneius *C* 17 fyletus *SG* filetus *LM* 19 subuertunt *LC* manere LC^1M^1 21 predicarionem (ca *s. l.*) *S* predititionem G^1 predicationem *C* ueritatis (es in is *corr.*) *C* 24 potestatis *L* 25 quib' (b' *s. l. add. m. 2*) *L* 26 possione *S* fantasmate *LSG* 27 chananeorum *LC* chananeorum (h *s. l.*) *M*

illo populo data est, contemnere uos et fastidire gloriamini, quasi non ita terram luminis describatis ex una parte a terra gentis tenebrarum, tamquam cuneo coartato discissam, ut neque in rerum ueritate inueniatur et in cogitationum uestrarum falsitate credatur; et ideo nec uitam uestram data sustineat et mentem uestram desiderata corrumpat.

LIBER QUINTUS.

1. FAUSTUS dixit: Accipis euangelium? tu me interrogas, utrum accipiam, in quo id ipsum accipere adparet, quia quae iubet obseruo. an ego de te quaerere debeo, utrum accipias, in quo nulla accipientis euangelium uidentur indicia? ego patrem dimisi et matrem, uxorem, filios et cetera, quae euangelium iubet, et interrogas, utrum accipiam euangelium? nisi adhuc nescis, quid sit quod euangelium nuncupatur. est enim nihil aliud quam praedicatio et mandatum Christi. ego aurum argentumque reieci et aes in zonis habere destiti cotidiano contentus cibo nec de crastino curans nec unde uenter inpleatur aut corpus operiatur sollicitudinem gerens, et quaeris a me, utrum accipiam euangelium? uides in me Christi beatitudines illas, quae euangelium faciunt, et interrogas, utrum illud accipiam? uides pauperem, uides mitem, uides pacificum, puro corde, lugentem, esurientem, sitientem, persecutiones et odia sustinentem propter iustitiam, et dubitas, utrum accipiam euangelium? non ergo iam mirum est Iohannem Baptistam uiso Iesu et eius item auditis operibus quaerere adhuc, utrum ipse esset Christus, cui digne et merito Iesus nec dignatus quidem est renuntiare, quod esset ipse, sed opera rursus

12 cf. Matth. 19, 29 15 cf. Matth. 10, 9 sq; 6, 25 sqq. 20 cf. Matth. 5, 3 sqq.

1 contempnere *L* 4 ueritate rerum *G* 8 *cap.* X *LSMPG* 9 quae] qui *L* 11 qua *L* 15 nihil] mihi *PG* predicatio *C* argentum et aurum *b* 16 argentumquae *L* *aes (h *er.*) *M* cottidiano *SM* 17 de *(s. l. a m. 2) C* 18 queris *C* 24 iam *s. l. G* 27 ipse esset *SMG*

eadem illi, quae iamdudum audierat, remandauit: caeci uident, surdi audiunt, mortui resurgunt et cetera. quod ego quoque circa te non inmerito fecerim, si perroganti, utrum accipiam euangelium, dixero: omnia mea dimisi, patrem, matrem, uxorem, filios, aurum, argentum, manducare, bibere, delicias, uoluptates. hoc tibi ad interrogata satis responsum puta et beatum te futurum, si in me non fueris scandalizatus.

2. Sed non, inquit, accipere euangelium hoc solum est, si quod praecepit, facias, sed ut etiam credas omnibus, quae in eodem scripta sunt, quorum primum est illud, quia sit natus Iesus. sed nec item illud solum est euangelium accipere, ut credas, quia natus est Iesus, sed ut facias etiam, quod praecepit. ac si me idcirco euangelium non accipere putas, quia generationem praetermitto, nec tu ergo accipis et multo magis non accipis, quia praecepta contemnis. ac per hoc interim pares sumus, donec discutiamus et partes; aut si tibi non praeiudicat praeceptorum ista contemptio ad profitendum, quia accipias euangelium, mihi quare ad hoc praeiudicet genealogia damnata? quodsi accipere euangelium in duobus his constat, ut dicis, genealogias credere et seruare mandata, quid ergo inperfectus inperfectum iudicas? uterque nostrum eget alterutro. sin, quod certius est, accipere euangelium in sola obseruatione constat caelestium mandatorum, duplici modo inprobus es, qui, ut dici solet, desertor arguas militem. et tamen age, ponamus, quia ita uis, duo haec partes esse fidei perfectae, quarum una quidem constet in uerbo, id est fateri Christum natum, altera uero in opere, quod est obseruatio praeceptorum. uides ergo quam arduam ego et difficiliorem mihi partem elegerim; tu uide quam leuissimam et faciliorem.

2 Matth. 11, 5

1 ceci *C* 2 mortui resurgunt *om. b* 3 ego (ex ergo) *C* 9 (et 12) precepit *C* que *C* 11 est] esse *LCSGMP*^{1} 12 etiam *om. C* pręcipit *b* at *b* 14 pretermitto *S* 15 contempnis *CL* 17 proficiendum *SG* quia] qui *LP*^{1}*SG* quod *P*^{3} quid *b* 19 dampnata *C* 21 iudicat *b* 22 sin] et si *SG* *in *M* quod] eo quod (eo *s. l.*) *M* cercius *C* 25 quiait habes *L* ita] id (*in ras.*) *M* 26 perfecte *LC* 28 preceptorum *C*

nec inmerito plebs ad te confugit, a me refugit, nesciens utique, quia regnum dei non sit in uerbo, sed in uirtute. quid ergo est, quod me lacessis, si difficiliorem fidei adgressus partem tibi ut infirmo reliqui faciliorem? sed ego ad tribuendam, inquit, salutem animis hanc partem fidei efficaciorem puto ac magis idoneam, quam tu reliquisti, id est Christum fateri natum.

3. Age ergo, ipsum eundem interrogemus Christum et, unde potissimum nobis salutis oriatur occasio, ex eius ore discamus. quis hominum intrabit in regnum tuum, Christe? qui fecerit, inquit, uoluntatem patris mei, qui in caelis est. non dixit: qui me professus fuerit natum. et alibi ad discipulos: ite, docete omnes gentes baptizantes eos in nomine patris et filii et spiritus sancti et docentes eos seruare omnia, quae mandaui uobis, non dixit: docentes eos, quia sim natus, sed ut mandata conseruent. item alibi: amici mei eritis, si feceritis, quae praecipio uobis, non dixit: si natum me credideritis. rursum: si feceritis mandata mea, manebitis in mea caritate et alia multa. necnon et in monte cum doceret: beati pauperes, dicens, beati mites, beati pacifici, beati puro corde, beati qui lugent, beati qui esuriunt, beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, nusquam dixit: beati, qui me confessi fuerint natum. et in discretione agnorum ab haedis in iudicio dicturum se dicit iis, qui ad dexteram sunt: esuriui, et cibastis me; sitiui, et potastis me et cetera; propterea recipite regnum. non dixit: quia natum me credidistis, regnum percipite. necnon et diuiti quaerenti

11 Matth. 7, 21 13 Matth. 28, 19 sq. 18 Ioh. 15, 10 sqq. 20 Matth. 5, 3 sqq. 26 Matth. 25, 34 sq.

1 confugit] confluit *LCPMGb* refugit (*g s. l. a m. 2*) *L* 2 est *b* 3 difficiliorem (ci *s. l.*) *C* 5 inquid M^1 efficatiorem *LC* 8 et unde] eundem *Lb* p eundem *M* 10 intrauit *L* 11 celis *C* 13 omnes *om. CSMG* 15 eos *om. C* que *C* 16 conseruænt (æ *corr. ex.* a) *C* 17 que precipio *C* 20 paupes spu *b* 25 hedis *LCSMG* his *LCSGMb* dextram *M* 27 percipite *C*

uitam aeternam, uade. inquit, uende omnia, quae habes, et sequere me; non dixit: crede me natum, ut in aeternum uiuas. ecce igitur portioni meae, quam mihi de gemina, ut uultis, fide delegi, ubique regnum, uita, beatitudo promittitur, uestrae uero nusquam. aut docete sicubi scriptum est beatum esse regnumue percepturum aut aeternam habiturum uitam, qui eum fassus fuerit natum ex femina. interim tamen, si et haec pars est fidei, beatitudinem non habet. cum uero eam nec partem fidei probauerimus, quid fiet? nempe eritis uos inanes, quod et ipsum utique monstrabitur. sed interim hoc satis nobis est ad propositum, quia portio haec nostra beatitudinibus coronata sit. cui tamen accedit et illa alia beatitudo ex confessione quoque sermonis, quia Iesum confitemur esse Christum filium dei uiui, quod aeque ipse ore suo testatur Iesus dicens ad Petrum: beatus es, Simon Bariona, quia non tibi hoc caro et sanguis reuelauit, sed pater meus, qui in caelis est. quapropter non iam, ut putabatis, unam, sed duas easdemque ratas fidei partes tenemus et in utraque pariter beati appellamur a Christo, quia alteram earum operibus exercentes alteram sine blasphemia praedicamus.

4. AUGUSTINUS respondit: Iam supra commemoraui, quam saepe se dominus Iesus Christus filium hominis dicat et quanta uanitate Manichaei fabulam nefandi sui erroris inducant de nescio quo commenticio primo homine, quem non terrenum, sed fallacibus elementis indutum contra apostolum praedicant dicentem: primus homo de terra terrenus, et quanta cura nos idem monuerit apostolus dicens: si quis uobis adnuntiauerit praeterquam quod adnuntiauimus uobis, anathema sit. quapropter restat, ut filium hominis Christum

1 Matth. 19, 21 15 Matth. 16, 17 26 I Cor. 15, 47 27 Gal. 1, 8 sq.

1 que *C* ubique] ubi *SG* 7 confessus $P^{3}b$ 12 accidit *L* 13 qua *b* 14 eque *C* testatur] beatus *LSPMGb* 15 ad petrum dd *S* 19 eorum *C* 20 predicamus *C* 21 *cap.* XI *LPMSG* Agustinus *L* 22 sepe *C* 23 manichei *C* 24 commentio *C* 25 predicant *C*

ita credamus, sicut apostolica ueritate praedicatur, non sicut Manichaeorum falsitate confingitur. cum igitur eum euangelistae adnuntient natum ex femina de domo Dauid, hoc est de familia Dauid, Paulusque ad Timotheum scribat dicens: memor esto Christum Iesum resurrexisse a mortuis ex semine Dauid secundum euangelium meum: satis adparet, quemadmodum Christum filium hominis credere debeamus, qui filius dei, per quem facti sumus, etiam filius hominis per adsumptionem carnis factus est, ut moreretur propter delicta nostra et resurgeret propter iustificationem nostram. ideoque utrumque se dicit, et filium dei et filium hominis. unde ne pergam per plurima, uno loco in euangelio secundum Iohannem ita scriptum est: amen, amen dico uobis, quia uenit hora et nunc est, quando mortui audient uocem filii dei; et qui audierint, uiuent. sicut enim pater habet uitam in semet ipso, sic dedit et filio uitam habere in semet ipso; et potestatem dedit ei et iudicium facere, quia filius hominis est. dixit: uocem filii dei audient, et dixit: quia filius hominis est. secundum hoc enim, quod dixit ‚filius hominis est', accepit potestatem iudicium faciendi, quia in ipsa forma uenturus est ad iudicium, ut et a bonis et a malis uideatur. in qua forma etiam ascendit in caelum et uox illa discipulis sonuit: sic ueniet, quemadmodum eum uidistis euntem in caelum. nam secundum id, quod filius dei deus aequalis est patri et cum patre unum, non uidebitur a malis; beati enim mundo corde, quia ipsi deum uidebunt. cum ergo credentibus in se promittat uitam aeternam nec aliud sit credere in eum quam credere in uerum Christum, qualem se

5 II Tim. 2, 8 10 cf. Rom. 4, 25 13 Ioh. 5, 25 sqq. 24 Act. 1, 11 26 Matth. 5, 8

1 predicatur *L* 2 manicheorum *C* configitur *L* conficitur *b* euangeliste *C* 3 adnuntiænt (æ corr. ex a) *C* 5 iesum *om. C* 7 quemammodum *L* 10 delicta (li in ras.) *L* et] ut *S* 17 habere uitam *C* 18 (et 21, 22) iuditium *C* 24 sonauit *LMb* quemammodum *L* 25 celum *C* 26 unus *C* 29 uerū (ū *a m. 1 s.* e) *L*

ipse praedicat et ab apostolis praedicatur, hoc est et uerum dei filium et uerum hominis filium: uos, Manichaei, qui creditis in falsum et fallacem, falsi et fallacis hominis filium, cum et ipsum deum gentis aduersae tumultu perterritum membra sua misisse crucianda nec postea tota purganda docetis, uidetis, quam sitis alieni a uita aeterna, quam promittit Christus illis, qui credunt in eum. at enim dixit Petro confitenti eum filium dei: beatus es, Simon Bariona. numquid ideo nihil promisit eis, qui in eum filium hominis crederent, cum idem ipse sit et filius dei et filius hominis? habes etiam aperte uitam aeternam promissam credentibus in filium hominis. sicut exaltauit, inquit, Moyses serpentem in heremo, sic oportet exaltari filium hominis, ut omnis, qui crediderit in eum, non pereat, sed habeat uitam aeternam. quid uultis amplius? credite ergo in filium hominis, ut habeatis uitam aeternam, quia ipse est et filius dei, qui potest dare uitam aeternam, quia ipse est uerus deus et uita aeterna, sicut idem Iohannes ait in epistula sua, ubi etiam dicit antichristum esse, qui negat Christum in carne uenisse.

5. Quid ergo uos tamquam de mandatorum eius perfectione iactatis, quod ea quae in euangelio praecepta sunt operamini? quid enim illa prodessent, ubi non est fides uera, etiamsi uere inplerentur a uobis? nonne audistis apostolum dicentem: si distribuam omnia mea pauperibus et tradam corpus meum, ut ardeam, caritatem autem non habeam, nihil mihi prodest? quid ergo uos tamquam de christiana paupertate iactatis, cum christiana caritate careatis? habent enim

8 Matth. 16, 17 12 Ioh. 3, 14 sq. 17 I Ioh. 5, 20 19 cf. I Ioh. 4, 3 25 I Cor. 13, 3

1 predicat *C* 2 manichei *C* 4 aduerse *C* 5 crucianda (n *s. l.*) *C* 6 uidetis *ed. Maurina:* docetis *SGM, om. LCPb* 9 nihil *om. S* promittit *P* 19 antechristum *L* 21 perfectionem (m *semier.*) *L* 22 que *C* 23 si *(s. l. m. 1 add.) C* 24 audistis *(pr.* s *s. l. a m. 1) C* 27 prodē// (ē *uidetur er.*) *L*

inter se quam caritatem uocant etiam latrones sibi debentes facinorosam flagitiosamque conscientiam, sed non caritatem, quam commendat apostolus. et ut eam a ceteris inprobandis repudiandisque secerneret, ait alio loco: finis autem praecepti est caritas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta. unde ergo habere potestis ueram caritatem ex fide ficta surgentem? aut quando uos pigebit fidem uestram pugnare mendaciis, quando et primum hominem uestrum cum suis hostibus in suae naturae ueritate manentibus mutabili fallacia dimicasse praedicatis et istum Christum, qui dicit: ego sum ueritas, speciem carnis, mortem crucis, uulnera passionis, cicatrices resurrectionis mentitum esse suadetis? proinde uos Christo uestro anteponi uultis, si illo mentiente uos adnuntiatis ueritatem. si autem Christum uestrum sectari uultis, quis non in uobis caueat falsitatem, ut in his quoque mandatis, quae uos inplere dicitis, non sit nisi sola fallacia? quippe cum ausus sit Faustus dicere, quod aes in zonis non portetis — nisi forte ideo uerum dixit, quia non aes in zonis, sed et aurum in arcellis et in sacculis habeatis — nec reprehenderentur ista in uobis, nisi quia profitemini aliud et aliter uiuitis. adhuc in rebus humanis est ille Constantius, modo iam frater noster catholicus christianus, qui multos uestrum Romae in domum suam congregauerat propter inplenda praecepta Manichaei, satis quidem uana et inepta, sed tamen quae magna existimatis: quibus cum uestra infirmitas cederet, dispersi estis quisque in uiam suam. unde illi, qui in eis perdurare uoluerunt, a uestra societate schisma fecerunt, et

6 I Tim. 1, 5 11 Ioh. 14, 6

1 inter] intra *SG* 2 non *(s. l.) G om. SMC*^{1} 3 et] sed *(in ras.) SG, om. LMb, (in mg. m. rec. add.) C* cęteris *L* 4 precepti *C* 5 corde] corpore C^1 7 fidem *L* pigeuit *L* 8 fucare *C* purgare G^2 10 fallatia *C* 12 resurrextionis *C* 14 ueritatis *S* 16 que *C* nisi *om. L* 17 ęs *C* 19 saculis *SG* reꝑhenderentur *L* 22 urōrum *L* 23 rome *S* 24 manichei *C* 25 *sup.* cum uestra *add. m. 2* ł implendis *M* 27 uram *L* schisma (s *pr. s. l.*) *S* scisma *C*

quia in mattis dormiunt, Mattarii appellantur; a quorum stratis longe dissimiles fuerunt plumae Fausti et caprinae lodices, qua deliciarum adfluentia non solum Mattarios fastidiebat, sed etiam domum patris sui hominis pauperis Mileuitani. auferte ergo perditam simulationem, si de moribus non uultis, saltem de litteris uestris, ne lingua uestra cum uita uestra tamquam ille primus homo cum gente tenebrarum mendacibus non elementis, sed uerbis pugnare uideatur.

6. Sed ne in homines potius non inplentes ea, quae sibi praecipiuntur, quam in ipsam sectam uanissimi erroris me ista dicere quisquam reprehendat, hoc dico: talia sunt ipsa praecepta Manichaei, ut si ea non faciatis, deceptores, si autem faciatis, decepti sitis. neque enim Christus uobis praecepit, ut herbam non euellatis, ne homicidium perpetretis, qui discipulos suos per segetem transeuntes et esurientes uellere spicas sabbato non prohibuit, unde conuinceret et praesentes Iudaeos et futuros Manichaeos: illos, quia sabbato fiebat, illos, quia fiebat. sed plane Manichaeus praecepit, ut otiosis manibus uestris de homicidiis uiuatis alienis. et illa quidem falsa sunt homicidia, sed uestra sunt uera, cum tali daemoniorum doctrina miseras animas trucidatis.

7. Inest tamen ille haereticus typhus intolerabilisque superbia. uides in me, inquit, Christi beatitudines illas, quae euangelium faciunt, et interrogas, utrum illud accipiam? uides pauperem, uides mitem, uides pacificum, puro corde, lugentem, esurientem, sitientem, persecu-

16 cf. Matth. 12, 1

2 plume *C* 3 ludices *SLG* fastidiabat (fasti *in ras.*) *LS*,[1] (a *med. in ras.*) *G* fastidibat *C* fastidi*bat *M* 4 patri *C* hominis *om. SG* 6 sal*tem (u *er.*) *L* 8 pugnare] impugnari *S*, (*in ras.*) *G* 10 precipiuntur *C* uanissime (e *ex* i) *L* 11 reꝑhendat *L* 12 praecepti *SG* precepta *C* manichei *C* 14 ne] sed ne *S*, (sed *s. l.*) *G* 17 iudeos *C* manicheos *C* 18 illos] istos uero *SMG* manicheos *G*[1] precepit *C* prꝯcipit *b* ociosis *C* 20 demoniorum *C* 22 hereticus *LC* tyfus *LCSMG* typus *b* (*in mg.* al typhus) intolerabilisquae *L* 24 illum *LSMG* 25 pauperem *C* 26 persecutionẽ *L*

tiones et odia sustinentem propter iustitiam et dubitas, utrum accipiam euangelium? si hoc esset iustum esse, iustificare se ipsum, uerbis suis uolasset in caelum homo iste, cum haec loqueretur. sed ego in delicias Fausti non inuehor notas omnibus auditoribus Manichaeorum et eis maxime, qui sunt Romae: talem propono Manichaeum, qualem Constantius requirebat, cum illa praecepta exigebat inpleri, non qualem uideri nolebat. et illum tamen quomodo uideo pauperem spiritu, qui tam superbus est, ut animam suam deum credat nec captiuus erubescat? quomodo mitem, qui tantae auctoritati euangelicae mauult insultare quam credere? quomodo pacificum, qui naturam ipsam diuinam, qua deus est quicquid est, qui solus uere est, perpetuam pacem habere potuisse non putat? quomodo puro corde, in quo tumultuantur tam sacrilega et tam multa figmenta? quomodo lugentem, nisi deum captum et ligatum, donec soluatur et euadat ex quadam tamen parte decurtatus, quae in globo tenebrarum a patre ligabitur et non lugebitur? quomodo esurientem et sitientem iustitiam, quam Faustus in scriptis suis non addidit, credo, ne sibi deesse uideretur, si eam se adhuc esurire ac sitire fateretur? sed quam iustitiam isti esuriunt et sitiunt quibus perfecta iustitia erit damnatis in globo fratribus, qui nihil suo uitio peccauerunt, sed hostili tabe, quo eos pater misit, inexpiabiliter infecti sunt, insuper triumphare?

8. Quomodo persecutiones et odia sustinetis propter iustitiam, quibus haec sacrilegia praedicare et persuadere iustitia est? pro qua inpia peruersitate propter christianorum temporum mansuetudinem quam parua et prope nulla patiamini, cur non cogitatis? sed tamquam caecis fatuisque loquamini. iustitiae uestrae uelut magnum esse uultis indicium, quod

3 celum *C* 5 notas (o *s.* a *a. m. 1*) *L* 6 rome *SCG* praepono G^1 manicheum *C* 7 exiebat *L* 8 uidere *C* 10 ne *LG* captiuum *S* 15 sunt figmenta *b* 16 saluatur C^1 17 decurtatur *b* quae] que *LC, om. G, (s. l. sup.* inglobo) *S* 18 ligabatur *S* ligabaetur *G* lugebit *b* 20 se *om. SG* 23 suo (*add. m.* 2) *S* uicio *L* 26 predicare *C* iustitia (m *eras.*) *L* 29 quur *C* cecis *C*

obprobria sustinetis persecutionemque patimini. porro si tanto est quisque iustior, quanto grauiora perpetitur — omitto dicere, quod uidere facillimum est, quam multo grauiora uobis patiantur aliis atque aliis quibusque facinoribus flagitiisque polluti — illud dico: si pro nomine Christi quoquo modo usurpato atque suscepto quisquis patitur persecutionem, iam etiam ueram fidem iustitiamque tenere dicendus est, concedite, ut ille sit fidei uerioris maiorisque iustitiae, quem multo uobis grauiora perpessum potuerimus ostendere, et milia iam uobis nostrorum martyrum occurrant atque ipse praecipue Cyprianus, cuius etiam litteris edocetur, quod in Christum crediderit natum ex uirgine Maria. pro hac ille fide, quam uos detestamini, usque ad gladium mortemque peruenit cum gregibus christianorum tunc ita credentibus atque ita grauiusque morientibus. Faustus autem conuictus uel confessus, quod Manichaeus esset, cum aliis nonnullis secum ad iudicium proconsulare productis, eis ipsis christianis, quibus perducti sunt, intercedentibus leuissima poena, si tamen illa poena dicenda est, in insulam relegatus est: quod sua sponte cotidie serui dei faciunt se a turbulento strepitu populorum remouere cupientes, et unde publica terrenorum principum uota per indulgentiam solent relaxare damnatos. denique non multo post inde omnes eadem sollemni sorte dimissi sunt. fatemini ergo illos fidem tenuisse ueriorem iustioremque uitam, qui pro ea multo quam uos atrociora sustinere meruerunt, aut desinite uos inde iactare, quod multis detestabiles sitis. sed discernite, quid sit persecutionem pati pro blasphemia et persecutionem pati pro iustitia; et pro qua istarum patiamini, in uestris libris etiam atque etiam diligenter aduertite.

1 obpropria *L* 3 multa *CS* multā *G* 5 quoq: *L* 9 militia *L* iam] tam *LM* tanta *SG* 10 precipue *C* 12 testamini *L* 15 conuictus (v *m. 2 superscr.*) *C* manicheus *C* 17 perductis *CSMG* 19 eligatus *S* ligatus *Gb* legatus *ML* ex sponte *SG* cottidie *LG* faciunt serui dei *SG* 22 dampnatos *C* 23 sollēni (~ *m. rec. add.*) *S* 24 eos *Lb* 25 multo] milia *b* 28 iustia C^1 patimini *C*

9. Quam multi autem in nostra communione ueraciter faciunt ista sublimiora praecepta euangelica, de quorum specie fallitis inperitos! quam multi homines utriusque sexus ab omni concubitu puri atque integri, quam multi experti et postea continentes, quam multi rerum suarum distributores et relictores, quam multi ieiuniis uel crebris uel cotidianis uel etiam incredibiliter continuatis corpus seruituti subicientes! quam multae fraternae congregationes nihil habentes proprium, sed omnia communia, et haec nonnisi ad uictum et tegumentum necessaria unam animam et cor unum in deum caritatis igne conflantes! atque in his omnibus professionibus quam multi fallaces et perditi deprehenduntur, quam multi etiam latent, quam multi primo recte ambulantes peruersa uoluntate cito deficiunt! quam multi in temptationibus inueniuntur, quod alio animo talem uitam adumbrata specie susceperunt, et quam multi humiliter et fideliter sanctum custodientes propositum usque ad finem perseuerant et salui fiunt! in quorum societate quasi dispares adparent; sed tamen eadem caritate copulantur, qui propter aliquam necessitudinem secundum apostoli exhortationem habent uxores tamquam non habentes et emunt tamquam non tenentes et utuntur hoc mundo tamquam non utentes. his subiunguntur secundum abundantes diuitias misericordiae dei etiam illi, quibus dicitur: nolite fraudare inuicem nisi ex consensu ad tempus, ut uacetis orationi, et iterum ad id ipsum estote, ne uos temptet satanas propter intemperantiam uestram; hoc autem dico secundum ueniam, non secundum imperium. qualibus etiam idem apostolus dicit: iam quidem omnino delictum est, quia iudicia habetis uobiscum. et eorum portans

23 I Cor. 7, 5 sq ; 7, 29 sqq.

1 communione (m *er.*) *L* 2 precepta *C* 6 cottidianis *G* qvoc̣tidianis (v *s. l.* a *m. 1*) *L* 8 multe *C* 9 nonnisi (nisi *s. l. add. m. 2*) *C* tegimentum *C* 12 deṗhenduntur *S* 14 in *om. LCSG* temtationibus *M* tentationibus *L* 19 exhortationem *L* 21 mundo] modo L^1 22 habundantes *LG* habundantes *CM* misericordie *C* 25 id *om. b* temtet *M* 29 est in uobis *b* iuditia *C* habeatis *L*

infirmitatem paulo post dicit: saecularia igitur iudicia si habueritis, eos qui contemptibiles sunt in ecclesia hos conlocate. neque enim illi soli, qui ut sint perfecti, uendunt uel dimittunt omnia sua et sequuntur dominum, pertinent ad regnum caelorum. sed huic militiae christianae propter quoddam quasi commercium caritatis subiungitur etiam quaedam stipendiaria multitudo, cui dicetur in fine: esuriui et dedistis mihi manducare et cetera. alioquin damnandi erunt illi, quorum domus tam diligenti et sollicita cura conponit apostolus monens mulieres subditas esse uiris suis, uiros diligere uxores suas; filios obtemperare parentibus, parentes filios nutrire in disciplina et correptione domini; seruos oboedire cum metu dominis carnalibus, dominos quod iustum est et aequum seruis praestare. sed absit, ut istos a mandatis euangelicis alienos et a uita aeterna separandos iudicet, quia ubi ait dominus: si quis non tulerit crucem suam et secutus me fuerit, non potest esse discipulus meus, exhortans firmiores ad perfectionem, ibi statim et istos consolatus est dicens: qui receperit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet; et qui receperit prophetam in nomine prophetae, mercedem prophetae accipiet. unde non tantum qui modicum uini Timotheo dederit propter stomachum et frequentes infirmitates eius, sed etiam qui saniori atque fortiori calicem aquae frigidae porrexerit tantum in nomine discipuli, sicut ibi sequitur non perdet mercedem suam.

10. Quid autem fallitis auditores uestros, qui cum suis

1 I Cor. 6, 4 sqq. 7 Matth. 25, 35 10 cf. Col. 3, 18; 4, 1 16 Matth. 10, 38 sqq. 23 cf. I Tim. 5, 23 24 Matth. 10, 42

1 secularia *C* 2 aecclesia *C* 3 conlocate L^1 4 sua** *L* secuntur *C* 5 militiaexplane propter quoddam quasi commertium caritatis ubi iungitur *S* 6 commertium *CG* subiungitur (s *s. l. et b in ras.*) *L* 7 quedam *C* 8 cętera *L* alioquin (o *s. l. add. m. 2*) *L* 9 domos *Mb* 11 optemperare CL^2 14 prestare *LC* 21 prophete *LC* 22 dedit *LCSMGb* 23 sthomacum M^1 stomacum *L* 24 qui] quasi *b* fortiori atque saniori *C* frigide *LCS*

uxoribus et filiis et familiis et domibus et agris uobis seruiunt, si quisquis ista omnia non dimiserit, non accipiet euangelium? sed quia eis non resurrectionem, sed reuolutionem ad istam mortalitatem promittitis, ut rursus nascantur et uita electorum uestrorum uiuant, tam uana et inepta et sacrilega, quam uos uiuitis, quando ualde laudamini; aut si melioris meriti sunt, in melones et cucumeres uel in aliquos alios cibos ueniant, quos uos manducaturi estis, ut uestris ructatibus cito purgentur: merito eos a mandatis euangelicis alienatis; sed et uos ipsos talia sentientes atque suadentes maxime inde separare debetis. si enim haec uanitas ad fidem euangelicam pertineret, non debuit dicere dominus: esuriui et dedistis mihi manducare, sed: esuristis et manducastis me, aut: esuriui et manducaui uos. neque enim ex illo iam ministrationis merito secundum uestra deliramenta quisquam recipietur in regnum dei, quia manducare sanctis dedit, sed quia uel manducauit, quos anhelaret, uel manducatus est, a quibus anhelaretur in caelum. nec illi dicerent: domine, quando te uidimus esurientem, et dedimus tibi manducare? sed dicerent: quando te uidimus esurientem, et manducasti nos? quibus ille non responderet: cum uni ex minimis meis dedistis, mihi dedistis, sed: cum unus ex minimis meis uos manducauit, ego uos manducaui.

11. Haec portenta sentientes et docentes et secundum haec uiuentes audetis uos et dicere euangelica praecepta seruare et catholicae ecclesiae derogare, in qua sunt tam multi pusilli cum magnis, quos utrosque dominus benedicit pro suis gradibus euangelica mandata seruantes et euangelica promissa sperantes. sed uestrum oculum maleuolus error in solam paleam nostrae segetis ducit; nam et triticum ibi cito uide-

13 Matth. 25, 35 :: Matth. 25, 40

1 uobis (*in marg.*) *S* 2 quisquis] quis *GSb* 7 cibos alios *C* 8 ut] et *SG* 14 enim (e *s. l. a m. 2*) *L* 16 recipietur (e *ante* t *a m. 2*) *C* sanctis (i *s. l. a m. 2*) *L* 17 anelaret *L* 18 anelaretur *LSG* anhelaretur (h *s. l. a m. 1*) *M* 24 *alter.* et *om. C* uideritis *SG*

retis, si et esse uelletis. in uobis autem et qui Manichaei ficti sunt, mali sunt; et qui ficti non sunt, uani sunt. ubi enim fides ipsa ficta est, et qui ea simulate utitur, fallit et qui eam ueram existimat, fallitur; nec ex ea potest existere bona uita, quia ex amore suo quisque uiuit uel bene uel male. uos autem si spiritalis atque intellegibilis boni caritate, ac non corporalium phantasmatum cupiditate arderetis, ut cito dicam, quod de uobis notissimum est, solem istum corporeum non pro diuina substantia et pro sapientiae luce coleretis.

LIBER SEXTUS.

1. FAUSTUS dixit: Accipis uetus testamentum? quomodo, cuius praecepta non seruo? puto quidem, quia nec tu; nam peritomen ego ut pudendam despui, ac, si non fallor, et tu; cessationem sabbatorum ut superuacuam, credo, quod et tu; sacrificia ut idolatriam, non dubito, quod et tu; porcina certe non ego sola abstineo, tu item non solam comedis. ego quidem, quia omnem carnem inmundam existimem, tu uero, quia nihil inmundum: quo utroque ab utroque nostrum uetus destruitur testamentum. azymophagiae hebdomadas, scenopegia uterque nostrum tamquam inutilia et uana contempsit; lineis uestibus non inserere purpuras, in adulteriis ponere uestem linostimam, bouem et asinum iungere, si necesse sit, in sacrilegiis numerare. caluum aut reburrum et similis notae hominem non constituere sacerdotem, quia sunt huiusmodi apud deum inmundi, uterque contempsimus, risimus nec in secundis habui-

1 manichei *CL* 3 eam *SGM* simulatae *LGM* 4 existimant *SG* 6 spiritales atque intellegibiles *L* 7 fantasmatum *LCS* 8 corpore eum *SG* corpore*um (e *er.*) *M*

11 *Cap.* XII *LSPMG* 12 precepta *C* 13 peritomen (το *s. l. add. m.* 2) *L* peritomen (*s. l. a m. 2* in circumcisionē) *S* pudendū *b* 14 sabatorum *C* 17 nichil *C* 19 azymofacia *G* a*zymofactae P^1 azyma facta P^3b azymofactae *LM* azymofagie *C* ebdomadas *LC* scenophaegiam *G* scenopegia *S* scenophegia *LPCMb* 21 linistemā *b* 23 note *C* 24 sunt] non sunt *SG* huiusmundi *S* aput eum *LCM* 25 contemsimus *M* risum *LSGMb*

mus nec in primis: quae omnia praecepta sunt et iustificationes ueteris testamenti. quod ergo obicis, tibi mecum commune est, siue crimen putandum seu recte factum; uterque enim nostrum uetus respuit testamentum. ergo si quid intersit inter meam fidem quaeris et tuam, hoc, quia tibi mentiri libet et inliberaliter agere, ut quod mente oderis, uerbo conlaudes, ego fallere non didici; quod sentio, loquor, tam turpium odisse me fateor praeceptores quam ipsa praecepta.

2. AUGUSTINUS respondit: Quemadmodum et quare accipiatur testamentum uetus ab heredibus testamenti noui, iam supra diximus. sed quia paulo ante de promissis eius Faustus egit, nunc autem de praeceptis agere uoluit, respondeo istos omnino nescire, quid intersit inter praecepta uitae agendae et praecepta uitae significandae. exempli gratia: non concupisces praeceptum est agendae uitae; circumcides omnem masculum octauo die praeceptum est significandae uitae. ex hac quippe inperitia Manichaei et omnes, quibus displicent litterae ueteris testamenti, quicquid deus mandauit priori populo ad celebrandam umbram futurorum non intellegentes et ea modo non obseruari animaduertentes ex more praesentis temporis illa reprehendunt, quae utique illi tempori congruebant, quo ista, quae nunc manifestata sunt, uentura significarentur. sed quid dicturi sunt aduersus apostolum, qui ait: haec omnia in figura contingebant illis; scripta sunt autem propter nos, in quos finis saeculorum obuenit? ecce ipse aperuit, cur illae litterae accipiantur a nobis et cur illa rerum signa iam necesse non sit ut obseruentur a nobis. cum enim dicit: scripta sunt propter nos, procul dubio

11 lib. IIII 2 14 Ex. 20, 17 15 Gen. 17, 10 sqq. 24 I Cor. 10, 6. 11

1 que *C* precepta *C* 3 seu] siue *b* 4 quit *L* 5 queris *LC* 8 audisse *L* preceptores *C* 9 *Cap.* XIII *LSMPG* Agustinus *L* quemammodum *L* 12 respondebo *Eug.* (*ed.* Knöll *p* 237) 13 (et 14) precepta *C* agende *C* 16 octaua *b* 17 manichei *C* 19 celebranda *GS* celebrandū *b* 22 manifesta *SMG* 24 in illis *C* scribta *M* 25 fines *L*[1] seculorum *C* aduenit *C*[1] 26 ipse *om. S* ille *LC* littere *C*

demonstrat, quanta nobis cura legenda et intellegenda et quanta auctoritate habenda sint, quia propter nos utique scripta sunt. cum uero dicit: figurae nostrae fuerunt et: in figura contingebant illis, ostendit iam non opus esse, ut, cum res ipsas manifestatas agimus, figurarum praenuntiantium celebrationi seruiamus. unde dicit alio loco: nemo ergo uos iudicet in cibo aut in potu aut in parte diei festi aut neomeniae aut sabbatorum, quod est umbra futurorum. hic etiam cum dicit: nemo uos in eis iudicet, declarat, quam non sit necesse, ut iam haec obseruentur; cum autem dicit: quod est umbra futurorum, ostendit, quam oportuerit, ut illo tempore obseruarentur, quo ista, quae nobis iam manifestata eluxerunt, per tales umbras figurarum futura praedicebantur.

3. Proinde si Manichaei resurrectione domini iustificarentur, cuius resurrectionis dies ex die quidem passionis tertius, post diem tamen sabbati, hoc est post septimum octauus fuit, profecto spoliarentur carnali uelamento mortalium desideriorum et cordis circumcisione gaudentes non eam in carne adumbratam figuratamque deriderent tempore ueteris testamenti, quamuis iam tempore noui testamenti fieri obseruarique non cogerent. in quo enim membro congruentius expoliatio carnalis et mortalis concupiscentiae figuratur, quam unde carnalis et mortalis fetus exoritur? sed, sicut dicit apostolus, omnia munda mundis; inmundis autem et infidelibus nihil est mundum, sed polluta sunt eorum et mens et conscientia. itaque isti, qui nimis mundi sibi uidentur, quia illa membra tamquam inmunda auersantur aut auersari se

6 Col. 2, 16 sq. 24 Tit. 1, 15

2 quanta] in quanta *GMb* avctoritate (v *s. l.*) *C* 4 in illis *C* 7 in potu] potu *C* partem *L* 8 neomoeniae *LGM* neomenie *CS* quę sunt *b* 9 hinc *b* iudic& & (*exp. m. 2*) *L* 10 hec *L* 11 quę sunt *b* quam *LC Eug. b:* qua *M* quia *S* quia (a *s. l.*) *G* 12 que *C* 14 predicebantur *C* 15 manichei *CLG* resurrectionē *S* resurrectionem *G* resurrectione (m *er.*) *M* 22 cogerent̄ *b* 24 foetus *S*

fingunt, in eas infidelitatis et erroris inmunditias inciderunt, ut, cum detestantur circumcisionem carnis, quam dixit apostolus signaculum iustitiae fidei, in ipsis tamen carnalibus membris diuina dei sui membra credant conligata et inquinata detineri, ut, cum carnem inmundam dicunt, et deum illic ex parte, qua ibi tenetur, inmundum factum dicere conpellantur, quippe quem mundari oportere adserunt: quod donec fiat, quantum fieri potuerit, interim nunc eum perpeti omnia, quae carnes patiuntur, non tantum in labore et dolore adflictionum sed etiam in uoluptate corruptelarum. ei namque se dicunt parcere, quod non concumbunt, ne nodis carneis artius inplicetur et sordidius inquinetur. cum ergo apostolus dicat: omnia munda mundis, utique hominibus, qui possunt in deterius uoluntatis peruersitate mutari, quanto magis omnia munda sunt deo, qui semper incommutabilis et incontaminabilis permanet? de cuius sapientia diuine dictum est in eis libris, quos reprehendendo uehementius inquinamini, quod nihil inquinatum in eam incurrit et adtingit ubique propter suam munditiam. quapropter, o inmundissima uanitas, itane displicet tibi in membro humano, unde humana generatio propagatur, signum regenerationis humanae illum, cui munda sunt omnia, deum iussisse constitui et placet tibi etiam in flagitiis, quae illo membro ab inpudicis hominibus perpetrantur, ipsum deum uestrum, cui nihil est mundum, ex parte suae naturae conmaculari atque corrumpi? quid enim patitur in uariis turpibus corruptelis, quem coniugali quoque concubitu creditis inquinari? audete iam dicere, quod soletis:

3 Rom. 4, 11 18 Sap. 7, 24 sq.

1 infidelitates *L* errores *L* 2 detestentur *SGM* carnis circumcisionem *SGM* 4 menbris *L* 5 *post* detineri *ras. C* 7 quem] quae *L* adserunt C^1 8 perpeti//// *C* 9 afflictionem SM^1G^1 adflictionem *L* afflictionum C^2 11 concumbunt (con *s. l. a m. 2*) *S* 16 diuinàe *G* 20 membro (r *s. l. a m. 2*) *L* 21 humane *L* 25 sue *L* cũmaculari *C* 27 audet etiam dicere quod soletis *LPSGMb* audete iam dicere quod soletis *C* (*in marg. m. rec.* ad id iam quod dicere soletis, *quae est lect. ed. Maurinae*)

ergone deerat, ubi deus praefiguraret signaculum iustitiae fidei, nisi in illo membro? respondetur: cur enim et ibi non? primo quia omnia munda mundis, quanto magis deo. deinde quia hoc apostolus dixit signaculum datum Abrahae iustitiae fidei in tali circumcisione. uos autem nolite erubescere, si potestis, cum uobis dicitur: ergone deerat deo uestro, quid ageret, ne suae naturae partem istis membris, quae sic despuitis, inplicaret? pudenda quidem ista dicuntur hominibus propter nostrae mortalitatis corruptibilem poenalemque propaginem, quae inde subsistit: quibus casti adhibent uerecundiam, inpudici petulantiam, deus iustitiam.

4. Cessationem uero sabbatorum iam quidem superuacuam ducimus ad obseruandum, ex quo spes reuelata est nostrae quietis aeternae, non tamen ad legendum et intellegendum, quia propheticis temporibus cum essent ista, quae nobis hoc tempore patefacta sunt non tantum sermonibus, sed et actibus praefiguranda et praenuntianda, illo signo, quod legimus, res ista praenotata est, quam tenemus. uos autem uolo mihi dicatis, cur uestram cessationem nolitis inplere? Iudaei quippe sabbato suo, quod adhuc carnaliter sapiunt, non solum in agro fructum nullum decerpunt, sed nec in domo concidunt aut coquunt. uos autem cessantes quidem expectatis, quis auditorum uestrorum propter uos pascendos cultello uel falcicula armatus in hortum prosiliat, homicida cucurbitarum, quarum uobis adferat, mirum dictu, uiua cadauera. nam si non eas occidit, quid uos in tali facto metuistis? si autem occiduntur, cum decerpuntur, quomodo eis inest uita, cui purgandae atque recreandae manducando atque ructando uos adseritis subuenire? accipitis ergo uiuentes cucurbitas, quas, si possitis, degluttire deberetis, ut post illud unum uulnus, in quo eas cum decerpsit uester auditor reus factus est uestra

2 illo *om. SGMPCb* enim *om. C* cur non et ibi primo (*m. rec.*) *C* non primo: *b* 7 in istis *C* 9 paenalemque S^1G^1 11 inpedici *L* 19 iudei *C* 20 sapient M^1 22 coqu*unt *C* 24 ortum *LSMG* 26 metuitis *Cb* 27 eis] non eis G^2S 28 purgande *L* 30 possetis M^2b degluttire (l *s. l. a m. 2*) *L* deglutire *SGM* 31 uester] ūr *L*

indulgentia liberandus, saltem deinceps ad officinam aqualiculi uestri, ubi deum uestrum illo proelio confractum reformare possitis, inlaesae atque integrae peruenirent. nunc autem antequam eis conterendis dentes incumbant, minutatim, si hoc palato placuerit, conciduntur a uobis; quibus tam crebris uulneribus earum quomodo uos non estis rei? uidete, quemadmodum uobis expediret, ut quod uno in septem diebus faciunt Iudaei, uos cotidie faceretis et a tali etiam domestico opere cessaretis. iam quid in igne patiantur, ubi certe non reformatur uita, quae in eis est? non enim feruens olla sancto uentri conparari potest; et tamen inridetis tamquam superfluam sabbati cessationem. quanto utique sanius non solum eam non reprehenderetis in patribus, quando superflua non fuit, sed etiam nunc, quando iam superflua est, ipsam potius teneretis quam istam uestram non significatione acceptabilem, sed errore damnabilem; quam etiam non inplendo rei estis secundum opinionem uestrae uanitatis, et uani secundum iudicium ueritatis. dicitis enim dolorem sentire fructum, cum de arbore carpitur, sentire cum conciditur, cum teritur, cum coquitur, cum manducatur. non ergo debuistis uesci nisi eis, quae cruda et inlaesa possunt transuorari, ut unum saltem dolorem, cum decerpuntur, non a uobis, sed a uestris auditoribus paterentur.

Sed dicitis: quomodo subuenimus tantae uitae, si ea tantum absumimus, quae incocta et mollia possunt absorberi? si ergo ista conpensatione tam multos cibis uestris dolores infligitis,

1 saltim L^1 oficinam L 2 prelio C confractum (r *s. l.*) M 3 illese atque integre b 4 incombant C si] sic SG 6 estis] essetis SG quemammodum L 7 diebus] dies L die $SMGb$ **die in septē (in *er.*; in *m. 2 s. l. superscr.*) C 8 faceretis (r *s. l.*) M 9 patiuntur G^1 reformetur P^1 10 non est b 13 eam] autem S 14 iam (*s. l.*) S^2 15 significationem Lb 16 errorē (~*m. 2 add.*) M damnabilem (*in marg.*) M 17 et implendo uani (*in marg. m. rec.*) C 18 ueritatis] uanitatis $LSGMP^1$ 19 cum *ante* concid. *om.* P cum teritur] conteritur Pb 21 saltim L 26 compensatione C multis b infigitis L

cur ab illo solo abstinetis, ad quem maxime ista necessitas cogit? nam fructus potest et crudus comedi, sicut se nonnulli uestri exercuerunt, ut hoc non tantum de pomis, uerum etiam de omnibus oleribus facerent. si autem non uellatur aut decidatur aut quoquo modo dematur ex terra uel arbore, uenire ad escam nullo pacto potest. hoc ergo facile debuit esse ueniale, sine quo ei subuenire non ualeretis, non illi tam multi cruciatus, quos in praeparandis escis membris dei uestri non dubitatis inferre. at enim plorat arbor, cum fructus carpitur, hoc quippe dicere non erubescitis. certe nouit omnia uita, quae ibi est, et praesentit, quis ad ea conueniat. uenientibus ergo electis et poma carpentibus gaudere debuit, non plorare illum transitorium dolorem tanta felicitate conpensans et tantam euadens miseriam, si in alios incidisset. cur itaque pomum non decerpatis, cum decerpto tam multas plagas doloresque ingeratis? respondete, si potestis. nec ipsa ieiunia uobis conpetunt; non enim oportet uacare fornacem, in qua spiritale aurum de stercoris commixtione purgatur et a miserandis nexibus diuina membra soluuntur. quapropter ille est misericordior inter uos, qui se potuerit ita exercere, ut nihil eius ualetudini obsit saepe crudos cibos sumere et multa consumere. uos autem et tantas poenas escae uestrae inrogando crudeliter manducatis et a membrorum diuinorum purgatione cessando crudeliter ieiunatis.

5. Et audetis tamen etiam sacrificia testamenti ueteris execrari et idolatriam nominare et in huiusmodi sacrilegium nos quoque sociare. unde pro nobis prius respondemus sic illa iam non esse in operibus nostris, ut ea tamen in mysteriis diuinarum scripturarum ad intellegenda, quae his praenuntiata sunt, amplectamur, quia et ipsa figurae nostrae fuerunt et

4 holeribus *SCG* bellatur *L* 6 escam *S* 8 crutiaꝫ *C* escis *C* 11 praesenti *L* eam *b* 14 alios] aluos (*m.* 2 *in marg.*) *S* 16 respondite *LSG*^{1} 21 ualetudini *C*^{1} ualitudini *SGMb* sepe *C* et multa consumere *om. SG* 22 paenas *G*^{1} aescae *S* esce *L* inrogando *M*^{1} 24 purgationem *L* 25 execrari *M*^{1} 28 misteriis *L* 29 diuinarum uel sacrarū *C*

omnia talia multis et uariis modis unum sacrificium, cuius nunc memoriam celebramus, significauerunt. unde isto reuelato et suo tempore oblato illa de agendi celebritate sublata sunt, sed in significandi auctoritate manserunt; scripta sunt enim propter nos, in quos finis saeculorum obuenit. sed in eis uidelicet interfectio uos mouet animalium, cum ista omnis creatura usibus hominum quodam modo condicionaliter seruiat. sed uos, qui homini mendico esurienti panem non porrigitis, misericordes estis in pecora, quibus animas humanas inesse creditis. dominus autem Iesus in ea crudelis fuit. cum daemones in gregem porcorum, cum id ab eo peterent, ire permisit. qui etiam nondum demonstrato per passionem sacrificio corporis sui cuidam leproso, quem mundauerat, ait: uade et ostende te sacerdoti, et offer pro te, quod praecepit Moyses, in testimonium illis. magis enim, quia et per prophetas deus saepe testatur nullius se talis muneris indigere, et facile est ratione perspicere, quod nec eius rei egeat, qui nullius eget, conpellitur animus humanus inquirere, quid nos per haec docere uoluerit, qui utique non frustra ea, quibus non indiget, sibi iuberet offerri, nisi aliquid in eis ostenderet, quod nobis et nosse prodesset et talibus signis praefigurari oporteret. uos autem quanto melius et honestius istis quamuis iam nostro tempori non necessariis, tamen significantibus aliquid et docentibus sacrificiis subderemini, quam uobis ab auditoribus uestris uiuas escarum uictimas offerri iuberetis et crederetis! nam cum apostolus Paulus de quibusdam propter epulas euangelium praedicantibus congruentissime dixerit: quorum deus uenter, quanto uos

4 I Cor. 10, 11 12 cf. Matth. 8, 32 14 Luc. 5, 14 28 Phil. 3, 19

2 releuato *L* 5 nos] nō *b* fines *SM* 6 uos (*s. l.*) *G* 10 autem etiã *b* 12 etiam] autē *b* 14 et *om. b* sacerdoté L^1 offer munus *b* 15 precepit *C* 16 se (*in marg. m. rec.* Saepe) *C* 20 ea] a *b* hon (*s. l.*) *S* indiget (in *s. l.*) *G* sibi] si *L* sibi (bi *s. l.*) *SG* 21 aliquit *L* 25 escarum] ęscarum *C* scārum *LPMb* scōrum (*in marg.* scortorum) *S*, (*in marg.* oriorū) *G* 26 offerre *L* 28 dixit S^1 uenter est *b*

adrogantiore inpietate iactatis, qui uentrem uestrum non deum, sed quod sceleratioris audaciae est, dei mundatorem dicere non timetis! cuius porro dementiae est pios se uideri uelle, quod ab animalium interfectione se temperent, cum omnes suas escas easdem animas habere dicant, quibus, ut putant, uiuentibus tanta uulnera et manibus et dentibus ingerunt!

6. Cur autem, si carnibus uesci non uultis, non ipsa animalia deo uestro oblata mactatis, ut animae illae, quas non solum putatis humanas, sed ita diuinas, ut ipsa dei membra esse credatis, a carnis carcere dimittantur, et ne iterum redeant uestris orationibus commendentur? an amplius eas adiuuatis uentre quam mente et illa potius dei natura saluatur, quae uestris uisceribus exhalari meruerit, quam quae uestris precibus commendari? propterea ergo uentri uestro pecora non sacrificatis, quia ea uiua absumere non potestis, ut eorum animas intercessione uestri stomachi liberetis. o beata olera, quibus et manu euulsis et ferro concisis et igne cruciatis et dente contritis concessum est tamen, ut ad uestrorum intestinorum aras uiua perueniant, et misera pecora, quae cum citius de corpore suo exeunt, in uestra corpora intrare non possunt! ita delirantes adhuc putatis, quod ideo sumus inimici ueteris testamenti, quia nullam carnem inmundam dicimus tenentes apostoli sententiam dicentis: omnia munda mundis, et illud, ubi dominus ait: non quod intrat in os uestrum, uos coinquinat, sed quod exit. quod non ad solas turbas dominus dixit, sicut uester Adimantus, quem post Manichaeum Faustus praecipue laudat, cum ueteri testa-

23 Tit. 1, 15 24 Matth. 15, 11

1 arogantiore C^1 facitis *b* 2 audariae C^1 3 timetis (*s. l. m. 2*) *S* 4 temperant *LSMG* 5 æscas *C* 7 quur *L* sic *S* 13 exalari (h *in mg. m. 2*) *S* exalari *LCM* q̄// (∼ *m. rec. add.*) *C* q̄; e *G* 14 praecibus *LM* p̄cibus *C* 15 quia (a *s. l. a m. 1*) *L* 16 sthomachi *L* 17 holera *SMG*, (h *er.*) *C* 19 peccora *C* 23 ducimus *C* 26 adimantius *SG* adimandus M^2 adimatus LM^1 27 praecipuę *L* cum] eum (e *in ras.*) GS^1 ueteris *L* ueteri (s *er.*) *M*

mento calumniaretur, uoluit intellegi, sed etiam remotus a turbis hoc idem discipulis suis euidentius et expressius elocutus est. cum enim hanc domini sententiam testamento ueteri obposuisset Adimantus, quia in illo scripta sunt quaedam inmunda carnium. a quibus ille populus iussus est abstinere, timuit. ne sibi diceretur: cur ergo uos non quasdam, sed omnes carnes inmundas existimatis atque ab edendis omnibus temperatis. cum tu ipse proferas euangelicum testimonium non coinquinari hominem ex his, quae in os ingrediuntur et in uentrem uadunt atque in latrinam emittuntur? itaque has artissimas et fallaciam suam manifestissima ueritate praefocantes angustias conatus euadere ait hoc dominum ad turbas dixisse, quasi paucis ille in secreto uera diceret, in turbas autem falsa iactaret, cum et hoc de domino credere sacrilegum sit, et omnes qui legunt, nouerint hoc et remotis turbis eum planius dixisse discipulis. quapropter quia in exordio harum litterarum suarum Faustus sic miratur Adimantum, ut ei solum praeferat Manichaeum, conpendio requiro, utrum ista domini sententia, qua dixit non inquinari hominem his, quae in os eius intrant, uera an falsa sit. si falsam dicunt, cur eam tantus eorum doctor Adimantus a Christo prolatam dicens ad expugnandum testamentum uetus obiecit? si autem uera est, cur aduersus eam credunt se coinquinari, si quacumque carne uescantur? nisi forte uerum respondere uelint et dicere apostolum non dixisse: omnia munda haereticis, sed omnia munda mundis. cur enim non sint istis haec munda, idem apostolus sequitur et dicit: inmundis autem et infidelibus nihil est mundum; sed polluta sunt eorum et mens et conscientia. unde reuera Manichaeis omnino nihil est

25 Tit. 1, 15

1 eluminaretur (*in mg.* al: eliminaretur) *b* 2 locutus *b* 9 hos *S* 11 prefocantes *C* 12 ait *(in marg.) S* hoc hoc *S* 13 illis *S* 14 sacrilegium *C* 17 fautus *S* ei] et *LMS*^{1}*G*^{1} 18 manicheum *C* 20 falsam] falsa *L* 21 tantos *L* adimantius (i *s. l.*) *SG* 22 expurgnandum *(pr.* n *s. l.) C* 25 dixisse nō oīa *b* hereticis *LC* 26 quur *L* sit̄ (i *insert.*) *S* 29 manicheis *C*

mundum, quandoquidem etiam ipsam dei substantiam uel naturam non solum coinquinari potuisse sed etiam ex parte coinquinatam esse contendunt; nec solum coinquinatam esse uerum etiam ex omni parte recuperari mundarique non posse. unde mirum est, quod ita se dicunt inmundas omnes carnes existimare et ob hoc ab eis abstinere, quasi aliquid existiment esse mundum non solum escarum, sed omnium creaturarum. nam et ipsa olera et poma et omnes fruges et totam terram et caelum commixtione gentis tenebrarum perhibent inquinata. utinam ergo et in ceteris cibis errori suo congruerent atque ab his, quae inmunda dicunt, omnibus abstinendo fame potius morerentur quam tales blasphemias pertinaciter loquerentur! nam se corrigere atque emendare nolentibus hoc esse utilius quis non intellegat?

7. Testamento autem ueteri, ubi quidam cibi carnium prohibentur, cur non sit contraria ista sententia, qua dicit apostolus: **omnia munda mundis** et: **omnis creatura dei bona est**, si possunt, intellegant hoc apostolum de ipsis dixisse naturis, illas autem litteras propter quasdam praefigurationes tempori congruentes animalia quaedam non natura, sed significatione inmunda dixisse. itaque uerbi gratia, si de porco et agno requiratur, utrumque natura mundum est, quia **omnis creatura dei bona est**; quadam uero significatione agnus mundus, porcus inmundus est. tamquam si stultum et sapientem diceres, utrumque hoc uerbum natura uocis et litterarum et syllabarum, quibus constat. utique mundum est: significatione autem unum horum uerbum, quod dicitur stultus. inmundum dici potest, non natura sui, sed quoniam quiddam inmundum significat. et fortasse quod est in rerum figuris

18 I Tim. 4, 4

1 etiam] enim *C* 3 coinquinatam] potuisse *S* 7 escarum *C* aescarum *S* 8 holera *SMG* 10 errori (i *s. exp.* e *m. 1*) *C* 11 que *M* 16 quur *L* 17 omni S^1 18 intellegant (*ex* intellegebant) *L* 19 naturas S^1 21 (24 et 29) immunda (i *s. l. prius* m *ex* in) *L* 26 sillabarum *C* 27 quo *b*

porcus, hoc est in rerum genere stultus, et tam illud animal quam istae duae syllabae, quod dicitur stultus, quiddam unum idemque significat. inmundum quippe illud animal in lege positum est eo, quod non ruminet; non autem hoc eius uitium, sed natura est. sunt autem homines, qui per hoc animal significantur, inmundi proprio uitio, non natura; qui cum libenter audiant uerba sapientiae, postea de his omnino non cogitant. quod enim utile audieris, uelut ab intestino memoriae tamquam ad os cogitationis recordandi dulcedine reuocare quid est aliud quam spiritaliter quodam modo ruminare? quod qui non faciunt, illorum animalium genere figurantur; unde et ipsa a talibus carnibus abstinentia tale uitium nos cauere praemonuit. cum enim thesaurus desiderabilis sit ipsa sapientia, de hac munditia ruminandi et inmunditia non ruminandi alio loco scriptum est: thesaurus desiderabilis requiescit in ore sapientis, uir autem stultus gluttit illum. hae autem similitudines rerum in locutionibus et obseruationibus figuratis propter quaerendi et comparandi exercitationem rationales mentes utiliter et suauiter mouent. sed priori populo multa talia non tantum audienda, uerum etiam obseruanda praecepta sunt. tempus enim erat, quo non tantum dictis, sed etiam factis prophetari oporteret ea, quae posteriore tempore fuerant reuelanda. quibus per Christum atque in Christo reuelatis fidei gentium onera obseruationum non sunt inposita, prophetiae tamen auctoritas commendata, ecce nos diximus, qua causa, cum secundum domini apostolique sententiam nullas animalium carnes inmundas habeamus. ueteri tamen testamento, ubi quaedam inmundae dictae sunt.

15 Prou. 21, 20

3 immundum (i *s. l. prius* m *ex* in) *L* 5 uicium *S* 8 audieris (is *in ras.*) *L* 10 reu.] recordari *b* 12 ipse (*s.* e *a m. 1* a) *L* carnibus (i *ex* a *m.* 1) *L* 13 premonuit *C* 14 munditia ruminandi *m* 2 *add. S* 17 haec *L* et] uel *C Eug.* (*ed. Knöll p.* 240) et— propter (*m.* 2 *add.*) *S* figuratis & obseruationibus *G* 18 querendí *C* 21 precepta *C* 23 posteriori *b* 28 inmunde *L* immunde *M* dicte *M*

non aduersemur: uos iam dicite, quare inmundas carnes existimetis.

8. Si secundum errorem uestrum propter commixtionem gentis tenebrarum non carnes, sed ipse deus uester inmundus est in ea parte, quam uelut debellandis et captiuandis hostibus absorbendam et inquinandam misit et miscuit, deinde propter ipsam commixtionem etiam quicquid aliud manducatis, inmundum est. sed dicitis: multo amplius inmundae sunt carnes. et quare amplius inmundae sunt carnes longum est eorum de hac re deliramenta commemorare, sed breuiter adtingam, quod sat est, ut inspiciantur reprehensores ueteris testamenti tanta stultitiae uetustate confecti, ut carnis accusatores sine ulla spiritali ueritate solam carnem sapere conuincantur. fortassis enim paulo prolixior ista responsio sic aduersus eos lectorem instruet, ut in ceteris responsionibus non a nobis tam multa uerba requirantur. dicunt enim isti uaniloqui et mentis seductores in illa pugna, quando primus homo eorum tenebrarum gentem elementis fallacibus inretiuit, utriusque sexus principibus indidem captis, cum ex eis mundus construeretur, plerosque eorum in caelestibus fabricis conligatos, in quibus erant etiam feminae aliquae praegnantes: quae cum caelum rotari coepisset, eandem uertiginem ferre non ualentes conceptus suos abortu excussisse; eosdemque abortiuos fetus et masculos et feminas de caelo in terram cecidisse, uixisse, creuisse, concubuisse, genuisse. hinc esse dicunt originem carnium omnium, quae mouentur in terra, in aqua, in aere. ergo si de caelo est origo carnium, absurdissimum est propter hoc eas inmundiores putare, praesertim quia in ipsa structura mundi eosdem principes tenebrarum

6 absorbendam] abseruendam *L* 7 propter (ter *add. s. l. m. 2*) *S* quic/quid *C* 9 sint (i *ex* u *corr.*) *M* sint *b* 11 sat est ut] satis tui *b* reꝑhensores *LC* 18 inretiuit M^1 19 utrique *SG* ibidē *b* (*in mg.* ał indidem) 21 etiam erant *C* pregnantes *C* 24 auortiuos *L* foetus *CS* 25 cęcidisse *L* caecidisse *M* hinc (n *in ras.*) *C* 26 in aqua in terra *C* 29 strictura *S* structvra (v *ex* a *m.* 1 *corr.*) *L*

ita per omnem contextionem a summis usque ad ima conligatos dicunt, ut quanto quaeque amplius haberent commixti boni, tanto sublimius conlocari mererentur ac per hoc mundiores carnes esse deberent, quarum origo de caelo est, quam fruges quae oriuntur ex terra. deinde quid tam insanum dici potest quam conceptus factos ante uitae commixtionem tanto uiuaciores fuisse, ut et abortiui et de caelo in terram ruentes uiuerent, commixta autem uita nisi tempore maturo editi uiuere non possint, et si de paulo altiore loco cadant, continuo moriantur? utique si regnum uitae contra regnum mortis belligerauit, commixta uita uiuaciores facere debuit, non corruptibiliores. quodsi in sua natura quaeque res magis suam retinet incorruptionem, non duas naturas, bonam et malam, sed duas bonas, quarum sit una melior, praedicare debuerunt. unde igitur adserunt inmundiores carnes, quas de caelo genus ducere adfirmant, istas dumtaxat omnibus notas? nam ipsa prima corpora principum tenebrarum ex arboribus ibidem natis tamquam uermiculos opinantur exorta, ipsas autem arbores ex quinque illis elementis. proinde si animalium corpora primam originem habent ex arboribus, secundam de caelo, quid causae est, ut inmundiora quam fructus arborum aestimentur? si propterea, quia cum moriuntur, amittunt animam, ut iam inmundum sit, quicquid uita deserente manserit, cur eodem pacto non sunt inmunda olera uel poma, quae utique, sicut supra dictum est, cum decerpuntur uel auelluntur, moriuntur? horum quippe homicidiorum rei esse nolunt, dum nihil ex terra uel ex arbore decerpunt. deinde

1 omnes contextionem *LM* omnes contextiones (s *in ras.*) *P* omẽs contexiones *b* 2 quantoq: quae *L* quique *Cb* quoque *P* q*que *M* aberent *S* 6 conceptus factus *L* conceptos factos (ctus *in* ctos *corr. G*) *SG* conceptus faetus P^3 conceptos fętus *b* uiuatiores *SG* 7 auortiui *L* 8 editi] et diu *SG* 11 uita *(s. l. a m. rec.) C* 12 si *om. SG* 13 bonas et malas *LCSGMb* 17 ibidam *L* 18 uermiculis *b* 20 habent] habere *SG* 21 causa *L* 22 estimentur *C* a*mittunt (m *eras.*) *L* 24 remanserit *C* quur *L* 26 auelluntur (u *ex b*) *L*

cum duas animas esse in uno animantis corpore adfirmant, unam bonam de gente lucis, alteram malam de gente tenebrarum, numquid, cum occiditur animal, bona anima fugit et mala remanet? si enim hoc esset, si uiueret animal occisum, quomodo uiuebat in gente tenebrarum, quando solam suae gentis habebat animam, qua etiam rebellauerat aduersum regna diuina? cum ergo in morte cuiuslibet animalis utraque anima, et bona et mala, deserat carnem, cur inmunda caro dicitur, quasi a sola bona anima deseratur? quia etsi aliquae uitae reliquiae remanent, ex utraque remanent; nec ipsum quippe fimum dicunt remanere sine aliquibus exiguis reliquiis membrorum dei. nullam igitur causam reperiunt, cur adseuerent carnes frugibus inmundiores. sed uidelicet fallacem castitatem suam ostentare conantes eo putant inmundiorem carnem, quod de concubitu existat, quasi non tanto uehementius coguntur membro illi diuino manducando succurrere, quanto illic artius conligatum putant. postremo si ista causa est maioris inmunditiae carnium, ea comedant animalium corpora, quae non de concubitu oriuntur, sicut sunt innumerabilia genera uermium, quorum nonnullos uulgo edunt quaedam Veneticae regiones ex arboribus natos. ranas etiam, quas repente ex una pluuia terra generat, in escam isti adsumere debuerunt, ut dei sui membra talibus formis commixta liberarent, si eam carnem detestantur, quae concubitu propagatur, et genus humanum erroris arguerent, quod gallinis columbisque uescantur ex masculorum feminarumque coitu procreatis et mundiores caeli et terrae filias ranas abiciant. nam secundum istorum fabulam mundiores sunt primi principes tenebrarum, quorum parentes arbores fuerunt, quam ipse Manichaeus, quem pater et mater concumbendo genuerunt, mundiores etiam peduculi eorum, qui sine concubitu sudore carnis uel corporis

1 amantis *GS*[1] adfirment *CSG* 9 a *om. Cb* 12 repperiunt *LC* 15 quo *b* 17 illi *C* 21 uenetie *Cb* 22 germinat *b* 24 si (e *corr.* *in* i) *S* 25 columbis quae *L* 30 cūcōbendo *C* pediculi *Cb* 31 sudori *L* carnis uel *om. LCb* *post* corporis *add.* uel *Lb*

exhalatione nascuntur, quam isti ipsi miseri, qui de parentibus concumbentibus nati sunt. aut si iam quicquid ex carne etiam sine concubitu nascitur, propterea putant inmundum, quia ipsa caro ex concubitu est, inmunda erunt olera et fruges, quae de stercoribus fertilius uberiusque surrexerint. ubi uideant, quid faciant uel quid respondeant, qui fruges dicunt mundiores esse quam carnes. nam stercore quid inmundius ex carne proicitur et quid frugibus feracius adhibetur? certe ipsi dicunt per adtritiones et digestiones ciborum fugere inde uitam et exiguum quiddam in stercore remanere. cur ergo ubi exigua uita remanet, inde cibi uestri, hoc est fructus terrae de stercore et meliores et maiores et plures existunt? caro non purgamentis terrae, sed fetibus pascitur; terra uero purgamentis carnis, non fetibus fecundatur. eligant, quid sit mundius, aut iam correcti desinant esse inmundi et infideles, quibus nihil sit mundum, et nobiscum amplectantur apostolum dicentem: omnia munda mundis; domini est terra et plenitudo eius; omnis creatura dei bona est. omnia quippe, quae naturaliter sunt, in ordine suo bona sunt et nemo in eis peccat, nisi qui ordinem suum in dei oboedientia non custodiens eorum quoque ordinem male utendo perturbat.

9. Patres autem nostri, qui deo placuerunt, tenuerunt ordinem suum in ipsa oboedientia. ut quicquid deus temporibus congruis iubendo distribuit, sic obseruarent, quemadmodum ille distribuit. itaque non solum carnes ad cibos datas, cum omnes natura mundae essent, quasdam tamen nonnulla significatione inmundas illo tempore non ederunt, quo eas non edi praeceptum erat, ut talibus significationibus

17 Tit. 1, 15 Ps. 23, 1 18 I Tim. 4, 4

1 exalatione *LC* miseri (ri *in ras.*) *C* 2 cūcōbentibus *C* 3 cūcubitu *C* *post* putant *ras. in C* 9 attriciones *C* 11 ubi (*s. l. a m. 2*) *S* 12 maiores et meliores *SG* 13 (et 14) foetibus *CS* fętibus *G* 18 dei (*s. l. a m. 2*) *S* 21 utendo] uiuendo *SG* 24 sic *post* obseruarent *b* quemammodum *LM* 25 cibum (o *corr. in* u) P^3b 26 natura omnes *C* naturę *b* munde *S* 27 nonnulla (n *ante* u *m. rec. superscr.*) *C* 28 ąedi *L*

futura rerum manifestatio praefiguraretur, sed et azymum panem et cetera huiusmodi, in quibus fuisse umbram futurorum dicit apostolus, tam rei essent illius temporis et illius populi homines, si obseruare contemnerent, quando illa sic fieri, ista quae nunc reuelata sunt, tunc sic praenuntiari oportebat, quam nos desipientes essemus, si nunc iam manifesto nouo testamento illas praenuntiatiuas obseruationes aliquid nobis prodesse putaremus. sicut sacrilegi et inpii, si eosdem libros, qui propter nos scripti sunt, ut ea, quae iam nobis reuelata et in manifestatione adnuntiata sunt, tanto ante illis figuris praenuntiata cognoscentes fideliter et firmiter teneremus, ideo putaremus abiciendos. quia ea, quae ibi scripta sunt, non iam obseruare corporaliter, sed intellegere et facere spiritaliter nos dominus iubet; scripta sunt enim propter nos, in quos finis saeculorum obuenit, sicut item dicit idem apostolus. omnia enim, quae ante scripta sunt, ut nos doce remur, scripta sunt. quapropter non manducare azymum per statutos septem dies tempore ueteris testamenti peccatum fuit, tempore autem noui testamenti non est peccatum. sed in spe futuri saeculi, quam habemus in Christo, qui et animam nostram induens iustitia et corpus nostrum induens inmortalitate totos nos innouat, credere aliquid ex ueteris corruptionis necessitate atque indigentia nos passuros uel acturos semper peccatum est, quamdiu uoluuntur isti septem dies, quibus peragitur tempus. sed hoc ueteris testamenti temporibus in figura occultatum a quibusdam sanctis intellegebatur, tempore autem noui testamenti in manifestatione

3 cf. Heb. 10, 1 14 I Cor. 10, 11 16 cf. Rom. 15, 4 18 cf. Ex. 12, 15.

1 *post* manifestatio *ras.* 3 litt. *L* Sed *sqq. inc. cap.* 9 *in b* azimum *CSG* 2 cętera *L* 3 Quę tam (quę *s. l. m.* 2 *add.*) *L* 4 contempnerent CS^1G^1, (p *exp.* a *m.* 1) *L* et ista *b* 5 *post* sunt *er. m. 2* tunc *L* 6 manifestato *b* 7 obseruationes (u *s. l. a m. rec.*) *C* 12 quia] qui *L* quia (a *s. l.*) *GM* 14 nos *om. L* 15 fines *L* 17 azimum *CSG* per septē statutos (septē *s. l. a m. rec.*) *C* 21 et—induens *s. l. a m.* 2 (?) *C* 22 et totos *b* 24 quandiu *C*

reuelatum populis praedicatur. unde scriptura ipsa tunc erat praeceptum, nunc testimonium. scenopegia non celebrare aliquando peccatum fuit, nunc non est peccatum. tabernaculo autem dei, quod est ecclesia, non conpaginari semper peccatum est. sed tunc agebatur sub praecepto figuratio, nunc legitur in testimonio reuelatio. nam illud, quod tunc factum est, non diceretur tabernaculum testimonii, nisi alicui ueritati, quae suo tempore declaranda erat, quadam congruentia significationis adtestaretur. lineis uestibus miscere purpuram et linostima ueste indui aliquando peccatum fuit, nunc non est peccatum. sed inordinate uiuere et diuersi generis professiones uelle miscere, ut uel sanctimonialis habeat ornamenta nuptarum uel ea quae se non continens nupsit speciem uirginis gerat, omni modo peccatum est; et si quid inconuenienter ex diuerso genere in uita cuiusque contexitur. uerum illud tunc figurabatur in uestibus, quod nunc declaratur in moribus; illud enim erat tempus significandi, hoc manifestandi. ergo ipsa scriptura, quae tunc fuit exactrix operum significantium, nunc testis est rerum significatarum; et quae tunc obseruabatur ad praenuntiationem, nunc recitatur ad confirmationem. bouem et asinum ad operandum iungere tunc non licebat, nunc licet. declaratum est enim per apostolum, cum de boue triturante non infrenando scripturam recoleret dicentem: numquid de bubus cura est deo? quare ergo nunc legitur, quando id quod prohibuit iam licet? quia idem ipse ibi secutus apostolus ait: propter nos scriptura dicit. et utique inpium est, ut non legamus nos, quod scriptum est propter nos; magis enim propter nos, quibus manifestatur, quam propter illos, in

2 cf. Leu. 23, 34 10 cf. Deut. 22, 11 21 cf. Deut. 22, 10 23 I Cor. 9, 9 sq.

2 schenophegiam *S* schenophægiam *G* schenophegia *LM* scenophegia (scę *b*) *Cb* 5 figurato *C Eug.* (*ed. Knöll p.* 241) 6 testimonium S^1 reuelato *C Eug.* et illud *b* 8 quedam L^1 10 linostema C^1 linistema (*in mg.* linostima) *b* 11 sed *om. CSGM* 13 speciē (ciē *s. l.*) *G* spem *LMSC*^{1} spēm *b* 24 bubus C^1 bobus *b*

quibus figurabatur. bouem quippe et asinum, si necesse sit, unusquisque sine detrimento operis iungit; sapientem uero et stultum, non ut unus praecipiat et alter obtemperet, sed pariter ex aequali potestate, ut adnuntient uerbum dei, non sine scandalo quisque comites facit. itaque eandem scripturam tenemus et tunc potestate praecipientem umbris tegendum, quod nunc aperiretur, et nunc auctoritate adtestantem luce apertum, quod tunc tegebatur.

De caluo autem et reburro, quod eos inmundos lex dixerit, parum Faustus adtenderat aut in mendosum codicem inciderat. sed utinam ipse caluam frontem habere uoluisset atque in ea crucem Christi figere non erubuisset! profecto Christum clamantem: ego sum ueritas, nec cum falsis uulneribus occubuisse nec cum falsis cicatricibus resurrexisse credidisset. quin etiam dicit: ego fallere non didici; quod sentio loquor. non est ergo discipulus Christi sui, quem falsas cicatrices dubitantibus discipulis demonstrasse insanus opinatur et non solum de ceteris uanitatibus suis, sed etiam de ipsa Christi fallacia sibi tamquam non fallenti uult credi: utrum Christo melior, quo fallente ipse non fallit, an eo ipso non ueracis Christi, sed fallacis Manichaei discipulus, cum et in hoc fallit, in quo se non didicisse fallere gloriatur.

LIBER SEPTIMUS.

1. FAUSTUS dixit: Quare non credis in genealogiam Iesu? multae quidem sunt causae. sed palmaris illa, quia nec ipse ore suo usquam se fatetur patrem habere aut genus in terra, sed e contra, quia non sit de hoc mundo, quia a patre deo

9 Leu. 13, 40 13 Ioh. 14, 6

1 et asinum *om.* C^1 (*s. l. add. m. rec.* asino) 3 precipiat *C* 5 quisquam *C* 10 mendosum (u *in* e *corr. m.* 2) *LG* 11 noluisset *C* ꝑoluisset *L* eam *Lb* 13 uu•lneribus *L* 14 cum *om. b* 16 est *om. b* quem] quam *L* 17 operatur S^1G^1 18 de ceteris] diceret his *b* 19 fallatia *C* sibi] serui *b* 20 $\overset{o}{\text{xpi}}$ *SG* 21 uera•cis (t *er.*) *C* cum] qui cum *C* 24 *cap.* XIIII *LSGPM* genealogia *LC* 27 mundo]modo *C* dō (*s. l. am.* 1) *L*

processerit, quia descenderit de caelo, quia non sibi sint mater et fratres, nisi qui fecerint uoluntatem patris sui, qui in caelis est. et ad haec illi ipsi, qui has ei genealogias ascribunt, non eum ante natiuitatem cognouisse uidentur, sed neque statim, ut natus est, quo crederentur ea scripsisse, quae erga eum oculis suis uiderint gesta, sed iuueni iam et maturo coniuncti sunt ei, id est annorum ferme triginta, siquidem et aetas ascribi diuinis potest sine blasphemia. quare cum in omni testimonio ueritatis hoc semper quaeri soleat, utrumne quis audierit, an uiderit, isti uero nec audisse se fateantur ab ipso generationis hunc ordinem aut quia omnino sit natus, nec uidisse oculis, quia longo post tempore, id est post baptismum cognouerint eum: mihi et omni recte iudicanti tam stultum uidetur hoc credere, quam si quis caecum et surdum testem in iudicium uocet.

2. AUGUSTINUS respondit: Quam dicit palmarem causam, cur non accipiat genealogian Iesu Christi, ibi apertissime uictus ostenditur legentibus, quae supra diximus de filio hominis, quod tam crebro se Christus esse testatur, et de filio dei, quomodo idem ipse sit et filius hominis, quomodo secundum diuinitatem non habeat genus in terra, secundum carnem autem sit ex semine Dauid, secundum quod apostolica doctrina testatur. unde oportet eum credi et intellegi et a patre exisse et de caelo uenisse et hic tamen uerbum carnem factum inter homines habitasse. quodsi propterea putant eum non habuisse in terra matrem uel genus, quia dixit: quae mihi mater uel qui fratres? superest, ut etiam discipulos

19 cf. Matth. 13, 10 20 cf. Matth. 9, 6 22 cf. Rom. 1, 3 II Tim. 2, 8 24 cf. Ioh. 16, 28 cf. Ioh. 6, 41 25 cf. Ioh. 1, 14 27 Matth. 12, 48

3 adhuc *b* ipsi illi *C* ei] et *LMS* scribunt *L* 5 ea, (s *er.*) *G* eas *LS* scribsisse *LM* 8 abscribi *LMS*^{1}*G* non potest *b* 9 testimonio (o *fin. in ras.*) *L* 13 eum cognouerint *S* 16 cap. XV *LSGPM* 17 recipiat *SG* genealogiam *SGC* 24 et *ante* de *s. l. S* 25 eum *om. SGM*

eius, quibus hoc exemplum in se ipso praebuit, ut terreni generis necessitudinem propter regnum caelorum contemnerent, adfirment non habuisse patres, quia dixit eis: ne uobis dicatis patrem in terra; unus est enim pater uester deus. quod ergo istos de patribus docuit, hoc ipse de matre et fratribus prior fecit, sicut et alia multa, in quibus se nobis, ut eum imitaremur, praebere et, ut sequeremur, praeire dignatus est. quapropter iste, qui in eo, quod putat palmare, sic uincitur, quam iaceat et inuoluatur in ceteris animaduertendum est. quippe qui propterea dicit non credendum apostolis, qui eius non solum diuinam, sed etiam humanam natiuitatem adnuntiauerunt, quia postea iuueni adhaeserunt et nec uiderunt eum natum nec se hoc ab illo audisse dixerunt. cur ergo credunt Iohanni dicenti: in principio erat, uerbum et uerbum erat apud deum et deus erat uerbum; hoc erat in principio apud deum; omnia per ipsum facta sunt et sine ipso factum est nihil et cetera, quae illis quamuis non intellegentibus tamen placent? dicant, ubi hoc Iohannes uiderit aut ubi se hoc ab ipso domino audisse dixerit. quicquid enim dixerint, unde hoc Iohannes scire potuerit, inde credimus etiam omnes adnuntiatores natiuitatis Christi id, quod adnuntiauerunt, scire potuisse. deinde quaero, unde credant dixisse dominum: quae mihi mater aut qui fratres? si quia hoc euangelista narrauit, cur ei non credunt et illud: quia mater eius et fratres quaerebant eum? si autem hoc mentitus est, quod nolunt credere, quomodo ei credunt Christum dixisse, quod nolunt intellegere? deinde si Christum natum, quia iam iuueni adhaeserat, non

3 Matth. 23, 9 14 Ioh. 1, 1 sqq. 25 cf. Matth. 12, 46 sqq.

1 hos C^1 2 contempnerent *LCSG* 3 ne] nec *SG* 4 est *om. b* 6 et] ex C^1 7 prebere *S* et—praeire *om.* C^1 *(m. rec. in mg. adscr.)* 8 putat] putant *S* palmare (mare *in ras.*) *C* 10 propterea (a *s. l.*) *L* dič-• (~ *add. m.* 2) *C* 12 adheserunt *CS* 13 hoc *om. C* 18 quae illis *s. l. G* 23 mater *(s. l. a m. rec.) C* 24 si] nisi *LSGMb* 25 querebant *C* 28 adheserat *CSG*

potuit nosse Matthaeus, unde potuit Christum non natum post tot annos natus nosse Manichaeus? dicturi sunt: spiritus sanctus hoc sciebat, qui erat in Manichaeo. ille sane si spiritus sanctus esset, uera dixisset. sed cur non potius de Christo discipulis eius, qui etiam corporaliter ei adhaeserunt, credimus, qui non solum per spiritum sanctum ab ipso inpertitum scire potuerunt, si quid lateret in rebus humanis, sed tam recenti et praesenti memoria etiam solo humano sensu genus Christi secundum carnem et totam originem conlegerunt? et tamen caeci et surdi testes dicuntur apostoli. utinam tu non tantum caecus et surdus fuisses, ne tam uana et sacrilega disceres, sed etiam mutus, ne talia diceres!

LIBER OCTAVUS.

1. FAUSTUS dixit: Quare non accipis testamentum uetus? quia iam praeuentus sum nouo; ueteri autem et nouo non conuenit, ut scriptura testatur. nam pannum, inquit, nouum nemo adsuit uestimento ueteri, alioquin maior scissura fiet. quia ergo maiorem sicuti uos scissuram facere caueo, christianam nouitatem Hebraicae uetustati non misceo. quis enim non etiam sordidum iudicet nouis uestibus indutis non donare inferioribus ueteres? quapropter ego, etiam si natus essem Iudaeus, ut fuerunt apostoli, dignum tamen erat me nouo accepto testamento uetus repudiare, ut fecerunt ipsi. nunc uero et naturae beneficio consecutus, ut sub seruitutis iugo non nascerer, et Christo mihi protinus occurrente cum pleno munere libertatis, quam miser et stultus et insuper in-

16 Matth. 9, 16 Luc. 5, 36

1 mattheus *L* 2 nosse *s. l. S* 3 manicheo *LC* 5 discipulis (is *ex* us) *L* adheserunt *C* 11 di*ceres (s *er.*) *C* diceres *b* 13 *cap.* XVI *LSGPM* 14 accepis *L* 16 inquid *L* 17 assuit** *C* 18 scissura *L* facer& *L* 19 haebraicae *L* uetustati *C* uetustati (i *sup.* e *a m.* 1) *L* 20 nobis *L* 21 si natus] sanatus *L* 25 nascer& *S*, (rer *in ras.*) *G* nascer&|r *M* et *om. SG* occurrente (m *er.*) *M*, (m *exp.*) GS^2 occurrentem LS^1

gratus ero, si me ultro addixero seruituti? quippe Paulus inde Galatas arguit, quod in circumcisionem relabentes ad infirma repedarent et egena elementa, quibus denuo seruire uellent. quomodo ergo id ego admittam, in quo alium uideam reprehendi? turpe est redire in seruitutem, sed turpius ire.

2. AUGUSTINUS respondit: Iam quidem satis superius ostendimus, quare et quomodo teneamus auctoritatem ueteris testamenti non ad Iudaicae seruitutis imitationem, sed ad christianae libertatis testificationem. neque enim mea, sed apostoli uox est: quia omnia haec in figura contingebant illis; scripta autem sunt propter nos, in quos finis saeculorum obuenit. quapropter non in seruitute facimus. quae iussa sunt ad nos praenuntiandos, sed in libertate legimus, quae scripta sunt ad nos confirmandos. quis itaque iam non intellegat, unde Galatas reuocat apostolus, non religiose scripturam circumcisionis legentes, sed iam superstitiose circumcidi uolentes? unde non pannum nouum uestimento ueteri adsuimus, sed erudimur in regno caelorum ad similitudinem illius patris familias, quem commemorat dominus proferentem de thesauro suo noua et uetera. ille autem adsuit pannum nouum uestimento ueteri, qui continentiam uult habere spiritalem et nondum deposuit spem carnalem. nam legite diligenter et uidete de ieiunio dominum interrogatum respondisse: nemo adsuit pannum nouum uestimento ueteri. adhuc enim discipuli dominum carnaliter diligebant, quandoquidem etiam, ne occisum amitterent, formidabant. unde Petrum reuocantem

1 cf. Gal. 4. 5 10 I Cor. 10, 11 15 cf. Gal. 4. 5 20 cf. Matth. 13, 52 23 Matth. 9, 16

2 galathas (h *s. l. a m.* 2) *C* 4 ammittam *LG* amittam *S* admittam (d *in ras.*) *M* reꝑhendi *C* repræhendi *L* 6 *cap.* XVII *LSGPM* 9 christiane *L* 11 in illis *C* sunt autem *C* fines *L* 13 prenuntiandos *C* 14 iam *om. b* 15 galathas (h *s. l. a m.* 2) *C* religiosae *S* religiosae *LGM* 16 circumcisiones *L* 20 thesauro (h *s. l. add. m.* 1) *C* suo *om. GSMb* 23 interrogate S^1 respondesse L^1 25 dn̄ LS^2MG 26 ammitterent *L*

se a passione satanan appellat, quod non saperet, quae dei sunt, sed quae hominum. proinde adtendite in illa phantasia uestra de regno dei, unde istam lucem solis carni conspicuam tamquam ad exemplum uobis propositam diligitis et adoratis, quam carnalem spem geratis, et inuenietis ieiunia uestra quomodo prudentiae carnis tamquam uestimento ueteri adsuantur. uerumtamen cum pannus nouus uestimento ueteri non conueniat, unde potuerunt principibus tenebrarum membra dei uestri non adiuncta atque consuta, sed, quod est uehementius, commixta et concreta cohaerere? an utrumque uetus est, quia utrumque falsum, et utrumque de prudentia carnis est? nisi forte inde uultis probare unum fuisse nouum, alterum uetus, quia maior scissura facta est, ut miserabilis pannus de regno lucis abscinderetur et globo tenebrarum aeterna poena configeretur. et tamen argute sibi uidetur uelut acu linguae diuinarum scripturarum firmamenta conpungere talium fabularum sordidus sartor aut mendicus indutor.

LIBER NONUS.

1. FAUSTUS dixit: Quare non accipis uetus testamentum? si apostolis licuit sub eodem natis ab eo discedere, mihi quare non liceat in quo natus non sum, non usurpare? omnes quippe gentiles nascimur, non Iudaei, non denique christiani. sed alios ad se ex eadem gentilitate testamentum uetus adducit facitque Iudaeos, alios nouum et initiat christianos. tamquam si duae arbores, dulcis et amara. radicibus suis unius terrae in se uim transferant mutandam qualitatibus suis. apostolis ergo in dulcem transeuntibus ex amaro, quam demens ero ego, si in amarum conuertar ex dulci?

1 cf. Matth. 16, 23

1 satanam *C* appela**τ (lui *uid. er.*) *L* 2 quae] quae sunt *C'* 7 pannvs (v *sup.* i *a m.* 1) *C* 10 coherere *LSG* 13 quia] qua *L* 14 pena *S* paena *G* conficeretur *b* 16 conpunger& alium *L* 17 sartor (*in ras.*) *M* 19 *cap.* XVIII *LSGPM* 20 eodem (em *ex* am *a m.* 1) *L* 21 sim *CP*[1]*SGM* 23 uetus *s. l. a m.* 2 *S* 24 iniciat *SCG* 26 imitãdã *b* 28 amaram *Pb* dulce *LSGM*[1]

2. AUGUSTINUS respondit: Cur ergo apostolus, quem dicis relicto iudaismo ex amaritudine transisse in dulcedinem, magis inde fractos ramos dicit, qui ex ipso populo in Christo credere noluerunt, et in ipsa oleae radice, id est origine sanctorum Hebraeorum, tamquam oleastrum gentes insertas ut fierent participes pinguedinis oleae? nam cum de Iudaeorum lapsu admoneret gentes, ne superbirent, ita locutus est: uobis enim, inquit, dico, gentes, quamdiu quidem ego sum gentium apostolus, ministerium meum glorificabo, si quo modo ad aemulationem prouocare potero carnem meam, ut saluos faciam aliquos ex illis. si reiectio illorum reconciliatio est mundi, quae erit adsumptio nisi uita ex mortuis? si autem delibatio sancta est, et consparsio; et si radix sancta est, et rami. quodsi aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cum esses oleaster, insertus es in illis et socius radicis factus es et pinquedinis oleae, noli gloriari aduersus ramos. quodsi gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te. dicis ergo: fracti sunt rami, ut ego inserar. bene. incredulitate fracti sunt. tu autem fide stas, noli altum sapere, sed time; nam si deus naturalibus ramis non pepercit, neque tibi parcet. uides ergo bonitatem et seueritatem dei: in eos quidem, qui ceciderunt, seueritatem, in te autem bonitatem, si permanseris in bonitate; alioquin et tu excideris. et illi si non per-

7 Rom. 11, 13 sqq.

1 *cap.* XVIIII *LSGPM* quur *L* 3 fractos (o *ex* u *a m.* 2) *S* fractus *G* xpo^{m} *L* 4 oleę (ę *in ras.*) *L* ēst (st *s. l. add. m.* 2) *L* ꝺ hebreorum *SG* 6 fierent (iere *in ras.*) *L* pinguedines SG^{1} pinguetinis (is *corr. ex* es) M pinquedines (gue *ex* qui *corr. m.* 1) *L* iudeorum *C* 7 ammoneret *LSGM* ne *s. l.* *S* 8 inquit enim *C* 9 glorifico *Pb* 11 reiectio (i *ante* o *s. l. add. m. rec.*) *C* delictum *b* 12 assumptionis uita *M* 14 consparsio $P^{3}M^{2}b$ conspærsio (æ *ex* a *a m. rec.*) *C* 17 pinquidinis *L* 19 inincredulitate (*alt.* in *s. l.*) *M* 21 sapere (a *s. l. a m.* 1) *G* nā (*sup.* ā *m. rec. scr.* e) *C* 22 parcit *SG* parcat *C* parcet (e *ex* i *a m.* 1) *L* 23 dem qui cecid *in ras. L*

manserint in incredulitate, inserentur; potens est enim deus iterum inserere illos. nam si tu ex naturali excisus oleastro et contra naturam insertus es in bonam oliuam, quanto magis illi, qui secundum naturam sunt, inserentur suae oliuae? nolo enim uos ignorare, fratres, sacramentum hoc, ut non sitis uobis sapientes, quia caecitas ex parte Israhel facta est, donec plenitudo gentium intraret, et sic omnis Israhel saluus fieret. uidetis ergo uos, qui in ista inseri radice non uultis, non quidem fractis ramis esse similes, sicut est carnalis et inpius populus Iudaeorum, sed in oleastri amaritudine remansisse. nam quid nisi oleastrum gentium sapit adorare solem et lunam? nisi forte propterea uos iam non putatis esse in oleastro gentium, quia spinas noui generis addidistis et falsum Christum, quem cum sole et luna coleretis, non manu fabrili, sed peruerso corde finxistis? inserimini ergo in radicem oleae, quo se redditum gaudet apostolus, qui inter fractos ramos per incredulitatem fuit. inde se quippe liberatum dicit, cum se a iudaismo ad Christum transisse laetatur, quia Christus semper in illa radice atque in illa arbore praedicatus est: in quem uenientem qui non crediderunt, fracti sunt inde; et qui crediderunt, inserti sunt ibi. quibus ne superbiant, dicitur: noli altum sapere, sed time; nam si deus naturalibus ramis non pepercit, neque tibi parcet. sed ne de ipsis fractis desperetur, paulo post dicit: et ipsi si non permanserint in infidelitate, inserentur; potens est enim deus iterum inserere illos. nam si tu ex naturali excisus oleastro et contra naturam insertus es in bonam oliuam, quanto magis illi, qui se-

23 Rom. 11, 20 sqq.

1 inseruntur *L* 3 excisus *b:* incisus *lib.* 5 natura *L* 7 cecitas *LC* in israel *b*, (in *s. l.*) *M* 10 similis *L* 11 iudeorum *C* mansisse *b* 13 ppt̄ *L* 14 additis *b* 15 cum sole (cum so *in ras.*) *C* 16 inseremini *b* 20 predicatus *C* 21 qui (i *ex* e *corr. et* m *er.*) *C* 22 sunt. Inde *L* 23 nā (*sup.* ā *m. rec. scr.* e) *C* 27 dn̄s*** *L* iterum *om. LCSGMb* 28 excisus *b:* incisus *lib.*

cundum naturam sunt, inserentur suae oliuae? ecce unde etiam ipse gloriatur a fractura liberatus et radicis pinguedini redditus. qui ergo in uobis sunt, quos inde fregit inpietas, redeant et rursus inserantur; qui autem numquam ibi fuerunt, ueniant a naturali sterilitate praecisi participes fecunditatis futuri.

LIBER DECIMUS.

1. FAUSTUS dixit: Cur non accipis testamentum uetus? quia et ab ipso hoc et ex nouo didicimus aliena non concupiscere. quid autem, inquis, alienum habet testamentum uetus? immo quid habet non alienum? diuitias promittit et uentris saturitatem et filios et nepotes uitamque longam et cum his Chananitidis regnum, sed omnia haec circumcisis et obseruantibus sabbata et immolantibus sibi et abstinentibus a porcina et huiusmodi ceteris: quae quia ego neglego et christianus omnis, ut inepta scilicet et ad salutem animi minime pertinentia, idcirco nec quae promittit, ad me iam expectare cognosco, memorque quia sit mandatum: non concupisces aliena, Iudaeis bona sua habere libens uolensque permisi solo scilicet euangelio et regni caelorum splendida hereditate contentus. nam ut Iudaeo, si sibi euangelium usurparet, iure increpitans dicerem: „inprobe, quid tibi cum eo est, cuius praecepta non seruas?“ sic uereor, ne mihi eadem Iudaeus increpitet tenenti testamentum uetus, cuius mandata contemnam.

2. AUGUSTINUS respondit: Eadem saepe uana repetere istum non pudet, sed eadem saepe quamuis uera respondere

17 Ex. 20, 17 Rom. 7, 7

1 ecce] etce (t *in ras.*) *C* 2 fructura *G* radici *LCSG* pinguedinis *CSG*, (i *in* e *corr.*) *L* 3 impietas (im *in ras.*) *L* 5 naturali] natura *S* 7 *cap.* XX *LSPMG* 12 cananitidis *LCSG* chananitibis (h *s. l.*) *M* omnia (ni *ex* m) *L* 13 inmolantibus *C* 14 ceterisq: *L* 16 spectare *Cb* 18 iudeis *C* sua (*s. l.*) *S* permissi *L* 20 iudeo (i *in ras.*) *C*, (o *in ras.*) *S* iudaeos *LM*^{1} iudeū *M*^{2} si *om. LM* susurparet *M* 22 precepta *C* sic (c *s. l.*) *C* nec *S* 23 contempnam *LCS*^{1}*M*^{1}*G* 24 *cap.* XXI *LSPMG* sepe *CSG* 25 sepe (e *a m rec.*) *C* sepe *SG*

me piget. quisquis itaque etiam aduersus ista responsionem quaerit, quae superius a nobis dicta sunt, legat. Iudaeo autem dicenti mihi: „cur tenes uetus testamentum, cuius praecepta non seruas?“ respondeo seruari a christianis etiam ex ipsis libris praecepta uitae agendae; praecepta uero uitae significandae tunc recte obseruata, cum praenuntiabantur ista, quae nunc reuelata sunt. quapropter etiam ipsa sic non obseruo ad religionem, ut teneam tamen ad testificationem, sicut et promissa carnalia, quae ibi continentur, unde proprie uetus dicitur testamentum. quamuis mihi aeterna speranda reuelata sint. et illa tamen adtestantia lego, quae in figura contingebant illis; scripta autem sunt propter nos, in quos finis saeculorum obuenit. itaque si audistis, quid respondeamus Iudaeis, audite et quod obiciam Manichaeis.

3. Certe Faustus dixit turbari nos posse, si nobis Iudae dixerint: quare tenetis uetus testamentum, cuius praecepta non obseruatis? quibus nos eiusdem scripturae uenerata atque seruata auctoritate respondemus. uos quid respondetis, cum uobis dicitur: quare tenetis euangelicos libros, quorum uos ad decipiendos inperitos confingitis sectatores, et quae ibi scripta sunt, non solum non creditis, sed etiam quantis potestis uiribus obpugnatis? certe uidetis uos potius de nouo testamento quam nos de uetere obiectis respondere non posse omnia enim quae in uetere scripta sunt, nos et uera esse dicimus et diuinitus mandata et congruis temporibus distributa. uos autem, cum uobis obiecta fuerint, quae in libris noui testamenti scripta sunt nec accipiuntur a uobis, deficientes in

2 lib. VI 2 11 I Cor. 10, 11

1 istam *LCSGM* ista (*uirg. er.*) *P* 2 iudeo *C* 6 rectae *G* prenuntiabantur *C* 10 propriae S^2 dicitur *om. b* 11 reuelata (r *paene s. l. m.* 1) *L* sint (i *ex* u) *C* 12 in illis *LCSM*^{1}*G* sunt autem *SGMb* 13 fines $L^1S^1M^1G^1$ 14 quod] quomodo *C* obiciam' (*'add. m.* 3) *P* obiciamus *b* 15 manicheis *C* 16 nos] non C^1 17 precepta *C* 19 respondimus *LCMS*^{1}*G*^{1} quid (d *s. l.*) *S* 22 non* cred. (s *uidetur er.*) *C* 28 deficientibus S^2, (ibus *s. l.*) G^2

respondendo et manifesta ueritate faucibus pressis anhelitu saucio dicitis esse falsata. quid aliud possent exspirare praefocata ora fallacium? uel potius quid aliud possent putere confossa cadauera mortuorum? et tamen confessus est Faustus non concupiscere aliena non solum se ex nouo testamento, sed etiam ex uetere didicisse: quod certe a suo deo non posset discere. ille quippe. si non concupiuit aliena, quare super terram tenebrarum, ubi numquam fuerunt, noua saecula construxit? an dicturus est: prior ipsa gens tenebrarum regnum meum concupiuit, quod ab illa erat alienum? ergo imitatus est gentem tenebrarum, ut et ipse concupisceret aliena? an angustum antea fuerat regnum lucis? optandum igitur erat bellum, ut adquireretur de uictoria latitudo regnandi. quod si bonum est, et ante potuit concupisci, sed expectabatur, ut gens hostilis in bellum prior erumperet, quo quasi iustius expugnaretur. si autem non est bonum, quare inimico uicto super alienam terram crescere uoluit regnum suum, cum prius contentus suis finibus plena felicitate uixisset? sed utinam uere isti haec ipsa praecepta uitae agendae, quorum est unum, ne concupiscamus alienum, uellent ex illis litteris discere, profecto mansuescerent et mites intellegerent etiam illa praecepta uitae significandae, quibus eorum oblatrat offensio, et illi tunc tempori obseruanda congruisse et huic nunc tempori intellegenda congruere. nos autem quomodo uetus testamentum tamquam alienum concupiscimus, cum ea legamus, quae in figura contingebant illis; scripta sunt autem propter nos, in quos finis

1 respon||do *L* pressis] praecessit *L* praessis *SMG*^{2} Hanelitus (s *infra lin.*) *L* anelatu *S* anh elitus *M* 2 aucio *M* aliud (i *s. l.*) *SG* possint *b* expirare *C* prefocata (ca *s. l. m.* 2 *superscr.*) *C* 3 putære *C* putare *L*'*b* 7 possit *b* alienam *LS*,^{1} (m *er.*) *MG* 9 construit *Lb* 12 lucis optandum. Igitur *SGL* 13 quireretur *S* 15 priore rumperet *L* quo] quo (d *er.*) *PM* quod *LSG* 18 conteptus *C* suis (s *fin. s. l.*) *L* 19 (et 22) precepta *C* 20 concupiscamus (mu *s. l.*) *G* 27 in illis *LCSMG* fines *LS*^{1}*M*^{1}*G*^{1}

saeculorum obuenit? puto, quod non concupiscit alienum, qui hoc legit, quod scriptum est propter ipsum.

LIBER UNDECIMUS.

1. FAUSTUS dixit: Apostolum accipis? et maxime. cur ergo non credis filium dei ex semine Dauid natum secundum carnem? non equidem crediderim apostolum dei contraria sibi scribere potuisse et modo hanc, modo illam de domino nostro habuisse sententiam. sed quia uobis ita placet, qui numquam sine stomacho auditis aliquid esse in apostolo cauponatum, ne hoc quidem nobis scias esse contrarium, si quidem haec uetus uideatur esse et antiqua opinio Pauli de Iesu, cum eum et ipse Dauid filium putaret ut ceteri. quod tamen ubi falsum didicit, interpolat et infirmat scribensque ad Corinthios, nos, inquit, neminem nouimus secundum carnem; et si cognouimus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus. quare consideres oportet, quantum intersit inter haec duo capitula, e quibus unum perhibet Iesum filium Dauid secundum carnem, alterum uero iam se neminem nosse secundum carnem. quae si utraque sunt Pauli, aut hac ratione erunt, qua dixi, aut unum ipsorum non erit Pauli. prosequitur denique: itaque, inquit, si qua est in Christo noua creatura, uetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua. uides ergo eum ueterem appellare et transitoriam fidem illam priorem, id est Iesum credidisse ex semine Dauid secundum carnem, nouam uero hanc secundam et permanentem, quia neminem iam nouerit secundum carnem. quapropter et alibi, cum essem, inquit, paruulus, ut paruulus loquebar, ut paruulus sapiebam, ut paruulus cogitabam; cum autem factus sum uir, quae paruuli erant euacuaui. quod si ita est, quid ergo et nos indignum

5 cf. Rom. 1, 3 14 II Cor. 5, 16 sq. 27 I Cor. 13, 11

4 *cap.* XXII *LSPMG* 9 sthomaco *L* stomacho (h *s. l.*) *M* cauponatum (i. e. mixtū *s. l. a m. 1*) *M* 13 interpellat *L* 20 aut *om. b* dixi (*in marg.*) *SG* 28 ut paruulus cogitabam *o m. LCb* 30 uacuaui *SG* deposui euacuaui *C*

facimus, si nouam et meliorem Pauli tenentes confessionem ueterem illam ac deteriorem proicimus? aut si uobis secundum quod ad Romanos scribit credere cordi est, nobis quare licitum non sit secundum quod ad Corinthios dogmatizare? quamuis et hoc ad duritiam uestram ita responderim. alioquin absit apostolum dei, quod aedificauit, umquam destruere, ne se ipse praeuaricatorem constituat, ut contestatus est. uerumtamen si eius est prior illa sententia, nunc emendata est; sin fas non est Paulum inemendatum dixisse aliquid umquam, ipsius non est.

2. AUGUSTINUS respondit: Hoc est, quod paulo ante dixi, quia ubi sic manifesta ueritate isti praefocantur, ut obsessi dilucidis uerbis sanctarum scripturarum exitum in eis fallaciae suae reperire non possint, id testimonium, quod prolatum est, falsum esse respondent. o uocem a ueritate fugacem, in amentia pertinacem! usque adeo inuicta sunt, quae aduersus uos de diuinis codicibus proferuntur, ut non sit aliud, quod dicatis nisi eos esse falsatos. quae auctoritas litterarum aperiri, qui sacer liber euolui, quod documentum cuiuslibet scripturae ad conuincendos errores exeri potest, si haec uox admittitur, si alicuius ponderis aestimatur? aliud est ipsos libros non accipere et nullo eorum uinculo detineri, quod pagani de omnibus libris nostris, quod Iudaei de nouo testamento faciunt, quod denique nos ipsi de uestris et aliorum haereticorum, si quos suos et proprios habent, uel de his, qui appellantur apocryphi — non quod habendi sint in aliqua

7 cf. Gal. 2, 18

1 tenentes *(post.* en *s. l.)* *C* 2 proiecimus *C* 3 cordi] credi *L* 5 responderem *L* 8 et prior *Cb* nunc *(exp. m. 1 et* in *superscr.)* *L* 11 *cap.* XXIII *LPSMG* Agustinus *L* 12 ob*sessi (s *er.)* *C* 13 delucidis *SG* fallacie *LM* fallatie *G* 14 repperire *LSMG* 15 respondeant (a *m. 2 superscr.)* *SG* 16 adea *L* 18 quae iam *C* aperiꝛ *b* 19 et quis *b* quis *C* liber (b *ex* u) *M* libere uolui *L* libere uolui S^2 20 scriptoris *C* cõuincendos *C* 21 ammittitur LG^1 extimatur *L* 24 dec eteris S^1 de u&eris G^1 25 hereticorum *CL* 26 apocrifi *S. (*o *s. l.)* *C* apocryfi *LGM*

auctoritate secreta, sed quia nulla testificationis luce declarati de nescio quo secreto nescio quorum praesumptione prolati sunt —: aliud est ergo auctoritate aliquorum uel librorum uel hominum non teneri et aliud est dicere: iste quidem uir sanctus omnia uera scripsit et ista epistula ipsius est, sed in ea ipsa hoc eius est, hoc non est eius. ubi cum ex aduerso audieris „proba," non confugias ad exemplaria ueriora uel plurium codicum uel antiquorum uel linguae praecedentis, unde hoc in aliam linguam interpretatum est, sed dicas: inde probo hoc illius esse, illud non esse, quia hoc pro me sonat, illud contra me. tu es ergo regula ueritatis? quicquid contra te fuerit, non est uerum? quid? si alius simili insania, sed tamen qua tua duritia confringatur, existat et dicat: immo illud, quod pro te sonat, falsum est, hoc autem, quod contra te est, uerum est, quid acturus es? nisi forte alium librum prolaturus, ubi quicquid legeris, secundum tuam sententiam possit intellegi. hoc si feceris, non de aliqua eius particula, sed de toto audies contradicentem et clamantem: falsus est. quid ages? quo te conuertes? quam libri a te prolati originem, quam uetustatem, quam seriem successionis testem citabis? nam si hoc facere conaberis, et nihil ualebis et uidebis in hac re quid ecclesiae catholicae ualeat auctoritas, quae ab ipsis fundatissimis sedibus apostolorum usque ad hodiernum diem succedentium sibimet episcoporum serie et tot populorum consensione firmatur. itaque si de fide exemplarium quaestio uerteretur, sicut in nonnullis, quae et paucae sunt et sacrarum litterarum studiosis notissimae senten-

3 ergo (o *s. er.* a *m.* 1) *L* 4 est *om. SG* istem G^1S^1 isdem G^2 5 epistola *L* in ea] mea *S* 6 aduersa *S* 8 plurimum *S* 9 unde *b* 11 tues (e *corr. m* 1 *ex* i) *L* tuis *SPMb* tuuis (*alt.* u *s. l.*) *S* 13 qua] quia *S* qui *MG* atua *G* confringatur (r *s. l.*) *M* confi*gatur (n *er.*) *L* conf*ringatur (l *er.*) *C* 15 te (*s. l. m.* 1) *C* ą̣cturus (*exp. m.* 1) *C* 19 libri (ri *in ras.*) *S* libẹ̀ri *G* 20 testemue (ue *s. l. a m.* 2) *SG* citabis (b *corr. ex* u) *M* 21 conaueris *L* uidebis *scripsi*: uides *LPSGMCb* 23 usque (*add. m.* 2) *S* 26 conuerteretur *C* paucę (ę *m.* 2 *add.*) *S* 27 notissime *L*

tiarum uarietates, uel ex aliarum regionum codicibus, unde ipsa doctrina commeauit, nostra dubitatio diiudicaretur, uel si ibi quoque codices uariarent, plures paucioribus aut uetustiores recentioribus praeferrentur: et si adhuc esset incerta uarietas, praecedens lingua, unde illud interpretatum est, consuleretur. hoc modo quaerunt, qui, quod eos mouet in scripturis sanctis tanta auctoritate firmatis, inuenire uolunt, ut habeant, unde instruantur, non unde rixentur.

3. Hoc autem, quod aduersus inpietatem uestram ex apostoli Pauli epistula profertur, filium dei ex semine Dauid esse secundum carnem, omnes codices et noui et ueteres habent, omnes ecclesiae legunt, omnes linguae consentiunt. exuimini ergo pallio fallaciae, quo Faustus indutus, cum sibi proposuisset tamquam interrogantem et dicentem: accipis apostolum Paulum? respondit: et maxime. cur enim non potius respondit: et minime, nisi quia fallax aliud quam id, quod falsum erat, respondere non potuit? quid enim accepit apostoli Pauli? non primum hominem, quem ille dicit de terra terrenum, de quo item dicit: factus est primus homo Adam in animam uiuentem, ille autem adnuntiat nescio quem primum hominem nec de terra terrenum nec factum in animam uiuentem, sed de substantia dei id ipsum existentem quod deus est, membra sua uel uestimenta sua uel arma sua, id est quinque elementa cum et ipsa nihil aliud essent quam substantia dei, in tenebrarum gente mersisse, ut inquinata caperentur. non secundum hominem, quem Paulus dicit de caelo, quem dicit etiam nouissimum Adam in spiritum uiuificantem, quem dicit factum ex semine Dauid secundum carnem, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos,

10 cf. Rom. 1, 3 19 I Cor. 15, 45 Gen. 2, 7 27 cf. I Cor. 15, 45

2 si ibi] sibi *SLMG* si ibi (si *in ras.*) *P* 3 uestustiores *C* 4 recedentioribus *C* praeferrentur *(alt.* r *s. l.) SG* praeferentur *Lb* preferrentur (r *pr. et* tur *s. l. a m. 1) C* 6 querunt *C* 10 epistole *L* 12 aecclesie *C* 13 fallacie *LC* 15 quur *L* 17 accipit *C* 22 substantia (sub *in ras.*) *L* 24 aliud nihil *C*

qui sub lege erant, redimeret; de quo ad Timotheum dicit: memor esto Christum Iesum resurrexisse a mortuis ex semine Dauid secundum euangelium meum; in cuius exemplo etiam resurrectionem nostram praedicat dicens: tradidi enim uobis in primis, quod et accepistis, quia Christus mortuus est pro peccatis nostris secundum scripturas; et quia sepultus est et quia resurrexit tertia die secundum scripturas. et paulo post infert, quare hoc dixerit: si autem Christus praedicatur, quia resurrexit a mortuis, quomodo dicunt quidam in uobis, quia resurrectio mortuorum non est? iste autem, qui interrogatus, utrum accipiat apostolum Paulum, respondet: et maxime, haec omnia negat. nec Iesum ex semine Dauid uult accipere nec factum ex muliere, quam, non quod fuerit uel concumbendo uel pariendo corrupta, mulierem Paulus appellat sed more scripturarum loquitur, quae ipsum sexum sic appellare consueuerunt; sicut in genesi de Eua scriptum est: formauit eam in mulierem, cum commixta uiro non fuisset. nec ipsam mortem Christi et sepulturam et resurrectionem accipit, quandoquidem Christum dicit nec mortale corpus habuisse, ubi illa uera mors esset, nec illas cicatrices ueras fuisse, quas post resurrectionem discipulis ostendit, cum eis, quod et Paulus commemorat, uiuus adparuit; nec ipsam carnem nostram resurrecturam in corpus spiritale mutatam, sicut apertissime idem apostolus dicit: seminatur corpus animale, surgit corpus spiritale. unde discernens inter corpus animale et spiritale contexit, quod iam commemoraui de primo Adam et nouissimo Adam, deinde intulit: hoc autem

1 cf. Gal. 4, 4 sq. 2 II Tim. 2, 8 4 I Cor. 15, 3 sqq. 9 I Cor. 15, 12 17 Gen. 2, 22 22 cf. Luc. 24, 39 sq. I Cor. 15, 5 25 I Cor. 15, 44 sqq.

6 pecatis *C* 7 rexurrexit (*sec.* r *s. l.*) *C* 8 scripturas (a *s.* i *a m. 1*) *L* paulo] polo *C* 10 qui C^1 12 et (*s. l*) *S* 15 corrupta (u *s. l. m. 2 add.*) *C* 17 consueuerunt L^1 consuerunt *C* 18 mixta *C* 20 accepit $G^1LS^1M^1$ 22 Cū ꝗis eis & paulus quod comm. *G* 23 quod et paulus (*add. m.* 2) *S* 24 spiritale (r *ex* l *m.* 2 *corr.*) *C*

dico, fratres, quoniam caro et sanguis regnum dei possidere non possunt. et ne quisquam ipsam speciem carnis et ipsam substantiam non posse resurgere credidisset, exprimere uolens, quid nunc appellauerit carnem et sanguinem, quia ipsam corruptionem intellegi uoluit, quae tunc in resurrectione iustorum non erit, continuo contexuit: neque corruptio incorruptelam possidebit. et ne adhuc quisquam putaret non illud, quod sepultum fuerit, resurrecturum, sed tamquam alia tunica ponatur et alia melior accipiatur, uolens apertissime declarare, quia hoc ipsum in melius commutabitur — sicut uestimenta Christi in monte non sunt posita et alia sumpta, sed ipsa, quae fuerant, in melius clarificata sunt — sequitur et contexit dicens: ecce mysterium uobis dico: omnes quidem resurgemus, non tamen omnes inmutabimur. et ne adhuc esset incertum, qui sint, qui inmutabuntur: in atomo, inquit, in ictu oculi, in nouissima tuba; canet enim tuba et mortui resurgent incorrupti et nos conmutabimur. adhuc forte dicant non secundum hoc mortale et corruptibile corpus nos in resurrectione conmutari, sed secundum animam, cum apostolus hoc non proposuerit, unde diceret, sed de corpore ab ipsius quaestionis initio locutus fuerit, sicut ipsa eius indicat propositio: sed dicet aliquis, inquit, quomodo resurgunt mortui? quo autem corpore ueniunt? hic tamen consequenter tamquam digito ostendit, unde loqueretur, et subiecit dicens: oportet enim corruptibile hoc induere incorruptelam et mortale hoc induere inmortalitatem.

12 cf. Matth. 17, 2 13 I Cor. 15, 51.35 26 I Cor. 15, 53

4 *ante* exprimere *add.* et *SGMb.* et *del. m.* 1 *L* 6 iustorum] istorum C^1 contexit *L* 7 coruptio C^1 incoruptelam *C* 12 sed ipsa] ea ipsa (ea *in ras.*) *G* clarificata (ficata *ex facta m. 2 corr.*) *C* 14 dico uobis *C* resurgemus (e *ex* i *corr.*) S^2MG 16 athomo *SCM*^{1} athomoṇ *LG* 17 resurgunt *LSC*^{1} resurge*nt (e *corr. ex* u) *MG* 18 immutabimur *SMG* 19 corruptile L^1 20 inmutari *SMG* 22 questionis *CS* 23 resurgent *b* 24 tameṇ *P* iam *b* 25 subiẹcit *L* 26 coruptibile C^1 induere (re *in ras.*) *L* 17 inmortaletatem C^1

haec ergo cum iste neget cumque ipsum deum, de quo Paulus dicit: inmortali, incorruptibili, soli deo honor et gloria amen, iste corruptibilem praedicet, quandoquidem substantiam eius atque naturam et totam timuisse, ne a tenebrarum gente corrumperetur et ut ceterae consuleretur, ex parte corruptam detestanda et abominanda eorum fabula somniat: quid est, quod etiam in hoc conatur fallere inperitos et in diuinis scripturis minus eruditos, ut interrogatus, utrum accipiat apostolum Paulum, respondeat: maxime, et inueniatur „minime“?

4. Sed certa, inquit, ratio est, qua ostendam Paulum apostolum aut proficiendo mutasse sententiam et scribentem ad Corinthios emendasse, quod scripserat ad Romanos, aut omnino non scripsisse, quod tamquam eius profertur, filium dei ex semine Dauid secundum carnem. qua tandem ratione id ostendit? quia non potest, inquit, utrumque uerum esse, et quod in epistula est ad Romanos: de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, et quod ait ad Corinthios: itaque nos amodo neminem nouimus secundum carnem; et si noueramus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus. restat ergo, ut nos demonstremus, quam possit utrumque uerum esse et quam sibi haec duo non sint contraria. unum quippe eorum non esse Pauli nullo modo possumus dicere, quia nulla in eo uariat codicum auctoritas. etsi enim in quibusdam latinis exemplaribus non legitur: factus, sed natus ex semine Dauid, cum graeca factus habeant, unde non ad uerbum, sed ad sententiam transferre uoluit dicendo „natum“ latinus

2 I Tim. 1, 17 17 Rom. 1, 3 19 II Cor. 5, 16

2 incorruptibili (corr. *in ras.*) *L* 5 gentem S^2G, (m *er.*) *LM* cetere *L* 6 detestandam $L^1M^1S^1G^1$ 7 *cap.* 4 Quid est *sqq. b* 8 eruditos (o *ex* u) *S* 11 apostolum paulum *C* 13 chorinthios *C* 14 scripsisse (isse *ex* erit *corr. m.* 2) *C* 15 rationem *L* 16 utrumque (que *add. m.* 2) *C* 18 ei *om. C* 27 greca *CSG* habent C_1 28 sententiam (entia *in ras.*) *L*

interpres, tamen Christum ex semine Dauid esse secundum carnem, omnium librorum atque linguarum concordat auctoritas. in hoc autem Paulum aliquando errasse et proficiendo mutasse sententiam, absit ut dicamus. quod etiam ipse Faustus sensit quam inprobe atque inpie diceretur, maluitque dicere Pauli epistulam aliorum falsitate corruptam quam ipsius errore uitiosam.

5. De his enim libris dici potest aliquid eos habere non consonum fortasse occultiori et ad dinoscendum difficiliori ueritati, quod aut sic remanserit aut in posterioribus correctum sit, qui non praecipiendi auctoritate. sed proficiendi exercitatione scribuntur a nobis. inter hos enim sumus, quibus idem dicit apostolus: et si quid aliter sapitis, id quoque uobis deus reuelabit. quod genus litterarum non cum credendi necessitate, sed cum iudicandi libertate legendum est. cui tamen ne intercluderetur locus et adimeretur posteris ad quaestiones difficiles tractandas atque uersandas linguae ac stili saluberrimus labor, distincta est a posteriorum libris excellentia canonicae auctoritatis ueteris et noui testamenti, quae apostolorum confirmata temporibus per successiones episcoporum et propagationes ecclesiarum tamquam in sede quadam sublimiter constituta est, cui seruiat omnis fidelis et pius intellectus. ibi si quid uelut absurdum mouerit. non licet dicere: auctor huius libri non tenuit ueritatem, sed aut codex mendosus est aut interpres errauit aut tu non intellegis. in opusculis autem posteriorum, quae libris innumerabilibus continentur, sed nullo modo illi sacratissimae canonicarum scripturarum excellentiae coaequantur, etiam in quibuscumque eorum inuenitur eadem ueritas, longe tamen est inpar auctoritas. itaque in eis, si qua forte propterea dissonare putan-

13 Phil. 3, 15

6 epistolam *L* 8 aliquit *L* 9 noscendum *C* 10 ueritate *S* ueritate (e *ex* i *corr.*) *GM* sic *om. b* correptum C^1 13 aplis dicit *b* 14 reuelauit *Cb* 16 adhimeretur *C* 17 questiones *SG* 18 stilis *L* 20 que *C* 23 quit *L* 27 sacra tissimae *M*

tur a uero, quia non, ut dicta sunt, intelleguntur, tamen liberum ibi habet lector auditorue iudicium, quo uel adprobet, quod placuerit, uel inprobet, quod offenderit. et ideo cuncta eiusmodi, nisi uel certa ratione uel ex illa canonica auctoritate defendantur, ut demonstretur siue omnino ita esse, siue fieri potuisse, quod uel disputatum ibi est uel narratum, si cui displicuerit aut credere noluerit, non reprehenditur. in illa uero canonica eminentia sacrarum litterarum, etiamsi unus propheta seu apostolus aut euangelista aliquid in suis litteris posuisse ipsa canonis confirmatione declaratur, non licet dubitare, quod uerum sit; alioquin nulla erit pagina, qua humanae inperitiae regatur infirmitas, si librorum saluberrima auctoritas aut contempta penitus aboletur aut interminata confunditur.

6. Quapropter quisquis es, quem uelut repugnantia ista mouerunt, quod alibi scriptum est: filium dei ex semine Dauid, alibi autem: etsi noueramus Christum secundum carnem, sed iam nunc non nouimus, etsi non utrumque ex unius apostoli litteris proferretur, sed unum eorum Paulus dixisset, alterum Petrus aut Esaias aut alius quisquam apostolorum siue prophetarum, quia ita sibi omnia in canonica auctoritate concordant, ut tamquam uno ore dicta iustissima et prudentissima pietate credantur et serenissimo intellectu inueniantur et sollertissima diligentia demonstrentur: non liceret de alterutro dubitare. proinde quia ex apostoli Pauli canonicis, id est uere Pauli epistulis utrumque profertur et non possumus dicere aut mendosum esse codicem — omnes enim latini emendati sic habent — aut interpretem errasse — omnes enim graeci emendati sic habent — restat, ut tu

5 demonstraretur *L* 7 reprænhenditur *L* 8 canica C^1 9 euangelsta C^1 literis *S* 13 aut (t *s. l.*) *L* paenitus *LSMG* interminata *L* 18 sed (e *s. l. a m. 2*) *C* nč (*s. l. m. 2*) *C* et (*m. rec. add.*) *C* si *om. LPSGMb* 21 quia] quae *S* qu*e *G* 22 canonica (no *s. l. a m. 2*) *S* 23 istissima C^1 24 sollertisima *C* 25 altertro *S* 26 est *om. C* utroq: S^1G^1 29 greci *LCSG*

non intellegas, a me autem ratio flagitetur, quomodo neutrum ab altero dissonet, sed in eadem sanae fidei regula utrumque concordet. si enim tu quoque pie quaereres, posses inuenire, quomodo ista perscrutata dilucescant.

7. Nam quod filius dei ex semine Dauid homo factus est, nec idem apostolus uno loco dicit et aliae sanctae scripturae apertissime praedicant. quod uero dicit: etsi noueramus Christum secundum carnem, sed iam nunc non nouimus, ea ipsa circumstantia scripturae loci eius satis ostendit, quid loquatur apostolus; suo quippe more uitam nostram futuram, quae iam in ipso homine mediatore Christo Iesu capite nostro resurgente conpleta est, ita spe certa meditatur, tamquam iam adsit praesensque teneatur. quae utique uita non erit secundum carnem, sicut iam Christi uita non est secundum carnem. carnem namque hoc loco non ipsam corporis nostri substantiam — quam dominus etiam post resurrectionem suam carnem appellat dicens: palpate et uidete, quia spiritus ossa et carnem non habet, sicut me uidetis habere — sed corruptionem mortalitatemque carnis uult intellegi: quae tunc non erit in nobis, sicut iam in Christo non est. hanc enim proprie carnem nominabat, etiam cum de ipsa resurrectione satis euidenter loqueretur et diceret, quod iam supra commemorauí: caro et sanguis regnum dei possidere non possunt, neque corruptio incorruptionem possidebit. cum ergo factum fuerit, quod ibi consequenter dicit: ecce mysterium uobis dico: omnes quidem resurgemus, non tamen omnes inmutabimur, in atomo — id est in momento — in ictu oculi, in no-

17 Luc. 24, 39 23 I Cor. 15, 50 sqq.

2 ab *om. S* regulam *S* 3 quęrere S^1 4 perscruta C^1 praescrutata G^1LMS^1 dilucescant (l *ex* ḍ) *L* dilucescat *C* 7 predicant *LC* 11 iesu (m *scr.*) *C* 13 praesensqu*e (a *cr.*) *L* quae (*in ras.*) *G* quae/// *S* 14 sicut—carnem *om. Pb* iam *Eug.* (*ed. Knöll p.* 243): *om. lib.* 16 regsurrectionem *C* 19 uidistis *C* 21 propriąe LS^2 propriae *G* 26 misterium *C* uobis dico] dico$_A$ uobis *SG om. C* 27 resurgimus L^1 28 athomo *LCSMG*

uissima tuba; canet enim tuba, et mortui resurgent incorrupti, et nos inmutabimur; oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem et mortale hoc induere inmortalitatem: iam secundum id, quod carnem non ipsam corporis substantiam, sed ipsam corruptionem mortalitatis appellat, non erit utique caro, quia corruptionem mortalitatis mutata non habebit. secundum autem ipsius substantiae corporisque originem eadem caro erit, quia ipsa resurget et ipsa mutabitur, quia et illud uerum est, quod ait dominus, posteaquam resurrexit: palpate et uidete, quia spiritus ossa et carnem non habet, sicut me uidetis habere, et hoc uerum est, quod ait apostolus: caro et sanguis regnum dei possidere non possunt. illud enim dictum est secundum ipsam substantiam: quae etiam tunc erit, quia ipsa mutabitur; hoc autem dictum est secundum carnalem corruptionis qualitatem: quae tunc iam non erit, quia mutata caro non corrumpetur. noueramus ergo Christum secundum carnem, id est secundum carnis mortalitatem, antequam resurgeret; sed nunc iam non nouimus, quia, sicut idem dicit apostolus, Christus resurgens a mortuis iam non moritur et mors ei ultra non dominabitur.

Nam si te ad uerborum proprietatem teneas, mentitus est, quod ait: noueramus Christum secundum carnem, si Christus numquam fuit secundum carnem; nemo enim nouerat, quod non erat. non autem dixit: putabamus Christum secundum carnem, sed noueramus. uerumtamen ut uerbo non premam, ne quis adfirmet per abusionem locutum apostolum, ut pro eo, quod est „putabamus“ diceret „noueramus,“ illud miror non adtendere homines caecos, uel potius non

20 Rom. 6, 9

1 canet canet C resurgunt L^1 2 immutabimur L^2 3 ho *C* 7 habebit (e *s. l.*) *C* 8 erit *sup. exp.* enim *G* 16 corruptiones C^1 19 resurget *SG* 20 sicut (i *in ras.*) *S* idem apost. dicit *SG* 21 dominatur *S* 30 miror (ex minor *m.* 1) *L*

miror non uidere caecos, quia, si Christus ideo non habuit carnem, quia dixit apostolus nunc iam non se nosse Christum secundum carnem, nec illi habuerunt carnem, de quibus in eodem loco dicit: itaque nos amodo neminem nouimus secundum carnem. neque enim de solo Christo id uolens intellegi posset dicere: neminem nouimus secundum carnem, sed quia illorum secum uitam futuram tamquam praesentem meditabatur, qui resurgentes commutabuntur: amodo, inquit, neminem nouimus secundum carnem, id est: tam certam spem tenemus futurae nostrae incorruptionis et inmortalitatis, ut amodo iam in ipsa notitia gaudeamus. unde alio loco dicit: si autem resurrexistis cum Christo, quae sursum sunt quaerite, ubi Christus est ad dexteram dei sedens; quae sursum sunt sapite, non quae super terram. nondum utique resurreximus sicut Christus, sed tamen secundum spem, quae nobis in illo est, iam nos cum illo resurrexisse testatus est. unde etiam dicit: secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis. quis autem non intellegat in lauacro regenerationis spem nobis datam salutis futurae, non iam salutem ipsam, quae promittitur? et tamen quia certa spes est, tamquam iam data esset eadem salus, saluos nos, inquit, fecit. alio quippe loco dilucidissime dicit: nos in nobis ipsis ingemescimus adoptionem expectantes, redemptionem corporis nostri. spe enim salui facti sumus, spes autem, quae uidetur, non est spes; quod enim uidet quis, quid sperat? si autem quod non uidemus, speramus, per patientiam expectamus. sicut ergo hic non dixit: salui futuri sumus, sed: amodo iam salui facti sumus, nondum tamen in re,

12 Col. 3, 1 sq. 17 Tit. 3, 5 23 Rom. 8, 23 sqq.

5 carnem *add. m.* 3 *SG* 8 comutabuntur *C* 10 incoruptionis *C* inmortatatis C^1 12 sunt *om. L* 13 ad] in *SG* sedens] sens *C* 18 fecit] fit *C* lauachrum *S* regeneratioonis *C* 20 futurę salutis *b* 22 saluos (*s. l.*) S^2G^2 fecit inquit fęcit *C* 23 dulcidissime *SG* nos S^1 ingemiscimus C^2SGMb 24 aexspectantes *S* redemtionem *C* 26 spe S^1 27 non] enim *S*

sed in spe — spe enim, inquit, salui facti sumus — sic et ibi dictum est: amodo neminem nouimus secundum carnem, nondum in re, sed in spe intellegetur, quia spes nobis in Christo est, quia in illo iam completum est, quod nobis promissum speramus. ille quippe iam resurrexit et mors ei ultra non dominabitur. quem etsi noueramus secundum carnem, cum adhuc moriturus esset — inerat quippe in eius corpore illa mortalitas, quam proprie carnem appellat apostolus — sed iam nunc non nouimus; illud enim eius mortale iam induit inmortalitatem, unde secundum pristinam mortalitatem iam caro appellari non possit.

8. Itaque ipsius loci contextionem, ubi haec sententia est, de qua isti calumniantur, consideremus, ut hoc, quod dico magis eluceat. caritas, inquit, Christi conpellit nos iudicantes hoc, quoniam si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt; et pro omnibus mortuus est, ut qui uiuunt, iam non sibi uiuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est et resurrexit. itaque nos amodo neminem nouimus secundum carnem; etsi noueramus secundum carnem Christum, sed iam nunc non nouimus. certe iam nunc cuiuis adparet propter resurrectionem Christi hoc dixisse apostolum, quandoquidem ista uerba illud praecessit: ut qui uiuunt, iam non sibi uiuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est et resurrexit. quid est enim aliud: non sibi, sed illi uiuant, nisi ut non secundum carnem uiuant in spe terrenorum et corruptibilium bonorum, sed secundum spiritum in spe resurrectionis, quae iam ex ipsis in Christo facta est? itaque eorum, pro quibus Christus mortuus est et resurrexit et qui iam non sibi, sed illi uluunt,

14 II Cor. 5, 14 sqq.

1 sicut *C* 2 ubi *C* 5 ressurrexit *C* 6 quod *SG* 7 esse *b* 8 propriąe *L* 10 immortalitatem L^2 12 ex ipsius (ex *add. m.* 2) *SG* haec *om. SG* 13 callumniantur *C* consideraemus *C* 14 compellet S^1G^1 compellit (*m.* 2 n *in* m *mut.*) *L* 15 si *om. CMS*^{1}*G*^{1} 21 cuius C^1 24 ipsis] omīb' *b* 25 ut sēc. car. non uiuant *b* 26 bonorum] honorum L^1 28 christus *om. C*

neminem secundum carnem apostolus nouerat propter spem futurae inmortalitatis, in cuius expectatione uiuebant; quae in Christo iam non spes, sed res erat. quem etsi nouerat secundum carnem, cum adhuc moriturus esset, iam tamen non nouerat, quia eum resurrexisse nouerat et ultra ei mortem non dominaturam. et quia omnes in illo etsi nondum re, iam tamen spe hoc sumus, sequitur et dicit: si qua igitur in Christo, noua creatura; uetera transierunt, ecce facta sunt omnia noua; omnia autem ex deo, qui reconciliauit nos sibi per Christum. omnis ergo noua creatura — id est populus innouatus per fidem, ut habeat interim in, spe, quod in re postea perficiatur — in Christo habet iam quod in se sperat. itaque nunc uetera transierunt secundum spem, quia modo iam non est tempus ueteris testamenti quo temporale atque carnale regnum expectetur a deo; et facta sunt omnia noua secundum eandem spem, ut regnum caelorum, ubi nulla erit mors atque corruptio, promissum teneamus. in resurrectione autem mortuorum non iam secundum spem, sed secundum rem et uetera transibunt, cum inimica nouissima destruetur mors; et fient omnia noua, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem et mortale hoc induerit inmortalitatem, quod iam factum est in Christo, quem secundum rem iam non nouerat Paulus secundum carnem. eorum uero, pro quibus mortuus est et resurrexit, nondum secundum rem, sed secundum spem neminem nouerat secundum carnem, quia illius gratia, sicut idem ad Ephesios dicit, sumus salui facti. nam et ipse locus huic sententiae sic adtestatur: deus autem, inquit, qui diues est in misericordia, propter multam dilectionem, qua dilexit nos, et cum essemus mortui

7 II Cor. 5, 14 sqq. 20 I Cor. 15, 26 . 53 26 Ephes. 2, 4 sqq.
2 futurae] futurae iam *SG* immortalitatis L^2 3 non (*s. l.*) *S* 6 dominaturum S^1 iam re *b* 9 omnia noua] omnia *LCSGM* 11 id ēst (st *m. 2 superscr.*) *L* 13 transerunt S^1 15 expectatur *C* 18 iam non *C* 20 destruatur C^1 22 immortalitatem L^2 23 rem (*s. l. m.* 1) *L* 28 atestatur C^1

peccatis, conuiuificauit nos Christo, cuius gratia sumus salui facti. quod enim hic dixit: conuiuificauit nos Christo, hoc dixit ad Corinthios: ut qui uiuunt, iam non sibi uiuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est et resurrexit. et quod hic dicit: cuius gratia sumus salui facti, iam uelut perfectum sit loquitur, quod in spe tenet; nam quod paulo ante commemoraui, apertissime alibi dicit: spe enim salui facti sumus. ideoque et hic sequitur et tamquam perfectum enumerat, quod futurum est: et simul, inquit, excitauit et simul sedere fecit in caelestibus in Christo Iesu. certe enim in caelestibus Christus iam sedet, nondum autem nos; sed quia spe certa, quod futurum est, iam tenemus, simul sedere nos dixit in caelestibus, nondum in nobis, sed iam in illo. namque ne putares iam nunc esse perfectum, quod in spe ita dicitur, tamquam perfectum sit, atque ut intellegas adhuc futurum, sequitur et dicit: ut ostenderet in superuenientibus saeculis superabundantes diuitias gratiae suae in benignitate super nos in Christo Iesu. hinc est et illud: cum enim essemus in carne, passiones peccatorum, quae per legem sunt, operabantur in membris nostris, ut fructum ferrent morti. ita enim dixit: cum essemus in carne, quasi iam non essent in carne. quod ita intellegitur: cum essemus in spe rerum carnalium, quando lex, quae inpleri non potest nisi per caritatem spiritalem, ad hoc super eos erat, ut per praeuaricationem abundaret delictum, ut postea reuelato nouo testamento per indulgentiam superabundaret gratia. hinc similiter alibi dicit: qui autem in carne sunt, deo placere non possunt. et ne putaret quisquam eos dictos, qui nondum mortui sunt, statim subiecit: uos autem non estis in carne,

16 Ephes. 2, 4 sqq. 19 Rom. 7, 5 27 cf. Rom. 5, 20 28 Rom. 8, 8 sq.

1 (et 3) christo] in $\overline{\text{xpo}}$ *b* 4 uiuant (a *ex* u *m.* 2) *L* 5 sal. sumus fac. *b* 6 uelud *G* 7 commemorauit *C* 10 (et 11) celestibus *C* 13 iam *om. SG* sidere L^1 15 dicitur ita *GS* 23 essent (n *in ras.*) *C* qod (o *s. l.*) *S* 25 spiritalem *L* per *om. LM* 26 prę-uaricatione (m *er.*) *M* preuaricationem *CS* 28 et alibi *C*

sed in spiritu; id est: qui in spe carnalium bonorum sunt, deo placere non possunt; uos autem non estis in spe carnalium, sed in spe spiritalium, id est regni caelorum, ubi et ipsum corpus per illam mutationem in suo quodam genere spiritale erit, quod modo animale est. seminatur enim corpus animale, sicut ad Corinthios idem dicit, resurget corpus spiritale. si ergo neminem eorum iam nouerat secundum carnem apostolus, qui propterea dicebantur non esse in carne, quia non erant in spe rerum carnalium, quamuis adhuc corruptibilem carnem mortalemque portarent, quanto expressius de Christo diceret, quod eum iam non nouerat secundum carnem, in cuius corpore etiam re ipsa iam perfectum erat, quod illi in spe promissum tenebant! quanto ergo melius, quanto religiosius diuinae scripturae ita pertractantur, ut discussis omnibus concordare inueniantur, quam deficiente homine in quaestione, quam soluere non potest, tamquam uerae in parte acceptentur et tamquam falsae in parte damnentur! quia et cum esset paruulus apostolus et ea, quae paruuli erant, saperet, quamquam hoc ad similitudinem dixerit, nondum erat tamen spiritalis, qualis iam erat, cum scriberet, quae ad ecclesiarum aedificationem non proficiendi exercitatione in studiosorum manibus uersarentur, sed praecipiendi auctoritate in ecclesiastico canone legerentur.

LIBER DUODECIMUS.

1. FAUSTUS dixit: Cur non accipitis prophetas? immo tu dic potius, si quid habes, cur debeamus prophetas accipere.

5 I Cor. 15, 44 19 cf. I Cor. 13, 11

1 (et 3) ēst (st *m.* 2 *add.*) *L* 3 celorum *CS* 5 quo S^1G^1 6 resurꝙget *C* 9 erat S^1G^1 10 corruptibilem (c *s l. add. m.* 1) *L* 11 expræssius *L* 14 diuine *C* scripture *C* 16 questione *CSG* 17 uerꝙ (erꝙ *in ras.*) *L* uere *CSGMb* acceptentur] accipientur *SG* false *Cb* 19 que *C* quamquam L^1 20 n̄ dixerit (*in ras*) *C* 21 scriberet (i *s. l. a m.* 2) *C* que *C* edificationem *C* 22 exercitationē *SG* precipiendi *C*

25 *Cap.* XXIIII *LPSMG* accipitis (ti *in ras.*) *C* inmo *S* in motu (*in ras.*) *G* 26 dicis (*exp. m.* 3) *P*

propter testimonia, inquit, quae de Christo praefati sunt. ego quidem nulla inueni, quamuis adtentius eos et curiosissime legerim. sed tamen et hoc eneruis fidei confessio est in Christum sine teste et argumento non credere. nempe ipsi uos docere soletis idcirco nihil esse curiosius exquirendum, quia simplex sit et absoluta christiana credulitas. quomodo ergo nunc fidei simplicitatem destruitis indiciis eam ac testibus fulciendo et hoc Iudaeis? aut si prima uobis sententia displicet idcircoque transistis in alteram, quis fidelior uobis esse testis debet quam deus ipse de filio suo, qui non per uatem nec per interpretem, sed ultro caelitus erupta uoce, cum eum mitteret ad terram, dixit: hic est filius meus dilectissimus, credite illi? necnon et ipse de se: a patre meo processi et ueni in hunc mundum atque multa alia huiusmodi. ad quae ringentes Iudaei „tu de te testificaris“ dicebant; „testimonium tuum non est uerum.“ quibus ipse: etsi ego testificor de me, testimoninm meum uerum est, quia non sum solus. nam et in lege uestra scriptum est: duorum hominum testimonium uerum est. ego sum, qui testificor de me, et testificatur de me, qui me misit pater, non dixit: prophetae. ad haec et opera ipsa sua sibi in testimonium uocat, si mihi non creditis, dicens, operibus credite; non dixit: si mihi non creditis, prophetis credite. quapropter nos testimoniis de sal-

12 Matth. 3, 17 Luc. 9, 35 13 Ioh. 16, 28 15 Ioh. 8, 13 sqq. 22 Ioh. 10, 38

1 que *C* prefati (*in ras. m.* 2) *L* prefati *C* 3 legerim (l *et alt.* e *retract. m.* 2) *L* hoc] hęc *S* eneruis] eneruis *(pr.* e *s. l.) M* neruis (*exp. m.* 1 *et in mg. add.* enerui|s *praeseet.*) *L* inertis (*in mg.* eneruis *er. et* inertis *a m. 2 superscr.*) *S* inertis (ti *in ras.*) *G* ineruis (*m.* 3 *corr. in* inuerbis) *P* in uerbis *b* confesio *M* 8 iudeis *C* uobis prima *C* 9 idcireoquae *LM*^{1}*S*^{1}*G* transitis *SG* qui *LCSG* 11 interpra&em *L* celitus *C* 12 ad (d *in ras.*) *L* terram (*alt.* r *s. l.*) *L* dilectus *SG* 14 alia multa *S* 15 que *C* quae ringentes] quirentgentes *L*^{1} quaetringentes *S* quaer intgentes *G* quae respondentes (respon *in ras.*) *Mb* 19 testimonium (*in marg. m. 2*) *S* 21 non (*s. l.*) *S* hec *C* 24 creditę *C*

uatore nostro nullis egemus; exempla tantum uitae honestae et prudentiam ac uirtutem in prophetis quaerimus, quorum nihil in Iudaeorum fuisse uatibus quia te non latuerit sentio, siquidem consulente me, cur eos accipiendos putares, non inprouide nec inurbaniter silentio eorum mandatis operibus in sola transiluisti praesagia, oblitus utique scriptum esse „numquam uindemiari uuam de spinis nec de tribulis ficus.“ quapropter haec strictim interim et castigate ad interrogationem tuam responderim, quia quaeris, cur non accipiamus prophetas; alioquin nihil eos de Christo prophetasse abunde iam parentum nostrorum libris ostensum est. ego uero illud adiciam, quia si Hebraici uates Christum scientes et praedicantes tam flagitiose uixerunt, iure et in ipsos dici poterit id, quod Paulus de gentium sapientibus contestatur: quia cum cognouissent deum, non ut deum clarificauerunt aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis et intenebratum est insipiens cor eorum. uides ergo non esse magnum magna cognouisse, nisi ex eorum uixeris dignitate.

2. AUGUSTINUS respondit: Nempe his omnibus uerbis id agit Faustus, ut prophetas Hebraeos neque quicquam de Christo praenuntiauisse neque, si praenuntiarunt, eorum testimonia nobis prodesse neque illos ipsos ex eorundem testimoniorum dignitate uixisse credamus. nos itaque demonstrabimus et eorum de Christo praesagia et, quantum per ea nobis ad fidei ueritatem firmitatemque consultum sit, et eos suae prophetiae congruenter apteque uixisse. in hac tripertita disputatione illud, quod primo posui, longum est sic probare, ut de illis

7 cf. Matth. 7, 16 14 Rom. 1, 21

1 uite *C* honeste *G* oneste C^1 2 querimus *C* 6 transiliisti (ii *ex* ui) *C* presagia *C* oblitus (*s. l.*) *G* 7 uindemiari (ri *ex* re *a m.* 1) *L* 9 qua *C* 11 liberis S^1 adetiam G^1 qui *b* 12 hebræici *L* predicantes *C* 13 iuræ *L* iurae S^1MG^2 iudae G^1 ipsis *b* 14 agnouissent *b* 15 segerunt *C* 18 cognosse *SMCG* orum S^1 19 *Cap.* XXV *LPSMG* Agustinus *L* 20 ait *b* hebreos *C* 21 si] se G^1 quę G^2 praenuntiauerunt *SMG* 22 pro nobis *SG* 23 demonstrauimus LMS^1G^1 26 tripartita *SG*

omnibus libris testimonia proferam, quibus ostendam Christum esse praedictum; sed huius hominis leuitatem grauissimo auctoritatis pondere conteram. ita quippe non accipit prophetas Hebraeos, ut accipere se tamen profiteatur apostolos. apostolus autem Paulus, de quo cum se ipse tamquam ex aduersa uoce interrogasset, utrum eum acciperet, respondit: et maxime, quid de illorum prophetia dicat, audiamus. Paulus, inquit, seruus Christi uocatus apostolus segregatus in euangelium dei, quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. quid uult amplius? nisi forte hoc de aliis aliquibus prophetis, non de nostris Hebraeis dictum uolunt intellegi. sed quamquam per quoslibet dictum sit, de illo tamen filio dei promissum est euangelium, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, in quod euangelium segregatum se dicit apostolus, istorum autem perfidiae hoc sit contrarium, quod secundum hoc euangelium credimus filium dei factum ex semine Dauid secundum carnem, tamen apertiora cognoscant, quibus euidentissimum prophetis Hebraeis testimonium perhibetur per eum apostolum, cuius auctoritate superborum istorum colla frangantur.

3. Ueritatem, inquit, dico in Christo, non mentior contestante mihi conscientia mea in spiritu sancto, quia tristitia est mihi magna et continuus dolor cordi meo. optabam enim ego ipse anathema esse a Christo pro fratribus meis cognatis secundum carnem, qui sunt Israhelitae, quorum est adoptio et gloria et testamenta et legis constitutio et obsequium et promissiones; quorum patres et ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus

6 lib. XI 1 7 Rom. 1, 1 sqq. 22 Rom. 9, 1 sqq.

3 accepit S^1 4 hebreos C 5 ex] cum C 6 eum *om.* SG 8 iesu christi M segregatus (gre *ex* cre *corr.*) S 11 quiuult L 13 hebreis C uelit SMG 20 ebreis C *om.* b eundē S^1 24 tristia G^1 28 testamentū b

in saecula. quid potest abundantius dici, quid expressius declarari, quid sanctius commendari? quae est enim adoptio Israhelitarum nisi per filium dei? unde ad Galatas dicit: cum autem uenit plenitudo temporis, misit deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus. et quae gloria eorum nisi praecipue illa, de qua idem Paulus ad eosdem Romanos dicit: quid ergo amplius est Iudaeo? aut quae utilitas circumcisionis? multum per omnem modum. primum quidem, quia credita sunt illis eloquia dei. quaerant isti, quae sint eloquia dei credita Iudaeis, et ostendant nobis alia praeter Hebraeorum prophetarum. iam uero testamenta cur dixit ad Israhelitas praecipue pertinere, nisi quia et uetus testamentum illis est datum et nouum in uetere figuratum? legis autem constitutionem, quae Israhelitis data est, non intellegentes eius dispensationem, quia iam non uult nos deus esse sub lege, sed sub gratia, reprehendere isti solent inperitia furiosa. cedant ergo auctoritati apostolicae, quae laudans atque commendans Israhelitarum excellentiam etiam hoc enumerauit, quod eorum sit legis constitutio. quae si mala esset, non utique in eorum laude poneretur; si autem Christum non praedicaret, non ipse dominus diceret: si crederetis Moysi, crederetis et mihi; de me enim ille scripsit, nec post resurrectionem sic ei adtestaretur dicens: oportebat inpleri omnia, quae scripta sunt in lege Moysi et prophetis et psalmis de me.

4. Sed quia Manichaei alium Christum praedicant, non

4 Gal. 4, 4 sq. 8 Rom. 3, 1 sq. 23 Ioh. 5, 46 25 Luc. 24, 44

1 habundantius *C* expręssius (*exp. m.* 2) *L* 2 que *C* 3 galathas *C* 5 suam G^1 7 (et 9, 11, 16) que *C* precipue *S* praecipuąe *L* 12 iudeis *C* nobis//// (*lit. decem litt.*) *L* 13 haebraeorum *L* hebreorum *C* ꝑpheta S^1 14 qui S^1 15 datum est *b* 16 israhelitas L^1 18 repræhendere *L* 19 auctoritate S^1G^1 22 eorum G^1S^1, (*in ras.*) *M* 25 eis *b* attestarentur S^1G attestare‸tur (n *er.*) *M* 28 manichei *C*

eum, quem praedicauerunt apostoli, sed suum proprium fallacem fallaciter, cuius falsitatis sectatores congruenter et ipsi mentiuntur, nisi quod inpudenter sibi credi uolunt, cum se mentientis discipulos esse profiteantur: contigit eis, quod de ipsis infidelibus Iudaeis dicit apostolus: cum legitur Moyses, uelamen est super cor eorum; neque enim auferetur hoc uelamen, per quod non intellegunt Moysen, nisi transierint ad Christum, non qualem ipsi finxerunt, sed qualem patres Hebraei prophetauerunt. sic enim idem apostolus ait: cum autem transieris ad dominum, auferetur uelamen. neque enim mirum est, quod resurgenti Christo et dicenti: oportebat inpleri omnia, quae scripta sunt in lege Moysi et prophetis et psalmis de me, nolunt isti credere, quandoquidem Christus ipse narrauit, quid Abraham dixerit inmisericordi cuidam diuiti, cum apud inferos torqueretur et peteret inde mitti aliquem ad fratres suos, a quo docerentur, ne et ipsi uenirent in illum locum tormentorum. hoc enim ei dictum est: habent ibi Moysen et prophetas. et cum ille dixisset non eos credituros, nisi aliquis resurrexisset a mortuis, uerissime responsum est: si Moysen et prophetas non audiunt, nec si quis a mortuis resurrexerit, credent. quapropter isti non audientes Moysen et prophetas non solum a mortuis resurgenti Christo, sed omnino Christum a mortuis resurrexisse non credunt. quomodo enim resurrexisse credunt, quem mortuum fuisse non credunt? nam quomodo mortuum fuisse credunt, quem mortale corpus habuisse non credunt?

5. Nos autem non illis tamquam eius Christi, qui fallax fuit, sed eius, qui omnino non fuit, fallacibus praedicatoribus

5 II Cor. 3, 15 sq. 12 Luc. 24, 44 18 Luc. 16, 29. 31

2 huius *LCSMGb* 4 mentientes *SCG*, (e *in* i *corr. m.* 1) *L* 5 leger&ur S^1 6 aufertur *LCPb* 8 fixerunt $G^1S^1LM^1$ 9 hebrei *C* 12 que *C* 14 habraham *C* 15 inmisericordia (*s. l. m. 2 add.*) *C* 21 neq' *b* 24 resurrexisse (*sup. ras.*) *S* ꝛresurrexisse *G* 25 ñ credunt *C* 26 mortalem S^2G mortale (m *er.*) *LM*

non credimus. habemus enim Christum uerum atque ueracem, praedictum a prophetis, praedictum ab apostolis praedicationis suae testimonia ex lege et prophetis exhibentibus, sicut innumerabilibus locis ostendunt. quod Paulus breuissime uerissimeque conplexus est dicens: nunc autem sine lege iustitia dei manifestata est, testificata per legem et prophetas. quos prophetas nisi Israhelitas, quorum esse apertissime dixit et testamenta et legis constitutionem et promissiones? de quo promissiones nisi de Christo? quod breuiter alio loco determinat, cum de Christo loquitur dicens: quotquot enim sunt promissiones dei, in illo etiam. dicit mihi Paulus Israhelitarum esse legis constitutionem; dicit etiam: finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti; dicit etiam de Christo loquens: quotquot enim sunt promissiones dei, in illo etiam: et tu mihi dicis Israhelitas de Christo nihil praedixisse prophetas? quid igitur restat, nisi ut eligam, utrum Manichaeo credam fabulam uanam et longam contra Paulum narranti, an Paulo praemonenti: si quis uobis euangelizauerit praeterquam quod euangelizauimus uobis, anathema sit?

6. Hic forte dicant: „ostende nobis, ubi sit Christus ab Israhelitis prophetis praenuntiatus.“ quasi parua sit ista auctoritas, qua dicunt apostoli ea, quae in Hebraeorum prophetarum litteris legimus, in Christo esse conpleta; uel quod dicit ipse dominus de se illa esse conscripta. proinde quisquis hoc ostendere non potuerit, ipse non intellegit; non apostoli aut Christus aut sancti codices mentiuntur. uerumtamen ut multa non colligam et hoc unum commemorem, quod eodem loco apostolus consequenter dicit: non potest autem excidere

5 Rom. 3, 21 8 cf. Rom. 9, 4 11 II Cor. 1, 20 13 Rom. 10, 4 19 Gal. 1, 9 29 Rom. 9, 6 sqq.

2 praedicatum *(alt.) LC* 3 adhibentibus *CSMGb* 5 complexus L^2 11 quodquod L^1 dei (*s. l.*) *S* 12 paulus] popul'** L^2 13 etiam] sunt. Etiam *sqq. b* 17 elegam L^1 22 israhehelitis *C* praenuntiatus (prae *s. l.*) *S* 28 hebreorum *C* 25 hoc (*s. l. m. 2*) *C*

uerbum dei. non enim omnes, qui ex Israhel hi sunt Israhelitae, neque qui sunt semen Abrahae, omnes filii, sed in Isaac uocabitur tibi semen: hoc est, non hi qui filii carnis, hi filii dei, sed filii promissionis deputantur in semen. quid ad haec responsuri sunt, cum aperte alio loco de hoc semine ad Abraham dicatur: in semine tuo benedicentur omnes gentes terrae? nam si eo tempore hinc disputaremus, quo tempore hoc exponebat apostolus dicens: Abrahae dictae sunt promissiones et semini eius — non dicit: et seminibus tamquam in multis, sed tamquam in uno — et semini tuo, quod est Christus: fortasse aliquis non tam inpudenter nollet hoc credere, antequam uideret omnes gentes credere in Christum, qui praedicatur ex semine Abraham. nunc uero, cum hoc inpleri uideamus, quod tanto ante praenuntiatum legimus, cum omnes gentes iam benedicantur in semine Abrahae, cui dictum est ante annorum milia: in semine tuo benedicentur omnes gentes: quis tam pertinaciter insaniat, ut uel alium Christum, qui non sit ex semine Abrahae, conetur inducere, uel de isto uero Christo prophetias Hebraeas, cuius gentis pater est Abraham, nihil existimet praenuntiasse?

7. Quis autem potest, non dico una breui responsione, quales in hoc opere habere coartamur, sed quolibet ingenti uolumine omnia commemorare praeconia prophetarum Hebraeorum de domino et saluatore nostro Iesu Christo? quandoquidem omnia, quae illis continentur libris, uel de ipso dicta sunt uel propter ipsum. sed propter excitationem quaerentis et delectationem inuenientis multo plura ibi per allegorias et aenigmata partim uerbis solis insinuantur, partim etiam facta nar-

6 Gen. 31, 4 9 Gal. 3, 16.

2 abrahe *S* 4 hi *ante* filiī *s. l. S* 5 semīe *b* 8 hinc (c *add. m.* 2) *S* 9 dicte *S* 13 xp̄o *SG* 15 uidemus S^1 18 quis] qui *SG* 20 uel (e *ex* a) *S* uel de] uælde G^1 haebreas *C* 22 qualis *L* 24 hebreorum *CS* 27 propter *post* sed *om. C* exercitationem *CSMG* quaerenti *C* delectionem C^1 28 inuenienti (s *er.*) *C* enigmata *LCSMG* 29 facta (*corr. ex* facti) *G*

rantur. uerumtamen nisi aliqua ibi manifesta essent, non conprehenderetur sensus, quo etiam obscura clarescerent. quamquam et ex illis, quae figuris inuoluta sunt, si quaedam uelut sub uno aspectu quasi contexta ponantur, ita coniungunt in contestatione Christi uoces suas, ut cuiusuis obtunsi surditas erubescat.

8. Sex diebus in genesi consummauit deus omnia opera sua, septimo requieuit: sex aetatibus humanum genus hoc saeculo per successiones temporum dei opera insigniunt. quarum prima est ab Adam usque ad Noe, secunda a Noe usque ad Abraham, tertia ab Abraham usque ad Dauid, quarta a Dauid usque ad transmigrationem in Babyloniam, quinta inde usque ad humilem aduentum domini nostri Iesu Christi, sexta, quae nunc agitur, donec excelsus ueniat ad iudicium. septima uero intellegitur in requie sanctorum non in hac uita, sed in alia, ubi uidit requiescentem pauperem diues ille, cum apud inferos torqueretur, ubi non fit uespera, quia nullus ibi rerum defectus est. sexto die in genesi formatur homo ad imaginem dei: sexta aetate saeculi manifestatur reformatio nostra in nouitate mentis secundum imaginem eius, qui creauit nos, sicut dicit apostolus. fit uiro dormienti coniux de latere: fit Christo morienti ecclesia de sacramento sanguinis, qui de latere mortui profluxit. uocatur Eua uita et mater uiuorum, quae de uiri sui latere facta est: et dicit dominus in euangelio: si quis non manducauerit carnem meam et biberit sanguinem meum, non habebit in se uitam. et omnia, quae illic intelleguntur, enucleate minutatimque tractanda Christum et ecclesiam praeloquuntur siue in bonis christianis siue in

7 cf. Gen. 2, 1 sq. 16 cf. Luc. 16, 23 18 cf. Gen. 1, 27 20 cf. Col. 3, 10 21 cf. Gen. 2, 22 22 cf. Ioh. 19, 34 24 Ioh. 6, 53

1 comp̄henderetur *LC* cōprehenderēτur *b* 3 si (i *ex* e *a m.* 1) *L* ulud S^1 5 cuius$_*$uis (s *er.*) *L* cuiusque (que *s. l. SG*) *MSG* surditas (τ *in ras.*) *L* 8 septimo (sep *in ras.*) *L* etatibus *C* 11 a] aḍ *L* 14 igitur S^1G^1 ad] in *b* 17 fi$_*$τ (*ex* fuit) *L* 21 dormienti (e *ex* a *corr.*) *S* coniux G^1 22 morienτe *b* 24 uiro C^1 27 enucleatae *L* enucleaṭe *M* 28 praelocuntur S^1

malis. neque enim frustra dixit apostolus: Adam, qui est forma futuri, et illud: relinquet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae, et erunt duo in carne una. sacramentum, inquit, hoc magnum est, ego autem dico in Christo et in ecclesia. quis enim non agnoscat Christum eo modo reliquisse patrem, qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse aequalis deo, sed semet ipsum exinaniuit formam serui accipiens, reliquisse etiam matrem, synagogam Iudaeorum ueteri testamento carnaliter inhaerentem, et adhaesisse uxori suae sanctae ecclesiae, ut pace noui testamenti essent duo in carne una, quia cum sit deus apud patrem, per quem facti sumus, factus est per carnem particeps noster, ut illius capitis corpus esse possemus?

9. Sicut Cain sacrificium ex terrae fructibus reprobatur, Abel autem sacrificium ex ouibus et earum adipe suscipitur, ita noui testamenti fides ex innocentia gratiae deum laudans ueteris testamenti terrenis operibus anteponitur, quia etsi ante Iudaei recte illa fecerunt, in eo tamen infidelitatis rei sunt, quia Christo ueniente iam tempus noui testamenti a tempore ueteris testamenti non distinxerunt. dixit enim deus ad Cain: si recte offeras, recte autem non diuidas, peccasti. qui si obtemperasset deo dicenti: quiesce; ad te enim conuersio eius, et tu dominaberis illius, ad se conuertisset peccatum suum sibi hoc tribuens et confitens deo ac sic adiutus indulgentiae gratia ipse peccato suo dominaretur, non illo sibi dominante seruus peccati fratrem occideret innocentem. sic et Iudaei, in quorum haec figura gerebantur, si quiescerent a sua perturbatione et tempus salutis per gratiam

1 Rom. 5, 15 2 Ephes. 5, 31 sq. 6 Phil. 2, 6 sq. 22 cf. Gen. 4, 3 sqq.

2 *pr.* et] et (e *in ras.*) *L* ut *SMG* 4 hoc inquit *SMG* 6 (et 9) relinquisse $G^1SL^1M^1$ qui] quo *L* 9 iudeorum *C* 10 adhesisse *C* 13 noster] nostri *SMG* 14 possimus *CSG* 17 innocentiae gratia *S* 18 iudęi ante *b* 19 iudei *C* eo] quo *SG* fidelitatis S^1G^1 23 optemperasset *SMG*

in peccatorum remissione cognoscentes audirent Christum dicentem: non est opus sanis medicus, sed male habentibus; non ueni uocare iustos, sed peccatores in paenitentiam, et: omnis qui facit peccatum, seruus est peccati, et: si uos filius liberauerit, tunc uere liberi, eritis, ad se conuertissent peccatum suum in confessione, sicut in psalmo scriptum est, medico dicentes: ego dixi, domine, miserere mei; sana animam meam, quoniam peccaui tibi, et eidem peccato, quamdiu esset adhuc in eorum mortali corpore, per spem gratiae liberi dominarentur. nunc autem ignorantes dei iustitiam et suam uolentes constituere, elati de operibus legis, non humiliati de peccatis suis non quieuerunt; et regnante peccato in eorum mortali corpore ad oboediendum desideriis eius offenderunt in lapidem offensionis et exarserunt odio aduersus eum, cuius opera uidentes deo accepta esse doluerunt illo, qui caecus natus iam uidebat, sibi dicente: scimus, quia peccatores deus non exaudit, sed qui eum coluerit et uoluntatem eius fecerit, hunc exaudit, tamquam hoc eis diceret: super sacrificium Cain non respicit, sed super sacrificium Abel respicit. itaque occiditur Abel minor natu a fratre maiore natu: occiditur Christus, caput populi minoris natu, a populo Iudaeorum maiore natu; ille in campo, iste in Caluariae loco.

10. Interrogat deus Cain non tamquam ignorans eum, a quo discat, sed tamquam iudex reum, quem puniat, ubi sit frater eius. respondit ille nescire se nec eius se esse custodem: usque adhuc quid nobis respondent Iudaei cum eos dei uoce hoc est sanctarum scripturarum uoce, interrogamus de Christo, nisi nescire se Christum quem dicimus? fallax enim Cain

1 Matth. 9, 12 sq. 4 Ioh. 8, 34 . 36 7 Ps. 11, 2 11 cf. Rom. 10, 3 13 cf. Rom. 6, 12 14 cf. Rom. 9, 32 17 Ioh. 9, 31

1 remissionem *C* agnoscentes *CSG* 7 dicentes C^1 dicentis *L* 9 et *om. LCSGMb* essent S^2G^2 eorum] eodem *SG* 10 dominarent *LSG* 20 abel sacrificium *SG* occidæur LMS^1G^1 24 ignorans *Eug.* (*ed. Knöll p.* 251): ignarus *lib. b* 26 respondet *C* 27 iudei *C*

ignoratio Iudaeorum est falsa negatio. essent autem quodam modo Christi custodes, si christianam fidem accipere et custodire uoluissent. nam qui custodit in corde suo Christum, non dicit quod Cain: numquid ego custos sum fratris mei? dicit deus ad Cain: quid fecisti? uox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra: sic arguit in scripturis sanctis uox diuina Iudaeos. habet enim magnam uocem Christi sanguis in terra, cum eo accepto ab omnibus gentibus respondetur: amen. haec est clara uox sanguinis, quam sanguis ipse exprimit ex ore fidelium eodem sanguine redemptorum.

11. Dicit deus ad Cain: et nunc maledictus tu a terra, quae aperuit os suum accipere sanguinem fratris tui de manu tua; quoniam operaberis terram, et non adiciet uirtutem suam dare tibi; gemens et tremens eris in terra. non dixit: „maledicta terra“, sed maledictus tu a terra, quae aperuit os suum excipere sanguinem fratris tui de manu tua. maledictus est enim populus Iudaicus infidelis a terra, id est ab ecclesia, quae apuerit os suum in confessione peccatorum accipere sanguinem Christi, qui fusus est in remissionem peccatorum de manu persecutoris nolentis esse sub gratia, sed sub lege, ut esset ab ecclesia maledictus, id est ut eum intellegeret et ostenderet ecclesia maledictum dicente apostolo: quicumque enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt legis. deinde cum dixisset: maledictus tu a terra, quae aperuit os suum accipere sanguinem fratris tui de manu tua, non dixit: „quoniam operaberis eam“ sed ait: quoniam operaberis terram et non adiciet uirtutem suam dare tibi. unde non est necesse eandem terram intellegere ope-

4 Gen. 4, 9 sqq. 23 Gal. 3, 10 25 Gen. 3, 11 sq.

1 iudeorum *C* negotio L^1 5 deus] dñs *C* ad *om. C* 7 iudeos *C* 8 terra (m *er.*) *L* accepta L^2 10 sanguine (m *er.*) *L* 12 excipere *SMG* 16 que *C* accipere *GSM* 18 ĉst (st *s. l. add. m.* 2) *L* aecclesia *C* que *C* 20 remissione L^1SG^1 21 persecutoris] peccatoris S^1 nolentes L^1 22 ĉst (st *add. s. l. a m.* 2) *L* 26 excipere *SMG* 27 operaueris S^1G^1 28 dar& ibi L^1

rari Cain, quae aperuit os accipere sanguinem fratris de manu eius; sed ideo maledictus intellegitur ab hac terra, quoniam operatur terram, quae non adiciet uirtutem suam dare illi; id est, ideo populum Iudaeorum maledictum agnoscit et ostendit ecclesia, quoniam occiso Christo adhuc operatur terrenam circumcisionem, terrenum sabbatum, terrenum azymum, terrenum pascha. quae omnis terrena operatio habet occultam uirtutem intellegendae gratiae Christi, quae non datur Iudaeis in inpietate et infidelitate perseuerantibus, quia nouo testamento reuelata est; et non transeuntibus ad dominum non eis auferetur uelamen, quod in lectione ueteris testamenti manet, quia in solo Christo euacuatur, non ipsa lectio ueteris testamenti, quae habet absconditam uirtutem, sed uelamen, quo absconditur. unde Christo in cruce passo uelum templi conscissum est, ut per Christi passionem reuelentur secreta sacramentorum fidelibus ad bibendum eius sanguinem ore aperto in confessione transeuntibus. propterea populus ille sicut Cain adhuc operatur terram, adhuc exercet operationem legis carnaliter, quae non ei dat uirtutem suam, quia in ea non intellegit gratiam Christi. propterea et in ipsa terra, quam Christus portauit, id est in eius carne, ipsi operati sunt salutem nostram crucifigendo Christum, qui mortuus est propter delicta nostra. nec eis dedit eadem terra uirtutem suam, quia non iustificati sunt uirtute resurrectionis eius, qui resurrexit propter iustificationem nostram; quia etsi crucifixus est ex infirmitate, sed uiuit in uirtute dei, sicut dicit apostolus. haec ergo est uirtus terrae illius, quam non ostendit inpiis et incredulis. unde nec resurgens eis, a quibus erat

13 cf. II Cor. 3, 14 sqq. 14 cf. Matth. 27, 51 24 cf. Rom. 4, 25 25 II Cor. 13, 4

1 que *C* sanguinem accipere *b* 3 suam *om. C* dare *s. l. G* 4 ēst (st *s. l. add. m.* 2) *L* iudeorum *C* 6 azimum *CSMG* 7 que *C* 8 intelligende *C* iudeis *C* 11 aufertur *C* 19 que *C* 20 ipsam terrā *b* 21 portabit C^1 26 ex uirtute *Pb* 27 hec *C* 28 nec (*s. l. m. 2*) *S*

crucifixus, adparuit, tamquam Cain operanti terram, ut granum illud seminaretur, non ostendens eadem terra fructum uirtutis suae: quoniam operaberis, inquit, terram et non adiciet uirtutem suam dare tibi.

12. Gemens et tremens eris in terra. nunc ecce, quis non uideat, quis non agnoscat in tota terra, quacumque dispersus est ille populus, quomodo gemat maerore amissi regni et tremat timore sub innumerabilibus populis christianis? ideoque respondit Cain et dixit: maior est causa mea; si eicis me hodie a facie terrae, et a facie tua abscondar, et ero gemens et tremens super terram, et erit, omnis, qui inuenerit me, occidet me. uere inde gemit et tremit, ne regno etiam terreno perdito ista uisibili morte occidatur. hanc dicit maiorem causam quam illam, quod ei terra non dat uirtutem suam, ne spiritaliter moriatur. carnaliter enim sapit et abscondi a facie dei, id est iratum habere deum, graue non putat, nisi ne inueniatur et occidatur. carnaliter sapit tamquam operans terram, cuius uirtutem non accipit. sapere autem secundum carnem mors est; quam ille non intellegens amisso regno gemit et corporalem mortem tremit. sed quid ei respondet deus? non sic, inquit; omnis, qui occiderit Cain, septem uindictas exsoluet; id est non sic, quomodo dicis: non corporali morte interibit genus inpium carnalium Iudaeorum. quicumque enim eos ita perdiderit, septem uindictas exsoluet; id est, auferet ab eis septem uindictas, quibus alligati sunt propter reatum occisi Christi, ut hoc toto tempore, quod septenario dierum numero uoluitur, magis quia non interit gens Iudaea satis adpareat

19 cf. Rom. 8, 6

2 terra *(pr.* r *s. l.) C* 5 terram *L* 7 merore *LCSG* 9 si] si (i *s. l. a m. 2) S* 10 faciae *(bis) S* facię *(bis) G* 11 terra (~ *super* a *er.) SLG* 15 terram̃ *S* neç *SG* 16 et abscondi—sapit *(infra text m. 2 adpos.) G* 17 putet S^1G 20 mortem *(s. l. m. 2) C* 21 inquid LM^1 22 uindictas] uictam L^1 exsoluit C^1 23 interibit (b *corr. ex* u *SMG* 25 aufert *b* 28 iudea *C*

fidelibus christianis, quam subiectionem meruerint, qui superbo regno dominum interfecerunt.

13. Et posuit dominus deus Cain signum, ne eum occidat omnis, qui inuenerit. hoc reuera multum mirabile est, quemadmodum omnes gentes, quae a Romanis subiugatae sunt, in ritum Romanorum sacrorum tansierint eaque sacrilegia obseruanda et celebranda susceperint, gens autem Iudaea siue sub paganis regibus siue sub christianis non amiserit signum legis suae, quo a ceteris gentibus populisque distinguitur; et omnis imperator uel rex, qui eos in regno suo inuenit, cum ipso signo eos inuenit nec occidit, id est non efficit, ut non sint Iudaei, certo quodam et proprio suae obseruationis signo a ceterarum gentium communione discreti, nisi quicumque eorum ad Christum transierit, ut iam non inueniatur Cain nec exeat a facie dei nec habitet in terra Naim, id quod dicitur interpretari „commotio." contra quod malum deus rogatur in psalmo: ne dederis in motum pedes meos, et: manus peccatorum non moueant me, et: qui tribulant me, exultabunt, si motus fuero; et: dominus a dextris est mihi, ne commouear et innumerabilia talia: quod patiuntur omnes, qui exeunt a facie dei, id est a misericordia dilectionis eius. unde dicitur in quodam psalmo: ego dixi in abundantia mea, non mouebor in aeternum. sed uide, quid sequitur: domine, in uoluntate tua praestitisti decori meo uirtutem; auertisti autem faciem tuam et factus sum conturbatus. unde intellegitur omnem animam participatione lucis dei, non per se ipsam, esse pulchram et decoram et uirtute pollentem. quod et isti Manichaei si considerarent et intellegerent, non in

3 Gen. 4, 15 17 Ps. 65, 9 18 Ps. 35, 12 19 Ps. 12, 5 20 Ps. 15, 8 23 Ps. 29, 7 sq.

5 subiugate *C* subiectę *b* 6 eaquae *L* 7 caelebranda *L* 8 iudea *C* 13 c&erarum L^1 15 nec] ne *LCSMG* 16 naim id *C:* nai id *L* naiid *M* naid (d *in ras; uidet.* m *er.*) *SG* interpra&ari *L* 19 ex*-ultabant (s *er.*) *M* 20 ne] nec *Cb* 21 dñi *b* 24 eternum *C* 25 praest&isti *L* 26 tuā a me *b* 29 manichei *CL*

tantam blasphemiam caderent putando se esse naturam et substantiam dei. sed ideo non possunt, quia non quiescunt; sabbatum enim cordis non intellegunt. nam si quiescerent, sicut dictum est ad Cain, peccatum suum ad se conuerterent, id est sibi tribuerent, non genti nescio cui tenebrarum, atque ita per gratiam dei eidem peccato dominarentur. nunc uero et ipsi et omnes, qui diuersis erroribus contumaces resistendo ueritati exeunt a facie dei, sicut Cain, sicut Iudaei perditi, habitant in terra commotionis, id est in perturbatione carnali contra iucunditatem dei, hoc est contra Eden, quod interpretantur epulationem, ubi est plantatus paradisus. iam cetera pauca de multis breuiterque perstringam, ne propositum operis huius et responsionis meae nimia longitudine sermonis inpediam.

14. Quem enim non moueat ad quaerendum et intellegendum Christum in illis libris, ut ea omittam, quae quamuis tanto suauius contemplentur, quanto ex absconditioribus locis enucleantur, tamen exigunt prolixitatem dissertationis, quia pluribus adtestationibus indigent, ut omittam ergo talia: quem non moueat ad salubrem fidem, quod Enoch septimus ab Adam deo placuit et translatus est: et septima requies praedicatur, ad quam transfertur omnis, qui tamquam sexto die sexta aetate saeculi Christi aduentu formatur? quod Noe cum suis per aquam et lignum liberatur: sicut familia Christi per baptismum crucis passione signatum. quod de lignis quadratis eadem arca fabricatur: sicut ecclesia de sanctis con-

10 cf. Gen. 4, 16 21 cf. Gen. 5, 24 24 cf. Gen. 7, 23

1 natura substantiã *b* 8 iudei *C* 10 iuconditatem *L* eden CS^2G^2 aedem *L* ẹden *M* eden (n *ex* m) *P* eodem S^1G^1 interpretatur epulationem *LCM* interpretatur epulatio *b* 11 paradysus *S* 15 querendum *C* 16 ea] eam $L^1S^1G^1$ 17 contemplerentur *S*, *(in mg. m. rec.* ł cõplecterentur) *G* contemplenṫvr (v *sup.* e *a m.* 1) *M* absconditioribus] abditioribus *SMC*²*G* 20 quae LS^1G^1 moueant *LCPGSb* enoc *C* 24 liberatur (liber *s. l. a m.* 2) *S* 25 passionem *L* signatur *b* 26 archa *S*

struitur ad omne opus bonum semper paratis. quadratum enim quacumque uerteris, firmiter stat. quod sexies longa ad latitudinem suam et decies ad altitudinem suam humani corporis instar ,ostendit, quia in corpore humano Christus adparuit. quod cubitis quinquaginta latitudo eius expanditur: sicut dicit apostolus: cor nostrum dilatatum est. unde nisi caritate spiritali? propter quod ipse item dicit: caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. quinquagesimo enim die post resurrectionem suam Christus sanctum spiritum misit, quo corda credentium dilatauit. quod trecentis cubitis longa est, ut sexies quinquaginta conpleantur: sicut sex aetatibus omne huius saeculi tempus extenditur, in quibus omnibus Christus numquam destitit praedicari; in quinque per prophetiam praenuntiatus, in sexta per euangelium diffamatus. quod eius altitudo triginta cubitis surgit, quem numerum decies habet in trecentis cubitis longitudo: quia Christus est altitudo nostra, qui triginta annorum aetatem gerens doctrinam euangelicam consecrauit contestans legem non se uenisse solvere, sed inplere. legis autem cor in decem praeceptis agnoscitur: unde decies tricenis arcae longitudo perficitur; unde et ipse Noe ab Adam decimus conputatur. quod bitumine glutinantur arcae ligna intrinsecus et extrinsecus: ut in conpage unitatis significetur tolerantia caritatis, ne scandalis ecclesiam temptantibus siue ab eis, qui intus, siue ab eis, qui foris sunt,

1 cf. II. Tim. 2, 21 6 II Cor. 6, 11 7 Rom. 5, 5 11 cf. Act. 2, 1 sqq. 18 cf. Matth. 5, 17 21 cf. Gen. 5 Luc. 3, 36 sqq. 23 cf. Gen. 6, 14 sq.

2 ueteris C^1 3 et decies—suam *(s. l. m. 2)* C deciens $L^1M^1S^1G^1$ 4 ostenditur C 7 nisi *(s. l. m. 2)* S *om* LM item ipse C 9 quinquęgesimo (*sup.* ę *add.* o) G quinquage*simo (n *er.*) M post] propter S^1G^1 10 spiritum sanctum C 12 sexie*s (n *er.*) L 13 seculi C 14 destituit S destit*it (u *er.*) G quinta b 15 diffamatur C 16 XXX S surgit *om.* MSG deciens L 17 CCCtis S cubitis *om.* $LSMG$ 20 undecies SG 21 tricenę SG triceni Lb 23 arche S 24 tol*erantia (l *er.*) L temtantibus M

cedat fraterna iunctura et soluatur uinculum pacis. est enim bitumen feruentissimum et uiolentissimum gluten significans dilectionis ardorem ui magna fortitudinis ad tenendam societatem spiritalem omnia tolerantem.

15. Quod cuncta animalium genera in arcam clauduntur: sicut omnes gentes, quas etiam Petro demonstratus discus ille significat, ecclesia continet. quod et munda et inmunda ibi sunt animalia: sicut in ecclesiae sacramentis et boni et mali uersantur. quod septena sunt munda et bina inmunda: non quia pauciores sunt mali quam boni, sed quia boni seruant unitatem spiritus in uinculo pacis. sanctum autem spiritum diuina scriptura in septiformi operatione commendat sapientiae et intellectus, consilii et fortitudinis, scientiae et pietatis et timoris dei. unde et ille numerus quinquaginta dierum ad aduentum sancti spiritus pertinens in septies septenis, qui fiunt quadraginta nouem, uno addito consummatur; propter quod dictum est: studentes seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. mali autem in binario numero ad schismata faciles et quodam modo diuisibiles ostenduntur. quod ipse Nóe cum suis octauus enumeratur: quia in Christo spes resurrectionis nostrae adparuit, qui octauo die, id est post sabbati septimum primo a mortuis resurrexit; qui dies a passione tertius, in numero autem dierum, qui per omne tempus uoluuntur, octauus et primus est.

16. Quod arca conlecta ad unum cubitum desuper consummatur: sicut ecclesia corpus Christi in unitatem conlecta sublimat et perficit. unde dicit in euangelio: qui mecum non conligit, spargit. quod aditus ei fit a latere: nemo quippe intrat in ecclesiam nisi per sacramentum remissionis peccato-

7 cf. Act. 10, 11 sq. 9 cf. Gen. 7, 2 14 cf. Es. 11, 2 sq. 17 Ephes. 4, 3 27 Matth. 12, 30

3 ui] in *b* ut S^1 (*m. 2* &) magna fortitudinis S^1 (*m. 2 corr. in* magnā fortitudinem), magna fortitudine *b* soci&am *M* 4 tollerantem *L* 5 arca *Mb* 12 septiform S^1 15 XL. VIIII *S* 18 scismata *SG* sc*ismata (h er.) *M* 20 ennumeratur *MSG* numeratur *C* 25 collecti *C* 26 ecclesiam *C* collectam *C* sublimatur et perficitur P^3b 28 adḍitus *L*

rum; hoc autem de Christi latere aperto manauit. quod inferiora arcae bicamerata et tricamerata construuntur: sicut ex omnibus gentibus uel bipertitam multitudinem congregat ecclesia propter circumcisionem et praeputium, uel tripertitam propter tres filios Noe, quorum progenie repletus est orbis. et ideo arcae inferiora ista dicta sunt, quia in hac terrena uita est diuersitas gentium, in summo autem omnes in unum consummamur. et non est ista uarietas: quia omnia et in omnibus Christus est tamquam nos uno cubito desuper caelesti unitate consummans.

17. Quod post septem dies, ex quo ingressus est Noe in arcam, factum est diluuium: quia spe futurae quietis, quae septimo die significata est, baptizamur. quod praeter arcam omnis caro, quam terra sustentabat, diluuio consumpta est: quia praeter ecclesiae societatem aqua baptismi quamuis eadem sit, non solum non ualet ad salutem, sed ualet potius ad perniciem. quod quadraginta diebus et quadraginta noctibus pluit: quia omnis reatus peccatorum, qui in decem praeceptis legis admittitur, per uniuersum orbem terrarum, qui quattuor partibus continetur — decem quippe quater ducta quadraginta fiunt — siue ille reatus, quod ad dies pertinet, ex rerum prosperitate siue, quod ad noctes ex rerum aduersitate contractus sit, sacramento baptismi caelestis abluitur.

18. Quod Noe quingentorum erat annorum, cum ei locutus est dominus, ut arcam sibi faceret, et sescentos agebat annos, cum in eam esset ingressus — unde intellegitur per centum annos arca fabricata — quid aliud hic uidentur centum anni

1 cf. Gen. 6, 16 17 cf. Gen. 7, 17 sqq. 26 cf. Gen. 5, 31; 7, 9

1 $\overline{\text{xpi}}$ (o *in* i *corr.*) *S* 2 archae *S* et tricamerata (*s. l. m. 2*) *C* 4 preputium *C* tripartitam *M* 6 ideo (o *s. l.*) *S* arce *C* qui LS^1M^1G 9 uno] in uno *C* una (a *ex* o) *M* cubitu LPM^2 10 celesti *C* 12 in spe *C* spes *L* 14 consummata *LCb* 15 aecclesiae *S* ecclesie *C* 17 pernitiem *GS* quo GL^1S^1 XL *S* 18 preceptis *C* 19 ammittitur LGS^1M^1 21 XL *S* 23 celestis *C* 24 annorum erat *SG* 25 sexcentos *SGMb* 26 C *S*

significare nisi aetates singulas saeculi? unde ista sexta aetas, quae conpletis quingentis usque ad sescentos significatur, in manifestatione euangelica ecclesiam construit; et ideo qui sibi ad uitam consulit, sit uelut quadratum lignum, paratus ad omne opus bonum et intret in fabricam sanctam: quia et secundus mensis anni sescentesimi, quo intrat Noe in arcam, eandem senariam aetatem significat. duo enim menses sexagenario numero concluduntur; a senario autem numero et sexaginta cognominantur et sescenti et sex milia et sexaginta milia et sescenta milia et sescenties, et quicquid deinceps in maioribus summis per eundem articulum numerus in infinita incrementa consurgit.

19. Et quod uicesimus et septimus dies mensis commemoratur, ad eiusdem quadraturae significationem pertinet, quae iam in quadratis lignis exposita est. sed hic euidentius, quia nos ad omne opus bonum paratos, id est quodam modo conquadratos trinitas perficit in memoria, qua deum recolimus, in intellegentia, qua cognoscimus, in uoluntate, qua diligimus; tria enim ter et hoc ter fiunt uiginti septem, qui est numeri ternarii quadratus. quod septimo mense arca sedit, hoc est requieuit, ad illam septimanam requiem significatio recurrit; et quia perfecti requiescunt, ibi quoque illius quadraturae numerus iteratur. nam uicesima septima die secundi mensis commendatum est hoc sacramentum. et rursus uicesima et septima die septimi mensis eadem commendatio confirmata est, cum arca requieuit. quod enim promittitur in spe, hoc exhibetur in re. porro quia ipsa septima requies cum octaua resurrectione coniungitur — neque enim reddito corpore finitur

20 cf. Gen. 8, 4 . 14

1 etates *C* 2 sexcentos *SGMb* 3 construxit *C* 4 paratum *b* 6 sescentesimi C^1 sexcentesimi *SGMb* 7 sex agi numero *S* sexagi numero ṇụṃẹṛọ *G* sexaginario *M* 10 sescenta] sescenti *L* secenta C^1 VI centies *S* 13 uicensimus *L* 14 que *C* 16 quadratos *SG* 18 quia C^1 20 archa (h *s. l.*) *C* 21 septimanam *Eug.* (*ed.* Knöll *p.* 261): septimam *lib. b* 22 quadrature *C* 23 uicensima *L* et septima *SG* 24 uigesima *M* uice*sima (n *er.*) *L* 26 archa *C* 28 resurrectiõ *L*

requies, quae post hanc uitam excipit sanctos, sed potius totum hominem non adhuc spe, sed iam re ipsa omni ex parte et spiritus et corporis perfecta inmortali salute renouatum in aeternae uitae munus adsumit — quia ergo septima requies cum octaua resurrectione coniungitur, et hoc in sacramento regenerationis nostrae, id est in baptismo, altum profundumque mysterium est: quindecim cubitis supercreuit aqua excedens altitudinem montium, id est hoc sacramentum transcendit omnem sapientiam superborum. septem quippe et octo coniuncti quindecim fiunt. et quia septuaginta a septem et octoginta ab octo denominantur, coniuncto utroque numero centum quinquaginta diebus exaltata est aqua, eandem commendans nobis atque confirmans altitudinem baptismi in consecrando nouo homine ad tenendam quietis et resurrectionis fidem.

20. Quod post dies quadraginta emissus coruus non est reuersus, aut aquis utique interceptus aut aliquo supernatante cadauere inlectus, significat homines inmunditia cupiditatis teterrimos et ob hoc ad ea, quae foris sunt in hoc mundo, nimis intentos aut rebaptizari aut ab his, quos praeter arcam, id est praeter ecclesiam baptismus occidit, seduci et teneri. quod columba emissa non inuenta requie reuersa est, ostendit per nouum testamentum requiem sanctis in hoc mundo non esse promissam. post quadraginta enim dies emissa est; qui numerus uitam, quae in hoc mundo agitur, significat. denique post septem dies dimissa, propter illam septenariam opera-

8 cf. Gen. 7, 20

2 non ad spem sed iam rem ipsam *b* rem ipsa *P* re ipsam *S* rem ipsam *G* 3 immortalitatis (n *s. pr.* m *add. m. 3*) *Pb* mortali *G* 4 eterne uite *C* 7 misterium *C* 8 hoc *om. C* 12 CL *S* commendans (*sec.* n *s. l. a m. 1*) *L* 14 quiętis *C* 16 emissus est coruus non est reuersus *LPb* emissus est coruus et non reuersus *SG* emissus//| non reuersus est (*sed* est *paene er.*) *M* 17 (*alt.*) aut (a *s. l.*) *G*, *om. S*¹ 18 in immunditia *b* 20 rebaptizati *b* archam *C* 21 æcclesiam *C* baptismus (*pr.* s *a m.* 1 *s. l.*) *C* 22 quo *L*¹ 24 XL *C* 25 uitamq̄: *L* 26 dęmissa (*sup.* ę *a m. 1* i) *C*

tionem spiritalem, oliuae fructuosum surculum rettulit, quo significaret nonnullos etiam extra ecclesiam baptizatos, si eis pinguedo non defuerit caritatis, posteriore tempore quasi uespere in ore columbae tamquam in osculo pacis ad unitatis societatem posse perduci. quod post alios septem dies dimissa reuersa non est, significat finem saeculi, quando erit sanctorum requies, non adhuc in sacramento spei, quo in hoc tempore consociatur ecclesia, quamdiu bibitur, quod de Christi latere manauit, sed iam in ipsa perfectione salutis aeternae, cum tradetur regnum deo et patri, ut in illa perspicua contemplatione incommutabilis ueritatis nullis mysteriis corporalibus egeamus.

21. Nimis longum est, ut uel tam breuiter quam haec cucurri, cuncta contingam: cur sescentesimo et uno anno uitae Noe, id est peractis sescentis annis aperitur arcae tectum et tamquam reuelatur, quod erat absconditum sacramentum? cur uicesima septima die secundi mensis dicitur siccasse terra: tamquam finita esset iam baptizandi necessitas in numero dierum quinquagesimo et septimo. ipse est enim dies secundi mensis uicesimus septimus, qui numerus ex illa coniunctione spiritus et corporis septies octonos habet uno addito propter unitatis uinculum. cur de arca coniuncti exeant, qui disiuncti intrauerant. sic enim dictum erat, quod intrauerit in arcam Noe et filii eius et uxor eius et uxores filiorum eius: seorsum uiri, seorsum feminae commemoratae sunt. in hoc enim tem-

6 cf. Gen. 8, 6 sqq. 10 cf. I Cor. 15, 24 17 cf. Gen. 8, 13 sq 24 cf. Gen. 7, 7

3 pinquaedo *L* pingue*do (n *er.*) *S* 5 dies septem *C* 6 quando] qn̄ *b* 7 in *ante* sacr. *in ras. S* quo] quoę (o *ex* a) *L* cui (*in ras. M* 8 uiuitur *SG* bibitur (b *corr. ex* u) *LM* 10 traditur *CGSb* tradetur (i *corr. in* e) *M* tradetur L^1 11 nullus *S* nvllis (v *s.* i *a m. 1*) *C* 14 sexcentesimo *CSGb* 15 noę *C* sexcentis *CSGMb* archae *C* 17 uigesima *M* XXV̇Iİ *S* terram *Lb* 18 iam] in *L* baptizandi (i *fin. s. l. m. 1*) *L* 20 uigesimus *SMG* 21 septiens *L* 22 Cur *incipit c.* 21 *b* archa *C* 23 archam *C* 24 seorsus *(bis) C* 25 femine *LS*

pore huius sacramenti caro concupiscit aduersus spiritum et spiritus aduersus carnem. exeunt autem Noe et uxor eius et filii eius et uxores filiorum eius, nunc coniuncte commemorati masculi et feminae, quia in fine saeculi atque in resurrectione iustorum omnimoda et perfecta pace spiritui corpus adhaerebit nulla mortalitatis indigentia uel concupiscentia resistente. cur animalia, quamuis et munda et inmunda in arca fuerint, tamen post egressum de arca non offeruntur deo in sacrificio nisi munda?

22. Quid deinde sibi uelit deo loquente ad Noe et tamquam rursus ab exordio — quia multis modis eadem significari oportebat — figuram ecclesiae commendante, quod progenies eius benedicitur ad inplendam terram, quod dantur eis in escam cuncta animalia, sicut in illo disco Petro dicitur: macta et manduca? quod eiecto sanguine iubentur manducare: ne uita pristina quasi suffocata in conscientia teneatur, sed habeat tamquam effusionem per confessionem. quod testamentum posuit deus inter se et homines atque omnem animam uiuam, ne perdat eam diluuio, arcum, qui adparet in nubibus, qui numquam nisi de sole resplendet: illi enim non pereunt diluuio separati ab ecclesia, qui in prophetis et omnibus diuinis scripturis tamquam in dei nubibus agnoscunt Christi gloriam, non quaerunt suam. uerum ne adoratores huius solis amplius tumescant, sciant ita significari Christum aliquando per solem, sicut per leonem, per agnum, per lapidem cuiusdam similitudinis causa, non proprietatis substantia.

23. Iam uero illud, quod de uinea, quam plantauit inebriatus Noe, nudatus est in domo sua, cui non adpareat Christus

2 cf. Gal. 5, 17 3 cf. Gen. 8, 18 7 cf. Gen. 8, 20 14 Act. 10, 13 19 cf. Gen. 9, 1 sqq. 27 cf. Gen. 9, 20 sqq.

3 coniunctae S^1GLMb 4 femine *LSMG* 5 adherebit *LC* 7 ét *(ante* munda *in ras.) L* archa *C* 8 sacrifitio *C* 10 uelit M^1 12 æcclesiae *C* commendatę *C* 13 esca *LSG* ęscam *C* 14 disco *(m. 2 add.) S, om. G* 17 per confessionem *om. SG* 21 ęcclesia *C* 23 querunt *C* 27 planta S^1 in ebriatus *M* inebriatur *b* 28 est *(m. 2 add.) S*

passus in gente sua? tunc enim nudata est mortalitas carnis eius, Iudaeis scandalum, gentibus stultitia, ipsis autem uocatis Iudaeis et gentibus, tamquam Sem et Iapheth, dei uirtus et dei sapientia; quia quod stultum est dei, sapientius est quam homines, et quod infirmum est dei, fortius est quam homines. proinde in duobus filiis, maximo et minimo, duo populi figurati unam uestem a tergo portantes — sacramentum scilicet iam praeteritae atque transactae dominicae passionis — nuditatem patris neque intuentur, quia in Christi necem non consentiunt; et tamen honorant uelamento tamquam scientes, unde sind nati. medius autem filius, id est populus Iudaeorum — ideo medius, quia nec primatum apostolorum tenuit nec ultimus in gentibus credidit — uidit nuditatem patris, quia consensit in necem Christi et nuntiauit foras fratribus. per eum quippe manifestatum est et quodam modo publicatum, quod erat in prophetia secretum; ideoque fit seruus fratrum suorum. quid est enim aliud hodieque gens ipsa nisi quaedam scriniaria christianorum, baiulans legem et prophetas ad testimonium adsertionis ecclesiae, ut nos honoremus per sacramentum, quod nuntiat illa per litteram?

24. Quem non autem excitet, quem non uel informet uel confirmet in fide, quod ita benedicuntur duo illi, qui nuditatem patris honorauerunt quamuis auersi, uelut quibus factum sceleratae uineae displicuerit? benedictus, inquit, dominus deus Sem. quamquam enim sit deus omnium gentium, quodam modo tamen proprio uocabulo et in ipsis iam gentibus dicitur deus Israhel. et unde hoc factum est nisi ex benedic-

5 cf. I Cor. 1, 23 sqq.

2 uocatis *C Eug. (ed. Knöll p 264), (s. l. a m. 2) L: om. SGMb* 3 iafeth *LCSMG* 8 atque] et *SG* dominice *S* 11 filius autem *b* iudeorum *C* 14 manifestum *b* 17 hodiąeq: S^2 hodie q:/// (uae *er.*) *M* hodie/// (que *er.*) *L* hodieq; (q; *in ras.*) *C* hodie que *P* hodie *b* ipsa gens (gens *s. l. m. 1*) *C* 18 baiolans *S*, (*corr. ex* uaiulans) *M* æcclesiae *C* 21 quem] quae *L* uel quem non *C* infirmet S^1 22 illi duo *SG* 23 uelud S^1 25 quodam—proprio *(in ras.) C* 27 ex *(s. l.) G*

tione Iapheth? in populo enim gentium totum orbem terrarum occupauit ecclesia. hoc, prorsus hoc praenuntiabatur, cum diceretur: latificet deus Iapheth et habitet in domibus Sem. uidete, Manichaei, uidete; ecce in conspectu uestro est orbis terrarum: hoc stupetis, hoc doletis in populis nostris, quia latificat deus Iapheth. uidete, si non habitat in domibus Sem, id est in ecclesiis, quas filii prophetarum apostoli construxerunt. audite, quid dicat Paulus iam fidelibus gentibus: qui eratis, inquit, illo in tempore sine Christo, alienati a societate Israhel et peregrini testamentorum et promissionis spem non habentes et sine deo in hoc mundo. per haec uerba ostenditur, quod nondum habitabat Iapheth in domibus Sem. sed paulo post quemadmodum concludat, aduertite. igitur iam, inquit, non estis peregrini et inquilini, sed estis ciues sanctorum et domestici dei superaedificati supra fundamentum apostolorum et prophetarum ipso summo angulari lapide existente Christo Iesu. ecce quomodo dilatatur Iapheth et habitat in domibus Sem. et tamen epistulas apostolorum, quibus haec omnia contestantur, tenetis, legitis, praedicatis. ubi et uos ipsos deputauerim, nisi in illa maledicta medietate, cui non est lapis angularis Christus? quia nec in illo pariete uos agnoscimus, qui ex circumcisione credidit in Christum, unde erant et apostoli, nec in isto, qui est ex praeputio, unde sunt omnes ex ceteris gentibus in eandem unitatem fidei tamquam in pacem anguli concurrentes. sed et omnes, qui quoslibet nostri canonis libros accipiunt et legunt, ubi Christus mortaliter natus et

3 Gen. 9, 26 sq. 9 Ephes. 2, 12 sqq.

1 iafeth *LCSG* 2 prorsus *(pr.* r *s. l.) C* hoc *om. b* 3 la&ificet *L* lętificet (le *G*) *G*[1]*b* iafeth *LCS* 4 manichei *C* 6 la&ificat *L* lætificat (*s.* æ *a m. 1 scr.* a) *C* lętificat *b* iafeth *LC* habitet *SGMb* 7 ęcclesiis *C* prophetarum filii *C* 12 iafeth *L* iafeht *C* 13 quemammodum *M* concludit (*s.* i *m. 1 superscr.* a) *C* 14 iam *(s. l.) M* 16 super *CSMG* 18 iafeth *LC* habit& *S* 19 epistolas *L* 20 predicatis *C* 21 maled**icta *C* m*edietate *G* 25 pace *LSGMb* 26 nostri (s *er.*) *S* nostris *G*

passus ostenditur, nec tamen eandem mortalitatem in passione nudatam consociato unitatis sacramento honorifice uelant, sed sine scientia pietatis et caritatis nuntiant illud, unde omnes nati sumus, quamuis inter se dissentiant, et Iudaei ab haereticis et ipsi haeretici alii ab aliis, una tamen condicione seruitutis uel ad aliquam adtestationem uel ad aliquam probationem utiles sunt ecclesiae. nam et de haereticis dictum est: oportet et haereses esse, ut probati manifesti fiant inter uos. ite nunc et obiectate calumnias ueteribus litteris sacris; hoc agite, serui Cham; ite, quibus uiluit nudata caro, ex qua nati estis; neque enim esset, unde uos quoquo modo christianos appellare possetis, nisi Christus, sicut a prophetis praenuntiatus est, uenisset in mundum, bibisset de uinea sua calicem illum, qui transire non potuit, dormisset in passione sua tamquam in ebrietate stultitiae, quae sapientior est hominibus; atque ita nudaretur mortalis carnis infirmitas per occultum dei consilium fortior hominibus; quam nisi dei uerbum suscepisset, nomen omnino christianum, quo et uos gloriamini, non esset in terris. uerum hoc agite, ut dixi; inridenter prodite, quod nos reuerenter honoremus: utatur uobis ecclesia tamquam subditis sibi, ut probati manifesti fiant in ea. usque adeo nihil, quod uel habitura uel passura erat, prophetae illi tacuerunt, ut et uos ibi locis uestris inueniamus in uanitate perniciosa ad reprobos capiendos, utili autem ad probatos manifestandos.

25. Christum dicitis ab Israhelitis prophetis non esse praedictum, cui praedicendo omnes illae paginae uigilant, si eas perscrutari pietate quam exagitare leuitate malletis. quis alius in Abraham exit de terra sua et de cognatione sua, ut apud

8 I Cor. 11, 19

2 consotiato *C* 4 (et 7) hereticis *LC* 5 heretici *LC* alii *om. b* 7 æcclesiae *C* 8 hereses *LC* 9 calumpnias *C* 15 ebria&ate *L* hebrietate *C* quae] q̃ *C* 17 quam—terris *(m. poster. add.) S* 19 ut dixi *om. b* 20 honoramus *b* 24 pernitiosa *CG* utiles *b* probatis *L* 26 dicitis *om. b* 27 pagine *L* 28 Quis *incipit c.* 25 *b* 29 sua—cognatione *(in marg. m. 1 add.) C* cognatione (e *ex* &) *L*

exteros ditetur et locupletetur, nisi qui relicta terra et cognatione Iudaeorum, unde secundum carnem natus est, apud gentes ita praepollet et praeualet, ut uidemus? quis alius in Isaac lignum sibi portabat ad uictimam, nisi qui crucem sibi ad passionem ipse portauit? quis alius aries inmolandus in uepre cornibus adhaerebat, nisi qui crucis patibulo pro nobis offerendus adfigebatur?

26. Quis alius in angelo cum Iacob luctatus, cum sibi praeualentem quasi fortiorem infirmior uictusque uictorem partim benedicit, partim latitudinem femoris eius claudam reddit, nisi qui praeualere aduersus se passus populum Israhel quosdam, qui crediderunt, benedixit in eis? latitudo autem femoris Iacob in multitudine carnalis populi claudicauit. quis alius lapis positus ad caput Iacob, ut nominatim quodam modo exprimeretur, etiam unctus est nisi caput uiri Christus? quis enim Christum nescit ab unctione appellari? qui etiam hoc ipsum in euangelio commemorans et de se figuratum apertissime testificans, cum quendam Nathanahelem dixisset uere Israhelitam, in quo dolus non esset, et cum ille tamquam lapidem illum habens ad caput confessus eum esset filium dei et regem Israhel — ista confessione quodam modo unguens lapidem, id est ipsum esse confitens Christum — ibi oportune dominus etiam illud commemorauit, quod tunc uidit Iacob, qui per benedictionem appellatus est Israhel. amen dico uobis, inquit, uidebitis caelum apertum et angelos dei ascendentes et descendentes super filium hominis. hoc enim Israhel uiderat, cum illum lapidem ad caput habebat, a terra in caelum scalas, per quas ascendebant et descendebant angeli dei; in quibus

1 cf. Gen. 12, 1 sqq. 4 cf. Gen. 22, 6 10 cf. Gen. 32, 1 sqq. 24 Ioh. 1, 47 sqq. 27 cf. Gen. 28, 11 sqq.

4 sibi *om. S* 5 portabat *b* 6 adherebat *LC* 7 effigebatur S^1G 9 uictorque *LSG* uictusque *(corr. ex* uictorq' *m. 3) P* 10 claudū *b* 16 quo S^1G euangelio *(n add. m. 2) L* 18 israhelitem S^1G 21 ungens *Mb* 22 opportune *SG* commemorauit illud *C* 25 (et 27) celum *C*

significati sunt euangelistae, praedicatores Christi. ascendentes utique, cum ad intellegendam eius supereminentissimam diuinitatem excedunt uniuersam creaturam, ut eum inueniant in principio deum apud deum, per quem facta sunt omnia; descendentes autem, ut eum inueniant factum ex muliere, factum sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret. in illo enim scalae a terra usque ad caelum, a carne usque ad spiritum, quia in illo carnales proficiendo uelut ascendendo spiritales fiunt. ad quos lacte nutriendos etiam ipsi spiritales descendunt quodam modo, cum eis non possunt loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus: sic et ascenditur et descenditur super filium hominis. filius enim hominis sursum in capite nostro, quod est ipse saluator; et filius hominis deorsum in corpore suo, quod est ecclesia. ipsum et scalas intellegimus, quia ipse dixit: ego sum uia. ad ipsum ergo ascenditur, ut in ecclesiis intellegatur; et ad ipsum descenditur, ut in membris suis paruuli nutriantur; et per illum ascenditur et descenditur. exemplum quippe eius sequentes praedicatores eius non solum se erigunt, ut eum sublimiter expectent, sed etiam humiliant, ut eum temperanter adnuntient. uidete apostolum ascendentem: siue, inquit, mente excessimus, deo; uidete et descendentem: siue, inquit, temperantes sumus, uobis. dicat et per quem ascenderit et descenderit: caritas enim, inquit. Christi conpellit nos iudicantes hoc, quoniam unus pro omnibus mortuus est; ergo omnes mortui sunt; et pro omnibus mortuus est, ut qui uiuunt, iam non sibi uiuant, sed ei, qui pro ipsis mortuus est et resurrexit.

4 cf. Ioh. I, 1 sqq. 6 cf. Gal. 4, 4 sq. 11 cf. I Cor. 3, 1 sqq. 15 Ioh. 14, 6 21 II Cor. 5, 13 sqq.

4 descentes *M* 7 usq; (q; *s. l. add. m. 1*) *C* 8 profitiendo *C* uelud S^1G 9 lactę *G* 14 corpo C^1 16 ecclesiis *Eug. (ed. Knöll p.* 267); excelsis *lib. b* 17 paruulis *Eug.* 18 exemplum quippe eius *(in ras. add. m. 2) S* 19 spectent *C* 21 excesimus L^1 25 si unus *b* 26 qui] & qui (& *s. l.*) *S*

27. Haec in scripturis sanctis sancta spectacula quem non delectant, sanam doctrinam non sustinens ad fabulas conuertitur. et illae quidem fabulae animas in qualibet corporis aetate pueriles uaria quadam delectatione sollicitant. sed nos, iam corpus Christi, agnoscamus in psalmo uocem nostram et dicamus ei: narrauerunt mihi iniusti delectationes, sed non sicut lex tua, domine. Christus mihi ubique illorum librorum, ubique illarum scripturarum peragranti et anhelanti in sudore illo damnationis humanae siue ex aperto siue ex occulto occurrit et reficit. ipse mihi et ex nonnulla difficultate inuentionis suae desiderium inflammat, quo id quod inuenero, auide sorbeam medullisque reconditum salubriter teneam.

28. Ipse mihi in Ioseph innuit, qui persequentibus et uendentibus fratribus in Aegypto post labores honoratur. didicimus enim labores Christi in orbe gentium, quem significabat Aegyptus, per uarias passiones martyrum; et nunc uidemus honorem Christi in eodem orbe terrarum erogatione frumenti sui sibi omnia subiugantis. ipse mihi innuit in uirga Moysi, quae in terra serpens effecta eius mortem figurauit a serpente uenientem; sed — quod adprehensa cauda significat — posterius peractis iam omnibus in fine actionis ad id, quod fuerat, resurgendo reuertitur, ubi per uitae reparationem morte consumpta nihil serpentis adparet. nos quoque, corpus eius,

2 cf. II Tim. 4, 4 6 Ps. 118, 85 15 Gen. 37—47 21 cf. Ex. 4, 2 sqq.

2 conuertitur S^1 3 ille *L* 4 quedam *S* 6 delect. (*in mg. al.* fabulationes) *b* 7 ubi *L* 8 anhelanti (h *s. l.*) *SM* anelanti *LG* 9 dampnationis *C* 10 occurrit (*s. l. m. 2*) *S* 11 quoḍ *C* quod *L* 12 auidius (*in ras.*) *S* abide *LGM*^{1} sorbeam (b *ex* u *fact.*) *SMG* sorueam *L* sorbeatur *b* 14 (et 19) innuitur P^3b 15 ęgypto *C* didicimus (*alt.* di *s. l.*) *C* 18 orbe (m *er.*) *L* erogatione (m *er.*) *L* 19 sibi *om. LCb* 20 serpente (m. *er.*) *L* 21 apprehensa *GM* cauda (d *corr. ex* s) *MG* *post* cauda *seq.* eius rursus uirga reḍditur *in SMG* 22 peractis] partis *M* 23 fuerat (*in marg. m. 2 add.*) *L* reparationę *G*

in eadem mortalitate per lubrica temporum uoluimur, sed fine nouissimo uelut cauda saeculi per manum, id est per potestatem iudicii, ne ultra prolabatur adprehensa, reparabimur et nouissima inimica morte destructa resurgentes in dextera dei uirga regni erimus.

29. Iam de exitu Israhel ex Aegypto non ego, sed apostolus loquatur: nolo autem uos ignorare, fratres, quia patres nostri omnes sub nube fuerunt et omnes per mare transierunt et omnes in Moyse baptizati sunt in nube et in mari et omnes eandem escam spiritalem manducauerunt et omnes eundem potum spiritalem biberunt; bibebant enim de spiritali consequenti petra, petra autem erat Christus. exponendo unum in cetera introduxit intellectum. si enim petra Christus propter firmitatem, cur non et manna Christus tamquam panis uiuus, qui de caelo descendit? quo uere qui uescuntur, spiritaliter uiuunt; nam illi ueterem figuram carnaliter accipientes mortui sunt. sed cum dicit apostolus: eundem cibum spiritalem manducauerunt, ostendit et illud spiritaliter intellegi in Christo; sicut et potum cur spiritalem dixisset, aperuit, cum subiunxit: petra autem erat Christus; quo aperto cuncta fulserunt. cur ergo non et nubes Christus et columna, quia rectus et firmus et fulciens infirmitatem nostram, per noctem lucens, per diem non lucens, ut qui non uident, uideant, et qui uident, caeci fiant? rubet et mare rubrum: baptismus utique Christi sanguine consecratus. hostes sequentes a tergo moriuntur: peccata praeterita.

4 cf. I Cor. 15, 26 7 I Cor. 10, 1 sqq. 16 cf. Ioh. 6, 42 24 Ioh. 9, 39

1 nouissimo fine *C* 3 iuditii *C* plabatur M^1 appræhensa *L* appraehensa *G* adpręhensa *C* 4 inimicam *L* 7 loquitur *LSGMb* quoniam *b* 9 moysen *G* moyse (n *er.*) *C*, (y *superscr.*) *M* 10 æscam *C* 12 enim] autem *Sb* spiritali (ri *s. l. add. m. 1*) *L* sequente *C* consequente eos *b* 15 quur *L* 16 spiritualiter *C* 18 (et 20) spiritualem *C* 22 cur ñ ergo ꝙꝺꝙ (ñ *s. l.*) *S* xp̄f non et nubes *C* et *om.* LS^1 23 quia (a *s. l.*) *S* fultiens *C* 25 ceci *C* rubet] nubes (*corr. ex* rube) P^3b

30. Ducitur populus per desertum: baptizati omnes nondum perfruentes promissa patria, sed quod non uident sperando et per patientiam expectando tamquam in deserto sunt; et illic laboriosae et periculosae temptationes, ne reuertantur corde in Aegyptum. nec ibi tamen Christus deserit; nam et illa columna non recedit. et amarae aquae ligno dulcescunt, quia inimici populi signo crucis Christi honorificato mansuescunt; et duodecim fontes septuaginta palmae arbores inrigantes apostolicam gratiam praefigurant populos in septenario numero decuplato rigantem, ut per septiforme spiritus donum legis decalogus inpleatur. et hostis intercludere molitus uiam extensis Moysi manibus signo crucis dominicae superatur. et morsus mortiferi serpentum exaltato et respecto aeneo serpente sanantur. quod uerbis ipsius domini declaratur: sicut exaltauit, inquit, Moyses serpentem in heremo, sic oportet exaltari filium hominis, ut omnis, qui credit in eum, non pereat, sed habeat uitam aeternam. itane etiam ista non clamant? tantane est surditas in cordibus duris? fit pascha in occisione ouis: occiditur Christus, de quo in euangèlio dicitur: ecce agnus dei, ecce qui tollit peccatum mundi. prohibentur qui pascha faciunt ossa frangere: non franguntur in cruce ossa domini; adtestatur euangelista hinc esse dictum: os eius non comminuetis. sanguine inliniuntur postes, ut pernicies depellatur: signantur signo dominicae passionis in frontibus populi ad tutelam sàlutis. datur ibi lex

1 cf. Ex. 17, 1 3 cf. Rom. 8, 25 6 cf. Num. 14, 14 8 cf. Ex. 15, 23 sqq. 12 cf. Ex. 17 14 Num. 21, 8 Ioh. 3, 14 20 Ioh. 1, 29 23 Ex. 12, 46 Ioh. 19, 39 24 cf. Ex. 12, 22 sq.

2 s*perando *C* 4 cordąe *(exp. m. 2) L* 5 aegyptom S^1G^1 6 amare *L* quia]qm̃ *b* 7 inimici (c *in ras.*) *S* ibi mihi (b *ex* n *corr.) G* 9 septinario *SGM*^{1} 10 septiformē *b* 13 mortiferi* (s *uid. er.*) *L* serpentęm (v *m. 1 superscr;* e *m. 2 exp.*) *L* serpentium *SG* 15 eremo *L*^{1} 16 credit *Eug. (ed. Knöll p.* 271): credidit *S* crediderit *LCGMb* 19 ęuangelio *C* 20 peccata *Cb* 23 eius (s *in ras.*) *S* enim *G* inlinuntur *C*^{1} 24 pernities *C*

quinquagesimo die post actum pascha: uenit spiritus sanctus quinquagesimo die post domini passionem. dicitur illic scripta lex digito dei: dicit dominus de spiritu sancto: in digito dei eicio daemonia. et clamat Faustus oculis clausis nihil se in illis litteris inuenisse, quod ad praenuntiationem Christi pertineat! quid autem mirum, si oculos habet ad legendum et cor ad intellegendum non habet, qui positus ante ostium clausum diuini secreti non fide pietatis pulsat, sed elatione inpietatis insultat? plane ita sit, ita fiat; iustum est enim. claudatur superbis ianua salutis, ueniat mansuetus, quem docet dominus uias suas; uideat et haec in illis libris et cetera uel omnia uel quaedam, qualia credat in omnibus.

31. Uideat Iesum introducentem populum in terram promissionis. neque enim hoc temere ab initio uocabatur, sed ex ipsa dispensatione nomine mutato Iesus appellatus est. uideat botrum de terra promissionis in ligno pendentem. uideat in Hiericho tamquam in hoc mortali saeculo meretricem — de qualibus ait dominus, quod praecedant superbos in regnum caelorum — per fenestram domus suae tamquam per os corporis sui coccum mittentem — quod est utique sanguinis signum — propter remissionem peccatorum confiteri ad salutem. uideat muros ipsius ciuitatis tamquam munitiones mortalis saeculi septies circumacta testamenti arca cecidisse, sicut nunc per tempora, quae septem dierum uicissitudine dilabuntur,

1 cf. Ex. 20 2 cf. Act. 2, 1 sqq. 3 cf. Ex. 31, 10 Luc. 11, 20 11 cf. Ps. 24, 9 14 cf. Ios. 3 16 cf. Num. 13, 24 18 cf. Matth. 21, 31 20 cf. Ios. 2, 18 23 cf. Ios. 6, 7 sqq.

1 a//pr̃um *C* uenit& (& *in ras.*) *S* uenienti *G* 2 passione S^1G 4 demonia *CS* oc̃culis *C* 5 litteris illis *Mb* 6 quod S^1 7 hostium *L* 8 /elatione (d *er.*) *L* 9 enī est *b* 10 mansuetos *L* 13 introducentem (du *s. l. a m. 1*) *S* populos *S* 15 est (*s. l. m. 2*) *L* 16 terram *L* 17 hierico *LCM*^{1} 18 superuos *C* 19 celorum *C* 20 sanguis S^2 sanguis GS^1M^1 22 mvros (v *s.* o *a m.* 1) *L* mortalis *L* *Eug (ed. Knöll p. 273)*: mortales *CSMG* 23 archa *C* cecidisse (e *fin s. ras. add. m. 2*) *C*

testamentum dei circuit toto orbe terrarum, ut in fine temporum mors, nouissima inimica, destruatur et ex inpiorum perditione unica domus tamquam unica ecclesia liberetur, mundata a turpitudine fornicationis per fenestram confessionis in sanguine remissionis.

32. Uideat tempora primo iudicum postea regum, sicut erit primo iudicium, deinde postea regnum; inque ipsis temporibus iudicum et regum iterum atque iterum multis et uariis modis Christum et ecclesiam figurari. quis erat in Samson obuium leonem necans, cum petendae uxoris causa ad alienigenas tenderet, nisi qui ecclesiam uocaturus ex gentibus dixit: gaudete, quia ego uici saeculum? quid sibi uult in ore ipsius leonis occisi fauus exstructus, nisi quia ecce conspicimus leges ipsas regni terreni, quae aduersus Christum ante fremuerant, nunc iam perempta feritate dulcedini euangelicae praedicandae etiam munimenta praebere? quid est illa mulier plena fiduciae hostis tempora ligno transfigens nisi fides ecclesiae cruce Christi regna diaboli perimens? quid uellus conplutum area sicca et postea conpluta area sicco uellere nisi primo una gens Hebraeorum habens occulte in sanctis mysterium dei, quod est Christus, quo mysterio totus orbis uacuus erat? nunc autem in manifestatione totus orbis id habet, illa uacuata est.

2 cf. I Cor. 15, 26 11 cf. Iud. 14 12 Ioh. 16, 33 13 cf. Iud. 14, 8 17 cf. Iud. 4, 21 20 cf. Iud. 6, 37 sqq.

1 circuĩ *LGM*^{1} circuito *C* circuire *M*^{2} circūit *b* totum *C* 3 æclesia *C* liberetur *om. b* 5 sanguinē *L* 6 iudicium *L*^{1}*P*^{1} regum (um *in ras.*) *CS* regnum *G* reg*um (n *er.*) *ML*^{2} 7 iudicum *C*^{1} postea *om. C* regnum (n *s. l. um in ras.) C* inquae *LG* inqȩ *S* inq'/// *M* 8 iudicium *L*^{1} regnum *SG* reg*um (n *m. 2 er.*) *L* regum (u *ex* n *fact. et* u *er.*) *M* 10 sansom *C* fāſon *L* 11 æcclesiam *C* uocaturŏs *S*^{1} 13 fabus *S*^{1}*M*^{1}*G* extructus *CM* 16 predicande *L* predicandae *C* prebere *CL* 17 fidutiae *C* timpora *MS*^{2} 18 æcclesiae *C* 19 uellus (u *ex b m. 2*) *L* 20 bellere *L*^{1} prima *C* hebreorum *C* occulte (*pr.* c *s. l.*) *C* occultae *L*

33. Quid iam regum temporibus, ut et inde pauca commemorem? nonne ab ipso exordio commutatum sacerdotium in Samuhelem reprobato Heli et commutatum regnum in Dauid reprobato Saule clamat praenuntiari nouum sacerdotium nouumque regnum reprobato uetere, quod umbra erat futuri, in domino nostro Iesu Christo uenturum? nonne ipse Dauid, cum panes propositionis manducauit, quos non licebat manducare nisi solis sacerdotibus, in una persona utrumque futurum, id est in uno Iesu Christo regnum et sacerdotium figurauit? nonne cum decem tribus a templo separatae sunt et duae derelictae, satis indicat, quod de tota ipsa gente apostolus ait: reliquiae per electionem gratiae saluae factae sunt?

34. Pascitur Helias tempore famis coruis mane adferentibus panem et ad uesperam carnes: et Manichaei non intellegunt in illis libris Christum, cui quodam modo salutem nostram esurienti confitentur peccatores fidem primitias spiritus nunc habentem, in fine autem uelut ad uesperam saeculi etiam carnis resurrectionem. mittitur Helias pascendus ad alienigenam uiduam, quae uolebat duo ligna colligere, priusquam moreretur: non hic solo ligni nomine sed etiam numero lignorum signum crucis exprimitur. benedicitur farina eius et oleum: fructus et hilaritas caritatis, quae cum inpenditur, non deficit; hilarem enim datorem diligit deus.

35. Heliseo pueros insultantes et clamantes: calue, calue! bestiae comedunt: puerili stultitia deridentes Christum in loco Caluariae crucifixum inuasi a daemonibus pereunt. mittit

3 cf. I Reg. 2, 27 sqq. 4 cf. I Reg. 16, 1 sqq. 8 cf. I Reg. 21, 6 11 cf. III Reg. 12, 16 20 12 Rom. 11, 5 15 cf. III Reg. 17, 6 19 cf. III Reg. 17, 9 24 II Cor. 9, 7 26 cf. IV Reg. 2, 23 sq.

3 samuelem *M* 6 nostro *om. SG* regnum et sacerdotium uenturum *b* 7 manducavit (v *s.* t *superscr. m. 1*) *C* 10 separate *S* 12 salue facte *S* 15 manichei *C* 17 $\overline{\text{fpf}}$] $\overline{\text{xpf}}$ *S* 19 elias *M* 23 inpeditur S^1G 25 heli*seo *M* insultantes] exultantes *LSGM*P^1 exaltantes P^3 26 comederunt *SG* 27 caluarie *C* demonibus *CS*

Heliseus per seruum baculum super mortuum et non reuiuescit; uenit ipse, coniungit et coaptat se morti eius et reuiuescit: misit sermo dei legem per seruum suum nec profuit in peccatis mortuo generi humano. quae tamen non sine causa missa est; ille enim misit, qui sciret eam prius esse mittendam. uenit ipse, conformauit se nobis factus particeps mortis nostrae, et uiuificati sumus. cum securibus ligna caederentur, de ligno ferrum exiliens in profundum fluminis mersum est atque in lignum desuper ab Heliseo proiectum reuersum est: ita cum inpios Iudaeos per corpus operata praesentia Christi tamquam infructuosas arbores caederet — quia de illo Iohannes dixerat: ecce securis ad radices arboris posita est — ab eis interueniente passione corpus ipsum deseruit, in inferni profunda descendens, quo in sepultura desuper posito tamquam ad manubrium suum spiritu redeunte surrexit. quam multa praetereram breuitatis necessitate constrictus, norunt qui legunt.

36. Iam ipsa in Babyloniam transmigratio, quo etiam spiritus dei per Hieremiam prophetam iubet, ut pergant et orent pro eis ipsis, in quorum regno peregrinantur, quod in illorum pace etiam pax esset istorum, et aedificarent domos et nouellarent uineas et plantarent hortos, quis non agnoscat, quid praefigurauerit, qui adtenderit ueros Israhelitas, in quibus dolus non est, per apostolicam dispensationem cum euangelico sacramento ad regnum gentium transmigrasse? unde nobis apostolus tamquam Hieremiam replicans dicit: uolo ergo primum omnium fieri deprecationes, adorationes,

2 cf. IV Reg. 4, 29 sqq. 9 cf. IV Reg. 6, 4 sqq. 12 Matth. 3, 10 21 cf Hier. 29, 1 sqq. 23 cf. Ioh 1, 47 25 I Tim. 2, 1 sqq.

1 reuiuiscit CS^2M^2 2 reuiuiscit CM^2 3 suum] eius SG 6 conformauit (fo *ex* fi) C nostrae mortis C 7 & cum (*exp. m. 2*) L cederentur C 8 ferrem L^1 10 iudeos C 11 cederet LC 12 arboris *Eug.* (*ed. Knöll p. 275*): arborum *lib. b* ab eis *om. SG* 15 resurrexit S 16 necessitatē L legvnt (v *s. e a m.* 1) C 19 quid $L^1S^1GM^1$ quia M^2 21 hortos S 22 qui] et qui (et *add. m 2*) S adtenderit L^1 ueras C^1 23 euangelico C 26 primum L *Eug:* primo $CSMG$ deprecationes C deprætationes L adorationes (ad *s. l.*) SG

interpellationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus et his, qui in sublimitate sunt, ut quietam et tranquillam uitam agamus in omni pietate et caritate. hoc enim bonum et acceptum est coram saluatore nostro deo, qui omnes homines uult saluos fieri et in agnitionem ueritatis uenire. ex hoc quippe etiam illis credentibus constructa sunt domicilia pacis, basilicae christianorum congregationum, et nouellatae uineae, populi fidelium, et plantati horti, ubi etiam inter omnia olera granum illud sinapis regnat. sub cuius umbraculis longe lateque porrectis etiam altipetax superbia gentium tamquam in caeli uolatilibus confugiendo requiescit. nam quod etiam post septuaginta annos secundum eiusdem Hieremiae prophetiam reditur ex captiuitate et templum renouatur, quis fidelis Christi non intellegat post euoluta tempora, quae septenarii dierum numeri repetitione transcurrunt, etiam nobis, id est ecclesiae dei, ad illam caelestem Hierusalem ex huius saeculi peregrinatione redeundum? per quem nisi per Iesum Christum uere sacerdotem magnum, cuius figuram gerebat ille Iesus sacerdos magnus illius temporis, quo templum aedificatum est post captiuitatem? quem propheta Zacharias uidit in sordido habitu deuictoque diabolo, qui ad eius accusationem stabat, ablatam illi sordidam uestem et datum indumentum honoris et gloriae: sicut corpus Iesu Christi, quod est ecclesia, aduersario in fine temporum per iudicium superato a luctu peregrinationis in gloriam sempiternae salutis adsumitur. quod

12 cf. Matth. 13, 31 sq. 14 cf. Hier. 29, 10 Esd. 1 24 cf. Zach. 3

3 quietam (ie *s. l. m. 2*) *L* et (*s. l. m. 2*) *L* tranquillam et quiętam *C* 4 caritate] castitate *S* 8 christianorum *LSG Eug.* (*ed. Knöll p. 276*) *b:* christianarum *PCM* et *om. SGMb* 9 ḥorti *S* holera *CSG* 13 hyeremiae *C* 15 post (st *in ras. a m. 2*) *S* posteas uoluta *G*[1] septinarii *S* 16 numerirep&itione (re *s. l.*) *S* 17 ęcclesiae *C* 24 ęcclesia *C* 25 aduersario (a *sec. in ras;* rio *m. 1 superscr.*) *C* t̄pro̧r̥u̧m̥ *C*

etiam in psalmo dedicationis domus apertissime canitur: conuertisti luctum meum in gaudium mihi, conscidisti saccum meum et accinxisti me laetitia, ut cantet tibi gloria mea et non conpungar.

37. Quis potest ex occasione alterius operis omnia, quae in illis ueteribus legis et prophetarum libris figurate Christum adnuntiant, quantalibet breuitate perstringere? nisi forte quis putat ingenio fieri, ut ea quae rerum ordine per sua tempora cucurrerunt, ad Christi significationes interpretando uertantur. hoc forte Iudaei possunt dicere siue pagani; eis autem, qui se christianos putari uolunt, premit ceruicem apostolica auctoritas dicens: omnia haec in figura contingebant illis et: haec omnia figurae nostrae fuerunt. nam si Ismahel et Isaac homines nati duo testamenta significant, quid credendum est de tot factis, quae nullo naturali usu, nulla negotii necessitate facta sunt? nihilne significant? si quis nostrum, qui Hebraeas litteras ignoramus, id est ipsos uocum characteres, uideret eas in pariete conscriptas honorato aliquo loco: quis esset tam excors, ut eo modo pictum parietem putaret? ac non potius intellegeret scriptum, ut si legere non ualeret, non tamen illos apices aliquid significare dubitaret? ita prius illa omnia, quae sunt in uetere instrumento scripturarum sanctarum, quisquis non peruerso animo legerit, sic oportet moueatur, ut aliquid ea significare non ambigat.

38. Uerbi enim gratia: numquid, si oportebat adiutorium uiro feminam fieri, etiam hoc necessitas ulla cogebat uel ulla suadebat utilitas, ut de dormientis latere fieret? si causa euadendi diluuii opus erat fabricari arcam, quid opus erat

1 Ps. 29, 12 sq. 13 I Cor. 10, 10 . 6 14 cf. Gal. 4, 22 sqq. 27 cf. Gen. 2, 18 sqq.

2 concidisti *CS* 4 compungar *C* 6 figuratae *L* 9 interpr&ando *L* 12 haec omnia *C* in illis *LCSMG* 17 hebreas *C* ēfr (fr *s. l. m. 2 add.*) *L* ipsosuocum *GSC* ipso suo cum *M* caracteres *LCG* carateres *M* 19 pictū (u *corr. ex* a) *S* 20 intelligeret *C* scriptam S^1 24 moueatur S^1 26 fi*eri *C* 28 fabricari// *L* archam *CS*

mensuras eius aut ipsas potissimum fieri aut etiam scriptis ad religionem posteritati propagandis commemorari? si propter genus reparandum animalia includi oportebat, quid opus erat illo potissimum numero septena de mundis, bina de inmundis? aditum ad arcam fieri necessitas utique cogebat; in latere autem fieri uel etiam memoriae commendari per litteras quid cogebat? immolare filium iubetur Abraham: iussus hoc fuerit, ut eius oboedientia tali etiam examine probata posteris innotesceret; conuenientius ligna portauerit filius, ne pater senex- que portaret; non sit postea filium ferire permissus, ne orbitate grauissima se feriret: numquid etiamsi nullo effuso sanguine rediretur, minus esset probatus Abraham? aut si iam opus erat perfici sacrificium, etiamne, ut ille aries in uepre adhaerens cornibus adpareret, ad ullum augmentum uictimae pertinebat? sic omnia cum considerantur et quasi superflua necessariis contexta inueniuntur, admonent humanum animum, id est animum rationalem prius aliquid significare, deinde quid significent quaerere.

39. Itaque etiam ipsi Iudaei, qui Christum, cuius passionem nos agnouimus, illi derident, nolunt talibus rerum non tantum dictarum, sed etiam gestarum figuris praeuntiatum uideri, coguntur nobis dicere, quid illa significent: quae nisi aliquid significare concedunt, tam diuinae auctoritatis libros ab ineptarum fabularum ignominia non defendunt. uidit hoc Philo quidam, uir liberaliter eruditissimus unus illorum, cuius eloquium Graeci Platoni aequare non dubitant, et conatus est aliqua interpretari non ad Christum intellegendum, in quem non crediderat, sed ut inde magis adpareret, quantum intersit,

6 cf. Gen. 6, 14; 7, 3 14 cf. Gen. 22

1 ipsas (*ex* i *m. 2 fec.* a) *L* 5 archam *C* archam *S* 6 literas C^1 7 immolari *b* 8 obedientia *C* poteris C^1 11 offenso $L^1S^1P^1G$, (*in mg.* effuso) *M* 13 sacrifitium *C* adherens *C* 14 carnibus S^1G 16 contexta (t *ante* a *s. l.*) *C* 17 id est] uel *b* ēst (st *a m. 2*) *L* 22 a nobis *Cb* nisi] nobis *b* 23 tam] tn̄ *b* 24 filo *LSMG* quidam filo *C* 25 eorum *Lb* 26 greci *LCSG* dubitant (n *s. l.*) *L* 27 interptari *LC* 28 ut *om. b*

utrum ad Christum referas omnia, propter quem uere sic dicta sunt, an praeter illum quaslibet coniecturas quolibet mentis acumine persequaris, quantumque ualeat quod apostolus ait: cum transieris ad dominum, auferetur uelamen. ut enim quiddam eiusdem Philonis commemorem, arcam diluuii secundum rationem humani corporis fabricatam uolens intellegi tamquam membratim omnia pertractabat. cui subtilissime numerorum etiam regulas consulenti congruenter occurrebant omnia, quae ad intellegendum Christum nihil inpedirent, quoniam in corpore humano etiam ille humani generis saluator adparuit, nec tamen cogerent, quia corpus humanum est utique et hominum ceterorum. at ubi uentum est ad ostium, quod in arcae latere factum est, omnis humani ingenii coniectura defecit. ut tamen aliquid diceret, inferiores corporis partes, qua urina et fimus egeruntur, illo ostio significari ausus est credere, ausus et dicere, ausus et scribere. non mirum, si ostio non inuento sic errauit. quodsi ad Christum transisset, ablato uelamine sacramenta ecclesiae manantia ex latere hominis illius inuenisset. nam quia praedictum est: erunt duo in carne una, propterea et in arca quaedam ibi ad Christum, quaedam uero ad ecclesiam referuntur, quod totum Christus est. sic et in ceteris interpretationibus figurarum per uniuersum textum diuinae scripturae licet considerare et conparare sensus eorum, qui Christum ibi intellegunt, et eorum, qui praeter Christum ad alia quaelibet ea detorquere conantur.

40. Nec pagani nobis in hoc obstrepunt; neque enim audent

4 II Cor. 3, 16 19 cf. Ioh. 19, 34 20 Gen. 2, 24

2 praeter] propter *b* 4 aufertur *GSMb* 5 filonis *LC* archam *C* 7 menbratim *C* cui (i *s. l.*) *L* subtilissemc *C*¹ etiam numerorum *C* 12 at] ad *L* hostium *C* 13 archę *C* 15 hostio *C* 16 est et dicere (ē *exp. in L*) *LGS* ausus est et scribere *S* 18 sacramenta (ta *ex* to *corr.*) *SG* ęcclesiae *C* 20 et in] in *SGM* archa *C* 22 cęteris *C* interpręta&tionibus *C* interpra&tionibus *L* 24 que *S*¹ quae *G* 25 praeter] propter *b*

contradicere, ne illa non solum dicta sed etiam facta figurate accepta interpretemur ad Christum intellegendum, praesertim quia ea, quae praenuntiata intellegimus, etiam demonstramus inpleta, cum fabulas suas ut aliquo modo commendent, ad nescio quas physiologias uel theologias, id est rationes naturales uel diuinas interpretando referre conentur ex parte plene satis indicantes, qualia sint; ex parte autem dissimulantes. dum ea rident in theatris, quae uenerantur in templis, in turpitudine nimium liberi, in superstitione nimium serui.

41. Nobis autem quisquis dixerit non ideo. alia uel gesta uel scripta, ut Christus in eis intellegatur, excepta ipsa tanta consonantia rerum praefiguratarum et nunc inpletarum aliis praesagiis propheticis apertis manifestisque ferietur, sicuti est illud: in semine tuo benedicentur omnes gentes. hoc dictum est ad Abraham, hoc ad Isaac, hoc ad Iacob. unde non inmerito dicit: ego sum deus Abraham et deus Isaac et deus Iacob, conpleturus utique in benedictione omnium gentium, quod ex eorum semine promisit. nec inmerito ipse Abraham, cum eius seruus ei iurasset, sub femore suo iussit eum ponere manum, sciens inde uenturam carnem Christi, in quo benedici omnes gentes non nunc praenuntiamus, sed quod tunc praenuntiatum est, nunc uidemus.

42. Uellem scire, immo melius nescierim, qua caecitate animi legerit Faustus, ubi uocauit Iacob filios suos et dixit: congregamini, ut nuntiem uobis, quae occursura sunt uobis in nouissimis diebus; congregamini et audite,

14 Gen. 22, 18; 26, 4; 28, 14 16 Ex. 3, 6 20 cf. Gen. 24, 2 . 9

1 figuratę *L* 2 interpretęmur *S* interptemur *LM* interpretamur *G* presertim *SG* 5 fysologias *LSMG* fysiologias *C* teologias *GSLM*^{1} 6 interpra&ando *L* conantur *b* plenae *LM* 7 iudicantes *LPb* 9 turpitudinē *SGL*, (m *er.*) *M* liueri *S*^{1}*M*^{1}*G* supstione *M* 10 alia] illa *b* 11 ipsa (*s. l.*) *S* 12 imple*tarum *C* 13 profeticis *SG* 16 inmerito *L*^{1}, (n *ex* m) *M* dicti *S*^{1}*G* et deus isaac (*s. l. m. 2*) *L* 18 immerito *L*^{2} 20 uenturum *L*^{1} 21 pronuntiamus *L*^{1} 23 cecitate *L* 24 uocabit *C*^{1} suos *om. C* 25 annuntiem *Mb* occursura (oc *s. a m. 1*) *S*

filii Iacob; audite, Israhel, patrem uestrum. hic certe nemo dubitat prophetantis personam esse dilucidatam. audiamus ergo, quid dicat filio suo Iudae, de cuius tribu Christus uenit ex semine Dauid secundum carnem, sicut apostolica doctrina testatur. Iuda, inquit, te laudent fratres tui; manus tuae super dorsa inimicorum tuorum, adorabunt te filii patris tui. catulus leonis Iuda, de germinatione filius meus, ascendisti recumbens, dormisti ut leo et ut catulus leonis, quis suscitabit eum? non deerit princeps ex Iuda et dux de femoribus eius, donec ueniant quae reposita sunt ei; et ipse expectatio gentium alligans ad uineam pullum suum et cilicio pullum asinae; lauabit in uino stolam suam et in sanguine uuae amictum suum; fulgentes oculi eius a uino et dentes candidiores lacte. falsa sint ista, obscura sint ista, si non in Christo euidentissima luce claruerunt, si non eum laudant fratres eius apostoli et omnes coheredes eius, non suam gloriam quaerentes, sed ipsius; si non sunt manus eius super dorsa inimicorum eius; si non deprimuntur atque curuantur ad terram crescentibus populis christianis, quicumque illi adhuc aduersantur; si non eum adorauerunt filii Iacob in reliquiis, quae per electionem gratiae saluae factae sunt; si non ipse catulus est leonis, quoniam nascendo paruulus factus est — propter hoc additum: de germinatione filius meus. causa quippe reddita est, quare catulus, in cuius laude alibi scriptum est: catulus leonis fortior iumentis, hoc est etiam paruulus fortior maioribus — si non ascendit in cruce recumbens, cum inclinato capite

4 Rom. 1, 3 5 Gen. 49, 1 sqq. 23 cf. Rom. 11, 5 26 Prou. 30, 30

2 prophetantis (tan *s. l. a m. 1*) *L* 5 laudant *C* laudabunt *b* 8 ascendisti (sc *ex* cc *corr. m. 1*) *C* 9 suscitauit *L* 11 quae** *C* repositi *SG* expectatio (a *s. l.*) *C* 13 cilitio *C*, (*in mg.* al. funiclo) *b* lauauit *LS*^{1}*G* labauit (b *ex* u) *M* 14 fulcentes *GS*^{1},*b* (*in mg.* al fului) 15 sint *om. C* 16 claruerint *C* 18 ipsius non sunt. Manus *sqq. SG* 21 auersantur *b* 22 electione *L* 23 salue facte *S* est catulus *CSMG* 27 minoribus *S*^{1}*G* 28 cum *om. C*

reddidit spiritum; si non dormiuit ut leo, quia et in ipsa morte non est uictus, sed uicit, et ut catulus leonis — inde enim mortuus unde et natus — si non ille eum suscitauit a mortuis, quem nemo hominum uidit nec uidere potest — eo enim, quod dictum est: quis suscitabit eum? satis expressa est tamquam ignoti significatio — si defuit princeps ex Iuda et dux ex femoribus eius, donec uenirent oportuno tempore, quae promissa tamquam reposita fuerant. sunt enim litterae certissimae historiae ipsorum quoque Iudaeorum, quibus ostenditur primum alienigenam Herodem regem fuisse in gente Iudaeorum, quo tempore natus Christus est. ita non defuit rex de semine Iuda, donec uenirent, quae reposita erant illi. sed quia non solis Iudaeis fidelibus profuit, quod promissum est, uide, quid sequatur: et ipse expectatio gentium; ipse alligauit ad uineam pullum suum, id est populum suum in cilicio praedicans et clamans: agite paenitentiam; adpropinquauit enim regnum caelorum. populum autem gentium illi subditum cognoscimus pullo asinae conparatum, in quo etiam sedit ducens eum in Hierusalem, id est in uisionem pacis, docens mansuetos uias suas. si non lauat in uino stolam suam: ipsa est enim gloriosa ecclesia, quam sibi exhibet non habentem maculam aut rugam; cui dicitur etiam per Esaiam: si fuerint peccata uestra sicut phoenicium, tamquam niuem dealbabo. unde nisi de

4 cf. I Tim. 6, 16 11 cf. Matth. 2, 3 sqq. 14 Matth. 3, 2 19 cf. Matth. 21, 2 sqq. 22 cf. Ephes. 5, 27 23 Es. 1, 18

4 eo] ergo *b* 5 suscitauit *LSMG* suscitabit (b *ex* u *corr. m. 1*) *C* 7 ex femoribus] de fem. *SMGC*^{1} 9 littere certissime *L* hystoriae *S* ystoriae *M* iudeorum *C* 10 herodem alienigenam *C* in gente] ingentem *G* in gentem *b* 11 iudeorum *C* natus est xp̃f *SG* xp̃f natus est *b* 14 uide] unde *LS*^{1}*GM*^{1} 16 cilitio *Cb* clamans et praedicans *C* 17 adpropinquabit *LSb* adpropinquabit (b *ex* u) *G* celorum *C* 18 illi] ibi *b* cognoscimus subditum *C* 19 in quo— stolam suam (*s. text. adscr.*) *S*, (*in marg.*) *G* id est *om. b* 20 uisione *Lb* 21 lauat (u *ex b corr.*) *M* lauit *b* ecclesia (*pr.* c *s. l.*) *S* 22 exibet *C* habentem (h *s. l.*) *S* rugam (g *ex* c *corr.*) *S* 24 fenitium *C* fenicium *LMS*^{2}*G*^{2}*b* niue *GSb* nibē *M*^{1} de *om. LSG*

dimissis peccatis? in quo ergo uino nisi illo, de quo dicitur, quod pro multis effundetur in remissionem peccatorum? ipse est enim botrus ille, qui pependit in ligno. propterea et hic uide, quid adiungat: et in sanguine uuae amictum suum. iam uero fulgere oculos eius a uino, illa in corpore eius membra cognoscunt, quibus donatum est sancta quadam ebrietate alienatae mentis ab infra labentibus temporalibus aeternam lucem sapientiae contueri. unde quiddam paulo ante commemorauimus dicente Paulo: siue enim mente excessimus, deo. hi sunt fulgentes oculi a uino. sed tamen quia sequitur: siue temperantes sumus, uobis, nec paruuli relinquuntur adhuc lacte nutriendi, quia et hic sequitur: et dentes candidiores lacte.

43. Quid ad haec respondetis, insani? nempe ista manifesta sunt, nempe omnes, non dico calumnias contradictionis sed etiam nebulas dubitationis expellunt. talia quaerite primo in illis libris, talibus primo credite, quae nunc a me nec omnia commemorari possunt, quia nimium est, nec multa, quia longum est, nec pauca uellem, ne sola existimentur ab eis, qui illa non legunt, et ne fidelis ac diligens lector me reprehendat, cum plura euidentiora reppererit, quod ista potissimum posuerim, quae mihi occurrere in praesentia potuerunt; inuenietis enim multa, quae omnino nec tali saltem indigeant admonitione, quali modo usus sum in uerbis Iacob. quis enim iam quaerat expositorem, dum legit: uelut ouis ad uictimam ductus est, et omnia, quae illic multipliciter et euidenter dicuntur: quia liuore eius sanati sumus, quia peccata

2 Matth. 26, 28 3 cf. Num. 13, 24 9 II Cor. 5, 13 12 cf. Hebr. 5, 12 25 Es. 53, 7 . 5

1 demissis (ss *a m. 1 s. exp.* tt) *C* dimissis M^1 2 remissione *L* 3 ipsi *G* ipse (e *corr. ex* i) *S* 4 propterea enim et *S* sanguinę (. *paene er.*) *C* 5 uere *S* 7 ab *om. SG* labentibus (b *corr. ex* u) *SM* lauentibus *G* 10 fulgentes *b (in mg. al. fului)* oçculi *C* 13 et dentes] dentes eius *C* 17 credite] quęrite *C* 18 commemori L^1 20 rephendat *L* 21 æuidentiora *L* repperit S^1G 23 saltim *LSMG* 24 ammonitione *LSGM* amonitione *C*

nostra ipse portauit? quis non quasi euangelium cantari arbitretur: fo derunt manus meas et pedes, dinumerauerunt omnia ossa mea; ipsi uero considerauerunt et conspexerunt me; diuiserunt sibi uestimenta mea et super uestimenta mea miserunt sortem? quis nisi nimium caecus iam inpleri non cernat: commemorabuntur et conuertentur ad dominum uniuersi fines terrae et adorabunt in conspectu eius uniuersae patriae gentium? quid illud in euangelio: tristis est anima mea usque ad mortem, et: nunc anima mea turbata est? nonne prius in psalmo sonuit: dormiui conturbatus? et unde factum est, ut dormiret? quorum uocibus adclamatum est: crucifige, crucifige, nonne et in psalmo secutus praenuntiat: filii hominum, dentes eorum arma et sagittae, et lingua eorum gladius acutus? quid autem fecerunt, quid nocuerunt resurrecturo et super caelos ascensuro et totum orbem terrarum gloria sui nominis possessuro? uide, utrum hoc psalmus ante tacuerit; sequitur enim: exaltare super caelos, deus, et super omnem terram gloria tua. quis umquam de Christo dictum dubitauit: dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te; postula a me, et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terrae? quis alium intellegere permissus est, ubi Hieremias dicit nimirum de sapientia: tradidit illam Iacob puero suo et Israhel electo suo; post haec in terris uisus est, et cum hominibus conuersatus est?

8 Ps. 21, 17 sqq. 9 Matth. 25, 38 10 Ioh. 12, 37 12 Luc. 23, 21 sq. 14 Ps. 56, 5 sq. 20 Ps. 2, 7 sq. 25 Bar. 3, 37 sq.

4 conspexerunt (x *in ras.*) *C* 5 super uestem meam *SMG* 6 cecus *C* conuertuntur *LSGM* 7 uniuersę *b* 13 prenuntiat *C* 16 celos *C* & *(s. l. a m. 2) S* toto S^1G 17 possessuro (*corr. a m. 1 ex* pressuro) *C* 18 ante] an *b* 20 dictum de xp̃o *C* dubitabit S^1G 21 postola L^1 22 tuam *(add. m. 2) S* 24 ubi] ut ibi *LSG* ///ubi *M* sapientiam $LS^1G^1M^1$

44. Quis non eundem saluatorem agnoscat apud Danihelem, cum antiquo dierum offertur filius hominis et accipit regnum sine fine, ut seruiant ei omnes gentes? iam uero si locum illum, quem commemorauit dominus ex eiusdem Danihelis prophetia: cum uideritis abominationem uastationis ⟨quae dicta est a Danihele⟩ stantem in loco sancto; qui legit, intellegat, si subputatis etiam temporibus hebdomadum ille numerus pertractetur, non solum Christus sed etiam tempus reperitur, quo eum oportuit uenire passurum. quamquam et sine conputatione temporum manifestis rerum effectibus Iudaeos urgere soleamus, cum quibus nobis, non utrum in Christo sit salus nostra, sed utrum iam uenerit passusque fuerit disceptatio est. conuincuntur autem rebus ipsis apertissimis non solum de fide omnium gentium, quas ei seruituras eadem, cui cedere coguntur, scriptura praedixit, quae ita clarescit toto orbe terrarum, ut omnium tergiuersantium oculos feriat, uerum etiam de iis, quae in ipsa Iudaeorum gente iam facta sunt, quod sacrarium euersum est, quod cessauit hostia et sacerdos et unctio pristina: quae omnia Danihel tunc praenuntiauit futura, quando ungui sanctum sanctorum liquide prophetauit. cum igitur illa omnia iam facta sint, exigitur ab eis etiam unctus sanctus sanctorum, et quid respondeant, non inueniunt. quomodo autem nobiscum non de Christo, sed tantum de aduentu eius disceptarent, nisi bene nossent eum in suis libris prophetatum? cur a Iohanne quaerunt, utrum ipse sit Christus? cur ipsi domino dicunt: quamdiu animam nostram tollis? si tu es Christus, dic nobis palam? cur Petrus et Andreas et Philippus dicunt

3 Dan. 7, 13 sq. 5 Dan. 9, 27; Matth. 24, 15 21 cf. Dan. 9, 24 sqq. 25 cf. Ioh. 1, 19 27 Ioh. 10, 24

2 accepit *SGM*[1]*b* 5 uideritis (ti *s. l. a m. 1*) *L* abhominationem *CS*[2] 6 quę dicta ē a daniele *b* 7 supputes *b* ebdomadum *LCSGM* 9 repperitur *LCSM* 11 iudeos *C* *urgere (s *er.*) *SMG* surgere *L* 13 passus quę *b* deceptatio *S* conuincitur *C* 15 cedere *b* (*in mg.* credere) 16 ꝙomnium *L* 17 his *LCGSMb* 18 iudeorum *C* 20 ungi *Cb* 24 discerptarent *S*

Nathanaheli: inuenimus messiam, quod interpretatur Christus, nisi quia hoc nomen in illa gente per illas litteras et sciebatur et expectabatur? nam nulla alia gens reges et sacerdotes suos christos habuit et uocauit, quorum significationem unctionem cessare fas non fuit, nisi cum ille uenisset, qui in eis praenuntiabatur. sic enim Iudaei nouerant illos christos suos, ut tamen unum sperarent, per quem demum liberarentur; sed excaecati occulta iustitia dei dum solam eius uirtutem cogitant, infirmitatem, in qua pro nobis mortuus est, non intellexerunt. hinc illa uerba in libro sapientiae de illis praedicta cognoscimus: morte turpissima condemnemus illum; erit enim respectus in sermonibus illius; si uere filius dei est, suscipiet illum et liberabit illum de manibus contrariorum. haec cogitauerunt et errauerunt; excaecauit enim illos malitia illorum. quod etiam de istis uerissime dici potest, qui in tanta multitudine testimoniorum, in tanta dispositione praenuntiatarum rerum, in tanta manifestatione conpletarum adhuc dicunt scripturis illis Christum non esse prophetatum. quod si iterum atque iterum dicant, nos iterum atque iterum possumus documenta proferre adiuuante illo, qui tantam copiam praebuit aduersus calumnias erroris humani, ut ea, quae iam commemorauimus, non repetamus.

45. Iam porro aliam Fausti tergiuersationem, quam credo cum et ipse praeclarissima prophetiae luce percuteretur, callidissimam se inuenisse arbitratus est, etiam refellere piget, ne propterea putetur aliquid dixisse, quia ei responderi dignum

1 Ioh. 1, 47 6 cf. I Reg. 10, 1; Ex. 29 11 Sap. 2, 18 sqq.

1 messyam *C* interpra&atur *L* 4 xp̄m *LSGMb* 7 chrystos *L* demum] dn̄ *CSM* deum P^1G deū (eū *in ras.*) *L* demum *b* (*in mg.* alii deum) 8 excecati *L* 11 condempnemus *C* 12 *post* respectus *add.* eius *S* 13 liberauit *L* 15 illorum] eorum *C* 16 quod (o *ex* i) *S* uerissimis *G* uerissime (*me fact. ex* mis) *S* 20 dogmenta *L* 21 tanta *b* copiam *om. b* 22 calūpnias *C* 23 reputamus C^1 25 ipse] ipsa *SG* lucem *L* repercuteretur *b* ‚re *eras. in M*

habitum est. quis enim dementissimus diceret eneruis esse fidei de Christo sine teste non credere? uellem mihi isti responderent, cuinam de Christo ipsi credidissent; an illam uocem de caelo audierunt: hic est filius meus? ei quippe uoci potius Faustus nos iubet credere, qui de Christo non uult testibus hominibus credi, quasi ad nos etiam eiusdem uocis notitia sine homine teste peruenerit, cum et manifestum sit sic eam peruenisse, et apostolus dicat: quomodo autem inuocabunt, in quem non crediderunt? aut quomodo credent ei, quem non audierunt? quomodo autem audient sine praedicante? aut quomodo pradicabunt, si non mittantur? sicut scriptum est: quam speciosi pedes eorum qui adnuntiant pacem, qui adnuntiant bona! uidetis certe, quemadmodum praedicationem doctrinae apostolicae propheticum testimonium comitetur. ut enim non contemnerentur neque fabulosa ducerentur, quae apostoli adnuntiabant, demonstrabantur haec a prophetis ante fuisse praedicta, quia etsi adtestabantur miracula, non defuissent — sicut etiam nunc adhuc quidam mussitant — qui magicae potentiae cuncta illa tribuerent, nisi talis eorum cogitatio contestatione prophetica uinceretur. magicis enim artibus longe antequam nascerentur, prophetas sibi constituere, a quibus praenuntiarentur, nemo utique diceret. sed uidelicet uetat nos Faustus de uero Christo Hebraeis prophetis testibus credere, qui de falso Christo Persarum erroribus credidit.

46. Uerum disciplina catholica propterea simplici fide prius nutriri oportere docet mentem christianam, ut eam capacem

4 Matth. 3, 17; 17, 5 8 Rom. 10, 14 sq.

1 inherbis *S* inerbis *G* eneruis (e *et* u *retract. m. 2*) *L* in uerbis *b* inverbis (v *s. l.*) *M* inertis S^2 3 ipsi] isti *C* 6 quaesi *LG* qua*si (e *er.*) *S* ad] et S^1G 7 notitiam *S* notitia (m *er.*) *M* 10 ei *om. C* 11 praedicantem *L* 12 mittuntur S^1 13 eorum pedes *Mb* 14 quemammodum *L* 16 contempnerentur *S* contempnerentur *LCG* fabulosa (osa *sup. exp.* a *m.* 1) *C* adnuntiabantur *S* 19 musitant *LSC*^{1}*G* 22 nasceretur *b* prenuntiaretur *b* 24 hebreis *C*

faciat ad intellegenda superna et aeterna. sic enim et propheta dicit: nisi credideritis, non intellegetis. at ea ipsa est simplex fides, qua credimus, antequam cognoscamus supereminentem scientiam caritatis Christi, ut inpleamur in omnem plenitudinem dei, non sine causa dispensationem humilitatis eius, qua humanitus natus et passus est, a prophetis per propheticam gentem, per propheticum populum, per propheticum regnum tanto ante praedictam, nisi quia in illa stultitia, quae sapientior est hominibus, et in illa infirmitate, quae fortior est hominibus, magnum aliquid latet ad iustificationem et glorificationem nostram. et ibi sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi, qui nulli aperiuntur, si tibi per maternam carnem traiectum cibum, id est per apostolica et prophetica ubera lactis alimenta contempserit et tamquam infantilem uictum quasi praegrandi aetate fastidiens prius in uenena haereticorum quam in sapientiae cibum, cui se idoneum temere arbitratur, inruerit. non ergo quod dicimus necessariam simplicem fidem, contrarium est ei, quod dicimus, ut prophetis credatur; magis enim ad hoc pertinet, ut prophetis credatur, priusquam purgata et roborata mente possit intellegi, qui per prophetas sic loquebatur.

47. At enim si Christum prophetauerunt, non digne neque congruenter sua prophetatione uixerunt. unde hoc scitis? an quid sit uel bene uel male uiuere, iudicare uos potestis, quorum iustitia est potius succurrendum esse meloni non sentienti, ut eum uos manducetis, quam mendico esurienti ut manducandum aliquid detis? catholicis autem paruulis, antequam sciant, quae sit animae humanae perfecta iustitia,

2 Es. 7, 9 5 cf. Ephes. 3, 19 10 cf. I Cor. 1, 25 12 cf. Col. 2, 3

1 et *ante* aeterna *s. l. a m. 1 C* enim] etenim *CPb* 2 intellegitis *L* 3 quae *L* 12 et scientiae *om. L* tibi] sibi *Lb* 13 cibum traiectum *C* 16 hereticorum *LC* cui se] cui' *b* 19 pertinetut (ut *corr. ec* ur) *S* pertinetur *G* 21 loquębatur *C* 23 prophetatioñ *L* 24 uos] uiuos S^1G 27 autem *om. C*

et quantum intersit inter ipsam, cui suspiratur, et istam, qua hic uiuitur, sufficit de illis uiris hoc existimare, quod commendat apostolicae doctrinae sanitas, quia iustus ex fide uiuit. credidit autem Abraham deo et deputatum est ei ad iustitiam. praeuidens enim scriptura, quia ex fide iustificat gentes deus, praenuntiauit Abrahae dicens quia in semine tuo benedicentur omnes gentes. apostoli uerba sunt. ad cuius tam claram tamque omnibus notissimam uocem, si a uestris fallacissimis somniis euigilaretis, sequeremini uestigia patris nostri Abraham et in eius semine benediceremini cum omnibus gentibus. ipse enim accepit, sicut dicit apostolus, signum circumcisionis signaculum iustitiae fidei, quae est in praeputio, ut sit pater omnium credentium per praeputium, ut deputetur et illis ad iustitiam; ut sit pater circumcisionis his, qui non solum ex circumcisione sunt, sed et his, qui sequuntur uestigia, quae est in praeputio fidei patris nostri Abraham. cuius ergo iustitia fidei nobis ad exemplum imitanda proposita est, ut et nos iustificati ex fide pacem habeamus ad deum, intellegere debemus, quemadmodum uixerit, non reprehendere, ne ante per abortum labamur ex utero matris ecclesiae, quam per stabilem conceptum formati perfectique nascamur.

48. Hoc Fausto pro moribus patriarcharum et prophetarum ex uoce paruulorum nostrorum breuiter responderim; inter quos et me ipsum deputauerim, dum tamen non reprehendam uitam sanctorum antiquorum, etiam si non intellegam, quam mystice uixerint, quorum uitam nobis laudabiliter apostoli

3 Rom. 1, 17 4 Gal. 3, 6 . 8 11 Rom. 4, 11 sq

4 abraham *om. SG* 5 ei] illi *CPMb* ęi scriptura *C* 10 nostri] ūrī *L* 12 dixit *b* 14 preputium *C* 15 et *om. LPSGb* 16 sunt] est S^1G 17 et *om. b* secuntur *LG* seqvuntur (v *s. l.* q *ex* c) *S* 20 fidem *LPM* per fidem (per *in ras.*) *S* 21 quemammodum *L* repræhendere *L* 22 abortum (*s. l. a m.* 2 *i* auorsū) *M* aęcclesiae *C* ex ecclesiae *G*, ex *in ras. S*, *utrumque uocab in ras. M*, ex *exp. in P* 23 formari L^1 28 mysticae *L*

euangelio suo praedicarunt, sicut illi sua prophetia futuros apostolos praedixerunt, ut clament ad se inuicem duo testamenta, sicut duo seraphim: sanctus, sanctus, sanctus dominus deus sabaoth. cum uero coeperit Faustus patriarchas et prophetas non generali atque indefinita reprehensione, sicut hic fecit, sed proprie facta eorum commemorando criminari. adiuuabit me dominus deus eorum, qui est etiam noster, ut ad singula congruenter apteque respondeam. nunc uero illos homines Faustus Manichaeus uituperat, Paulus autem apostolus laudat; eligat quisque, cui credat.

LIBER TERTIUS DECIMUS.

1. FAUSTUS dixit: Quomodo Christum colitis prophetas repudiantes, quorum ex praesagiis accipitur fuisse uenturus? Christum quidem nostrum, id est filium dei Hebraeorum aliquos adnuntiasse prophetas nescio an probare quis possit, cum res coeperit examinari. uerumtamen etiam si hoc ita se habeat, quid ad nos? illos manet haec reprehensio, qui ex iudaismo forte ad christianismum conuersi sub testimonis, ut perhibes, prophetarum postea neglexerint eos ut beneficiorum ingrati. porro autem nos natura gentiles sumus, id est, quod Paulus praeputium uocat, sub alia nati lege et praefatoribus aliis, quos gentilitas uates appellat, atque ex his postea sumus ad christianismum conuersi, non ante effecti Iudaei, ut merito Hebraicorum prophetarum sequeremur fidem euntes ad christianismum. sed sola exciti fama et uirtutum opinione atque

3 Es. 6, 3 21 cf. Ephes. 2, 11

2 predixerunt *C* p̄dixerint *b* 3 seraphym *S* serafin *LM* seraphin *Cb* 4 cęperit *C* 6 propriąe *S* ppriae *LM* 7 adiuuauit *G* adiuuabit (b *corr. ex* u) *SM* deus (*s. l. m. 1*) *C* 9 manicheus *CL* 12 *cap.* XXVI *LPSMG* 16 si hoc etiam *C* se *om. C* 17 habc*at *C* repræhensio *L* 18 iudaeismo *L* forte (*s. l. m. 1*) *L* xp̄ianis*mum (i *er.*) *SPG* 19 negglexerint *C* benefitiorum *C* 21 preputium *C* 23 xp̄ianis*mum (i *er.*) *S* 24 hebrœicorum *L* prophetarum (et *s. l.*) *C* christianismum (*ex* christianissimum) *S* 25 opinionem *L*

sapientia liberatoris nostri Iesu. unde si mihi adhuc n paterna religione moranti praedicator adueniens Christum uellet ex prophetis insinuare, hunc ego protinus dementem putarem, qui gentili mihi et longe alterius religionis homini de magis dubiis dubia conaretur astruere. quid ergo opus erat, nisi ut ante prophetis mihi credendum esse persuaderet et tunc per prophetas Christo? quod ipsum ut fieret, opus item erat aliis prophetis, qui pro istis facerent fidem. quapropter si tu Christum per prophetas accipiendum putas, prophetas per quem accipies? an dicturus eris „per Christum uicissim," id est ut alter alterum commendet, Christus prophetas et prophetae Christum? sed paganus utriusque eorum condicione liber nec prophetis de Christo dicentibus crederet nec Christo de prophetis. ita totum nulli alii quam suae fidei debet, quicumque fit ex gentibus christianus. atque ut exemplo fiat id, quod dicimus, apertius, ponamus aliquem nunc a nobis catechizari gentilem. cui adsidentes dicamus: „crede Christo, quia deus est," ille uero „unde hoc mihi probatis" dicat, et nos respondentes dicamus .ex prophetis'. rursum illo quaerente „quibus prophetis"? nos respondeamus Hebraeis. atque ille subridens dicat: sed his ego minime credo. nos autem respondeamus: quid? quod eos Christus confirmat. idem uero multo magis ridens dicat: quid? quod ego nec ipsi credo. quid fiet his ita transactis? nonne haerebimus et ille risis nobis tamquam inprudentibus remeabit ad sua? ita nihil, ut dixi, ecclesiae christianae Hebraeorum testimonia conferunt, quae magis constet ex gentibus quam ex Iudaeis. sane si sunt aliqua, ut fama est. Sibyllae de Christo praesagia aut Hermetis, quem

3 ego] ergo *SG* 4 et *om. b* 9 accipies (e *ex* a *corr.*) *C* accipias *b* 10 uicissim *om. SG*; *ante* uicissim *add.* ut *b* 14 sui *SG* 15 christianis S^1 16 *post* ponamus *add.* ut *SGMb*, ut *eras. in L* catecizare L^1 catecizari (c *ex* ch *corr.*) *SG,P* catezizari *CM* 17 est *om. b* 18 probabatis L^1 20 hębreis *C* 21 ego *om. b* 23 ridens *(in marg. adscr.) S* 24 herebimus *L* 25 remeauit *G* remeabit (b *corr. m. 2 ex* u) *LS* aecclesiae *C* 26 hebreorum *C* 27 constat *b* 28 sybillae *LSG* sybille *M*

dicunt Trismegistum, aut Orphei aliorumque in gentilitate uatum, haec nos aliquanto ad fidem iuuare poterunt, qui ex gentibus efficimur christiani; Hebraeorum uero testimonia nobis, etiamsi sint uera, ante fidem inutilia sunt, post fidem superuacua, quia ante quidem eis credere non poteramus, nunc uero ex superfluo credimus.

2. AUGUSTINUS respondit: Prosit nobis hoc loco ad breuitatem respondendi superior tam prolixa responsio. puto enim iam qui illam legerit, ridet istum talia delirantem et adhuc dicentem Christum filium dei Hebraeos non praenuntiasse prophetas: in qua sola gente nomen ipsum, quod dicitur Christus, et in rege et in sacerdote sacratissimum fuit nec inde sublatum, antequam ipse uenisset, qui in illis figurabatur. respondeant autem ipsi, Christi nomen unde didicerint. si a Manichaeo, quaero ipsi Manichaeo quomodo crediderint, ut alios taceam, homines Afri homini Persae, cum Faustus reprehendat Romanos et Graecos uel alias gentes, si Hebraeis prophetis tamquam alienigenis de Christo crediderint, dicatque illis adcommodatiora esse uaticinia Sibyllae et Orphei uel si qua forte alia sunt uatum gentilium, ut credatur in Christum, nec adtendat in nullis ecclesiis illa recitari, cum Hebraei prophetae in omnibus gentibus clareant atque ad christianam salutem tanta fidelium examina adducant. dicere autem non esse aptam gentibus Hebraeam prophetiam, ut credant in Christum, cum uideat omnes gentes per Hebraeam prophetiam credere in Christum, ridicula insania est.

3. Displicet uobis talis Christus, qualis per Hebraeos prae-

12 cf. Ex. 29; I Reg. 10, 1; Ex. 19 13 cf. Dan. 11, 24

1 trismagistrum *SG* trimegistrum *LM* trimegistum *C* trimegestū (*corr. ex* trimagistrum) $P^{3}b$ orfei *LPM* 3 hebreorum *C* haebraeorum *L* 7 *cap.* XXVII *LSGPM* Agustinus *L* hoc nobis loco *b* hoc (o *sup.* ę *a m. 1*) *C* 10 hębreos *C* 13 figuraretur *b* 15 manicheo *C* *(bis)* 17 grecos *LC* 18 crediderunt *C* dicatque] dicat cur *PSMb* dicat||| *L* 19 bancinnia $S^{1}G$ sibyllae *SCG* sybillae *P* sybillę *L* 21 adtendant *SG* in illis *S* ininillis *G* ęcclęsiis *C* hebrei *C* 22 gentibus *om. S* 24 (et 25) hebream *C* 26 et insania *b* 27 hebreos *C*

nuntiatus est; et tamen omnes populi gentium, apud quos Hebraeam prophetiam nullum pondus auctoritatis habere arbitramini, in talem Christum credunt, qualis per Hebraeos praenuntiatus est, accipiendo scilicet euangelium, quod deus ante promiserat, sicut apostolus commemorat, per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem. unde propheta Esaias dicit: erit radix Iesse, qui exsurget regnare in gentibus; in eum gentes sperabunt, et: ecce uirgo concipiet et pariet filium, et uocabunt nomen eius Emmanuhel, quod interpretatur: nobiscum deus. ne putent isti hominem tantummodo Christum ab Hebraeis prophetis praenuntiatum; hoc enim uidetur tetigisse Faustus. cum ait Christum quidem nostrum filium dei, quasi Hebraei Christum suum non filium dei dicerent. ecce nos ostendimus deum Christum uirginis filium ex Hebraea prophetia. nam utique et Iudaei carnales ne hoc solum putarent esse Christum, quod propter nos factus est homo ex semine Dauid, admonet eos ipse dominus ex prophetia eiusdem Dauid quaerens ab eis. quid eis uideretur de Christo, cuius eum esse dicerent filium. qui cum respondissent: Dauid, ne hoc solum, ut dixi, putaretur et non respicerent ad Emmanuhel, quod est interpretatum „nobiscum deus," et: quomodo, inquit, ipse Dauid in spiritu dicit eum dominum: dixit dominus domino meo, sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? ecce, inquam, nos ostendimus Hebraea prophetia Christum deum; uos ostendite aliquam prophetiam uestram, unde nomen Christi didiceritis.

4 Rom. 1, 2 . 4 8 Es. 11, 10 10 Es. 7, 14 11 Matth. 1. 23 23 Matth. 22, 42 sqq.

8 isaias *C* dixit *SCMG* erat L^1 11 interpra&atur *L* 15 dī (~ *add. m. 2*) *L. om. b* 16 hebrea *C* 17 iudei *C* ne (*corr. ex* na) *S* 19 ammonet *L* 20 uide//r&ur *L* 21 dicerent esse *SMG* 22 emmanuel *C* 23 interpra&atum *L* interpretatur *b* 24 dominum" *et in marg. m. 2* "dicens *L* 25 sed *L* a dextris meis *b* ponam omnes *SMG* 26 tuos sub pedibus tuis *C* 27 hebream *G*.

4. Manichaeus enim uester non fuit propheta uenturi Christi; apostolum quippe eius se dicit inpudentissima quidem fallacia; nam constat non solum post Tertullianum, uerum etiam post Cyprianum hanc haeresim exortam. omnes tamen eius epistulae ita exordiuntur: Manichaeus apostolus Iesu Christi. huic uos de Christo quare credidistis? quemnam testem uobis sui apostolatus adduxit? nomenque ipsum Christi, quod non scimus nisi in regno Iudaeorum in sacerdotibus et regibus institutum, ut non solum ille aut ille homo, sed uniuersa ipsa gens totumque regnum propheta fieret Christi christianique regni, cur iste inuasit, cur usurpauit, qui prophetis Hebraeis uos uetat credere, ut uos falsi Christi fallaces discipulos falsus et fallax apostolus faciat? postremo ne diceretur ei „mentiris," protulerit uobis aliquos et prophetas secundum adsertionem suam Christum praenuntiantes. quid facietis ei, qualem Faustus catechizandum sub exemplo proposuit, qui neque ipsis neque illi credere uoluerit? an apostolos nostros pro se testes uocabit? non, opinor, homines producet, sed libros aperiet: quos non pro se, sed contra se apertos reperiet. ibi enim Christum natum ex Maria uirgine, ibi filium dei factum ex semine Dauid secundum carnem legimus et docemus. quod si eos infalsatos dixerit, ipse testium suorum fidem obpugnabit; si autem alios, quos dicat apostolorum nostrorum, codices protulerit, quomodo eis ipse auctoritatem dabit, quam per ecclesias Christi ab ipsis apostolis constitutas non accepit, ut inde ad posteros firmata commendatione transcurreret? quomodo ille, cui non credo, profert mihi scripturas, quibus

21 cf. Matth. 1, 22 sqq.; Luc. 2, 7; Rom. 1, 3

4 ciprianum *L* heresem *LCS* 6 quare (u *s. l.*) *L* 8 iudeorum *C* 11 hębreis *C* 13 faciat (ia *in ras.*) *S* 15 qualē (~ *add. m. 2*) *L* Quare *b* 16 catazizandum L^1 catec*izandum (h *er.*) *S* catezizandum *C* cathezizandum (zi *in ras.* h *s. l.*) *M* 17 uoluerit (u *s.* n *a m. 1*) *C* uocabit (*b corr. ex* u) L^2SM uocauit *Gb* 18 producit *S* apperiet *G* 19 repperiet *GMC* repperiet *LS* 21 scdm *(s. l.) C* 22 obpugnauit *L*, (ob *s. l.*) *S* oppugnauit *b* 25 constitutis *b* accipit *LGM*^{1} 26 firmita L^1

de illo credam, et eis ipse conatur dare auctoritatem, cum ego ipsi non credam?

5. Si autem famae de Christo credidistis — hoc enim et Faustus magnis angustiis coartatus transeunter adtigit, ne scilicet aut eos libros proferre cogeretur, quorum auctoritas nulla est, aut ad eos ligaretur, quorum auctoritas ei contraria est — ergo si de Christo famae credidistis, uidete utrum idonea testis sit, diligenter considerate, quo uos praecipitetis. mala enim multa de uobis fama disseminat, cui credi non uultis. quae igitur ratio est hanc de Christo uelle ueracem, quam de uobis uultis esse mendacem? quid? quod etiam famae Christi contradicitis. ea quippe clarior, ea praepollentior, aures et mentes et linguas omnium gentium tenet, quae Christo ex semine Dauid secundum scripturas Hebraeas disseminato inplet, quod ibi scriptum est promissum Abrahae et Isaac et Iacob. in semine tuo benedicentur omnes gentes. quid ergo respondetis, cuinam de Christo credideritis, quibus testes alienigenae non placent? nostrorum porro librorum auctoritas tot gentium consensione per successiones apostolorum, episcoporum conciliorumque roborata uobis aduersa est; uestrorum autem nulla est. quia et a tam paucis profertur et ab eis, qui deum et Christum mendacem colunt. unde contra eorum mendacem doctrinam fit, nisi et ipsi tamquam imitatores dei et Christi sui mendaces habeantur. fama uero etiam ipsa consulta et uos pessimos iactat et Christum ex semine Dauid contra uos praedicare non cessat. uocem patris de caelo non audistis, opera Christi, quibus de se ipso testificabatur, non uidistis; codices, in quibus haec scripta sunt, ut specie chri-

16 Gen. 22, 18; 26, 4; 28, 14 27 cf. Matth. 3, 17; 17, 5

3 fama *b* 4 magnis & *S* magnis et *G* attingit L^1S 7 fama *b* 9 credere *b* 13 quae *om.* L^1 (*in marg. m. 2* quã) 14 hębreas *C* disseminatio *GMb* disseminatio *S* 15 implet *L* 18 alienigene *S* 21 quia (a *s. l.*) *SG* eta tam (*corr. ex* aetatem) *CP* his *LSGMb* 23 mendacem *om. C* 25 et xp̃m (et *in ras.*) *S* semine (e *in corr.*) *L* 26 predicare *C* celo *C* 27 auditis *SGML*^{1} opera— uidistis (*in marg. add. m. 1*) *C* de (*s. l.*) *C*

stiana fallatis, uelut accipitis; ne tamen contra uos legantur, infalsatos dicitis. profertis inde Christum dicentem: si mihi non creditis, operibus credite, et: ego sum, qui testimonium perhibeo de me, et testimonium perhibet de me, qui me misit pater, et non uultis contra uos inde proferri: scrutamini scripturas, in quibus putatis uos uitam aeternam habere, ipsae testimonium perhibent de me, et: si crederetis Moysi, crederetis et mihi; de me enim ille scripsit, et: habent ibi Moysen et prophetas, audiant eos, et: si Moysen et prophetas non audiunt, nec si quis a mortuis resurrexerit, credent ei! unde huc existis? unde confiditis? scripturas tanta auctoritate firmatas commendatasque respuitis, miracula non facitis: quae si faceretis, etiam ipsa in uobis caueremus praeinstruente nos domino et dicente: exurgent multi pseudochristi et pseudoprophetae et facient signa et prodigia multa, ut fallant, si fieri potest, etiam electos; ecce praedixi uobis. usque adeo nihil credi uoluit aduersus confirmatam scripturarum auctoritatem, quae fidem suam rebus ipsis probat, quae per temporum successiones haec inpleri et effici ostendit, quae tanto antequam fierent, praenuntiauit.

6. Restat, ut rationem uos exhibere dicatis, tam certam et inuictam, ut per se ipsam declarata ueritate nullam testis auctoritatem, nullam miraculi ueritatem requirat. quid dicitis? quid profertis? quam rationem, quam ueritatem? fabula illa est longa et uana, puerile ludibrium et muliebre auocamentum

2 Ioh. 10, 38 3 Ioh. 8, 18 6 Ioh. 5, 39 . 46 10 Luc. 16, 29 sqq. 15 Matth. 24, 24 sq.

4 perhibeo (h *s. l.*) *L* 5 misit me *b* 7 perhibet *SG* 8 de me (*s. l. m. 1*) *L* 10 audiant (e *in* a *mut.*) *C* prophetas et moysen *C* 11 nec] neque *C* resurrexit *LM* credunt *b* 14 etiam *om. SG* perinstruente L^1M per instruentem *PGSb* praestruente *C* 15 dño S^1PG dñm S^2b dicentem *Sb* exsurgent *L* 19 in rebus *LSGMb* 23 se (*s. l. m. 1*) *L* 24 nullã (~ *add. m. 2*) *L* miracula L^1 25 ueritatem L^1 26 muliebri *P* muliebrae *LM* *uocam*entum *S* auocamentum (a *s. l.*) *C* iocamentum *b*

et aniculare deliramentum continens initium truncum et medium putridum et finem ruinosum. cum enim uobis ex eius initio dictum fuerit: inmortali, inuisibili, incorruptibili deo quid factura erat gens tenebrarum, si cum ea pugnare noluisset? et de medio eius: quomodo est incorruptibilis et incontaminabilis deus, cuius membra in pomis et oleribus manducando et digerendo conteritis. ut purgetis? et de fine eius: quid fecit anima misera, ut in globo tenebrarum perpetuo uinculo puniatur. quae non suo uitio, sed alieno maculata deo suo deficiente mundari non potuit, quo mittente polluta est? haesitantibus uobis et quid respondeatis non inuenientibus conspiciuntur tam multi et tam grandes et tam pretiosi codices uestri et multum dolentur labores antiquariorum et saccelli miserorum et panis deceptorum. si ergo nec scripturarum auctoritatis antiquitas nec miraculorum potestas nec morum sanitas nec rationis ueritas uos adserit, abite confusi et redite confessi ipsum esse Christum omnium in se credentium saluatorem: cuius nomen et cuius ecclesiam ita exhibent praesentia tempora, sicut praeterita nuntiarunt. non per quemlibet de cauernosis latebris procedentem, sed quadam gente et quodam regno ad hoc propagato et instituto, ut ibi de illo cuncta figuris praenotarentur, quae nunc expressa rebus agnoscerentur. et ibi per prophetas praedicta scriberentur, quae nunc per apostolos praedicata praestarentur?

7. Proinde constituite nobis aliquem catechizandum gentilem, in quo Faustus defecisse nos risit, ubi non ridendus, sed plangendus ipse defecit. si enim dixerimus homini gentili: crede Christo, quia deus est, et responderit: unde credo?

1 anicule *C* 4 uoluisset (u *s.* ụ *a m. 1*) *C* 6 holeribus *CS* 9 uitio (o *supra* ą *m.* 1) *L* sed] s ;** (et *er.; add. m. 2*) *L* 10 defitiente *C* 11 hesitantibus *C* 12 conspitiuntur *C* grande L^1 et *in ras. L* ut *SG* 13 prætiosi *L* ut multum *S* 14 saccelli (*pr.* c *s. l.*) *L* sacelli *C* 17 xp̄m.(m *corr. ex* s) *S* xp̄s *G* 20 lateribris *C* 22 ut] et *S* et *G* 23 ubi *b* 24 praedicta *CM* praesentarentur *C* 25 caticizandum L^1 catecizandum CS^2G^2 cathezizandum (ez *s. l.*) *M* 27 deficit *b* hominem *G* homini (i *ex* ē *corr.*) *S*

prolataque auctoritate prophetarum eis se non credere dixerit, quod illi Hebraei sint, ipse paganus: ostendimus fidem prophetarum ex his, quae uentura cecinerunt et uenisse cernuntur. credo enim, quod eum non lateret, quantas a regibus huius saeculi persecutiones prius pertulerit christiana religio; aut si lateret, per ipsam historiam gentium et imperiales leges litteris memoriaeque mandatas ei facile probaretur. quod cum tanto ante praedictum ex propheta cognosceret dicente: utquid fremuerunt gentes et populi meditati sunt inania? astiterunt reges terrae et principes conuenerunt in unum aduersus dominum et aduersum Christum eius — quae non de ipso Dauid fuisse dicta in eodem ipso psalmo facile adparet; ibi enim dicitur etiam illud, quod homines quamlibet pertinacissimos ipsa rerum manifestatione confundit: dominus dixit ad me: filius meus es tu, ego hodie genui te; postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam et possessionem tuam terminos terrae: quod genti Iudaeorum, in qua regnauit Dauid, non esse concessum, Christi autem nomine longe lateque omnes gentes occupante nemo dubitat esse conpletum — credo, moueretur, cum hinc et alia multa ex prophetis audiret, quae nunc persequi longum est. uideret etiam ipsos reges terrae Christi imperio iam salubriter subiugatos omnesque gentes eidem seruientes et legeretur ei de psalmo tanto ante praedictum: adorabunt eum omnes reges, terrae, omnes gentes seruient ei totumque psalmum ipsum, qui figurate tamquam in Salomonem dicitur, si legere uellet, inueniret Christum uere regem paci-

8 Ps. 2, 1 sqq. 24 Ps. 71, 11

1 eo quod *b* 2 hębrei *C* 4 a *(corr. m. 2)* *L* 6 hystoriam *S* historiam (h *s. l.*) *M* literis *C* 7 ei] & L^1S^1MG tante (*s.* e *a m. 1* o) *S* 10 terre *C* 11 aduersus dn̄m] aduersum xp̄m *b* 12 quae] quod *Cb* dauid (i *s. l. a m. 2*) *L* fu*isse *M* dictum L^1S^1PG 16 postola L^1 dabo// *C* 18 iudeorum *C* 20 completum esse *C* moueretur] mod̨o uer&ur L^1PS^1Gb modo uerereturr (*alt.* re *s. l. a m. 2*) *S* mo**ueretur *M* 26 ipsum psalmum *C*

ficum — hoc enim Salomonis nomen interpretatur — in quo cognosceret conpleta omnia, quae ibi dicuntur, longe remotissima ab illo homine Salomone rege Israhel. illum itidem psalmum, ubi deus unctus a deo dicitur et utique Christus ipsa unctione declaratur idemque Christus deus apertissime ostenditur, cum deus unctus insinuatur, si considerare uellet, quae ibi de Christo, quae de ipsa ecclesia dicta sunt, quae ibi quidem praedicta legeret, in orbe autem terrarum inpleta conspiceret, uideret quoque ipsa simulacra gentium per Christi nomen sic perire de orbe terrarum idque ipsum a prophetis praedictum esse disceret, audiret Hieremiam dicentem: sic dicetis illis: dii, qui caelum et terram non fecerunt, pereant a terra et de sub caelo. item alio loco cum eundem prophetam dicentem audiret: domine, fortitudo mea et adiutorium meum et refugium meum in die malorum, ad te gentes uenient ab extremo terrae et dicent: quam falsa possederunt patres nostri simulacra, et non est in eis utilitas! sic faciet homo deos et ipsi non sunt dii. propterea ecce ego ostendam illis in tempore illo; manum meam ostendam illis et scient uirtutem meam, quoniam ego dominus. haec audiens de scriptura prophetica et cernens in uniuersa terra quid dicam, quemadmodum moueretur ad fidem, quando et hoc rebus ipsis probamus, cum per prophetiam ante tempora conscriptam et his temporibus inpletam corda fidelium sic firmari cognoscimus?

8. Iam uero ne hominem, sicut magni quidam homines fuerunt, Christum putaret, idem propheta hoc illi de cogita-

6 cf. Ps. 44, 8 11 Hierem. 10, 11 14 Hierem. 16, 19 sqq.

1 in quo] homo S^1 6 conderare L^1 7 ęcclesia C qųąę (*exp. m. 2*) L 8 orbem L 12 illis] filiis L 13 pereant (ant *m. 2 retract.*) L cum (*exp. m. 2*) L 14 dicentem (entem *retract. m. 2*) L 15 *alt.* meum *om.* C 18 sic] si PMb 21 scient *om.* C et uirtutem PL^1b 23 quemammodum L et hoc *post* ipsis *in* C 24 per *om.* b prophetia—conscripta b 25 impleta (~ *add. m. 2*) L impleta SMG 28 cognitione $LCMG$

tione excuteret. ibi enim sequitur et dicit: maledictus homo, qui spem habet in homine et firmat carnem brachii sui et a domino discedit cor eius; et erit sicut tamarix, quae in deserto est; non uidebit, cum uenient bona, et habitabit inter iniquos in terra deserta, in terra salsa, quae non inhabitabitur et: benedictus homo, qui confidit in domino, et erit dominus spes eius, eritque tamquam lignum fructiferum secus aquam, et in humore mittet radices suas; non timebit cum uenerit aestus, et erunt in eo propagines nemorosae; in anno siccitatis non timebit et non deficiet faciendo fructum. hic certe cum maledictum diceret eum, qui spem ponit in homine, eamque maledictionem propheticis similitudinibus explicaret, et benedictum, qui in domino confideret eamque benedictionem congruis itidem similitudinibus texeret: turbaretur fortasse ille, quomodo ei, ne spem suam in homine poneret, deum Christum adnuntiaremus, et rursum eum non ex propria natura, sed ex nostra mortalitate suscepta hominem diceremus. sic enim quidam deum credendo Christum et hominem negando errauerunt; et rursus quidam hominem putando et deum negando aut contempserunt aut in homine spem suam ponentes in illud maledictum inciderunt. hic ergo iste gentilis si turbaretur, et diceret contra fidem nostram istum prophetam locutum fuisse, quia nos secundum apostolicam doctrinam non tantummodo deum Christum diceremus, ut in eo spes securissime ponatur, sed etiam mediatorem dei et hominum hominem Iesum Christum, istum autem deum

1 Hierem. 17, 5 sqq. 27 cf. I Tim. 2, 5

1 ibi—dicit *(in mg. m. 1) C* 2 in homine *(in marg. m. 2) C* 4 tramarix *L* tramarix *PSC¹MG²b* &non (& *s. l. add. m. 2*) *L* 5 habitauit *L¹* 6 inhabitabitur (bita *s. l.*) *C* 7 confid& *L* 9 humero *L¹P¹* umero *SG* ad humorē (*in ras.*) *M* 13 (et 21) hominem *L* 15 congrui s,itidem *C* 17 hominem *Lb* poneret ın homine *C* rursus *CL²* 23 et *om. C* 26 spes (*s. l.*) *S* 27 iesum *om. M* christum *S:* istum *PG* istum (*exp. m. 2*) *L* iustum *b*, *om. CM*

tantum dixisse, de natura uero humana nullam fecisse mentionem: ibidem eiusdem prophetae uocem audiret se admonentis et corrigentis: graue cor per omnia, et homo est, et quis agnoscet eum? ideo quippe homo, ut graues corde per formam serui ex fide sanarentur et eum agnoscerent deum, qui propter eos factus est homo, ne in homine spes eorum esset, sed in homine deo. et tamen, graue cor per omnia, et homo est formam serui accipiens. et quis agnoscit eum? qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse aequalis deo. et homo est, quia uerbum caro factum est et habitauit in nobis. et quis agnoscit eum? quia in principio erat uerbum et uerbum erat apud deum et deus erat uerbum. et uere graue cor per omnia; nam et in discipulis eius ipsum graue cor fuit, cum eis dicebat; tanto tempore uobiscum sum et non cognouistis me? quid est enim „tanto tempore uobiscum sum“ nisi quod hic dicitur: et homo est? quid est autem aliud „et non cognouistis me?“ nisi quod hic dicitur: et quis agnoscit eum? quem, nisi eum, qui dicit: qui me uidit, uidit et patrem? ut spes nostra non sit in homine propter illud per prophetam edictum maledictum, sed sit in homine deo, id est in filio dei saluatore Iesu Christo, mediatore dei et hominum; et quo pater maior est propter formam serui, et qui patri aequalis est propter formam dei.

9. Dicit et Esaias: humiliabitur et cadet contumelia hominum et exaltabitur dominus solus in illa die; et

3 Hier. 17, 5 sqq. 7 Phil. 2, 6 sq. 10 Ioh. 1, 14 . 1 14 Ioh. 14, 9 26 Es. 2, 17 sqq.

1 tantum *om. S* mentionē (~ *add. m. 2*) *L* 2 ammonentis *L* 3 graue (g *in ras.*) *C* 4 agnoꝛc& L^1 5 agnoscerent (*sec.* n *s. l.*) *L* 9 qui] et qui L^1 ęt quia L^2 rapina *L* 10 esse aequalis (*in ras.*) *L* 12 agnoscet *Cb* 16 sum (*s. l. m. 1*) *C* quid enim est *b* 17 et homo—dicitur (*infra in marg.*) *S* 18 aliud] illud *CSG* 20 uidet (*bis*) *b* 21 aedictum *P* dictum *L* editum *C* maledictum *om. LM* 23 mediatore (m *er.*) *S* mediatorem *G* 26 isaias *C* 27 dns] ds *b*

manibus fabricata omnia abscondent in speluncis et in scissuris petrarum et in cauernis terrae a facie timoris domini et a maiestate uirtutis eius, cum surrexerit confringere terram. illa enim die proiciet homo abominationes aureas et argenteas, quas fecerunt, ut adorarent superuacanea et noxia. et forte iste gentilis, quem catechizamus, quem dixit Faustus cum risu dicturum: „non credo prophetis Hebraeis," aliqua manu fabricata idola abscondit in spelunca aut in scissura petrae aut in cauerna terrae aut aliquem amicum suum scit hoc fecisse aut in ciuitate uel in fundo suo scit factum esse a facie timoris domini, qui per reges terrae secundum eandem prophetiam iam sibi seruientes seque adorantes seuerissimis legibus terram confringit, id est terreni cordis frangit audaciam. quomodo ergo dicat „non credo prophetis Hebraeis," cum et in se ipso conpletum forte cognoscat, quod olim praedictum est a prophetis Hebraeis?

10. Magis uerendum erat, ne tanta rerum euidentia circumfusus fortasse diceret, posteaquam ista per mundum fieri coeperunt, christianos has litteras conposuisse, ut ante diuinitus praedicta putarentur, ne quasi temere humanitus facta contemnerentur. hoc uerendum est, nisi esset late sparsus lateque notus populus Iudaeorum, Cain ille signo accepto, ne ab aliquo interficiatur, et ille Cham seruus fratrum suorum portando libros, quibus illi erudiantur, ipse oneretur. per eorum quippe codices probamus non a nobis tamquam de

23 cf. Gen. 4, 15 24 cf. Gen. 11, 25.

2 in *ante* cauernis *s. l. m. 1 L* faciae L^1 4 exsurrexerit (ex *s. l. m. 1*) *C* 5 abhominationes *S* abhominationes *GCM*^{2} quae L^1 que *C* quę *b* 7 catecizamus $S^2L^1M^1CG^2$ catezizamus $S^1L^2M^2G^1$ 8 (et 15, 17) hebreis *C* 13 seuerissimis (se *s. l. m. 1*) *L* uerissimis *SMG* uerissimilis *Pb* 14 audatiam *C* 18 uenęrændum *C* 20 ceperunt *C* christianos *(s. l. a m. 2) S* literas *C* 22 contempnerentur (*ult.* n *s. l.*) *C* contempnerentur *LCS* 23 iudeorum *C* 24 interfitiatur *C* cam S^1LCM^1G 25 oneretur] onoretur L^1 honeretur *C* coneretur S^1G

rerum euentu commonitis ista esse conscripta, sed olim in illo regno praedicta atque seruata, nunc autem manifestata et inpleta: in quibus et ea, quae ibi minus perspicua sunt, quia in figura contingebant illis; scripta sunt autem propter nos, in quos finis saeculorum obuenit, iam nunc inlustrata soluuntur, et quae umbris futurarum adhuc rerum opacabantur, iam factarum luce manifestantur.

11. Forte etiam hinc se diceret permoueri, quod ipsi, in quorum libris haec inueniuntur esse praenuntiata, quae nunc cernuntur inpleta, non nobiscum tenent eiusdem euangelii societatem. cum uero doceretur etiam hoc ab eisdem prophetis esse praedictum, quantum moueretur ad fidem, quistam demens est, ut non uideat? quis tam inpudens, ut se uidere dissimulet? quis enim dubitet hoc de Iudaeis fuisse prophetatum, cum Esaias dicat: agnouit bos possessorem suum et asinus praesepe domini sui; Israhel autem me non cognouit et populus meus me non intellexit aut illud, quod apostolus commemorat: tota die expandi manus meas ad populum non credentem et contradicentem et maxime illud: dedit illis deus spiritum conpunctionis, oculos, ut non uideant, et aures, ut non audiant et non intellegant et multa huiusmodi? quodsi diceret: quid ergo peccauerunt Iudaei, si deus illos excaecauit, ne agnoscerent Christum? quantum possemus, inbuendo rudi homini ostenderemus ex aliis occultis peccatis deo cognitis uenire iustam poenam huius caecitatis; quod non solum dixisse

4 I Cor. 10, 11 15 Es. 1, 3 18 Rom. 10, 51; Es. 65, 2 20 Rom. 11, 8; Es. 6, 10

1 esse *om. C* 2 praedicata *S* praedicata *GMb* predicata *C* 4 in illis *LCSMG* autem *(s. l. m. 1) C* 5 fines $L^1M^1S^1G$ 6 futurorum L^1b 7 oppagabantur *b* 8 se *(s. l.) S, om. G* 11 soci&itatem *S* 13 ut non uideat *(in ras.) L* uigeat *(s. g a m. 1* d*) C* imprudens *GCSMb* inp,udens (r *er.*) *L* 14 hoc] et hoc *SG* iudeis *C* 15 isaias *C* 16 praesepem *L* 17 meus *om. LC* 21 et *om. b* 23 excècauit *LC* 26 cecitatis *L*

apostolum de quibusdam: propter hoc tradidit illos deus in concupiscentiam cordis eorum uel in reprobum sensum, ut faciant, quae non conueniunt, uolentem ostendere quaedam peccata manifesta ex poena uenire quorundam occultorum, sed nec ipsos hoc tacuisse prophetas demonstraremus. nam, ne pergam longius, idem Hieremias eo ipso loco, ubi ait: et homo est, et quis agnoscit eum? ne quasi hoc ipso excusati essent Iudaei, quia non cognouerunt — si enim cognouissent, sicut apostolus dicit, numquam dominum gloriae crucifixissent — sequitur et ostendit occulti eorum meriti fuisse, ut non cognoscerent. ait enim: ego dominus interrogans corda et probans renes, ut dem unicuique secundum uiam eius et secundum fructum studiorum eius.

12. Porro si hoc gentilis ille moueretur, cur etiam ipsi, qui appellantur christiani, in multas haereses uariasque discedunt, neque hoc a prophetis Hebraeis praetermissum esse doceremus. tamquam enim esset consequens, ut Iudaeis in sua caecitate demonstratis hoc illi ueniret in mentem, quod etiam multi sub nomine christiano ab ipsa christiana societate deuiarent, ipse Hieremias uelut catechizandi ordinem nobis insinuans continuo subiecit: clamauit perdix, congregauit, quae non peperit, faciens diuitias suas non cum iudicio. perdix enim, nimis contentiosum animal, notum est, quanta auiditate ipsius contentionis currat in laqueum. non enim disputare amant haeretici, sed quoquo modo superare

1 Rom. 1, 24 . 28 7 cf. Hier. 17, 9 9 I Cor. 2, 8 12 Hier. 17, 10

1 illis S^1G deus *om.* L 2 concupiscen//ciam (d *er. et* cia *in ras.*) S concupiscendam G 3 conueniãnt C 4 pena C quorum S^1G 6 item b 7 agnoscet Cb 8 hoc quasi hoc ipso C 13 secvndum (v *sup.* o *a m. 1*) M 16 in] ut in S hereses LC 18 enim *om.* SG esse L^1M^1 19 cecitate C 21 caracizandi L^1 catezizandi S^2L^2 cathezizandi (h *s. l.*) M catecizandi CG 23 iudicio (io *ex* oo *a m. 1*) C 25 quantũ S contionis L^1M 26 heretici LC quo L^1M superent (ent *in ras.*) M

inpudentissima peruicacia, ut congregent, sicut hic dixit, quae non pepererunt. christianos enim, quos maxime Christi nomine seducunt, iam per ipsius Christi euangelium natos inueniunt et faciunt illos diuitias suas, non sane cum iudicio, sed cum temeritate inconsiderata. non enim intellegunt ibi esse ueram et salubrem et quodam modo germanam atque radicalem christianam societatem, unde istos separauerunt, quos ad suas diuitias congregarunt. et quia de talibus dicit apostolus: sicut enim Iamnes et Mambres restiterunt Moysi, sic et isti resistunt ueritati, homines mente corrupti, reprobi circa fidem; sed ultra non proficient; dementia enim eorum manifesta erit omnibus, sicut et illorum fuit, sequitur et hic propheta et dicit de perdice, qui congregauit, quae non peperit: in dimidio dierum eius derelinquent eum et in nouissimis suis erit insipiens, id est qui primo tamquam per pollicitationem et ostentationem excellentis sapientiae seducebat, erit insipiens, id est adparebit insipiens. eis quippe, quibus primo sapiens erat, tunc erit insipiens, cum adparebit, quia dementia eius nota erit omnibus.

13. Et tamquam ille, quem catechizamus, quaereret et diceret: quo ergo signo manifesto adhuc paruulus et nondum ualens liquidam discernere a tot erroribus ueritatem, quo manifesto indicio tenebo ecclesiam Christi, in quem iam credere tanta rerum antea praedictarum manifestatione conpellor?

9 II Tim. 3, 8 sq.

1 peruicatia L^1S^1G ut] aut SMG dicit S 2 pepererunt (*alt.* r *s. l. a m. 2*) G pepereunt S^1G^1 pariunt S^2 4 illas (a *corr. ex* o) S iuditio C 6 et *ante* sal. *om.* C 7 quos (s *sup.* d) L 9 mambres (m *init. in ras.*) L 13 proph&a L^1 et (*s. l. a m. 2*) L 14 quia S^1 15 derelinquunt LSG derelinquent (en *in ras.*) M 16 (et 17) ēst (sc *s. l. add. m. 2*) L pollicitationem *(in ras.)* L 17 apparebit (pare *in ras.*) L 21 catezizamus L^2S^2 cathezizamus (z *corr. ex* c) M catecizamus CL^1S^2G quereret C 22 manifesto indicio tenebo eccl̄m C 23 discernere (*in ras.*) L a***erroribus (tot. *er.*; *m. 2* b *sup.* a *scr.*) L 24 indicto SG æcclesiam C ecclesiam xp̄i (*in ras.*) L 25 predictarum L

sequitur idem propheta et tamquam motus animi eius ordinatissime excipiens docet eum ecclesiam Christi ipsam esse praedictam, quae omnibus eminet et adparet. ipsa enim est sedes gloriae, de qua dicit apostolus: templum dei sanctum est, quod estis uos. unde iste dicit: sedes autem gloriae exaltata est, sanctificatio nostra. propter hos enim motus paruulorum, qui possunt seduci ab hominibus, manifestationem claritatis ecclesiae dominus quoque prouidens ait: non potest ciuitas abscondi supra montem constituta, quia utique sedes gloriae exaltata est, sanctificatio nostra, ut non audiantur illi, qui ad religionum scissuras traducunt dicentes: ecce hic est Christus, ecce illic. partes enim ostendunt dicentes: ecce hic, ecce illic. cum illa ciuitas super montem sit, quem montem, nisi eum, qui secundum prophetiam Danihelis ex paruulo lapide creuit et factus est mons magnus, ita ut inpleret uniuersam terram? nec illi audiantur, qui nomine quasi secretae et apocryphae ueritatis et hominum paucitatis dicunt: ecce in cubiculis, ecce in deserto, quia non potest abscondi ciuitas super montem constituta, quia sedes gloriae exaltata est, sanctificatio nostra.

14. Cum ergo iste gentilis his atque huiusmodi aliis testimoniis prophetarum de persecutione regum et populorum, de fide regum et populorum, de abolitione idolorum, de caecitate Iudaeorum, de probatione codicum ab ipsis custoditorum, de amentia haereticorum, de excellentia sanctae ecclesiae

4 I Cor. 3, 17 5 Hier. 17, 10 sqq. 8 Matth. 5, 14 16 cf. Dan. 2, 34 sq. 18 Matth. 24, 25 sq.

1 eius *om. SG* 3 est enim *SGM* 4 sedis L^1S^1G templum enim *b* 7 admanifestationē (d *s. l. et* ~ *add. m. 2*) *L* a manifestatione *Mb* manifestatione *SG* 8 praeuidens *C* dicit *b* 9 constituta] posita *S* 12 xp̄s (*s. l. m. 2*) *C* partes—illic (*in super. marg. m. 2*) *C* 13 super] per *SG* 14 quem] p̣er quem S^2 15 paruo *C* lapide (m. *er.*) *LSMG* 17 secrete *b* apocrifae *LSM* apocriphae *C* apocryphe *b* hominis *b* 19 ciuitas abscondi *C* 20 sedis L^1 21 gentilis iste *Gb* 22 reg*um (n *er.*) *L* 24 cecitate *C* iudeorum *C* 25 hereticorum *LC* ęcclesiae *C*

uerorum et germanorum christianorum ante praedicta nunc inpleta conspiceret, quid inueniret fide dignius quam illos prophetas, quibus de diuinitate Christi eligeret credere? etenim si antequam ista fierent, ingererem gentili prophetas Hebraeos, quibus ea futura crederet, quae facta nondum uideret, merito fortasse diceret: quid mihi est cum istis prophetis, quos unde ueraces probem, non mihi ostenditur? cum uero tam magna et tam multa, quae praedixerunt, iam ad effectum manifestationemque perducta sunt, plane ille, si peruersus esse nollet, nec ista ullo modo contemneret, quae tanto ante et tanto adparatu praeuidenda et praenuntianda commendari meruerunt, nec illos, a quibus praeuideri et praenuntiari potuerunt. nullis enim prudentius credimus uel de praeteritis, quae olim facta sunt, uel de futuris, quae nondum facta sunt, quam eis, qui nobis fidem uerborum suorum tam multis tamque magnis, quae ab eis praedicta iam facta sunt, probauerunt.

15. Sibylla porro uel Sibyllae et Orpheus et nescio quis Hermes et si qui alii uates uel theologi uel sapientes uel philosophi gentium de filio dei aut de patre deo uera praedixisse seu dixisse perhibentur, ualet quidem aliquid ad paganorum uanitatem reuincendam, non tamen ad istorum auctoritatem amplectendam, cum illum deum nos colere ostendimus, de quo nec illi tacere potuerunt, qui suos congentiles populos idola et daemonia colenda partim docere ausi sunt, partim prohibere non ausi sunt. at illi sancti auctores nostri eum populum, eam rempublicam, tale regnum imperante et adiuuante deo propagauerunt atque rexerunt,

1 uirorum L^1b predicta C 4 hębreos C 8 dixerunt SMG iam defectum est manifestationeque perducta sunt. Plane *sqq.* b affectum LG 9 sint C 10 contempneret CL^1 11 prenuntiańda C 12 a (*s. l*) S 13 preteritis C 14 uel—sunt (*in marg add. m. 1*) C 15 tam] in tam $SGMb$ 16 predicta C 17 sybylla S sybilla LCM sybillae $LCSG$ orphe*us M 18 thelogi C 19 philosofi SG 20 seu] aut b perhibentur (rhigentur *in ras.*) L 22 nos (*s. l. a m. 2*) S 23 ille SG congentiles (on *retr. m. 2*) LS^2 cumgentiles S^1MG secū gentiles b 24 demonia C 25 p///hibere L ausi ñ sunt b 27 rexerunt (*in ras.*) L

ubi sacrilegium esset, quod istis religio fuit. itaque si qui illic in cultum simulacrorum et daemonum laberentur, aut poena plectebantur ipsis suae reipublicae legibus aut liberrimo tonitru cohercebantur propheticis uocibus. unus enim ab eis colebatur deus, qui fecit caelum et terram, prophetico sane ritu, hoc est significatiuo futurorum, qui ritus aboleretur, cum illa uenissent, quae per eum significabantur esse uentura, quandoquidem ipsum regnum magnus quidam propheta fuit, ubi rex et sacerdos mystica significatione ungebantur; quod non ante ipsis quoque Iudaeis ignorantibus ac per hoc inuitis ablatum est, nisi cum uenisset ille gratia spiritali unctus deus prae participibus suis, ille sanctus sanctorum, idem uerus rex consulendo nobis et idem uerus sacerdos se ipsum offerendo pro nobis. quamobrem quantum distat de Christi aduentu inter praedicationem angelorum et confessionem daemoniorum, tantum inter auctoritatem prophetarum et curiositatem sacrilegorum.

16. His et talibus, quae nunc breuiter tangimus, tunc forte pro necessitate depellendi ueternosi erroris aliquanto latius disputatis et robore uberioris probationis adsertis ille gentilis, quem nobis catechizandum Faustus proposuit, si salutem suam peccatis suis praeponeret, profecto moueretur ad fidem: qua inbutus et in ecclesiae catholicae gremio fouendus conlocatus consequenter etiam moneretur, quos mores tenere deberet, neque perturbaretur eorum multitudine, in quibus ea non inueniret, quae obseruare iuberetur, quamuis cum eo

9 cf. Deut. 18, 15; Ps. 2, 6; 109, 4; I Reg. 10, 1; Ex. 29 12 cf. Dan. 9, 24; Ps. 44, 8

2 demonum *C* daemon*um (i *er. cet. in ras.* *L* 3 re*ipublicae *L* legimus *b* 4 tonitru] tollebat (llebat *in ras.*) *L* coercebantur (coer *in ras.*) *LS*²*C* 5 celum *C* 6 aboletur *L*¹ aboleret *b* 7 evm (v *ex* a) *C* 8 Magnus quidem *b* quidam (e *in* a *corr. m. 1*) *C* 9 unguebantur *CS*²*M*² 12 *post* deus *lit. sex litt.* *C* 15 aduentu (m *er. uid.*) *L* 16 demoniorum *C* tanta *S* inter *om.* *S* 20 rubore *G* robore (u *corr. in* o) *S* asseritis *GS*¹ 21 catecizandum *L*¹*C* 22 proponeret *L*¹ 23 ęcclesiae *C* fouendis *L*¹ collocatus fouend'* *M* 26 inueniret (ni *s. l.*) *L*

corporaliter congregarentur in ecclesiam et eadem sacramenta perciperent. sciret cum paucis hereditatem dei, cum multis autem signacula eius participanda: cum paucis communicare sanctitatem uitae et donum caritatis diffusae in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis, ad quem fontem interiorem nullus alienus accedit; cum multis autem sanctitatem sacramenti, quod qui manducat et bibit indigne iudicium sibi manducat et bibit; qui autem manducare contemnit, non habebit in se uitam et ideo non perueniet ad uitam aeternam. eosdemque paucos in conparatione multitudinis malorum paucos dici; esse autem per se ipsos consideratos in magno numero, diffusos toto orbe terrarum, crescentes inter zizania et cum palea usque ad diem messis et uentilationis. hoc in euangelio dictum est, hoc a prophetis ante praedictum. ante enim praedictum est: sicut lilium in medio spinarum, ita proxima mea in medio filiarum; ante praedictum est: inhabitaui cum tabernaculis Cedar; cum his, qui oderant pacem, eram pacificus; ante praedictum est: signa in fronte eos, qui gemunt et maerent ob iniquitates populi mei, quae fiunt in medio eorum. itaque iste gentilis, quem tali adloquio firmaremus, iam factus ciuis sanctorum et domesticus dei nec iam alienus ab Israhel, sed uerus Israhelita, in quo dolus non esset, disceret etiam ista uerba ex corde simplici dicere quae subsequenter contexit idem ipse Hieremias: patientia

5 cf. Rom. 5, 5 7 cf. I Cor. 11, 20 9 cf. Ioh. 6, 54 14 cf. Matth. 13, 25 sq.; 3, 12 15 Cant. 2, 2 17 Ps. 119, 5 . 7 19 Ezech. 9, 1 23 cf. Ephes 2, 19 . 12 23 cf. Ioh. 1, 47

1 ęcclesiam *C* ecclesia (m *er.*) *L* 4 diffusa *M*[1] diffusaeIl *C* diffusæ (æ *ex* a *m.* 2) *L* 5 nobis *om. S* 7 sacramenti* (s *er.*) *S* sacramentis *G* 8 contempnit *CSL*[1] 9 habebit (be *s. l. a m. 1*) *L* 10 uitam aeternam *L* eosdem *C* 12 diffuso *LCSMb* 14 est *om. SGMb* 15 predictum (*bis*) *C* 17 inhabitabit *SG* 19 gement *C*[1] 20 merent *LCSG* 21 iste (i *corr. in* e *m. 1*) *L* gentilis (is *ex* es) *L* talią (a *exp. m. 1*) *LCS* talia *Mb* alloqui *MS*[1]*Gb* alloquio (o *fin. add. m. 1*) *L* 24 discere te *SG* 25 subsecuntur *LS*[1]*MG* subsequuntur *C*

Israhel, domine; uniuersi, qui te dereliquerunt, terreantur. cum enim de perdice dixisset, quae clamat et congregat, quae non peperit, commendauit excellentiam ciuitatis super montem positae, quae abscondi non potest, ut ab ecclesia catholica haereticum hominem non separaret dicens: sedes autem gloriae exaltata est, sanctificatio nostra. deinde, quasi ueniret in mentem: quid ergo facimus de tam multis malis, qui tanto amplius ubique permixti sunt, quanto excellentior est Christi gloria in unitate omnium gentium? subiecit statim: patientia Israhel, domine. patienter enim ferendum est, quod ait: sinite utraque crescere usque ad messem nec inpatientia tolerandi malos relinquantur boni, qui proprie sunt corpus Christi, et ideo cum ipsi relinquuntur, ille relinquitur. unde subiecit atque addidit: uniuersi, qui te derelinquunt, terreantur; confundantur qui recesserunt in terram. terra est enim homo de se praesumens atque alios, ut de ipso praesumatur, inducens, et ideo sequitur: euertentur. quoniam dereliquerunt fontem uitae, dominum. quid enim aliud clamat perdix, nisi apud se esse et a se dari fontem uitae, ad quem congregati recedunt a Christo Christi promissione decepti, cuius nomine iam tenebantur inbuti? non enim quos peperit, congregat, sed ut congreget, quos non peperit, dicit: salus, quam Christus promisit, apud me est; ego dabo. sed uide, iste quid dicat: sana me, domine, et sanabor; saluum me fac, et saluus ero. unde apostolus dicit: nemo glorietur in homine, et iste subiungit: quoniam gloriatio mea tu es. his modis nos

11 Matth. 13, 30 26 I Cor. 3, 21 27 Hier. 17, 13 sq.

1 derelinq̃ *C* derelinquunt *b* 2 qui (i *ex* e) *CL*^{2} 5 hominem hereticum *P*. (ci in cv̄ *corr. a m. 1*) *C* nǫn (*exp. m. 1*) *C* separaret *CPL*^{1}*M*^{1}*b* separ& *S*^{c}*G* separent *S*^{2} 6 exaltata (al *ex* el *a m. 1*) *M* 10 pacientia *C* pacienter *LC* 12 ne *b* inpacientia *L* 13 proprię *S* sunt *om. SG* 16 presumens *C* 17 de ipso] in ipsos *C*^{1} (*m. rec. superscr.* de se ipso), ipso *L*^{1}*S*^{1}*GM*^{1} 19 se (*s. l. a m.* 2) *S* 20 a (*s. l. a m.* 2) *S* recedant *Cb* 22 congreg&/// *C* 26 dicit (a *in* i *corr.*) *C* 27 his] illis *SMG* nos] non *S*^{1} nos (s *a m. 1 s.* n) *L*

instruimus hominem ex apostolica propheticaque doctrina, ut aedificetur super fundamenta apostolorum et prophetarum.

17. Faustus autem quomodo persuaderet diuinitatem Christi homini gentili, quem constituit dicentem „nec prophetis credo de Christo nec Christo de prophetis?“ an Christo crederet de se ipso dicenti, cui non crederet de aliis testificanti? uere ridiculum est hoc putare. quem semel enim dignum fide non duceret, aut omnino nihil ei crederet aut potius pro aliis quam pro se ipso testificanti crederet. hic forte Faustus inrisus Sibyllas homini legeret et Orpheum et ceteros eiusmodi, si quos alios gentilium reperiret de Christo aliquid praenuntiasse? sed non faceret; eos quippe sibi incognitos fassus est dicens: sane si sunt aliqua, ut fama est, Sibyllae de Christo praesagia aut Hermetis, quem dicunt Trismegistum, aut Orphei aliorumque in gentilitate uatum. horum ergo iste litteras nesciens, quandoquidem per famam putat esse aliquos tales, non eas utique legeret illi dicenti „nec prophetis credo nec Christo.“ quid igitur faceret? an proferret Manichaeum et ex illo commendaret Christum? numquam hoc fecerunt, sed potius de Christo, cuius iam nomen ubique dulciter clarum est, Manichaeum semper commendare conati sunt, ut hoc melle scilicet uenenati sui poculi labra perungerent. cum enim Christus promiserit suis missurum se paracletum, id est consolatorem uel aduocatum, spiritum ueritatis, per hanc promissionis occasionem hunc paracletum dicentes esse Manichaeum uel in Manichaeo sub-

2 cf. Ephes. 2, 20 25 cf. Ioh. 14, 16

7 quae *G* qu*em (a *er. et* m *add.*) *S* 10 sybillas *L* orfeum *L* horfeum *M* huiusmodi *Pb* 11 alium *C* ex gentilium *GSb* ///gentilium *M* repperiret *CSML*^{1} prenuntiasse *C* 12 sed]si *S* 13 sybillae *LC* 14 prasagia *L*^{1} 15 trimagistrum *S* trimagistum *G* trimegistum *LM* trimegestum *b* horfei *L* 17 putet *LC* esse—legeret (*in marg. m. 1 add.*) *C* 19 (et 21) manicheum *C* 23 pungerent (*corr.* ex purgerent) *S* perunguerent *C* perungverent (v *s. l. m. 1*) *M* enim] ergo *S* 24 paracl&um L^1M^1 paraclitum CM^2 consolarem C^1 26 paraclitum *CS* paracletum M^1L^1 manicheum—manicheo *C*

repunt in hominum mentes ignorantes, ille a Christo promissus quando sit missus. qui autem legerunt canonicum librum, qui actus apostolorum inscribitur, uident illam Christi professionem illic rursus commemoratam et illic manifestissime inpletam. sed modo quaerimus, unde illi gentili fidem faceret de Christo. puto enim neminem esse tam caecum, qui uelit dicere: Manichaeo credo, cum dicat, Christo non credo. deinde si non ridens, saltem stomachans diceret: itane Persicis libris me iubes credere, qui Hebraeis me dixisti non credere? quomodo ergo capturus es, haeretice, istum hominem, nisi iam nomini Christi aliquo modo subditum inueneris, ut quia ille iam Christo credendum esse non dubitat, tamquam melius praedicanti Christum Manichaeo deceptus adquiescat? ecce est ille perdix congregans, quae non peperit. itane eum nondum derelinquitis uos, quos congregat, et nondum uobis adparet insipiens, qui dicit Hebraeorum testimonia nobis, etiamsi uera sint, ante fidem inutilia esse, post fidem superuacua.

18. Abiciant ergo, qui crediderunt, omnes libros, per quos factum est, ut crederent. nam si hoc uerum est, cur uel ipsum euangelium Christi a fidelibus legatur, non uideo. ante fidem quippe inutile est, quia ille gentilis, quem ridentem ridendus uel potius flendus Faustus inducit, non credit Christo; post fidem autem superuacuum, si etiam ueris de Christo praeconiis iam superfluo creditur, cum in eum creditum fuerit. hic forte dicetis: sed euangelium debet legere iam fidelis, ne obliuiscatur, quod credidit. sic ergo, insani, etiam prophetarum uera testimonia, ne obliuiscatur, quare crediderit: quod si oblitus fuerit, firmum apud eum non poterit esse, quod credidit. aut proicite iam libros Manichaei, quibus testibus

5 cf. Act. 1, 8; 2, 1 sqq.

3 promissionem CS^3 5 querimus C unde fidem illi gent. fac. S 7 manicheo CL 8 saltim LGS^1 stomacans L 9 iubet S hebreis C dixisse S^1G 10 heretice LC nomine b 14 illa S^2MG 15 relinquitis C 16 hebreorum C 17 uobis b 25 preconiis C

credidistis lucem pugnasse cum tenebris, quae lux ipse deus erat, et ut posset ligare lux tenebras, prius esse lucem a tenebris deuoratam et ligatam et inquinatam et dilaniatam: quam uos manducando recreatis et soluitis et purgatis et sanatis, ut uobis merces retribuatur, ne cum illa, quae liberari non potuerit, in globo aeterno damnemini. hanc fabellam cotidie et moribus et uocibus cantatis. cur adhuc in eam quaeritis testimonia librorum, ut in rebus superfluis et conficiendis codicibus uestris aliena substantia consumatur et dei uestri ligata teneatur? incendite omnes illas membranas elegantesque tecturas decoris pellibus exquisitas, ut nec res superflua uos oneret, et deus uester inde soluatur, qui tamquam poena seruili etiam in codice ligatus tenetur. nam si possetis libros uestros uel elixatos comedere, quantum membris dei uestri beneficium praestaretis? an et si fieri posset, carnis inmunditia prohiberet paginas ab epulis uestris? inputet ergo sibi encausti munditia, quae corio inhaesit agnino. sed et hoc uos fecistis, qui tamquam primo bello uestro, id quod mundum erat in calamo, inmunditiae membranarum scribendo adfixistis, nisi quod colores contrario testimonio uos arguunt. uos enim potius ad lucem candidarum paginarum cum tenebris atramenti uenistis. nobis debetis irasci talia dicentibus, an uobis talia credentibus, ut, uelitis, nolitis, ista consequantur? nos autem et ad commemorationem fidei nostrae et ad consolationem spei nostrae et ad exhortationem caritatis nostrae libros propheticos et apostolicos legimus alterutris uocibus sibimet concinentes et ea concinentia tamquam caelesti tuba et a torpore mortalis uitae nos excitantes et ad

1 credidisse S^1G 2 possit *SGLb* legare $L^1P^1GS^1$ legare (eg *in ras.*) *M* 3 *post* inquinatam *ras. duor. uocab. in C* 4 absoluitis *SGM* 6 globo (bo *s. l. a m 1*) *L* 7 cottidie *L* 8 ut (u *retr. m.* 2) *S* 9 aliene (*sed s.* e *a m. 1* a) *L* 11 iecturas *SG* 12 honoret LC^1S^1G *oneret (h *er.*) *P* 13 legatus SL^1G 17 inhesit *L* 22 atrimenti *SG* debitis (*s. pr.* i *m.* 1 e *scr.*) *C* iras irasci *G* iras (*in marg. er.*) *S* 24 fidei *C* 27 conci*nentes (n *er.*) *L* conti (ci ?) nentia *C* 28 tubae *L* torpore] corpore $CSGML^1$

palmam supernae uocationis extendentes. de libris enim propheticis quiddam cum commemorasset apostolus, sicut scriptum est: obprobria obprobrantium tibi ceciderunt super me, continuo subiungit utilitatem diuinae lectionis: quaecumque enim ante scripta sunt, inquit, ut nos doceremur, scripta sunt, ut per patientiam et consolationem scripturarum spem habeamus ad deum. sed contradicit Faustus. fiat ergo illi, quod dicit Paulus: si quis uobis euangelizauerit praeterquam quod accepistis, anathema sit.

LIBER QUARTUS DECIMUS.

1. FAUSTUS dixit: Quare Moysen non accipitis? amoris pietatisque causa, qua colimus Christum. quis enim inreligiosus adeo est, ut eum libenter aspiciat, qui suo maledixerit patri? quapropter et nos Moysen, quamquam humanorum nulli umquam diuinorumque pepercerit blasphemando, plus tamen hinc execramur, quod Christum filium dei, qui nostrae salutis gratia pependit in ligno, diro deuotionis conuicio lacessiuit; utrum uolens, an casu, uideris. neutro enim horum excusatus erit, ut commendatus debeat accipi. ait enim maledictum esse omnem, qui pendet in ligno. hunc ergo tu uis ut accipiam, huic ut credam, cum si diuinus fuit, constet eum scientem uolentemque maledixisse Christo; si uero nolens

3 Ps. 68, 10 4 Rom. 15, 4 8 Gal. 1, 9 21 cf. Deut. 21, 23

1 palmas *Mb* supernę (*add. m. 2 s. l.*) *S* auocationis *S* 3 obpropria *L* opbrantium *LC* 5 ante *om. SG* nos (*s. l.*) *C* doceremus *SG* 6 scripta sunt *om C* pacientiam *C* 9 preterquam *C* 12 *Cap.* XXVIII *LPGM* XXII *S* 13 enim *om. S* inreligiosis *Pb* 14 adeo (e *s. l.*) *S* adō *PG* aspitiat *M* accipiat (*m. 2 ex* aspiciat *mut.*) *L* 16 diuinorumquɐe *LSG* diuinorumq'lll pepererit S^1 pepercit G^1 17 hinc] huic *b* execratur *C* 18 gratia] grā *C* causa (*add. s. l. m. 2*) *SM, om. LG* dyro *SGM* diro (i *in ras. ex* y *fuct.*) *L* deuotationis *C* conuitio *CM* 19 tu uideris *b* 20 ut]*ut (a *er.*) *LS* aut *CMGb* ut accipi debeat *C*

nesciensque maledixerit, constet eum non fuisse diuinum. tu ergo elige utrumuis aut Moysen prophetam non fuisse et inprudentia peccasse, ut dum aliis ex more suo maledicit, nesciens blasphemauerit et deum, aut fuisse quidem diuinum nec futura haec ignorauisse, sed inuidentem tamen nostrae saluti, quae futura erat ex ligno, in eius auctorem maledici oris sui uenena prompsisse. et quis ergo credat hunc uidisse aut cognouisse patrem, qui sic lacerauerit filium? hunc aduentum filii potuisse praedicere, qui ascensionis eius ignorauerit exitum? huc accedit, quod illud etiam considero, quam late hoc sit sparsum conuicium quamque multa conprehendat et uiolet, ut omnes etiam tangat iustos et martyres, quotquot similis passionis exitu defuncti sunt uita, ut Petrus et Andreas ac reliqui eiusdem sortis. quos nisi Moyses aut ut non propheta nescisset aut ut malignus odisset, si fuit propheta, non tam crudae deuotionis contumelia lacerasset. neque enim uulgo saltem eos maledictos dicit, id est apud homines tantum sed maledictos deo. quod si ita est, unde iam benedictionis relinquetur spes uel Christo uel apostolis uel ipsis nobis, si nominis eius causa crucifigi contingat? quam denique inprudens erat et uacans inspiratione diuina, ut cogitare nequiuerit diuersis ex causis homines in ligno suspendi: alios quidem ob iniquum facinus, quosdam uero iustitiae causa et propter deum. idcircoque confuse omnes et sine discretione ulla sub idem coniecit maledictum, cum esset dicendum, si ei prudentia inesset ulla, non dicam diuinatio, et si adeo crux offenderat eum, ut sola excepta abdicataque esset ex

5 nec (c *s. l.*) *L* ταῦτ** (~*add. m.* 2) *L* 7 uenen* (a *er.*) *S* promsisse (s *s. l.*) *G* promisisse L^2M^1 8 lacerauerat *b* hunc—exitum *superscr. m.* 1 *C* 9 praedicare *SGM* 10 hunc L^2 hu*c *M* accedit (i *in* e *corr.*) *SM* accidit *LG* 11 conuitium *CG* quamquae L^2 conpræhendat *L* 13 similes L^1 simili *SG*, (s *eras.*) *M* 15 ut (*s. l. m.* 1) *C* si fuit propheta *S* 16 crude $L^1S^1P^1MG$ crudele L^2 crudeli S^2 deuotationis *C* 17 saltim S^1M^1G tantam S^1 18 maledictus L^1 unde rel. ben. iam spes *S* unde ben. iam rel. spes *G* 24 confusum (*s. exp.* um e *m.* 1) *C* confuse (æ *corr. in* e) *L* 27 offenderat||eũ dm̃ (*exp. m.* 2) *L* abdicataquae *S* abdicataquae *G* ex *om. SG*

omni genere punitionum, maledictum esse sceleratum et inpium omnem, qui pependisset in ligno, ut esset discretio aliqua inter iustos et iniustos; quamquam ne sic quidem uera dixisset, cum latronem Christus de ligno secum introduxit in paradisum patris sui. ubi est ergo maledictus omnis, qui pendet in ligno? an Barabbas latro ille insignis, qui non solum in ligno suspensus minime est, sed etiam Iudaeorum rogatu emissus e carcere, magis fuit benedictus quam ille, qui cum Christo de cruce ascendit in caelum? quid denique? quod etiam eum maledictum uocat, qui solem adorauerit aut lunam. si ergo sub gentili positus rege solem cogar adorare et, cum restitero maledictum hoc metuens, iubear crucifigi, in aliud eius incurram maledictum, quod aduersus eum deprompsit, qui pendet in ligno. an ipsi quidem bonis omnibus maledicere consuetum est? nos uero tanti deuotiones eius existimare debemus, quanti sunt stomachantium uetularum. sic enim et dei omnes pueros ac uirgines pari deuotione prosequitur dicens maledictum esse omnem, qui non suscitauerit semen in Israhel. quod aeque conuicium principaliter quidem Iesum tangit, qui ortus et ipse, ut dicitis, ex Iudaeis, nullam tamen inter eos seruandae posteritatis causa sobolem suscitauit. deinde et discipulos eius, quorum nonnullos quidem ab uxoribus seiunxit, quos copulatos inuenerat, quosdam uero et coniungi uetuit, quos deprehendit intactos. qua de re Moyseos inpunitam hanc linguam maledictorum iaculis Chri-

4 cf. Luc. 23, 43 8 cf. Matth. 27, 26 11 cf. Deut. 18, 3 19 cf. Deut. 25, 5 sqq.

4 introduxisset *S* 5 paradysum *S* sui patris *C* ergo est *SG* 6 pepend& *C*[1] barrabbas *C* 7 iudeorum *C* 8 rogatos *S*[1]*G*[1] rogatu (s *er.*) *LM* 11 aut] ac *SMG* solem (e *corr. ex* i) *SG* adorare cogar *b* 14 depromsit *L*[1] 15 deuotationes *C* deuotionis *L*[1]*MS*[1]*G* 16 extimare *C* stomacantium *L* 17 pa*ri (t *er.*) *SMG*, (t *exp. a m.* 2) *L* deuotatione *GCS*[1]*M* 19 qu̧o̧ḑ hoeque conuitio nạe̥ qu̧ạe̥ co̧ņu̧içţũ *SG* aequę *C* 21 seruandę (, *add. m.* 2) *L* subolem *C*[1] 24 depræhendit *L* 25 moseos *S* moyseos (y *s. l.*) *M* moyses eos *b*

stum lumen, sanctimoniam, diuina omnia petentem iure nos cognoueris execratos. an ne forte multum interesse putes inter suspensum et crucifixum — nam et hoc in praesidium uobis defensionis soletis adsumere — commentis hisce uestris Paulum audias praescribentem: Christus nos redemit de maledicto legis factus pro nobis maledictum, quia scriptum est: maledictus omnis, qui pendet in ligno.

2. AUGUSTINUS respondit: Pius homo Faustus dolet Christum esse maledictum a Moyse et ob hoc odit Moysen, quia diligit Christum. interim, antequam aperiam, in quam magno sacramento et quam pie dictum sit: maledictus omnis, qui in ligno pependerit, istos pios homines interrogo, cur irascantur Moysi, quandoquidem maledictum eius ad Christum istorum non peruenerit. si enim Christus pependit in ligno, clauis utique adfixus est: unde etiam ipsas cicatrices post resurrectionem discipulo minus credulo demonstrauit. quod si ita est, utique uulnerabile atque mortale corpus habuit, quod isti nolunt fateri. si ergo et illa uulnera et illae cicatrices falsae erant, falsum est et quod pependit in ligno. non itaque potuit ad eum illa maledictio peruenire, non est, quod suscenseant ei, a cuius ore processit. itaque si ipsi irasci se fingunt ei, qui maledixerit falsae morti Christi, quod secundum ipsos dixerim: quomodo fugiendi sunt, qui non maledicunt Christum, sed quod est execrabilius, criminantur? si enim non est accipiendus, qui maledictum ingerit mortalitati, quomodo est detestandus, qui fallaciam obicit ueritati? sed iam uideamus ex occasione calumniantium haereticorum. quomodo illud sacramentum fidelibus exponatur.

3. Mors hominis ex poena peccati est: unde et ipsa pec-

5 Gal. 3, 13 11 Deut. 21, 23 16 cf. Ioh. 20, 27

2 cognouerit (*s.* t *a m.* 1 s) *C* 3 presidium *C* 5 perscribentem L^1 7 scribtum L^1 8 *cap.* XXVIIII *LPSMG* 10 magna L^1 12 pependerit in ligno *SMG* 14 enim] itaque *b* 20 succenseant L^2GSM 22 xp̃i morti *S* 24 execrauilius *S* execrabilius (b *ex* u) *GM* 27 ocasione *C* calumpniantium *C* hereticorum *C*

catum dicitur, non quia peccat homo, dum moritur, sed quia ex peccato factum est, ut moriatur; sicut alio modo dicitur lingua proprie caro, quae intra dentes sub palato mouetur, et alio modo dicitur lingua, quod per linguam fit; secundum quem modum dicitur alia lingua graeca, alia latina. et manus alio modo dicitur ipsum proprie corporis membrum, quod mouemus ad operandum, et alio modo manus dicitur scriptura, quae fit per manum. dicimus enim: „prolata est manus eius“ „lecta est aduersus eum manus eius“ „habeo manum tuam“ „recipe manum tuam.“ manus utique proprie membrum est hominis. non autem opinor illam scripturam membrum esse hominis; et tamen dicitur manus, eo quod manu facta sit. sic et peccatum non tantum ipsum opus malum, quod poena dignum est, sed etiam ipsa mors, quae peccato facta est, peccatum appellatum est. illud itaque peccatum, quo reus esset mortis, non commisit Christus; illud autem alterum, id est mortem, quae peccato inflicta est humanae naturae, suscepit pro nobis. hoc suspendit in ligno, hoc maledictum est per Moysen; ibi mors damnata est, ne regnaret, et maledicta est, ut periret. quapropter per Christi tale peccatum damnatum est et nostrum peccatum, ut nos liberaremur, ne regnante peccato nos damnati remaneremus.

4. Quid ergo miratur Faustus maledictum esse peccatum, maledictam esse mortem, maledictam esse mortalitatem carnis sine peccato Christi, ex peccato tamen hominis etiam in Christo factam? ex Adam quippe corpus adsumpsit, quia ex Adam uirgo Maria, quae peperit Christum. dixerat autem deus in paradiso: qua die tetigeritis, morte moriemini. hoc est

28 Gen. 2, 17

2 peccato mors factum *C* 3 propriae *LCSM* qe L^1 5 *pr.* alia] alia (*s. l. m. 1*) *L om. Cb* uel *G* ųęl *S* greca *LC* 6 propriąe *L* propriae *G* menbrum *C* 7 scribtura *M* 10 recipe manum tuam *om. SG* propriąe *SMG* 11 menbrum *C* 15 appellatu (m. *er;* tu *retract. m. 2*) *L* est *Eug.* (*ed.* Knöll p. 279): sit *lib. b* 17 ẽst (st *s. l. a m. 2*) *L* 19 dampnata *C* et] ut S^1G 20 ņatale *C* 21 dampnatum *C* ut] ut (*s. & a m. 1*) *C* 22 dampnati *C* 26 corpus *om. S* 28 paradyso *S* morte (m *er.*) *L*

maledictum, quod pependit in ligno. ille neget Christum maledictum, qui negat et mortuum; qui autem confitetur et mortuum et negare non potest mortem de peccato esse et ob hoc etiam ipsam peccatum uocari, audiat apostolum dicentem: quoniam uetus homo noster simul cum illo crucifixus est, et intellegat, quem maledictum Moyses dixerit ideoque securus apostolus ait de Christo: factus est pro nobis maledictum, sicut non timuit dicere: pro omnibus mortuus est. hoc est enim mortuus est, quod maledictus quoniam mors ipsa ex maledicto est et maledictum est omne peccatum, siue ipsum, quod fit, ut sequatur subplicium, siue ipsum subplicium, quod alio modo uocatur peccatum, quia fit ex peccato. suscepit autem Christus sine reatu subplicium nostrum, ut inde solueret reatum nostrum et finiret etiam subplicium nostrum.

5. Ex ingenio meo ista dixerim, si non apostolus totiens hoc inculcat, ut et dormientes excitet et calumniantes offocet. misit, inquit, deus filium suum in similitudinem carnis peccati, ut de peccato damnaret peccatum in carne. non erat ergo illa caro peccati, quia non de traduce mortalitatis in Mariam per masculum uenerat; sed tamen quia de peccato est mors, illa autem caro quamuis ex uirgine, tamen mortalis fuit, eo ipso, quo mortalis erat, similitudinem habebat carnis peccati. hoc appellat etiam peccatum consequenter dicens: ut de peccato damnaret peccatum in carne. item alio loco: eum, inquit, qui non nouerat peccatum, peccatum pro nobis fecit, ut nos simus iustitia dei in ipso. cur ergo timeret Moyses dicere maledictum, quod

5 Rom. 6, 6 7 Gal. 3, 13 8 II Cor. 5, 15 18 Rom. 8, 3 26 II Cor. 10, 21

1 maledicto $L^1S^1M^1G$ 2 et *post* conf. *om.* C 4 ipsum SG 6 intelligat CL^2 maledictum (*s. l. a m.* 2) S 7 secutus PS^2 factum S^1 est *om.* C maledictum pro nobis S 10 et (corr. *ex* ex) S 11 supplitium C 12 suplitium C 13 (et 15) suplitium C 17 *pr.* et (t *s. l.*) L calumpniantes C 18 Misit *inc. c. 5 in b* similitudine SMG 19 (et 25) dampnaret C 21 maria $SGMb$

Paulus non timuit dicere peccatum? plane hoc propheta et praeuidere debuit et praedicere, paratus ab haereticis cum apostolo reprehendi. quisquis enim reprehenderit prophetam dixisse maledictum, cogitur reprehendere apostolum dixisse peccatum; nam utique maledictum comes peccati est.

6. Nec ideo maior inuidia est, quod addiderit: deo, ut diceret: maledictus deo omnis, qui pependerit in ligno. nisi enim deus odisset peccatum et mortem nostram, non ad eam suscipiendam atque delendam filium suum mitteret. quid ergo mirum, si maledictum est deo, quod odit deus? tanto enim libentius nobis donat inmortalitatem, quae futura est Christo ueniente, quanto misericordius odit mortem nostram, quae in ligno pependit Christo moriente. quod autem additum est: omnis, ut diceretur: maledictus omnis qui in ligno pependerit, non sane Moyses minus praeuidit etiam iustos in cruce futuros, sed bene praeuidit haereticos ueram mortem domini negaturos et ideo uolentes ab hoc maledicto Christum seiungere, ut a mortis etiam ueritate seiungerent. si enim uera illa mors non erat, nullum maledictum Christo crucifixo pependit in ligno, quia nec uere crucifixus est. sed contra longe futuros haereticos quam de longe clamat Moyses „sine causa tergiuersamini," quibus displicet ueritas mortis Christi. maledictus omnis, qui pendet in ligno; non ille aut ille, sed omnis omnino! etiamne et filius dei? etiam prorsus. nam hoc est, quod non uultis: inde satagitis, inde seducitis. displicet enim uobis maledictus pro nobis, quia displicet mortuus pro nobis: tunc enim extra maledictum illius Adam, si extra illius mortem. cum uero ex homine et pro homine mortem suscepit, ex illo et pro illo etiam maledictum, quod morti

1 propheta] peccatum C^1 2 preuidere *CSMG* heıeticis *LC* 3 rep̄henderit *C* repr̨aehenderit (a *erp. m.* 2) *L* 4 rep̄hendere *C* repr̨aehendere L^2 7 maledictus (*s. l. m.* 2) *C* 11 immortalitatem L^2 12 quando L^1 14 pependerit in ligno *SG* 16 (et 21) hereticos *LCSG* 20 uer̨æ *L* 22 o quibus *C* 29 morti *LPM*^{1}*Gb* mori *Eug.* (ed. Knöll p. 282) mort̄e *SC*

comitatur, suscipere non dedignatus est etiam ille, prorsus etiam ille filius dei semper uiuus in sua iustitia, mortuus autem propter delicta nostra in carne suscepta ex poena nostra. sic et semper benedictus in sua iustitia, maledictus autem propter delicta nostra in morte suscepta ex poena nostra. ac per hoc additum est: omnis, ne Christus ad ueram mortem non pertinere diceretur, si a maledicto, quod morti coniunctum est, insipienti honorificentia separaretur.

7. Qui autem ex ueritate euangelica fidelis est, intellegit tam non esse contumeliam Christi ex ore Moysi, cum eum dixit maledictum, non ex diuinitate maiestatis suae, sed ex condicione poenae nostrae, ex qua in ligno suspensus est, quam non est laus Christi ex ore Manichaeorum, cum eum negant carnem habuisse mortalem, in qua ueram mortem pateretur, quia ex illo prophetico maledicto laus intellegitur humilitatis, ex isto haeretico quasi honore crimen obicitur falsitatis. si ergo negas maledictum, nega mortuum; si negas mortuum, non iam contra Moysen, sed contra apostolos dimicas. si autem confiteris mortuum, confitere suscepisse poenam peccati nostri sine peccato nostro. iam uero ubi audis poenam peccati, aut ex benedictione crede uenientem aut ex maledictione. si ex benedictione uenit poena peccati, opta esse semper in poena peccati; si autem optas inde liberari, crede per diuinae sententiae iustitiam ex maledictione uenisse. confitere ergo maledictum suscepisse pro nobis, quem confiteris mortuum esse pro nobis, nec aliud significare uoluisse Moysen, cum diceret: maledictus omnis, qui in ligno pependerit, nisi „mortalis omnis et moriens omnis, qui in ligno pependerit." poterat enim dicere „maledictus omnis qui mor-

3 cf. Rom. 4, 25 27 Deut. 21, 23

3 pena S^1 paena G 8 honorificæntia C^2 12 paene S^1 poe^{ne} L 13 manicheorum LC 15 intellegitur L^1 16 heretico LC 19 paenam S^1 22 maledictionem (*exp. m.* 2) L benedictionem (*exp. m.* 2) L benedictione (m *er.*) M 24 maledictionem L^2 maledictione (m *er.*) M 26 uolui S^1 28 mortales SG 29 qui *om.* C

talis," aut „maledictus omnis moriens;" sed hoc est quod adserit propheta, quia sciebat Christi mortem in cruce pensuram et futuros haereticos, qui dicerent: „pependit quidem in ligno, sed specie quadam, non ut uere moreretur." clamando ergo maledictus nihil aliud clamauit, nisi quia uere mortuus, sciens mortem hominis peccatoris, quam sine peccato ipse suscepit, de illo maledicto uenientem, quo dictum est: si tetigeritis, morte moriemini. ad hoc pertinet et serpens ille in ligno suspensus, quo significaretur non falsam mortem Christum finxisse, sed illam ueram in ligno passionis suae suspendisse, in quam serpens ille hominem male suadendo deiecit. quam ueram mortem nolunt isti conspicere et ideo non sanantur a ueneno serpentis, sicut in heremo quicumque illam adtenderent sanabantur.

8. Itaque fatemur ab inperitis dici aliud esse adfigi ligno, aliud in ligno pendere. sic enim quidam putant soluendam esse istam quaestionem, ut Iudam dicant a Moyse maledictum, qui laqueo se suspendit. quasi primum nouerint, utrum ex ligno, an ex lapide se ille suspenderit. sed uerum est, quod et Faustus commemorauit apostolum non sinere aliud intellegere quam de Christo esse praedictum. sed talis inperitia nonnullorum catholicorum uenatio Manichaeorum est; tales enim solent insectari, tales suis fallaciis inretire. tales in eos cecideramus, tales haeseramus, tales non uiribus nostris, sed dei misericordia eruti sumus.

9. Quae autem diuina Moyses lacessiuit, sicut Faustus criminatur dicens, quod humanorum nulli umquam diuinorumque pepercerit? dixit enim et abiit: nihil sategit

7 Gen. 2, 17 14 cf. Num. 21, 9

2 prophetia *C* pensură (~ *add. m.* 2) *L* 3 hereticos *CL* 4 speciąe (a *erp m.* 2) *L* 5 nihil ergo *G* nihil ergo *S* uere (*s. l. m. 1*) *C* 7 quod *C* 13 sanandi S^1 14 illum S^2 attenderent *L* 18 primo *C* 19 ille *om. b* 20 commemorauerit S^1G^2 intellegere L^1 22 ue** natio *L* ụẹṇẹrąṭiọ||uenatio *C* uenatio man. (*in marg. add a m.* 2) *S* 24 heseramus *CLS* sed (d *s. l. a m* 2) *C* 28 satęgit (, *add. m.* 2) *L* sat egit *C*

probare, nihil curauit ostendere. nos autem scimus Moysen omnia uere diuina pie laudasse et pro sui temporis congruentia suaeque dispensationis gratia iuste humana rexisse. exigant isti, ut hoc doceam, cum et ipsi docere conati fuerint, quod Faustus obicit, caute quidem, ut erat acutus, sed hoc incautus, quia suo acumine se perimebat. felix enim cor acutum ad ueritatem, infelix contra ueritatem. non dixit „hominum nulli umquam deorumque pepercerit," sed „humanorum," inquit, „et diuinorum." si enim diceret eum deo non pepercisse, facile conuinceretur falsae criminationis, cum Moyses inueniretur ubique honorare ac praedicare deum uerum, qui fecit caelum et terram. si autem diceret nulli deorum pepercisse, proderet se christianis illos deos colere, a quibus adorandis Moyses prohibet, atque ita sub alas catholicae matris pullis fugientibus non congregaret, quae non peperit. ut ergo insidias tenderet paruulis, dixit diuinorum nulli pepercisse Moysen, quo possent neque christiani aperto deorum cultu fugere inpietatem istorum nimis abhorrentem a religione christiana et pagani eis fauere aduersus nos, qui Moysen scirent contra idola et contra deos gentium, quae sunt daemonia, multa uera et digna dixisse.

10. Quod si istis displicet, aperte se fateantur idolorum uel daemoniorum esse cultores: quod quidem ignoranter essent eo ipso solo, quod essent haeretici. de talibus enim dixit apostolus: quia in nouissimis temporibus recedent quidam a fide, intendentes spiritibus seductoribus, doctrinis daemoniorum in hypocrisi mendaciloquorum. qui enim nisi daemones. quibus est amica fallacia, istis per-

27 I Tim. 1, 1 sq.

1 ostender& L^1 2 uera *Cb* 4 doceam (a *ex* o *corr. m.* 2) *L* 5 fautus *S* hoc] ob hoc *G* 6 suo (o *s. l. a m.* 1) *L* 9 inquid L^1 14 ita (*s. l. a m.* 1) *S* 18 aborrentem $GL^1S^1M^1$ 19 aduersum *CSMG* 20 demonia *C* 23 (et 27) demoniorum *C* cultores esse *C* 24 quo essent *b* heretici *LCSG* 27 ypochrisi *S* mendaci loquorum *C* 28 demones *C* fallatia *C*

suaderent, quod Christus fallaciter passus, fallaciter mortuus sit, fallaciter cicatrices ostenderit, id est non uere passus nec uere mortuus sit nec illae uerae fuerint ex ueris uulneribus cicatrices? quae sunt euidentiores doctrinae mendaciloquorum daemoniorum quam istae, quibus persuadetur filium dei, id est ipsam ueritatem esse mendacem? sed isti in doctrina sua habent et apertam non quidem daemoniorum, sed tamen creaturae culturam, quam damnat apostolus dicens: et coluerunt et seruierunt creaturae potius quam creatori.

11. Proinde isti in phantasmatis fabularum suarum idola et daemonia nescientes colunt; in sole autem et luna nouerunt se seruire creaturae. et quod putant se etiam creatori seruire, multum falluntur; phantasmati enim suo seruiunt, creatori autem nullo modo seruiunt, quando ea negant deum creasse, quae aperte apostolus ad dei creaturam pertinere demonstrat dicens, cum de cibis et carnibus ageret: omnis enim creatura dei bona est, et nihil abiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. uidete, quid sit sana doctrina, quam non ferentes uos ad fabulas conuertistis. quomodo apostolus et creaturam dei laudat et ei tamen cultum religionis exhiberi uetat, sic et Moyses, qui uobis uidetur nulli diuinorum pepercisse — non ob aliud suspicor, nisi quia solem et lunam uetuit adorari, ad quorum circuitum uos per omnes angulos uertitis, ut eos adoretis — solem et lunam uera laude laudauit, cum eos factos a deo et in caelesti ordine ad peragenda sua opera conlocatos, sicut est, ita narrauit: solem in potestatem diei, lunam in potestatem noctis. falsis autem uestris laudibus sol et luna non gaudent.

8 Rom. 1, 25 16 I Tim. 4, 4 23 cf. Deut. 17, 3 27 Gen. 1, 16; Ps. 135, 8 sq.

1 quod (*corr. ex* quos *m.* 2) *SML* quos *G* 3 ille *CS* uere *LC* 5 istę (*add. m.* 2) *L* 8 dampnat *C* 10 fantasmatis L^1 fantasmatibus *C* phantasmatibus *b* 11 nouerint *b* 13 fantasmati *LCSMG* 15 apostolus aperte *C* aperto *S* 23 circūitū *b* 24 angulas (*s. a superscr.* o *a m.* 1) *L* 27 potestate *(bis) SGb*

diabolus nouit falsa laude gaudere, praeuaricatrix creatura. potestates uero caelorum, quae peccato non lapsae sunt, artificem suum in se laudari uolunt: quarum illa uera laus est, qua creatori illarum non fit iniuria. fit autem, cum dicitur, quod partes eius sunt aut membra eius aut aliquid substantiae ipsius. ille enim perfectus et nullius indigens et nusquam defluens neque discissus neque per loca distentus apud se totus incommutabilis sibique sufficiens, se ipso beatus propter abundantiam bonitatis per uerbum suum dixit et facta sunt; mandauit, et creata sunt. proinde si terrestria corpora, de quibus loquebatur apostolus, cum cibum nullum inmundum diceret, bona sunt, quia omnis creatura dei bona est: quanto magis caelestia, in quibus excellunt sol et luna, cum ipse apostolus dicat: corpora caelestia et corpora terrestria; sed alia est caelestium gloria, alia terrestrium.

12. Non ergo conuiciatur Moyses soli et lunae, cum eos uetat adorari, sed eos laudat tamquam creaturam caelestem, deum autem laudat tamquam creatorem caelestium et terrestrium nec uult offendi deum, cum illi pro illo adorantur, qui propter illum et ex illo laudantur.

At quam sibi Faustus argute reprehendere uisus est, quod etiam maledictum uocat Moyses, qui solem adorauerit ac lunam. si ergo, inquit, sub gentili positus rege solem cogar adorare et, cum restitero maledictum hoc metuens, iubear crucifigi, in aliud eius incurram maledictum, quod aduersus eum deprompsit, qui pendet in ligno. uos quidem nullus rex gentilis cogit adorare solem,

9 Ps. 148, 5 14 I Cor. 15, 40

1 preuaricatrix *S* 2 potestas *S*¹*G* celorum *C* 4 creator *L*¹ non (*s. l. m. 2*) *S* 5 sint *b* aut *pr.*] autem *L*¹*M*¹ 6 ipsius] eius *S*, 7 discessus (e in i *corr. a m. 1*) *L* 8 suffitiens *C* 11 loquębatur *C* 12 sunt (*in ras; uid. corr. ex* fiunt) *S* 13 excaellunt *L* 15 (et 18) celestium *C* 16 ergo (r *s. l.*) *S* 17 celestem *C* 21 At *inc. c.* 12 in *b* at] ad *L*¹*S*¹*MG* reprehendere] sententiam respondere (sent. *s. l.* resp. *in ras.*) *M* rephendere *LC* 26 depromsit *L*¹

quod nec ipse sol cogeret, si in terra regnaret, quia nec nunc a uobis hoc uult fieri; sed sicut creator ipse inpios blasphematores suos usque ad iudicium sustinet, sic et ipsa caelestia tolerant uanos adoratores suos usque ad iudicium creatoris sui. tamen mementote christianum regem non posse cogere, ut sol adoretur. de gentili enim rege exemplum Faustus proposuit sciens profecto ad gentiles pertinere, quod facitis, cum solem adoratis. non est hoc ergo christianum; sed ubique iam perdix nomen Christi ponit, ut congreget, quae non peperit. uidete tamen, quam facile respondeat ueritas et sana doctrina quam facile disrumpat hunc uestrae quaestionis tamquam ineuitabilem et bicipitem laqueum. ecce faciamus aliquem armatum regia potestate comminari homini christiano, ut si solem adorare noluerit, suspendatur in ligno. si declinauero, inquis, maledictum, quod lex prompsit in solis adoratorem, incidam in illud, quod eadem lex prompsit in eum, qui pependerit in ligno. ita uero turbaberis; sed tu, immo nec tu, qui et nullo cogente adoras solem. at uero christianus aedificatus supra fundamentum apostolorum et prophetarum adtendit singulas causas et singula maledicta, uidet unum pertinere ad corpus mortale, quod ligno suspenditur, alterum ad animum, quo sol adoratur. etsi enim corpus inclinatur in adorando, animus tamen aut colit, quod adorat, aut fingit; utrumque autem perniciosum est. quapropter quoniam maledictum in utroque mors meruit, sicut mors corporis in ligno pendere, ita mors animi est solem adorare. eligendum est igitur maledictum in corporis morte, quo maledicto et ipsum corpus in resurrectione

9 cf. Hier. 17, 11 19 cf. Ephes. 2, 20

1 nec (c *s. l. a m.* 1) *L* nunc (c *s. l. a m.* 1) *C* 3 (et 4) iuditium) *C* 11 di*rumpat *L* dirumpat *b* quaestiones *L* 12 laqueum *C* 15 (et 16) promisit L^1 promsit *G* prom*sit *S* 17 turbaueris *G* turbaberis (be *corr.* ex ue) *S* turuaberis M^1 18 ad $L^1S^1M^1G$ super *C* 19 adtendit S^1 21 animṽ (v *ex* a *fact. uid.*) *L* animam *SPGb* a quo (a *init. lin. m. 2 add.*) *L* 23 ad*orat (d *cum.* o *coni. m. 2*) *L* 25 mors (s *s. l.*) *M* est in corporis *M*

liberabitur; deuitandum autem maledictum in animae morte, ne cum suo corpore in aeterno igne damnetur. hanc enim quaestion m nobis dominus soluit dicens: nolite timere eos, qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere; sed eum timete, qui habet potestatem et animam et corpus occidere in gehennam ignis, tamquam diceret: nolite timere maledictum corporalis mortis, quod temporaliter soluitur, sed timete maledictum spiritalis mortis, per quod anima in aeternum cum suo corpore cruciatur. ecce non est anicularis maledictio, sed prophetica praedictio: maledictus omnis, qui pendet in ligno. sic enim auferet Christus de maledicto maledictum, quomodo de morte mortem, de peccato peccatum. sic ergo non blasphemauit Moyses dicendo: maledictus omnis qui pendet in ligno, quomodo non blasphemauerunt apostoli docendo: mortuus est et: uetus homo noster confixus est cruci cum illo et: de peccato damnauit peccatum et: eum, qui non nouerat peccatum, peccatum pro nobis fecit et multa huiusmodi. uos autem cum horretis maledictum Christum, fatemini uos horrere mortem Christi. ubi adparet uestra non anicularis maledictio, sed diabolica simulatio, qui mortem corporis Christi animae uestrae morte non creditis. quam tamen mortem Christi non ueram, sed simulatam suadetis, quasi non audeatis per nomen christianum homines fallere, nisi ipsum Christum magistrum fallaciae faciatis.

13. Quod autem inuidus continentiae uel uirginitati Fausto uisus est. quia dixit: maledictus omnis, qui non susci-

3 Matth. 10, 28 15 II Cor. 5, 14 sq. 16 Rom. 6, 6 17 Rom. 8, 3 II Cor. 5, 21 27 Deut. 25, 7

1 animę (, *add. m. 2*) *L* mortem *LSG* morte (m *er.*) *M* 2 dampnetur *C* 4 occidere non possunt *SG* 5 et *ante* animam *om. S* 6 gehaennam *S* 8 spiritualis *C* 10 annicularis L^2 11 praedicatio *SG* pendet (e *ex* i *corr. m. 2*) *LSM* 12 maledictum *om. CSPG*, (in *marg. m. 2 add.*) *LM* 13 si *b* 16 cruci (*s. l.*) *S* 17 de peccato de peccato *SG*, (*alt.* de pecc. *exp.*) *M* dampnauit *C* et (e *in ras.*) *C* 19 orretis *S* M^1 22 $\overline{\text{xpi}}$ corporis mortē *b*

tauerit semen in Israhel, legant Esaiam clamantem: haec dicit dominus spadonibus omnibus: qui obseruauerint praecepta mea et elegerint, quae ego uolo, et custodierint testamentum meum, dabo illis in domo mea et in muro meo locum nominatum, meliorem filiorum et filiarum; nomen aeternum dabo illis et non deerit illis. aut si contrarium putant Esaiam Moysi, hic eis placeat, si ille displicet, non est parum aduersus istos. nobis enim sufficit scire unum deum locutum et per Moysen et per Esaiam, et maledictum esse omnem, qui non suscitauerit semen in Israhel, siue tunc, cum populo secundum carnem propagando etiam carnalis prolis operatio in coniugali castitate ad officium ciuicum pertinebat, siue nunc, ne quisquam spiritaliter natus putet sibi debere sufficere, nec instet domicis lucris, quibus quisque pro modulo suo praedicando Christum debet generare christianos. ita illa diuina sententia tempora utriusque testamenti mira breuitate complectitur: maledictus omnis, qui non suscitauerit semen in Israhel.

LIBER QUINTUS DECIMUS.

1. FAUSTUS dixit: Quare non accipitis testamentum uetus? quia et omne uas plenum superfusa non recipit, sed effundit et stomachus saturus reicit ingesta. proinde et Iudaei ex praeoccupatione Moyseos testamento uetere satiati respuerunt nouum, et nos ex Christi praeuentione nouo referti respuimus uetus. uos ideo utrumque accipitis, quia in neutro estis pleni,

1 Es. 56, 4 sq.

1 (et 7 et 10) isaiam *C* hec *C* 2 obseruauerinτ (i *ex* u *corr.*) *M* 3 eligerint *LS*^{1} eligerent *G* 6 nomen enim *S* nom. erat *G* 7 hic] hic (i *ex* e *corr. m.* 1) *C* his (*exp. m.* 1) *L* his *G*, (h *in ras.*) *S* is *b* 8 displiceat *S* 13 offitium *C* cibicum *L* ciuiū *b* 15 modolo *L*^{1} 16 gerare *L*^{1}*M*^{1}

21 *Cap.* XXX *LPSGM* 23 sthomacus *L* saturus (us *exp. m.* 2) *L* 24 ueteri *b* 25 praeuentione (*sequente lac. decem litt.*) *M*

sed semi alterumque ex altero in uobis non tam repletur quam corrumpitur, quia et sema uasa numquam de dissimili inplentur materia, sed de eadem ac sibi simili, ut uini uino et mellis melle et aceti aceto: quibus dissimilia et non sui generis superfundas, ut melli fel et aquam uino et aceto garos, non repletio uocabitur haec, sed adulterium. hoc ergo causa est, unde nos parum accipimus testamentum uetus. et quia ecclesia nostra, sponsa Christi, pauperior quidem ei nupta, sed diuiti, contenta sit bonis mariti sui, humilium amatorum dedignatur opes, sordent ei testamenti ueteris et eius auctoris munera famaeque suae custos diligentissima nisi sponsi sui non accipit litteras. uestra sane ecclesia usurpet testamentum uetus, quae ut lasciua uirgo inmemor pudoris alieni uiri et muneribus gaudet et litteris. amator denique ille uester et pudoris corruptor Hebraeorum deus diptychio lapideo suo aurum uobis promittit et argentum, uentris saturitatem et terram Chananaeorum. hi uos delectauerunt tam sordidi quaestus, ut libeat peccare post Christum, ut sitis ingrati tam inmensis dotibus eius. haec uos inliciunt, ut in Hebraeorum depereatis deo post nuptias Christi. discite ergo iam nunc etiam falli uos et decipi falsis promissionibus eius. pauper est, egenus est, ne ea quidem praestare potest, quae promittit; nam si suae propriae coniugi, dico autem synagogae, nihil horum praestat, quae pollicetur, et quidem morem gerenti sibi per omnia et seruienti summissius quam ancilla, uobis praestare quid poterit alienis ab se et mandatorum suorum

16 cf. Deut. 8, 7 sqq. 17 cf. Ex. 23, 23

2 corrumpitur (corr. *ex* con *m. 2*) *S* 4 *prim.* et *om. SG* dissimilia] si dissimilia *CM*, (si *s. l. a m.* 1) *M*, si *om.* L^1P^1SG 6 aduterium L^1 hoc] haec G^1 hec (e *corr. ex* o) *Mb* 8 ęcclesia *C* xp̄i] sit xpi *LCSG* 9 contenta (p *er.*) *C* armatorum *C* amatori *b* (*in mg.* al. amatorū) 10 opes (*s. l. m.* 2) *C* 11 cvstos (v *s.* o *scr. m.* 1) *L* 12 uestra sane eccl.] uestrasan eccl. PS^1G urās anecclesia L^1 15 (et 19) hebreorum *C* dyptichio *S* dypticeo LM^1G dipticeo *C* dipticio *b* 17 chananeorum *LCM* questus *C* 19 uobis (*exp. m.* 2) *L* uobis *SGM* 23 sinagogae *LC* 25 sūmissius *CL* summisius M^1

detrectantibus iugum superba ceruice? sed uos quidem pergite agere, ut coepistis, rudem pannum ueteri uestimento committite, nouum uinum ueternosis utribus credite, duobus maritis nulli placituri seruite, christianam denique fidem Hippocentaurum facite, nec equum perfectum nec hominem: nobis soli Christo seruire permittite, eius tantum inmortali dote contentis et imitantibus apostolum, qui dicit: sufficientia nostra ex deo est, qui nos idoneos probauit ministros noui testamenti. Hebraeorum dei et nostra admodum diuersa condicio est, quia nec ipse, quae promittit, inplere potest et nos ea fastidimus accipere. superbos nos aduersus blanditias eius Christi liberalitas fecit. ac ne incongrue me haec conparasse existimes, Paulus in nos hanc coniugalis disciplinae similitudinem prior contulit dicens: quae sub uiro est mulier uiuente, uiro alligata est lege uiri; si autem mortuus fuerit uir eius, soluta est a lege uiri. ergo uiuente uiro uocabitur, inquit, adultera, si iuncta fuerit alteri uiro; quodsi mortuus fuerit uir eius, non erit adultera alii coniuncta, per haec ostendens spiritu moechari eos, qui non ante repudiantes et in mortuis quodam modo ponentes legis auctorem tum demum se copulauerint Christo. quod dictum ad eos praecipue spectat, qui crediderint ex Iudaeis, uidelicet ut ipsi sint primae superstitionis obliti. nobis uero in hoc quid opus est uel praecepto, quibus ex gentilitate conuersis ad Christum Hebraeorum deus non mortuus debet uideri, sed nec natus? sane Iudaeo, si credat, Adoneus debet uideri defunctus, gentili uero idolum,

3 cf. Matth. 9, 16 sq. 7 II Cor. 3, 5 sq. 14 Rom. 7, 2 sq.

2 cẹpistis *C* uestimento] testamento C^1 3 meritis S^1G 4 ippocentaurum *LCSGM* 5 equum] eum S^1G ecum L^1M^1 7 qui (s *er.*) *S* quis *G* suffitientia *L* 8 probauit (*ex* prouabit *corr.*) *M* ministros (ni *ex* no) *L* 9 hebreorum *C* 12 christi *s. l. S* liberalitaṭis (*corr. m.* 1) *S* 13 cõpasse (*s. l. m.* 2) *C* 17 inquid L^1 adultera inquit *C* 18 alṭi (*in ras.*) *C* 19 alio *S* hoc *b* 20 spiritu *in C post* eos *leg.* mæchari *C* immortuis *SGM* 21 tum] cum *b* 22 precipue *C* 23 iudeis *C* superṣticionis *C* 26 nec natus] negatus *SG* iudeo *C* 27 idoneus *Cb* adoneus L^1

et unicuique quod est ueneratus ante cognitum Christum. nam si post idolatriae diuortia Hebraeorum quis deum et Christum pariter colat, nihil ille quidem detriti pudoris a femina discrepauit, quae post unius mariti obitum duobus nupserit.

2. AUGUSTINUS respondit: Audite haec, quorum corda possidet Christus, et uidete, si toleratis, nisi quia ipse est uestra patientia. Faustus nouo melle plenus respuit acetum uetus et Paulus aceto uetere plenus effudit dimidium, quo caperet infusum mel nouum, non seruandum, sed corrumpendum. uides enim, quod ait apostolus Paulus: seruus Christi Iesu, uocatus apostolus, segregatus in euangelium dei, ex melle nouo est; illud autem quod sequitur: quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, ex aceto uetere. quis hoc sustineret audire, nisi nos consolaretur idem dicens: oportet et haereses esse, ut probati manifesti fiant in uobis? sed quid opus est eadem iam superius satis dicta repetere? nam pannum nouum et uestimentum uetus et uinum nouum et utres ueteres non duo testamenta significare, sed duas uitas et spes duas, ad duo uero testamenta intellegenda illam datam esse a domino similitudinem: propterea scriba eruditus in regno dei similis est patrifamilias proferenti de thesauro suo noua et uetera, ex his, quae ante diximus, recordetur, qui potuerit, uel certe recenseat, qui uoluerit. duas enim spes si quis habendas putauerit, ut et propter felicitatem terrenam et propter regnum caelorum deo seruiat,

11 Rom. 1, 1 sqq. 17 I Cor. 11, 19 19 lib. VIII 23 Matth. 13, 52

2 dibortia M^1 3 ade triti *SG* 4 discrepabit L^1 marit L^1 5 nubserit L^1 6 *Cap.* XXXI *LSPMG* 7 ē (*s. l. m.* 2) *L* 8 pacientia *C* 11 dei christi *b* 16 audire substineret *C* 17 consularetur L^1 hereses *LC* 19 satis *om. SG* repetere satis dicta *C* 24 d&he•sauro (n *er.*) *M* 26 recordetur (cor *in ras.*) *L* qui (i *ex* o) *L* 28 deo seruiat] deseruiat *SG*

haec illam non capit, et cum haec aliqua tribulatione fuerit perturbata, deficiens homo amittet etiam illam. inde est et illud: nemo potest duobus dominis seruire, quod exposuit dicens: non potestis deo seruire et mammonae. uetus autem testamentum recte intellegentibus prophetia est noui testamenti. itaque et in illo primo populo sancti patriarchae et prophetae, qui intellegebant, quod agebant uel quod per eos agebatur, in nouo testamento habebant istam spem salutis aeternae; ad illud enim pertinebant, quod intellegebant et diligebant, quia etsi nondum reuelabatur, iam tamen figurabatur; ad uetus autem illi pertinebant, qui non illic amplius quam promissa temporalia cogitata concupiscebant, in quibus aeterna figurata et prophetata non intellegebant. sed haec iam satis superque prioribus responsionibus nostris dicta.

3. Illa uero est mirabilis inpudentia, cum Manichaeorum sacrilega et inmunda societas etiam castam sponsam Christi se iactare non dubitat: in quo aduersus sanctae ecclesiae uere casta membra quid proficit, nisi ut ueniat in mentem aduersus tales apostolica illa admonitio: aptaui uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo. timeo autem, ne sicut serpens Euam fefellit astutia sua, sic et uestrae mentes corrumpantur a castitate, quae est in Christo? quid enim agunt isti euangelizantes nobis praeter quod accepimus, nisi ut nos a castitate corrumpant, quam Christo seruamus, quando legem dei culpant nomine uetustatis et errorem suum laudant nomine nouitatis, quasi omnis uetustas fugienda sit aut omnis nouitas adpetenda, cum et man-

3 Matth. 6, 24 19 II Cor. 11, 2 sq.

2 pertubata *C* ammittet L^2 4 mãmonae *C* 5 intellegentibus L^1 6 patriarcae L^1M^1 7 (9, 13) intellegebant L^1 intellebant *S* 8 habebant] habent C^1SG habentes *b* habentistam *L* habentestam (*corr. ex* habent istam) *M* 9 pertinebat *b* 10 figubatur *C* 11 ue•tus (n *er.*) *L* 12 temporaria et cognitata *S* temporia cogitata G^1 14 dicta sunt *C* 15 miserabilis *S* 17 æcclesiae *C* 18 menbra *C* 19 ammonitio *LSM* 21 euam (*s. l. m.* 1) *L* 23 nobis (*s. l. m.* 2) *C* 24 accipimus P^1SMLG^2 castitate (ti *s. l. m.* 1) *L* 26 errorem] ẽrorẽ C^1 27 et *om. b*

datum uetus in laude ponat apostolus Iohannes et profanas uerborum nouitates euitari iubeat apostolus Paulus? te ergo, uera sponsa ueri Christi ecclesia catholica, adloquar et ego te pro modulo meo, qualiscumque filius et seruus tuus positus in te dispensare cibaria conseruis meis: caue semper, ut caues, Manichaeorum inpiam uanitatem iam tuorum periculo expertam et liberatione conuictam. ille me quondam de gremio tuo error excusserat; expertus fugi, quod experiri non debui. sed tibi profecerint etiam pericula mea, cui nunc seruit liberatio mea, quia nisi mihi uerus et uerax sponsus tuus, de cuius latere facta es, in uero sanguine suo remissionem peccatorum posuisset, absorbuisset me uorago fallaciae et terram factum serpens inreparabiliter deuorasset. noli decipi nomine ueritatis; hanc sola tu habes, et in lacte tuo et in pane tuo; in hac autem tantum nomen eius est, ipsa non est. et in tuis quidem grandibus secura es; sed appello in te paruulos tuos, fratres, filios, dominos meos, quos uel tamquam oua sollicitis alis foues uel tamquam infantes lacte nutris, sine corruptione fecunda uirgo mater. hos in te appello teneros fetus tuos, ne garrula curiositate seducantur abs te, sed potius anathement, si quis eis euangelizauerit praeter id, quod acceperunt in te, nec relinquant uerum ueracemque Christum, in quo sunt omnes thesauri sapientiae et scientiae absconditi, et magnam multitudinem dulcedinis eius, quam abscondit metuen-

1 cf. Ioh. 2, 7 2 cf. I Tim. 6, 20 22 cf. Gal. 1, 9 23 cf Col. 2, 3

1 iohannes (e *corr. ex* i) *M* 2 Paulus *om. b* 3 uiri L^1 æcclesia *C* alloquor *C* te (te *exp. et superscr. m.* 1 enim) *L* 5 conseruis (con s. *l.*) *C* 6 manicheorum (h *s. l.*) *C* pericula *CSGMP*^{1} periculo (o *s.* a *scr. m.* 1) *L* 7 liberationem *M*, (m *exp. m.* 1) *L* conuincam *M*, (*corr. a m.* 1) *L* 9 proficerint L^1M 10 michi *C* de cuius] detius (?) *C* 12 obsoruuisset L^1 fallatiae *C* fallacie *L* 13 decipi (pi *s. l. a m.* 1) *L* 14 in *ante* hac *s. l. a m. rec. C om. Lb* 16 grandibus (n *s. l.*) *C* es sed *om. SG* apępello (ap *s. l.*) *L* in te] inter *b* 17 filius *SG* 19 fetvs (v *sup.* o *a m.* 1) *LM* fętus *CS* 22 relinquant (*pr.* n *s. l.*) *L*

tibus se, perfecit autem sperantibus in se. ibi uero quomodo possunt esse uerba ueracis in praedicatore Christi fallacis? contemne insultationes eorum, quia bene tibi es conscia promissionem uitae aeternae te adamasse in muneribus sponsi tui, id est ipsum sponsum tuum, quia ipse est uita aeterna.

4. Non autem, sicut illi desipiunt, ad alienum deum seducta es, promittentem saturitatem uentris et terram Chananaeorum. intellegis quippe in ipsis etiam promissionibus te iam tunc figuratam et prophetatam praescientiam parturisse sanctorum. nec lapideo diptychio miserabili dicacitate reprehenso mouearis, quia non habes lapideum cor, quod illae tabulae in populo priore significabant. es enim epistula apostolorum scripta non atramento, sed spiritu dei uiui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. ad quae uerba illi uani gaudent putantes apostolum reprehendisse dispensationem illi tempori congruam ueteris testamenti, non intellegentes hoc eum ex propheta dixisse. haec enim uerba, quae inperite amplectuntur, longe antequam per apostolos dicerentur et inplerentur, a prophetis, quos respuunt, praenuntiata sunt. propheta enim dixerat: auferam eis cor lapideum et dabo eis cor carneum. uideant, si non hoc est: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. nam neque ibi quod dictum est cor carneum, neque hic tabulae carnales hoc uolunt, ut carnaliter sapiamus, sed quia in conparatione lapidis, qui sine sensu est, caro

1 cf. Ps. 30, 20 12 II Cor. 3, 2 sq. 20 Ez. 11, 19

1 *alt.* se (e *in ras.*) *L* 2 ueracis (e *in* i *corr.*) *L* $\overline{\text{xpi}}$ (i *in ras.*) *C* 3 bene es tibi conscientia *C* bona tibi conscientia *S* bene tibi conscientia G^1 4 numeribus *L* 5 ēst (st *superscr. m.* 2) *L* sponsum (*s. l. m.* 1) *LMP*,^{3} *om. S* 6 decipiunt L^1 7 chananeorum *LCSG* 10 nec] ne *S* neç *G* dypticeo *CP* dypticio *LSGM* dipticio *b* reprehensa SG^2 repræhenso L^2 12 es] est *PSG*, es (t *er.*) *LM* apostolorum] nrā *S* epistolarum (e *init. ex* a *m.* 2) *G* nostra *M* 15 repræhendisse L^2 17 eum (*s. l.*) *C* 18 quae (*s. l.*) *M* imperitiae L^1 *inter* opostolos *et* dicerentur *ras. decem fere litt. C* 19 implerentur (n *s. l. a m.* 1) *L* a (*s. l. a m.* 1) *LM*, *om.* P^1SG 23 cor *om. LCSMG*

sentit, per lapidis insensualitatem significatum est cor non intellegens et per carnis sensualitatem significatum est cor intellegens. tu potius istos inride, qui dicunt et terram et ligna et lapides habere sensum et intellegentiore uita uiuere, carnes autem stolidiore et obtunsiore. unde non a ueritate, sed a sua uanitate coguntur fateri mundius esse legem conscriptam in tabulis lapideis quam suum thesaurum in pellibus morticinis. an forte quia in fabella sua etiam lapides dicunt ossa esse principum, non eis dubitant coria praeponere agnorum? nempe ergo illa testamenti arca mundius tegebat lapideas tabulas quam caprina pellis codicem istorum. haec tu misericorditer inride, ut eis inridenda et fugienda commendes; nam in illo diptychio lapideo, iam tu non corde lapideo intellegis, quid duro illi populo congruebat? et in eo tamen agnoscis petram, ipsum sponsum tuum, illum, quem Petrus loquitur: lapidem uiuum ab hominibus reprobatum, a deo autem electum et honorificatum. illis ergo erat lapis offensionis et petra scandali; tibi autem lapis, quem reprobauerunt aedificantes, factus est in capite anguli. quod totum idem Petrus apostolus explicat et totum a prophetis, a quibus isti damnati alienantur, praedictum esse commemorat. lege sane etiam illud diptychium; ne timeas, plane sponsi tui est. aliis lapis ille significauit duram stoliditatem, tibi autem firmam stabilitatem. digito dei scriptae sunt tabulae illae; digito dei sponsus tuus eiecit daemonia; digito dei expelle tu doctrinas daemoniorum mendaciloquorum cauteriantium conscientiam. ex hoc diptychio repellis adulterum,

16 I Pet. 2, 4 sqq. 25 cf. Ex. 31, 18; cf. Luc. 11, 20 26 I Tim. 4, 2

2 (et 3) intellegens L^1 4 intellegentiore L^1 5 obtu*siore (n *er.*) *C* ueritate* (*ras. un. litt.*) *C* 9 esse ossa *SMG* 10 archa *S* 11 ///istorum (*in ras.*) *C* 13 dypticio *LS* dipticeo *C* intellegis L^1 17 ergo] autem *LSMG* 19 caput *b* 21 alienantur (i *s. l.*) *L* 22 etiam (*s. l.*) *C* dypticeum *C* dypticium *L* 24 digito enim *b* 25 eicit *SG* demonia *C* 26 demoniorum *C* cauteriatam habentium SG^2L^2 cauterientium G^1 27 dipticio L^1 dyptycio *M* dypticio SL^2 dipticeo *C*

qui se paracletum dicit, ut sancto nomine te seducat. quinquagesimo enim die post pascha datae sunt illae tabulae; et quinquagesimo die post passionem sponsi tui, quam pascha illud praefigurabat, datus est digitus dei, spiritus sanctus promissus paracletus. noli ergo formidare diptychium, quo tibi scripta olim, quae nunc agnosceres, mittebantur; tantum noli esse sub lege, ne illam timore non inpleas, sed sub gratia, ut sit in te plenitudo legis caritas. non enim aliud diptychium recensebat sponsi tui amicus, cum diceret: nam non adulterabis, non homicidium facies, non concupisces et si quod est aliud mandatum, in hoc sermone recapitulatur: diliges proximum tuum tamquam te ipsum. dilectio proximi malum non operatur. plenitudo autem legis est caritas. ibi enim sunt duo illa praecepta, dilectionis dei et dilectionis proximi, singulis tabulis explicata. hoc ergo diptychium ille praemisit, qui tibi haec duo praecepta ueniens commendauit, in quibus tota lex pendet et prophetae. in primo praecepto est castitas nuptiarum tuarum, in secundo unitas membrorum tuorum: illo amplecteris diuinitatem, isto congregas societatem. quae duo praecepta ipsa sunt decem: tria pertinent ad deum et septem ad proximum. o pudicum diptychium, in quo uetere figura ille dilector et dilectus tuus praenuntiabat tibi canticum nouum, in decachordo psalterio tamquam pro te etiam neruos suos extensurus in ligno, ut de peccato damnaret peccatum in carne et iustitia legis inpleretur in te. o diptychium coniugale, quod non sine causa odit adultera!

2 cf. Ex. 20 5 cf. Act. 2, 1 sqq. 9 Rom. 13, 9 sq. 18 cf. Matth. 22, 37 sqq. 24 cf. Ps. 91, 4 26 cf. Rom. 8, 3 sq.

1 paracl&um L^1M^1 paraclitum *GSC* 3 quam] quod *b* 5 paraclitus *CS* paracl&us L^1 dypticium *L* dipticeū *C* dyptyciū *M* 11 sermone] uerbo C^1 14 autem] ergo *S* enim S^2G est *om. LP* 15 diletionis *L* 18 tuarum nuptiarum *C* 22 (et 26) dypticium *LSG* typticeū *C* ueteris figurę *b* 23 praenuntiauat M^1 prẹnuntiauit *b* 24 decacordo *LCSG* decachordo (h *s. l.*) *M* 25 de *om. L* peccatum damnaret *SGM* 26 implere*tur (n *eras.*) *C*

5. Iam enim mihi ad te est sermo, Manichaea congregatio fallax, et fallaciis inuoluta. itane multinuba tot elementis uel potius meretrix prostituta daemoniis et sacrilegis uanitatibus inpraegnata audes matrimonium catholicum domini tui crimine inpudicitiae lacerare? ostende nobis moechos tuos, splenditenentem ponderatorem et Atlantem laturarium. illum enim dicis capita elementorum tenere mundumque suspendere; istum autem genu fixo scapulis ualidis subbaiulare tantam molem, utique ne ille deficiat. ubi sunt isti? qui si uere essent, quando ad te uenirent occupati tanto negotio? quando ad te intrarent, ut blanda manu tua et otioso pane delicata post tantum laborem alteri digitos, alteri humeros confricares? sed fallunt te mala daemonia, quae tecum scortantur, ut concipias mendacia et parias phantasmata. cur ergo non respuas diptychium ueri dei, tuis membranis inimicum, quibus tot falsos deos adamasti mente uagabunda per figmenta cogitationum tuarum, quibus omnia poetica mendacia grauiora et honestiora reperientur, uel hoc certe, quod apud poetas neminem decipit, ipsa professio falsitatis, in libris autem tuis tanta fallaciarum turba pueriles et in senibus animas nomine ueritatis inlectas miserabilibus corrumpit erroribus, cum prurientes auribus, sicut apostolus dicit, et a ueritate auditum suum auertentes ad fabulas conuertuntur? quomodo ergo sanam

23 cf. II Tim. 4, 4

1 michi *C* manichea *LSG* 2 fallacibus *S*, (bu *s. l.*) *G* 3 pocius *C* demoniis *C* 4 impregnata *SG* matrimonium (*s. l. m. 2*) *C* 5 impudiciciae *C* mechos *C* splendidetenentem *Gb* splendidetenentem S^2P splendi//tenentem (de *er.*) *LM* 6 athlantem *LCSGM* laterarium (e *corr. ex* u) *M* 7 capite L^1 caput//elemtorum (ut *in ras.*) *M* 8 flexo *b* subaiulare C^1 tantum S^1G 10 negocio *C* 11 adtrarent S^1G attraherent S^2 ociosa plane *C* 12 humoros (*s. pr.* o *a m.* 1 e) *L* 13 male demonia *C* 14 mendatia L^1 paries *b* quur *L* 15 dypticium *L* dypticeū *C* 16 tuarum cogitationum *C* 17 mendatia *C* 18 honesteriora *SG* honestiora (h *s. l.*) *M* honestiora (i *in ras.*) *C* repperientur L^1PSGMb 20 inseniles (les *add. m.* 2) *L* 23 auertens S^1 conuertentur L^1Mb **ergo (il *er.*) *C*

doctrinam ferres illarum tabularum, ubi primum praeceptum est: audi, Israhel, dominus deus tuus deus unus est, cum tota deorum nominibus delectata turpissimi cordis fornicatione uoluteris? annon recordaris amatorium canticum tuum, ubi describis maximum regnantem regem, sceptrigerum perennem, floreis coronis cinctum et facie rutilantem? quem si solum talem amares, erubescendum tibi esset; nam etiam uir unus floreis coronis cinctus pudicae coniugi displiceret. neque enim potes dicere hoc aliqua mystica significatione ita dictum uel ita demonstratum, cum tibi praecipue laudari Manichaeus non ob aliud soleat, nisi quod remotis figurarum integumentis ipse tibi ueritatem nudam et propriam loqueretur. proprie igitur cantas deum regem sceptrigerum, floribus coronatum. ponat saltem sceptrum, quando coronis floreis cingitur; non decet regiae uirgae seueritatem illa luxuriae mollitudo. huc accedit, quia non a te solus adamatus est; sequeris enim cantando et adiungis duodecim saecula floribus conuestita et canoribus plena et in faciem patris flores suos iactantia. ubi et ipsos duodecim magnos quosdam deos profiteris, ternos per quattuor tractus, quibus ille unus circumcingitur. quem quomodo inmensum faciatis, quem sic circumdatum dicitis, numquam inuenire potuistis. adiungis etiam innumerabiles regnicolas et deorum agmina et angelorum cohortes: quae omnia non condidisse dicis deum, sed de sua substantia genuisse.

6. Ita conuinceris innumerabiles deos colere, non ferendo sanam doctrinam, qua docetur unus de uno deo natus filius et utriusque spiritus sanctus. quos tamen non solum innume-

2 Deut. 6, 4

1 tabularum (ta *ex* tri *m. 1*) *C* 3 nominibus (*a m. 1 s.* o *add.* v) *L* 4 canticū• (m *er.*) *C* 5 regnantum *Cb* perhennem *C* 6 faciae *GS*^{1} 9 potest *SG* potes (τ *er.*) *LM* mistica *C* 10 //ł (ue *er.*) *C* praecipuę *L* 11 integimentis *Cb* 12 propriąe *L*^{2} 14 saltim *LSG* 15 illam *SG* illa (m *er.*) *M* luxoriae *LPM*^{1} 16 sol' (' *in ras.*) *C* es *b* 17 secła *C* secla *L* 21 sic (c *s. l. a m.* 1) *L*

rabiles, sed nec tres deos fas est dicere: quorum est non solum una eademque substantia sed etiam una eademque operatio per ipsam propriam unam eandemque substantiam, per creaturam uero corporalem etiam demonstratio singulorum. haec tu non intellegis, non capis: noui, plena es, inebriata es, ingurgitata es fabuloso sacrilegio. digeras aliquando quod exhalas, et te iam obruere talibus desinas; interim canta, quod cantas, et inspice, si potes, dedecus fornicationis tuae. inuitauit enim te doctrina daemoniorum mendaciloquorum ad fictas domos angelorum, ubi flat aura salubris, et ad campos, ubi scatent aromata, cuius arbores et montes, maria et flumina, dulce nectar fluunt per cuncta saecula. et credidisti et finxisti haec in corde tuo, ubi uanis recordationibus luxuriata et dissoluta iacteris. cùm enim quaedam talia dicuntur de ineffabili adfluentia spiritalium deliciarum, utique in aenigmate dicuntur, ita ut nouerit animus, qui talibus exercetur, esse aliud, quod ibi quaerendum et intellegendum sit, siue corporeis sensibus in ueritate corporali tale quid demonstretur, sicut ignis in rubo et de uirga serpens, de serpente uirga et tunica domini a persecutoribus non diuisa et obsequio mulieris unctio pedum aut capitis eius et frondes multitudinis praecedentis et consequentis asellum eius: siue in spiritu per imagines corporum uel in somnio uel in extasi figurate ostendantur, sicut Iacob scalae et Danihéli lapis praecisus sine manibus et auctus in montem et Petro ille discus et Iohanni tam multa: siue sola locutione ad eundem modum figurentur, sicut cantica canti-

19 cf. Ex. 3, 2 cf. Ex. 4, 2 sqq. 20 cf. Ioh. 19, 24 21 cf. Matth. 26, 7; Ioh. 12, 3 22 cf. Matth. 21, 7 sqq. 23 cf. Gen. 28, 12 24 cf. Dan. 2, 34 sq. 25 cf. Act. 10, 11; Apoc. 1 26 cf. Cant. 1

5 intellegis L^1 6 faboloso C^1 exalas *LCS*^{1}*GM* 8 déducas *S* deducas *G* 9 demoniorum *C* mendaciloquorum (ci *s. l.*) *C* 12 cuncta (*sec.* c *s. l.*) *C* 13 luxoriata L^1 15 effluentia *C* afluentia L^1 enigmate *LCG* enigmatæ *S* 16 aliud] aliquid *C* 17 querendum *CG* intellegendū (ū *a m.* 1 *s.* o *add.*) *L* 19 et de serp. *C* 20 obsequium *LSGPMb* 21 frondis *L* 23 somno *b* figuratæ L^2 4 scalæ L^2 25 iohanni// *C*

corum et quod in euangelio fecit pater familias nuptias filio suo et homo quidam duos filios habuit, frugi et luxuriosum, et homo quidam nouellauit uineam et locauit agricolis. tu uero praecipue Manichaeum ob hoc praedicas, quod non ad talia dicenda, sed potius ad soluenda ultimus uenerit, ut et figuris antiquorum apertis et suis narrationibus ac disputationibus euidenti luce prolatis nullo se occultaret aenigmate. addis eam praesumptionis huius causam, quod uidelicet antiqui, ut figuras huiusmodi uel uiderent uel agerent uel dicerent, sciebant istum postea uenturum, per quem cuncta manifestarentur, iste autem, qui sciret post se nemmem adfuturum, sententias suas nullis allegoricis ambagibus texeret. quid ergo facit adfectus tuus desideriis carnalibus sordidus in campis et montibus nemorosis et coronis floreis et scatentibus aromatis? si non sunt aenigmata rationis, phantasmata sunt cogitationis aut uecordia furoris; si uero aenigmata esse dicuntur, cur non fugis adulterum apertam ueritatem, ut inliciat, promittentem et fabulosa fallacia, quos inlexerit, inludentem? nonne ministri eius et ipsi miseri talibus uanitatibus uenenati in hamo suo solent hanc escam de Paulo apostolo ponere, ubi ait: ex parte enim scimus et ex parte prophetamus; cum autem uenerit quod perfectum est, quod ex parte est, auferetur et: uidemus nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem? ut scilicet apostolus Paulus ex parte scierit, et ex parte prophetauerit, per

1 cf. Matth. 22, 2 et 14 2 cf. Luc. 15, 11 sqq. 3 cf. Matth. 21, 33 21 I Cor. 13, 9 sqq.

1 quod] cum *CSMG* in (*s. l.*) *SM, om. G* nubtias *P* nupt. fec. pat. fam. *SGM* 2 habuit duos filios *SG* luxoriosum L^1M^1 4 praecipuae *L* manicheum *CSG* 5 pocius *C* & ut *S* 7 enigmate *LCSG* 13 affectus (*pr.* f *s. l. a m.* 1) *L* 14 aromatibus $L^2P^3M^2b$ 15 enigmata *LCSG* 16 cogitationis (cogi *s. l.* t *pr. ex* r *corr.*) *C* 17 adulteru *C* ad apertam *b* illiceat C^1 18 pmittentē (*in ras.*) *C* fabōlosa *C* quos] quod *b*; *post* quos *ras. quinque litt. C* illędentē *C* 20 amo $L^1S^1M^1G$ ęscam *C* ubi ponere *C* 22 quod ex parte (*in ras.*) *C* 23 aufertur *Lb* 24 enigmate *L* 25 paulus apost. *C* et *om. SG*

speculum et in aenigmate uidens, quod totum auferendum est ueniente Manichaeo et adferente quod perfectum est, ubi facie ad faciem ueritas uideatur. o lasciua, inmunda, sine fronte adhuc ista garris, adhuc pascis uentos, adhuc amplecteris idola cordis tui! itane tu facie ad faciem uidisti regnantem regem sceptrigerum floreis coronis cinctum et deorum agmina et splenditenentem magnum, sex uultus et ora ferentem micantemque lumine, et alterum regem honoris angelorum exercitibus circumdatum; et alterum adamantem heroam belligerum dextra hastam tenentem et sinistra clipeum; et alterum gloriosum regem tres rotas inpellentem, ignis, aquae et uenti; et maximum Atlantem mundum ferentem humeris, et eum genu flexo brachiis utrimque secus fulcientem? haec et alia mille portenta tu facie ad faciem uidisti, an haec tibi doctrina daemoniorum mendaciloquorum per ora deceptorum cantat et nescis? uae tibi, infelix! ecce, quibus phantasmatis constupraris, ecce, quas uanitates pro ueritate lambis et serpentinis poculis ebria de diptychio lapideo audes insultare matronali uerecundiae coniugis unici filii dei, quia illa iam non sub paedagogio legis, sed sub magisterio gratiae nec superba operibus nec fracta terroribus uiuit ex fide et spe et caritate, facta Israhel, in quo dolus non est, et audiens, quod ibi scriptum est: dominus deus tuus, deus unus est: quod tu non audiens in tam multos fictos deos fornicationem tuam diffudisti.

7. Quomodo non sint tibi inimicae illae tabulae, in quibus secundum praeceptum est: non accipies in uanum nomen

22 cf. Ioh. 1, 45 23 Deut. 6, 4 26 Ex. 20, 7

1 enigmatae *L* enigmate *C* 2 ēē (*corr. m.* 2 *ex* ē) *C* afferente (*pr.* f. *in ras.*) *L* auferente S^1G^1Mb 7 splendidetenentem *b* 10 astam *SG* ast*ã (*corr. ex* astra) P^3 11 implentem *b* 12 athlantem *LCSG* 13 fixo *C* utrisque *L* utrinque *C* aliam‖ille *L* 15 demoniorum *C* 16 ue *C* phantasmatis L^1M^1 phantasmatibus *b* 17 serpentini poculi *b* 18 dipticeo *C* dypticio *LSG* 19 pedagogio *LCSG* pędagogo *b* 21 nec] et *C* 23 non tu audiens *G* audiens non tu *S* 24 deos fictos *C* diffundisti L^2

domini dei tui, quandoquidem tu etiam ipsum Christum, qui propter carnales a carnali uanitate mundandos etiam carneis oculis uerus in ueritate carnis exortus est, in fallaciae uanitate posuisti? quomodo tibi non sit aduersum tertium praeceptum de sabbati requie, quae tot figmentorum inlusionibus inquieta anima uentilaris? haec tria praecepta quomodo pertineant ad dilectionem dei, quando capies, quando sapies, quando amabis? inmoderata es et foeda et contentiosa: tumuisti, euanuisti, uiluisti, excessisti modum tuum, turpasti decorem tuum, turbasti ordinem tuum. talis apud te fui, noui te. quo pacto ergo te nunc doceam haec tria praecepta ad dilectionem dei pertinere, ex quo et per quem et in quo sunt omnia? unde hoc intellegis, quando nec illa septem, quae ad dilectionem proximi pertinent, qua humanae uitae societas continetur, erroris tui detestanda peruersitate nosse atque obseruare permitteris? in quibus mandatum primum est: honora patrem tuum et matrem tuam, quod et Paulus commemorat mandatum primum in repromissione eadem atque itidem etiam ipse praecipiens. tu autem doctrina daemonica didicisti inimicos deputare parentes tuos, quod te per concubitum in carne ligauerint et hoc modo utique deo tuo inmundas conpedes inposuerint. hinc etiam consequens praeceptum, quod est: non moechaberis, ita uiolatis, ut hoc maxime in coniugio detestemini, quod filii procreantur, ac sic auditores uestros, dum cauent, ne feminae, quibus miscentur, concipiant, etiam uxorum adulteros faciatis. ducunt enim eas ex lege matrimonii tabulis proclamantibus liberorum procreandorum causa, et

12 cf. Rom. 11, 30 19 cf. Ex. 20, 12; Ephes. 6, 2

3 carnalis *L* carnalis *Cb* fallatiae *C* fallacie *L* 4 tercium *C* 8 fęda *G* feda *CS*^{1} tumuisti *C* 9 turbasti (*s.* b *a m. 1 add.* p) *L* 18 repmissionem *L* promissione *P* pmissionem *SMG* 19 daemoniaca (a *med. m. 2 superscr.*) *L* doemonica *SG*^{2} demoniaca *Cb* 22 hinc etiam considerandum est quod sequens praeceptum *sqq.* *L* considerandum est *in marg. add. SG, uncis incl. C* est (~*supra* e *er.* *et* st *adscr. m. 2*) *L* 23 mechaberis *C* moechaberis (o *s. l. a m. 1*) *L* 27 proclamantibus (l *s. l.*) *C*

uestra lege metuentes, ne particulam dei sui sordibus carnis adficiant, ad explendam tantum libidinem feminis inpudica coniunctione miscentur; filios autem inuiti suscipiunt, propter quod solum coniugia copulanda sunt. quomodo ergo non prohibes nubere, quod de te tanto ante praedixit apostolus, quando id conaris auferre de nuptiis, unde sunt nuptiae? quo ablato mariti erunt turpiter amatores, meretrices uxores, thalami fornices, soceri lenones. ac per hoc etiam illud praeceptum, quod est: non occides, ex eiusdem erroris peruersitate non seruas. dum enim times, ne dei tui membrum ligetur in carne, non das esurienti panem, hic formidans homicidium falsum, illic perpetras uerum. itaque si incurras in eum famelicum, qui mori possit, nisi cibum porrigendo subuenias? iam tu homicida teneberis aut lege dei, si non dederis, aut lege Manichaei, si dederis. quid? cetera decalogi praecepta quomodo seruabis? an a furto abstineas, ut nescio quis panem seu quamlibet escam in suis uisceribus trucidandam deuoret potius quam tu, si possis, ei subripias atque ad officinam uentris electorum tuorum curras, ut furto tuo deus tuus nec in grauius incidat uinculum, et quo inciderat eruatur? porro si in eodem furto conprehendaris, nonne per ipsum deum tuum non te abstulisse iurabis? quid enim tibi facturus est talis deus, cui dicis: falsum iuraui per te, sed pro te, nisi uelles, ut exitium tibi inferrem, dum honorem deferrem? ita et illud mandatum legis: ne falsum testimonium dicas propter membra dei tui sic contemnis, ut ea non solum testi-

5 cf. I Tim. 4, 3

2 affigant *C* *ante* ad *leg.* sed *in LSMGb* ad] ad (*s. l.*) *SG*, *om. LM* 4 ergo] aut C^1 5 te *om. b* 7 talami L^1 9 est (∼ *super* e *er. et* st *add. m.* 2) *L* 10 dum—men (membrum) *in ras. C* carnem *L* 12 perpetrans (n *s. l. add. m.* 2) *LM* illū C^1 familicum *S* 14 tene ris *S* tenueris *G* teneueris M^1 16 a (*s. l. m.* 2) *S* 17 quodlibet GS^1 19 curras *pr.* r *s. l. C* furtu *SG* deus tuus *s. l. C* nec *LCG* ne *M* neç *S* 20 quo *C* quod *LSMGb* 21 non *LSGMb* 25 illum L^1G illud (∼ *supra* u *exp. et* d *add. m.* 2) *S*, (d *ex* t) *M* 26 sic (c *s. l.*) *C*

monio, sed et iuramento falso de conpedibus liberes. iam uero quod sequitur: non concupisces uxorem proximi tui debet apud te inpleri, et hoc unum uideo, quod nulla tui erroris necessitate uiolare cogaris. sed si nefas est coniugem concupiscere alienam, considera, quid sit concupiscendum se proponere alienis, et recordare deos tuos formosos et deas formosas praebentes se ut ardenter concupiscantur, illi a feminis principibus tenebrarum et illae a masculis: quibus excitatis in fruendam libidinem et in suos amplexus inhianter aestuantibus eruant ab eis illum deum tuum ubique conpeditum et tanta suorum turpitudine, ut solui ualeat, indigentem. nam rem proximi non concupiscere, quod est ultimum decalogi mandatum, unde potes, misera? nonne tibi deus ipse tuus in terra aliena se fabricare mentitur saecula noua, ubi post falsam uictoriam falso triumpho tumescas? quod cum modo insana uanitate desideras et eandem terram gentis tenebrarum summa uicinitate substantiae tuae coniungi credis, utique rem proximi concupiscis. merito tibi est inimicum diptychium continens tam bona mandata multum errori tuo contraria. nam illa tria, quae ad dilectionem dei pertinent, omnino ignoras, omnino non seruas; haec autem septem, quibus societas humana non laeditur, si quando custodis, aut pudore reprimeris, ne inter homines confundaris, aut timore frangeris, ne publicis legibus puniaris, aut malum factum

2 Ex. 20, 13 sqq.

4 necessętate (i *superscr. m.* 1 e *exp. m.* 2) *L* 6 tuos deos *C* formonsos L^2 7 formonsas L^2 praeuenit ēē *L* ardentes *GSMb* 8 femininis (*pr.* ni *s. l.*) *C* 9 excaecatis *L* excętatis *SG* excecatis *M* fruendi *SMG* inhianter (e *s.* u *a m.* 1) *L*, (h *s. l.*) *M* hinianter (e *corr m.* 3 *ex* u) *P* hinnianter (e *s.* u *superscr.*) *S* 10 eruant] seruant *b* 11 turpitudinem (*exp. m.* 2) *L* 13 potest *SM* potest *G* misera] misera (ser *in ras.*) *L* considera (sidera *in ras.*) *M* tibi] ubi *CSGML*^{1} 15 com C^1L^1 17 coniungi (sec. n *s. l.*) *L* 18 concupiscas *C* 19 dypticium *LSG* dypticeum *C* 22 leditur CL^1 lędituŕ (, *add. m.* 2) *L* 24 frangaris L^1M^1 frangaris *S* frangæris *G* malū (*m.* 1 *s. l. sup.* bonū) *C*

bona aliqua consuetudine horrescis, aut ipsa naturali lege, quam iniuste alteri facias, quod tibi ab altero fieri non uis, aduertis: error tamen tuus quam te in contrarium ire compellat et, dum sequeris, et, dum non sequeris, sentis, cum uel hoc facis, quod pati non uis uel ideo non facis, quia pati non uis.

8. At ista uera sponsa Christi, cui de diptychio lapideo fronte inpudentissima insultas, intellegit, quid distet inter litteram et spiritum, quae duo dicuntur alio modo, lex et gratia, et non iam in uetustate litterae, sed in nouitate spiritus deo seruiens non est iam sub lege, sed sub gratia. neque enim litigiosa caecatur, sed mitis intendit uerbis apostoli, ut intellegat, quid appellet legem, sub qua nos iam non uult esse, quia transgressionis gratia posita est, donec ueniret semen, cui promissum est, et quia ideo subintrauit, ut abundaret delictum; ubi autem abundauit delictum, superabundauit gratia. nec ideo tamen eandem legem peccatum uocat, quia sine gratia non uiuificat; auget enim potius reatum praeuaricatione addita: ubi enim lex non est, nec praeuaricatio. et ideo per se ipsam, cum sola littera est sine spiritu, id est lex sine gratia, tantummodo reos facit; sed proponit sibi, quod putare minus intellegentes possent, et aperit, quid dicat, cum ait: quid ergo dicemus? lex peccatum est? absit. sed peccatum non

9 cf. II Cor. 3, 6 11 cf. Rom. 7, 6 14 Gal. 3, 19 16 Rom. 5, 20 19 Rom. 4, 15 23 Rom. 7, 7 sqq.

1 consuedine *Cb* 2 non (n *fin. s. l.*) *C* 3 compellat (a *ex* e *m.* 2 *corr.*) *C* 5 quod] quia (a *s. l.*) *M* uel—uis *om. SG* qui L^1 7 de *om. b* dyticio M^1 dypticeo *LC* 8 impudentissima L^2 (m *ex* n *m.* 2 *fec.* et i *ante pos.*) intellegit L^1 9 qui *b* 11 seruientes L^1S^1G seruiens/// (s *ex* τ *corr. et* es *eras.*) *M* 13 intellegat L^1 14 quia (a *s. l.*) *C* posita est gratia *C* 18 *uiuificat (u *er.*) *C* avget (v *s. l.*) *L* 19 prȩuaricationem (*exp. m.* 2) *LSG*, m *er. M* 20 ipsa CL^1b 21 ĕsт (sт *s. l. add. m.* 2) *L* 22 intellegentes L^1 23 apperit *S* apperit *G* 24 dicimus $LS^2G^2M^1b$ *peccatum (pe *ras.*) *C* ĕsт (sт *s. l. add. m.* 2) *L*

cognoui nisi per legem. nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: non concupisces. occasione itaque accepta peccatum per mandatum fefellit me et per illud occidit. itaque lex quidem sancta et mandatum sanctum et iustum et bonum. quod ergo bonum est, factum est mihi mors? absit. sed peccatum, ut adpareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem. haec ista, cui tu insultas, intellegit, quia gemens petit, quia humilis quaerit, quia mitis pulsat; et sic uidet non reprehendi legem, cum dicitur: littera occidit, spiritus autem uiuificat, sicut non reprehenditur scientia, cum dicitur: scientia inflat, caritas uero aedificat. nam utique ipse dixerat: scimus, quia omnes scientiam habemus, et tunc adiungit: scientia inflat, caritas uero aedificat. utquid ergo habebat ipse, quo inflaretur, nisi quia cum caritate non solum non inflat scientia, sed etiam firmat? ita littera cum spiritu et lex cum gratia iam non eo modo littera et lex appellatur, sicut per se ipsam cum occidit abundante delicto. ita enim lex et uirtus peccati dicta est, cum auget eius noxiam delectationem per seueram prohibitionem. nec tamen etiam sic mala est; sed peccatum ut adpareat peccatum, per bonum operatum est mortem. ita multa quibusdam sunt noxia, quamuis non sint mala. nam et uos cum oculos doletis, etiam contra deum uestrum solem fenestras clauditis. haec igitur sponsa Christi, iam mortua legi, id est peccato, quod legis prohibitione fit abundantius, cum lex sine gratia iubet, non iuuat. tali ergo legi mortua, ut sit alterius, qui ex mortuis resurrexit, discernit

10 II Cor. 3, 6 12 1 Cor. 8, 1 19 cf. I Cor. 15, 56

1 cognou (cog *in ras. corr. ex* non) *C* 4 sc̃am *L* 6 michi *C* 8 intellegit L^1 9 querit *C* 10 repr̃hendi *L* 11 repr̃henditur *L* 13 scientiam (am *s. l.*) *L* 15 infleretur L^1 16 caritate (m *er.*) *C* 17 non *om. b* 18 et *om. b* 20 delectac̃ionem (ta *s. l.*) *C* 24 et uos] et si uos *G* et ipsi uos (ip *s. l. a m.* 2) *S* 26 ēsт (sт *s. l. add. m.* 2) *L* prohibitiõe (e *add. m.* 2) *L*

ista sine legis iniuria, ne sacrilegium committat in eius auctorem: quod tu facis in eum, quem non intellegis auctorem boni, cum audias apostolum dicentem: itaque lex quidem sancta et mandatum sanctum et iustum et bonum. ecce auctor boni est, qui tibi uidetur unus ex principibus tenebrarum. adtende ueritatem, ferit tibi oculos. ecce Paulus apostolus dicit: lex quidem sancta et mandatum sanctum et iustum et bonum. ecce, cuius auctor est, qui diptychium illud, quod stulta inrides, in magni sacramenti dispensatione praemisit. eadem quippe lex, quae per Moysen data est, gratia et ueritas per Iesum Christum facta est, cum accessit litterae spiritus, ut inciperet inpleri iustitia legis, quae non inpleta reos etiam praeuaricatione faciebat. neque enim alia lex est sancta et iusta et bona, et alia, per quam peccatum mortem operatur, cui mori nos oportet, ut simus alterius, qui ex mortuis resurrexit, sed eadem ipsa est. ecce, sequere, lege. sed peccatum, inquit, ut adpareat peccatum, per bonum mihi est operatum mortem, ut fiat supra modum peccator aut peccatum per mandatum. surda, caeca, audi, uide. per bonum, inquit, mihi operatum est mortem. ergo lex semper bona est, siue obsit inanibus gratia, siue prosit plenis gratia, semper est bona, sicut sol semper est bonus, quia omnis creatura dei bona est, siue dolentibus oculis noceat, siue sanos mulceat. proinde quod est oculis sanitas ad uidendum solem, hoc est gratia mentibus ad inplendam legem. et sicut oculi sani non solis delectationi moriuntur, sed illis ictibus asperis radiorum, quibus reuer-

11 cf. Ioh. 1, 17 23 cf. I Tim. 4, 4

1 (et 2) aꝙctorem (*exp. m.* 2) *L* 2 intellegis L^1 intellegit GS^1 6 oculus *SG* 8 cuius] quis S^2 9 dipticeū *C* dypticium *L* stulte *b* 10 dispensationem *C* 12 implere L^1M^1 iustitia] iustitia (*pr.* ti *m.* 2 *add.*) *L* uestigia *SG* 17 legem *SGMb* pecatum L^1 18 michi *C* est (*add. m.* 2) *S* 19 sup *C* peccator] peccans *M* 20 audi *s. l. C* ē michi operatum (ē *s. l.*) *C* 21 est bona *CSGMb* 26 delectꝛationi (ꝛa *s. l.* i *fin. corr. ex* e) *C* delectatione *b*

berati in densiores tenebras pellebantur, sic anima, quae per caritatem spiritus salua facta est, non iustitiae legis mortua dicitur, sed illi reatui et praeuaricationi, quam lex per litteram, cum gratia defuit, faciebat. itaque de illa utrumque dicitur et: bona est lex, si quis ea legitime utatur et quod sequitur: sciens hoc, quia iusto lex non est posita, quia non opus habet terrente littera, quem delectat ipsa iustitia.

9. Haec sponsa Christi gaudens in spe plenae salutis suae et tibi optat bonam conuersionem a fabulis ad ueritatem, ne Adoneum quasi adulterum reformidans cum uersutissimo adultero serpente remaneas. Adoneus enim uerbum hebraeum est et interpretatur dominus eo modo, quo solus deus dicitur dominus, sicut latria, quod uerbum graecum est et interpretatur seruitus, non quaecumque, sed illa, qua tantummodo deo seruitur; sicut Amen interpretatur „uerum," non ubicumque et quomodocumque, sed mystica religione. quodsi a te quaeratur, unde tu quoque habeas praeter hebraeas litteras uel quae ex hebraeo sunt, non inuenies. non ergo timet ecclesia Christi istorum nominum obiectionem, intellegit et amat; nec curat inperitum insultatorem; et quae nondum intellegit, credit esse talia, qualia nonnulla experta est, quae nondum intellecta sic erant. obiciat ei quisque quod Emmanuhel adamauerit, inridet inscitiam illius hominis, amplectitur ueritatem huius nominis. obiciat quod amauerit Messiam, repellit exstinctum aduersarium, tenet unctum magistrum. ita te quoque cupit

5 I Tim. 1, 8 sq.

1 quae (*s. l.*) L^2CM, *om.* *PGb* 2 iusticiae *C* 5 ea (m. *er.*) L^2M 7 delectat LP^3S^2 delect& *CGMP*^{1} 8 iusticia *C* 10 et (*er.*) *C* conuersationem *LMGb* conuersationem *S* 11 (et 12) adonai *b* (*in mg.* al. adoneū) 12 adonaus *C* 13 solus////dicitur *S* 14 grecum *LC* 17 mistica *C* 18 queratur *C* preter *C* hebreas *C* 19 inuenies *scripsi*: inuenis *CLPGMb* ininuenis *S* aecclesia *C* 20 obiectionem nominum *C* intellegit (et 21) L^1 21 insultatorem (ta *s. l. add. m.* 2) *L* 24 insci//tiam (en *er.*) *C* 25 adamauerit (ad *s. l.*) *L* extinctum (c *s. l.*) *C* 26 tene/tunctum L^1 tene t unctum SG^1 tene tunctum *M*

sanari a uanis erroribus et aedificari super fundamentum apostolorum et prophetarum. quem dicis Hippocentaurum, nesciens quid loquaris, nec adtendis, quid tibi tua fabula confecerit, cum ex parte dei tui et ex parte terrae tenebrarum falsum mundum fabricat in corde tuo. itane ille non est Hippocentaurus semiferus et semideus? uere, quia nec Hippocentaurus dicendus est. quid autem sit, tu adtende et erubesce et mitesce, ut corruptionem tuam a serpente adultero perhorrescas: cuius astutiam si apud Moysen credendam non putasti, apud Paulum cauere debuisti, qui ueram ecclesiam uolens uirginem castam exhibere Christo, timeo, inquit, ne sicut serpens Euam fefellit in uersutia sua, corrumpantur mentes uestrae a simplicitate et castitate, quae est in Christo. hoc tu cum audires, usque adeo tamen desipuisti et uenenatis incantationibus eius amens facta es, ut aliis multis haeresibus aliud atque aliud idem serpens, tibi autem etiam se Christum esse persuaserit. porro si errant multae fallaciis eius uariis et multiformibus inretitae, quae tamen hanc admonitionem apostoli ueram fatentur, tu quantum adulterata es, quam in longinquo prostituta, quae ipsum pro Christo habes, a quo apostolus Christi seductam Euam atque corruptam clamat, ut ab eo uirginem sponsam Christi tali admonitione custodiat? tenebrauit cor tuum, qui tecum in phantasmatis lucidorum nemorum uolutatur. quae sunt, ubi sunt, unde sunt fidelia promissa eius? o ebria, non a uino!

10. Nempe conuiciata es inpudentia sacrilega deo prophe-

2 cf. Ephes. 2, 20 11 II Cor. 11, 2 sq. 25 cf. Es. 51, 21

1 a *om. SG* fundamentū (u *ex* o *corr. et* m *er.*) *C* 2 hyppocentaurum *SG* ippocentaurum *C* hypocentaurum *LM* 3 confecerit (fecerit *in ras.*) *C* 5 (et 6) ippocentaurus *M*, (a *ex* u) *C* hyppocentaurus *LSG* 6 nec *om. SG* 9 si] sicut *SG* non *om. SG* 10 aecclesiam *C* 12 ęuam *C* 14 tu *s. l. C* 15 uenenatis (ne *s. l.*) *C* facta (a *fin. in ras.*) *L* factus *SG* es] est (*s. l.*) PL^1 es (~ *supra* e *exp. et* s *add. m.* 2) *L* ut] id L^1 16 heresibus *LC* 17 suaserit *C* 18 fallatiis *C* 19 ammonitionem LG^1M^1 23 ammonitione *C* ammonitioñe (e *s. l. add. m.* 2) *L* 24 fantasmatis *LCM* fantasmatibus *GSb* 26 dō* *C*

tarum, quod ipsis Iudaeis sibi seruientibus non exhibuerit, quod promisit. nec sane dixisti, quid promiserit et non exhibuerit, ne ibi conuincereris aut iam exhibitum, quod non intellegis, aut adhuc futurum, quod non credis. tibi quid promissum est et praesentatum, unde tibi fides fieret te accepturam triumphos nouorum saeculorum super terram tenebrarum? si aliquos prophetas protuleris, in quibus legamus cum laude praedictos futuros Manichaeos, unde iam tibi aliquid exhibitum putes, hoc ipso, quia esse uos uidemus, prius probatura es, quod non ipse Manichaeus tibi prophetas finxerit, qui sibi ut crederes uoluit. neque enim putat turpe mendacium, aut uero potest dubitare falsos prophetas ostendere in pellibus ouinis, qui Christum laudans adseuerat falsas cicatrices ostendisse in membris suis. at ego uos plane praedictos lego, non solum a prophetis aliquando obscurius, uerum et ab apostolo expressius. sed uidete quemadmodum. spiritus, inquit, manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus recedent quidam a fide, intendentes spiritibus seductoribus et doctrinis daemoniorum in hypocrisi mendaciloquorum cauteriatam habentium conscientiam suam, prohibentes nubere, abstinentes a cibis, quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus et his, qui cognouerunt ueritatem, quia omnis creatura dei bona est, et nihil abiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur. haec quemadmodum in uobis inpleta sint, et luce clarius omnium, qui uos nouerunt, oculos tangit et supra pro tempore ostendimus.

16 I Tim. 4, 1 sqq.

1 iudeis *C* deseruientibus *b* 2 quod *S* quod *G* 4 intellegis L^1 5 fieret fides *C* 8 manicheos *LCSG* 10 manicheus *LCSG* 12 mendatium *C* aut (u *s. l.*) *C* dubitare C^1 falsas prophetias *LSGM* falsos prophetias *C* falsas prophetis P^1 14 prędicatores S^1G predicatos *LPMb* prędictos esse S^2 15 a *om. SG* aliquanto *M* 16 quemammodum $LS^1M^1G^1$ 19 demoniorum *C* hipocrisi *S* 21 prohibentium *LPSMGb* 22 graciarum *S* 24 nichil *C* 25 quemammodum *LG* 27 nouerint *C*

11. Ista autem, quam doctrina apostolica uirginem castam uni uiro exhibens Christo, a fallacia serpentis, qua tu corrupta es, monet ut caueat, agnoscit deum prophetarum, deum uerum, deum suum; huius ultimae pollicitationi secura credit, cuius tanta promissa conpleta iam tenet, nec quisquam dicit ad praesens tempus ei confictos esse prophetas, quos in Iudaeorum codicibus adserit. quid enim incredibilius promittebatur quam id, quod Abrahae dictum est: in semine tuo benedicentur omnes gentes? et quid certius iam tenemus exhibitum? illa certe est ultima eius promissio, quam propheta breuiter ita commemorat: beati, qui habitant in domo tua; in saecula saeculorum laudabunt te. finita quippe omni indigentia et nouissima inimica morte destructa perpetua dei laus erit otiosorum negotium: quo iam nemo accedet, unde iam nemo discedet. quod alibi propheta ita commemorat: conlauda, Hierusalem, dominum; lauda deum tuum, Sion, quoniam confirmauit seras portarum tuarum, benedixit filios tuos in te. clausis portis nullus intrabit, nullus exibit. quod et ipse sponsus in euangelio dicit fatuis uirginibus etiam pulsantibus se non aperturum. haec Hierusalem, sancta ecclesia, sponsa Christi, in apocalypsi Iohannis copiosius uberiusque describitur. non credat huic propheticae promissioni uirgo casta, si non iam tenet, quod ei per eandem prophetiam hoc tempore futurum promissum est: audi filia et uide et inclina aurem tuam et obliuiscere populum tuum et domum patris tui, quoniam concupiuit rex speciem tuam, quia ipse est deus tuus, et adorabunt eum filiae Tyri in muneribus; uultum tuum depreca-

8 Gen. 22, 18 11 Ps. 83, 5 13 cf. I Cor. 15, 26 16 Ps. 147, 1 sq. 20 cf. Matth. 25, 12 24 Ps. 44, 11 sqq.

2 fallatia *C* 4 optimę *C*[1] pollicitatione *C*[1] pollicitationi *L*[1] 6 presens *C* iudeorum *C* 14 accędet (, *a m.* 2) *L* 15 discedit *L*[1]*b* discędet *L*[2] 17 qm̃ (∼ *add. m.* 3) *P* confortauit *CM*[1] 18 filiis tuis *GSb* intrabit (b *ex* u *corr.*) *L*[2]*MG* 19 exibit (b *ex* u *corr.*) *L*[2]*GM* 21 apocalipsi *C* 25 inclina (i *init. in ras.*) *C*

buntur diuites plebis. omnis gloria eius filiae regis intrinsecus in fimbriis aureis circumamicta uarietatibus; adferentur regi uirgines post eam, proximae eius adferentur tibi, in laetitia et exultatione adducentur in templum regis. pro patribus tuis nati sunt tibi filii, constitues eos principes super omnem terram; memores erunt nominis tui in omni progenie et generatione; propterea populi confitebuntur tibi in aeternum et in saeculum saeculi. sed tu infelix a serpente corrupta quando uel cogitare conaris, quae sit pulchritudo filiae regis intrinsecus? ipsa est enim castitas mentis, ubi tu uitiata es, ut aperirentur tibi oculi ad amandum et adorandum solem et lunam, acsi per iustum iudicium dei alienareris a ligno uitae, quod est aeterna et interna sapientia, nihilque aliud uocares putaresque ueritatem atque sapientiam nisi lucem istam, quam per male apertos oculos tractam et in inmensum auctam multipliciterque uariatam per imagines faculosas inpudica mente conuolueres. hae sunt fornicationes tuae nimis abominandae. et tamen patienter cogita eas et reuertere ad me, dicit ueritas. reuertere ad me, et mundaberis, reparaberis, si confundaris tibi et refundaris mihi. hoc audi, hoc dicit uera ueritas, quae nec fallacibus formis cum tenebrarum gente pugnauit nec fallaci sanguine te redemit.

LIBER SEXTUS DECIMUS.

1. FAUSTUS dixit: Quare Moysen non accipitis, cum Christus dicat: Moyses de me scripsit, et: si crederetis Moysi,

26 Ioh. 5, 46

1 gła/// *C* 2 finbriis *C* 3 ea *L* proximi *L* 4 afferentur in l&itia tibi *G* aff. in letitia tibi *S* leticia *C* 8 generatioñe (e *add. m.* 2) *L* 10 pulchrit*udo (τ *er.*) *C* 12 uiciata *C* aperirentur (r *med. s. l. add. m.* 2) *L* & (*s. l. m.* 2) *L* 13 si] sic *b* 14 alienares *GLSM* te alienaret *b* *ante* aeterna *habet* et *s. l. C* 15 nichilque *C* 17 auctam (c *in ras.*) *L* 19 nimis *s. l. G* abhominande P^1C abhominandae P^3SM^2G pacienter *C* 20 mundaueris M^1 21 reparaueris L^1M^1 michi *C*

25 *Cap.* XXXII *LPSMG* 26 moysi crederetis *C* credideritis L^1

crederetis et mihi? ego uero non solum Moysen de Christo scripsisse uelim, sed omnes etiam prophetas Iudaeorum et gentium. quid enim hoc nostrae fidei noceret, aut quid non potius prodesset, si congrua et conuenientia undique in deum nostrum testimonia carperemus? siquidem esset etiam tum liberum nobis odio manente atque execratione superstitionis eorum solas ab eisdem de Christo excerpere prophetias; adeo mihi contrarium non potest esse, si et Moyses, quamuis sit alienus a Christo, nonnihil tamen uideatur scripsisse de Christo. an quisquam hominum non optauerit de spinis omnibus florem legere, de omni herba frugem, de muscis omnibus mel, quamuis nec muscas nec gramen in cibum nec spinas in coronae usurpemus ornatum? an quisquam nollet in omni profundo margaritam nasci, in omnibus terris gemmas, in siluis omnibus poma? ac si piscem de mari edere non nocet, aquam bibere nocet, sciuntque homines utilibus sumptis inimica respuere: nobis liberum non esset religionis cuiusque ritu damnato, si esset inutilis nobis, solas inde de Christo prophetias accipere? neque hoc prodesset erroribus ad capiendos nosmet ac redigendos in propriam seruitutem, quia nec spiritibus inmundis, cum idem Iesum esse filium dei exerte indissimulanterque confiterentur, profuit, ut minime sint nobis exosi. quare si et Moyses secundum hoc testimonium de Christo aliquid scripsit, accipiam, ita tamen, ut ipsi hoc minime prosit ad captiuandum me in propriam legem, quam nihil uideam a paganismo distare. quapropter nihil omnino est quod arbitreris, si probatum hoc fuerit, me minime gauisurum spiritum omnem prophetasse de Christo.

22 cf. Matth. 8, 29

2 iudeorum *C* 5 tunc *CSGMb* 6 exsecratione *SG* superstitionis (superst *in ras.*) *C* 7 hisdem *G* hisdem *LMb* hisdē (s *s. l.*) *C* 8 non potest *om. b* 9 a xpō *om. S* nonnichil *C* 10 obtauerit *SMG* 15 ac] at *C* 17 regionis L^1 18 cuiusuis *S*, (uis *s. l.*) *G* 23 nobis (*s. l.*) *C* 25 prosit (*s. l. m.* 2) *C* propriā (~ *add. m.* 2) *L* 26 nichil *C* paganis modistare *M* 27 quo (d *er.*) *L*

2. Tibi sane insufficientes referam gratias, si quemadmodum ostendis, quia Christus Moysen de se scripsisse testatus sit, ita etiam illud doceas, quaenam sint ea quae scripsit. nam ego quidem scripturas eius perscrutatus, ut iussum est, nullas ibidem de Christo prophetias inueni, sine quia nullae sunt, siue quia intellegere ipse non potui. unde in ingenti positus aestu ratione cogebar in alterum e duobus, ut aut falsum pronuntiarem capitulum hoc, aut mendacem Iesum. sed id quidem alienum pietatis erat deum existimare mentitum. rectius ergo uisum est scriptoribus ascribere falsitatem quam ueritatis auctori mendacium. quippe cum et ipsum dicentem audirem fures fuisse et latrones omnes, qui uenerunt ante se: qua sententia primum omnium uideo feriri Moysen. ad haec et cum maiestatem suam loquenti eidem, ubi se mundi lumen appellat, Iudaei indignantes reclamarent: quia tu de te testificaris, testimonium tuum non est uerum, non eum uideo prosecutum, ubi maxime locus exigebat, ut diceret de se prophetasse Moysen, sed tamquam reuera alienus et nullum habens ex eorum patribus testimonium respondit: nempe in lege uestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium uerum est. ego sum qui testificor de me; et testificatur de me, qui me misit pater, illud eis commemorans, quod de caelo dictum omnes audierant: hic est filius meus dilectissimus, credite illi. necnon et illud mihi uerisimile non uidetur Iudaeos potuisse tacere, cum Christus diceret de se scripsisse Moysen, quin statim, utpote maligni et astuti,

13 cf. Ioh. 10. 8 16 Ioh. 8, 13 . 17 . 18 24 Matth. 3, 17 Luc. 9, 35

1 quemammodum *LMG*¹ 2 se (*s. l.*) *SG* 3 illud etiam *C* 4 prescrutatus *SG* perȩscrutatus (e *s. l.*; *corr. m.* 2) *L* ꝑscrutatus (*corr.* ex ꝑ *m.* 3) *P* ꝑ///scrutatus *M* 5 iussum] uisū (*in ras.*) *C* iustum *b* 6 intellegere *L*¹ 7 estu *C* altero *b* 8 pronunciarem *C* 10 ascribere *C* 11 auctori *L*² mendatium *CS*¹ 13 primo *LPGSMb* 14 ad haec] adhuc *b* 15 iudei *C* 23 eos *SGMb* celo *C* 25 michi *C* 26 iudeos *C*

quaererent, quidnam illud esset, quod de se a Moyse scriptum putaret. sed et haec eorum omnifaria taciturnitas non minus Iesum nihil tale dixisse significat.

3. Quamuis ergo et haec non parua uideantur ad confirmandam suspicionem falsi de capitulo isto, plus tamen illo teneor, quia omnem, ut dixi, Moyseos scripturam scrutatus nullas ibi de Christo prophetias inueni. nunc tamen te conpertus melioris intellegentiae lectorem consecuturum me aliquid credo acturumque fateor gratias, si spem profectus ac doctrinae, quam mihi obiurgationis tuae fiducia promittit, nulla frustreris inuidia, sed doceas, si quid est, quod me forte legentem praeterierit de deo ac de domino nostro memoratum in scriptura Moysi. nec dixeris, quaeso, ut inperiti solent, hoc ipsum satis esse debere ad fidem, quia Christus dixerit de se scripsisse Moysen. nolo enim nunc ad me respicias, quem ad credendum professio mea fecit obnoxium, ut non possim non credere ei, quem sequor; sed puta nos cum Iudaeo tractare, puta cum gentili. cum eis dixerimus „Moyses de Christo scripsit," quaesituri erunt probationes. quid offeremus? num quidnam dicere poterimus „Christus hoc dixit," cui adhuc illi minime credunt? nempe opus erit nos ipsis ostendere, quid scripserit.

4. Quid ergo ostendemus? an illud, quod uos soletis, ubi deus suus loquitur ad Moysen dicens: suscitabo illis prophetam de fratribus ipsorum similem tibi? sed hoc quidem ad Christum minime spectare nec Iudaeum latet nec nobis sic credere conducibile est, quia non propheta Christus

24 Deut. 18, 15 . 18

1 quererent *C* 2 et (*s. l.*) *C* 3 ihūm (m *s. l. add. m.* 1) *L* nichil *C* 5 suspitionem *C* capitulo (i *s. l.*) *C* 6 moseos *SG* 8 melioris (is *in ras.*) *C* intellegentiae L^1 10 michi *C* 11 frustræris (æ *ex* e *m.* 2) *C* frustraris L^1b 12 de dnō] dnō *C* 13 moysei (y *s. l.*) *LC* queso *C* 15 nolo (lo *s. l.*) *M* 16 respitias *M* 18 Iudaeo] iudeo *LC* iudeis *S* iudeos G^1 gentile L^1M^1 19 quesituri *C* erant *b* 20 offerimus L^1SGMb poterimus dicere *C* 22 ipsos *LCSM*^{1}*Gb* 23 ostendimus *LSGM* An *inc. c.* 4 *in b* 27 conducibile L^1

nec Moysi similis propheta, si quidem ille fuerit homo, hic deus; ille peccator, hic sanctus; ille ex coitu natus, hic secundum te ex uirgine, secundum me uero nec ex uirgine; ille offenso deo suo occiditur in monte, hic patri perplacens patitur propria uoluntate. quomodo ergo ipse erit propheta similis Moysi? nempe statim nos Iudaeus aut ut inperitos ridebit aut coarguet ut mendaces.

5. An illud offeremus ei, quod perinde soletis inducere: uidebunt uitam suam pendentem, et non credent? cui uos quidem adicitis „in ligno;“ nam non habet. sed hoc quoque probare, quod ad Christum minime pertineat, nihil tam in promptu est. inter maledictorum enim saeua, quae prompsit in populum suum, si a lege sua desciscerent, etiam hoc adiecit, futuros eosdem dicens in captiuitate hostium suorum finemque sui meditaturos diebus ac noctibus, ut nec uitae ipsius suae fiduciam gererent, quae sibi esset a uictoribus condonata, quia eadem ex incerto penderet pauens ac sollicita semper sub inminentia gladiorum. ne hoc quidem ergo ad Christum pertinet; quaerenda sunt alia. nam illud quidem uix crediderim de Christo uos dictum putare maledictum esse omnem, qui pendet in ligno, aut illud aliud interficiendum esse prophetam siue principem populi, qui eos a deo suo uellet auertere aliquidue infringere mandatorum. quod ego quidem Christum fecisse plane negare non possum. sed tu contra de ipso haec esse scripta plane fateri non poteris, ne si hoc sit, quaerere rursus incipiamus, etiam in quonam spiritu Moyses prophetauerit, ut aut malediceret

4 cf. Deut. 34, 5 5 cf. 10, 18 9 Deut. 28, 66 21 cf. Deut. 21, 23 23 cf. Deut. 13, 5

2 co•itu (h *er.*) *M* 6 iudeus *C* avt (v *s. l.*) *C* ut *om. Lb* 7 inridebit *SG* ut *om. SMG* 8 offerimus *L*¹*SG* 9 uidebant *L*¹ uidebunt *er. C* 10 nam scriptura non habet (scriptura *s. l. a m. 2*) *M* 11 probare quoq; *C* 13 promisit *Lb* promsit *C* in *om. b* disciscerent *C*¹ 14 ostium *SG* 16 essent (*exp. m. 2*) *L* 17 pendêret *M* 19 querenda *C* 20 uix *om. C* 21 pependit *C* 24 fecisse (c *an* t *dubium*) *C* 26 poteris (is *in ras.*) *C* querere *C*

Christo, aut eum iuberet occidi. si enim spiritum dei habuit, haec de Christo non dixit; si haec de Christo dixit, spiritum dei non habuit. neque enim diuinus spiritus aut malediceret Christo aut eum iuberet interfici. ut ergo Moysen ab hoc crimine uindicetis, fateamini necesse est ne haec quidem eum scripsisse de Christo. quodsi haec de Christo minime scripsit, aut alia dabitis aut nulla erunt. si nulla fuerint, nec Christus potuit adseuerare, quod nusquam est. ita si Christus hoc minime adseuerauerit, capitulum illud falsum esse constiterit.

6. Sed nec illud quidem uerisimile est, quod prosequitur: si crederetis Moysi, crederetis et mihi, quia dissimilis admodum traditio est et longe altera Moyseos et Christi, ut si eorum alteri Iudaei crederent, alteri necessario repugnarent. nam Moyses quidem prae ceteris ab opere omni abstinendum docet in sabbato causamque inducit religionis huius hanc esse, quia deus cum mundum et quae in eo sunt omnia fabricaret, sex diebus indulserit operi, septima uero cessauerit — quod est sabbatum — idcircoque benedixerit, id est sanctificauerit, tamquam suae tranquillitatis portum legemque dederit insuper, ut qui idem solueret, occideretur. hoc igitur Iudaei uehementer credebant docente Moyse, idcircoque Christo ne aures quidem adcommodandas putabant adseueranti deum semper operari nec ullum sibi cessationis statuisse diem, quia sit iugis et infatigabilis uirtus; seque adeo idcirco numquam debere cessare, ne sabbatis quidem; pater enim, inquit, meus semper operatur et me oportet operari. item Moyses carnis

11 Ioh. 5, 46 20 cf. Ex. 20, 8 sqq.; 31, 13 sqq. 25 Ioh 5, 17; 9, 4

3 enim *om.* *C* 4 moyses C^1 5 ne] neque *SG* ne—$\overline{\text{xpo}}$ (*in marg add. m. rec.*) *C* eum *om.* *b* scripsisse eum *S* 8 aseuerare *L* 9 nominime (ni *s. l.*) *C* adseuerauit P^3CSMG 11 crediderítis L^1 crederitis L^1 12 ammodum LM^1G^1 traditio (*pr.* i *ex* u) *C* moseos *SG* moyseos (y *s. l.*) *M* 13 iudei *C* 14 moses *SG* omni opere *b* 16 omnia quae in eo sunt *C* 19 tranquillitatis (q *ex* g *corr.*) *C* 20 iudei *C* 21 moseo *S* moyseo *LCb* idcircoquae (*exp. m.* 2) *L* 24 in circo *b* 26 item] ita *SG* moses *S*

peritomen in sacris et deo amabilibus numerat iubetque circumcidi masculinum omne carne praeputii ipsorum esseque hoc docet necessarium signum testamenti illius, quod deus suus disposuerit ad Abraham, adfirmatque, quod utrorum uirorum quisquis non hoc gestauerit, exterminabitur ille de tribu sua et hereditatis, quae Abrahae repromissa sit ac semini eius, non ueniet in consortium. et hoc ergo Iudaei ualde crediderant adseuerante Moyse, idcircoque fidem Christo habere non poterant infirmanti ea et insuper adseueranti, quod dupliciter gehennae filius fieret, qui esset circumcisus. item Moyses carnalium ciborum sollicitam facit discretionem et inter pisces ac uolucres et quadrupedia helluonis in modum disceptator sedet iubetque alia quidem abligurriri pro mundis, alia uero pro inmundis ne contingi quidem: quorum in parte porcum taxat et leporem et si quid in piscibus caret squama aut in quadrupedibus ungulam fissam non habet nec ruminat. haec ergo Iudaei fortiter crediderunt scribente Moyse idcircoque Christo iam credere non poterant indifferentiam docenti ciborum et a suis quidem discipulis omnia penitus remouenti, saecularibus uero uulgo concedenti omnia, quae possent edi, atque adseueranti, quod eos nihil in os intrans polluueret, quia quae de ore inprudenter procedant, ea sola sint, quae polluant hominem. haec atque alia multa Moysi contraria Iesum dogmatizare, nemo qui nesciat.

7 Gen. 17, 9 sqq. 10 Matth. 23, 15 16 cf. Deut. 14, 3 sqq. 22 cf. Matth. 15, 11 sqq.

1 circumcidi (ci *s. l.*) *C* 2 carnem (*exp. m.* 2) *LS*^{2} carnem *Gb* praepucii *C* essequae *L*^{2}*G* 3 quod (*s. l. m.* 2) *C* 4 atfirmatquae *M*^{1} utrorum] utrorum (*s. l.* ł omniŭ) *M om. C* 5 hoc non *SMG* 6 habrahae *S* 7 non/// (eo *uid. er.*) *C* iudei *C* 8 adseuerante (d *sup. s m.* 1) *C* moseo *GM*^{1}*Sb* moyseo *LC* idcircoq ;/// *M* xpo] xpi *SG* 13 iubetquae *L*^{2} abliguriri *GSMb* 14 parte// *C* 16 non habet fissam *C* 17 iudei *C* moseo *M*^{1}*SGb* moyseo *LC* idcircoquae *L*^{2}*G* 20 saecularibus (b *s. l. a m.* 1) *L* concędenti *L* aedi *SGM* *edi (a *er.*) *L* 21 nichil *C* 22 inprudenter (*prius* r *paene er.*) *P* inpudenter *b* procedant (a *sup.* ę *a m.* 1) *L* polluant *G*^{1}

7. Quae quia singula percurrere longum est, unum pro multis ostendam, id est quia christianarum haeresium pars maxima et, quod est in promptu, catholici nihil eorum seruare curant, quae Moyses scribit. quod ipsum si non de errore descendit aliquo, sed ex uera illa Christi et discipulorum eius traditione, uos omnino fateamini necesse est, contraria inuicem sibi Iesum docuisse atque Moysen, idcircoque nec creditum Christum a Iudaeis, quia fidem uellent exhibere Moysi. quorsum ergo falsum non erit illud Iesum dixisse ad eos: si crederetis Moysi, crederetis et mihi? cum sit longe manifestum idcirco magis eos non credidisse Iesu, quia Moysi crederent, potuisse autem fidem Christo habere, si Moysi credere destitissent. tu tamen, ut dixi, ubinam Moyses de Christo aliquid scripserit, quaeso nos doceas.

8. Alias, inquit, si christianus es, crede dicenti Christo, quia de se scripsit Moyses; quod si non credis, christianus non es. inepta haec semper et inbecilla responsio est nihil habentium, quod ostendant. quanto igitur melius fecisses, si idem confitereris simpliciter? et tamen hoc mihi quidem dicere potuisti, quem scias necesse habere, ut credam causa religionis, qua famulor Christo, licet hoc ipsum adhuc quaeratur, utrum sit et hoc Christi testimonium, ut credi debeat absolute, an scriptoris, ut examinari sollicite. nec si nos non crediderimus falsis, Christum hinc offendimus, sed falsatores. tamen utcumque hoc ferri poterit christianis obpositum. quid autem de illis agemus, quos retuli, Iudaeo scilicet atque gentili, quibus dicere non possumus: si christianus es, crede; si non credis, christianus non es? quamquam de christiano quidem hoc rectissime dixeris, cum Christus Thomam aposto-

2 heresium *LSC* 3 nichil *C* 4 scripsit *L* scribit (bit *in ras.*) *C* 6 traditione (m *er.*) *L* 7 sibi inuicem *C* 8 iudeis *C* 9 quorsum] quomodo (modo *in ras. a m. 2*) *L* quorsum (r *et* um *s. l. a m. 2*) *S* quorum MG^1 quare *b* 10 michi *C* 14 queso *C* 17 nichil *C* 18 fecisse L^1 23 scriptores *b* examinari (ri *s. l.*) *C* 24 credidimus *LGMb* credimus *C* 25 ferri *C*: fieri *LSGMb* 26 quod *b* iudeo *C* 27 gentili* *L*

lum dubitantem de se aspernatus non sit; sed quo animi eius uulneribus mederetur, corporis sui cicatrices ostendit nec dixit: si discipulus es, crede; si non credis, discipulus non es. tu mihi hoc dicas non de Christo dubitanti, sed de sententia, utrum sit eius, an subinducta. at, inquis, beatiores appellat, qui non uiderunt et crediderunt. hoc si ideo dictum putas, ut sine ratione et iudicio quidque credamus, esto tu beatior sine sensu, ego mihi contentus ero cum ratione beatus audisse.

9. AUGUSTINUS respondit: Astute quidem paratum te dicis, si quas in libris Moysi de Christo prophetias inueneris, ita percipere, ac si piscem de mari, cum aquam ipsam unde piscis capitur, respuas. sed quia Moyses omne quod scripsit, de Christo est, id est ad Christum omnino pertinet, siue quod eum figuris rerum uel gestarum uel dictarum praenuntiet, siue quod eius gratiam gloriamque commendet, tu, qui commenticium fallacemque Christum de Manichaei litteris credidisti, ista Moysi non uis credere, sicut nec piscem uis edere. uerum hoc interest, quod Moysen hostiliter insectaris, piscem autem fallaciter laudas. si enim piscem de mari edere non nocet, sicut ipse dixisti, cur ita eum uos noxium praedicatis, ut si alia esca non occurrat, prius fame consumamini quam pisce uescamini? quid? quod si omnis caro inmunda est, ut dicitis, et in omni aqua omnique herba uita illa misera dei uestri retinetur, quae per uestra alimenta purgata est, detestabilis superstitio tua et piscem te cogit proicere, quem laudasti, et aquam marinam bibere ac spinas edere, quas uituperasti. quo uero etiam daemonibus dei famulum conparasti, ut, quales illi fuerunt, cum Christum confiterentur, talis et iste acci-

6 cf. Ioh. 20, 27 . 29 28 cf. Matth. 8, 29

4 michi *C* 5 *ante* an *lit. unius litt. C* sub in ducta (in *in ras.*) *S* 7 quidquae L^2G^2 quicquam *b* 8 contentus (ten *ex* tem) *C* ratioñe (e *s. l. add. m.* 2) *L* 9 *Cap.* XXXIII *LPM, om. SG* Agustinus *L* 10 mosi *SG* 13 /// quod *C* 14 praenunciet *C* 16 manichei *C* 24 purganda *Cb* 25 supersticio *C* 27 doemonibus G^2S demonibus *C*

piatur, si aliquid in eius libris reperiri potuerit, quod praedicet Christum, ille quidem non dedignatur obprobrium domini sui. si enim paterfamilias Beelzebub appellatus est, quanto magis domestici eius! sed uos uidete, a quibus ista didiceritis, profecto sceleratiores quam illi, qui domino ita conuiciati sunt. illi enim non eum Christum esse credebant et ideo fallacem putabant; uos autem doctrinam non putatis esse ueracem, nisi quae Christum audet praedicare fallacem.

10. Unde autem tibi uidetur legem Moysi nihil a paganismo distare? an quia templum, sacrificium, altare sacerdotemque commendat? at haec omnia nomina et in nouo testamento reperiuntur. soluite, inquit, templum hoc, et in triduo resuscitabo illud et: cum offers munus tuum ad altare et: uade, ostende te sacerdoti et offer pro te sacrificium, quod praecepit Moyses, in testimonium illis. quorum autem figurae fuerint istae, partim dominus ipse demonstrat, cum templum corporis sui templo illi conparat, partim apostolica doctrina cognoscimus; templum enim dei sanctum est, ait apostolus, quod estis uos et: obsecro itaque uos per misericordiam dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuam, sanctam, deo placentem et cetera huiusmodi. proinde illa omnia figurae nostrae fuerunt, sicut idem dicit et saepe commemorandum est, quia non daemoniis exhibebantur, sed uni uero deo, qui fecit caelum et terram, non tamquam indigenti talibus, sed tempora distinguenti et iubenti praesentia, per quae significaret futura. uos autem, qui ut seducatis et decipiatis idiotas inperfectosque

4 cf. Matth. 10, 25 12 Ioh. 2, 19 13 Matth. 5, 24 14 Matth. 8, 4 18 I Cor. 3, 17 19 Rom. 12, 1 22 I Cor. 10, 6

1 reperire G^1 repperiri C repperire L^1 2 dedignatur (i *s. l.*) C dn̄i dī sui b 3 beelzebub (*med.* e *s. l.*) L 5 conuiciati C conuiciati L^1 7 putastis G^2S 8 audet (*corr.* ex aridet) C 9 nichil C 11 ad $L^1M^1G^1$ 12 repperiuntur L^1S^1GM 16 iste b 20 exibeatis M^1 21 uiuentem S^1 23 sepe C sepę S 24 uero] uiro $LSGM^1$ celum C 26 presentia C 27 iziotas SG, (*corr. ex* idiotas) M

christianos, paganismum uos fingitis detestari, edite nobis auctoritatem christianorum librorum, in quibus uobis solem ac lunam colere atque adorare praeceptum sit. uester ergo potius error paganismo similis est, quandoquidem nec Christum colitis, sed Christi nomine nescio quid, quod uobis mentiendo finxistis, et deos uel in isto conspicuo caelo uisibiles uel alios innumerabiles conmenticios adoratis. quibus phantasmatis quasi uanis atque inanibus simulacris non aediculas fabricastis, sed corda uestra templa fecistis.

11. Exigis a me, ut ostendam, quaenam scripserit de Christo Moyses. iam quidem superius multa demonstrata sunt, sed quis possit omnia demonstrare? praesertim quia, si quaedam commemorem, paratus uidetur iste peruersus uel in alium sensum ea conari peruertere uel, si fuerit euidentia clarioris ueritatis obpressus, dicere se illa tamquam de mari salso suauem piscem capere nec ideo se ad totam scripturam Moyseos uelut ad aquam marinam bibendam cogi oportere. quapropter sufficere arbitror huic operi, ut ea ipsa, quae reprehendenda secerpsit de scriptura legis Hebraeorum, ad Christum praedicandum pertinere, si recte intellegantur, ostendam: ex quo satis adpareat multo magis cetera uel statim pronuntiata uel diligenter ac ueraciter perscrutata christianae fidei conuenire, si ea, quae deridenda atque damnanda obicit inimicus, eis ipsis conuincatur christiana ueritate damnandus. quapropter, o plene omni fallacia, cum dominus in euangelio dixerit: si crederetis Moysi, crederetis et mihi; de me enim ille scripsit, nihil est, quod te in ingenti aestu po-

26 Ioh. 5, 46

5 quicquid *SG*^{2} quidquid *G* 7 commenticios *CSGM* fantasmatis *C* phantasmatib' *M*^{2}*b* 8 simulachris *S* ediculas *L* edicolas *Pb* fabricatis *LSGPM* 9 fecistis templa *C* 13 commemoraem *C* 18 huic (i *s. l.*) *C* opere *L*^{1} 19 reprehendenda *L* repraehendenda *M* reprehendenda sunt *C* secerpit *CSMG* ebreorum *C* 20 intellegantur *L*^{1} 22 pronunciata *C* 24 conuincetur *C*^{1} damnandis *C*^{1} 26 mosi *SGM* michi *C* 27 nichil *C* te (*s. l.*) *C* positu *L*

situm fingas et cogi uidearis in alterum e duobus, ut aut falsum pronunties capitulum hoc aut mendacem Iesum. sicut enim hoc capitulum uerum est, ita et uerax est Iesus. rectius uisum est, inquit, scriptoribus ascribere falsitatem quam ueritatis auctori mendacium. itane tu Christum credis ueritatis auctorem, quem praedicas carnis et mortis et uulnerum et cicatricum simulatorem? uolo mihi ostendas. unde auctorem ueritatis didiceris Christum, si eis, qui de illo scripserunt, quorum auctoritas recenti memoria commendata atque firmata in posteros emanauit, audes adscribere falsitatem. non enim uidisti Christum, aut quemadmodum cum apostolis locutus est tecum, aut de caelo te sicut Saulum uocauit. quid de illo sentire, quid credere possumus, nisi quod scriptura testatur? porro si mendax est euangelium disseminatum et notum omnibus gentibus et ab initio praedicationis nominis Christi in ecclesiis omnibus in tanto sanctitatis culmine conlocatum, quae scriptura proferri potest, cui de Christo fides habenda sit? quid poteris proferre scriptum, quod non ille, qui hoc non uult credere, dicat esse confictum, si tanta euangelii notitia uenit in dubium?

12. Deinde subiungis ipsum te audisse dicentem fures fuisse et latrones omnes, qui uenerunt ante se. unde illum audisti hoc dicentem nisi ex euangelio? at si hoc, quod ita credis ex euangelio, ut tamquam ex ore domini audisse te dicas, alius falsum esse contendat atque hoc dixisse Christum neget, quo ibis? quid facies? nonne euangelicam auctoritatem quantis potueris uiribus praedicabis? miser, illic scriptum est, quod non uis credere, ubi didicisti quod ita credis, ut hoc te ab

12 cf. Act. 9, 3 sqq. 22 cf. Ioh. 10, 8

2 capitulum (i *ex* o *corr.*) *C* 3 est *alt. om. LSMG* 4 inquis L^2 asscribere *C* 7 michi *C* 10 semanauit S^1G eminauit L^1P^1 seminauit M^1 asscribere *C* 11 quemammodnm L^1MG^1 12 te *om. C* uocauit saulum *C* 15 inicio *C* 19 dicat (a *corr. ex* e) *C* 20 noticia *C* 22 uenerint *SG* 23 (et 24) eu*angelio (u *er.*) *C* ac *b* quod] ut *SG* ut (*ras.*) *LM* 24 audiss& edicas M^1 26 ibis (s *s. l. a m. 1*) *L* uangelicam L^1 euuangelicam *C*

ipso Christo dicas audisse. ecce nos utrumque credimus, quia euangelio sancto credimus, ubi utrumque scriptum est: et de Christo scripsisse Moysen et omnes, qui ante Christum uenerunt, fures fuisse et latrones. uenisse quippe ita uult intelligi, quia missi non sunt; nam qui missi sunt, sicut Moyses et sancti prophetae, non ante ipsum, sed cum ipso uenerunt, quia non eum per superbiam praecedere uoluerunt, sed eum per ipsos loquentem humiliter portauerunt. uos autem, qui haec uerba domini sic intellegitis, secundum uestrum intellectum satis confitemini nullos uos habere prophetas, qui uenturum Christum prophetauerunt, et ideo uobis eum sicut uoluistis, ita finxistis. nam si aliqui sunt uestri, quibus quidem propterea fides habenda non est, quia nonnisi a uobis proferuntur, tamen si aliqui sunt, quos dicere audeatis prophetasse Christum falsa carne uenturum, falsa morte passurum, falsas cicatrices dubitantibus discipulis oblaturum, non dico ex hoc ipso, quam sint detestandi atque fugiendi, quamque non possint esse ueraces, quibus de mendacio Christus placet: ut hoc non dicam, certe ut dicere coeperam, secundum istum intellectum uestrum fures fuerunt et latrones, quoniam ante Christum uenerunt, qui eum uenturum quoquo modo praedicauerunt. porro si ille intellectus est uerus, ut ipsi ante Christum uenisse dicantur, qui cum Christo, id est cum uerbo dei uenire noluerunt, sed cum eos non miserit deus, mendacia sua hominibus adtulerunt: uos quoque ipsi, quamuis post Christi passionem et resurrectionem in hoc mundo nati fueritis, fures et latrones estis, quia, priusquam uos ipse inluminaret, ut ueritatem ipsius praedicaretis, eum anteuenire uoluistis, ut uestram fallaciam iactaretis.

2 euuangelio *C* 4 intellegi L^1 5 quia (a *add. m. 2*) *S* missi (*sec.* s *s. l.*) si (si *paene er.*) *M* 6 cum (*s. l.*) *C* 8 portafuerunt *C* 9 intellegitis L^1 11 prophętauerunt *Cb* prophetauerint *SG* 12 aliqui (s *er.*) *L* aliquiš (~ *add. m. 2*) *PG* aliquis uestrum *b* 14 aliquiš ūri ꝑphete *M* sunt *om. C* quos (s *ex* d *corr.*) *CM* 16 ablaturum L^1 17 quamquąe L^2 19 ceperam *C* iśtum *om. S* 20 ūri (*ex* ūrm) *C* fu*res *L* 24 uoluerunt *Lb* 25 attulerunt *L* 28 predicaretis *C* eum ante (*signa adpos. m. 2*) *L*

13. Illic autem, ubi ei dictum est a Iudaeis: tu de te testificaris; testimonium tuum non est uerum, non mirum est non te uidere prosecutum eum, ut diceret de se prophetasse Moysen; non enim habes pium oculum, quo id possis uidere. nam ecce id ipsum, quod eis respondit, nempe: in lege uestra scriptum est, quia duorum hominum testimonium uerum est. ego sum, qui testificor de me, et testificatur de me, qui me misit, pater, quid aliud sonat recte intellegentibus nisi illum testium numerum in lege prophetico spiritu consecratum et commendatum, ut etiam sic praenuntiaretur futura reuelatio patris et filii, quorum spiritus est in illa inseparabili trinitate spiritus sanctus? ideo scriptum est: in ore duorum uel trium testium stabit omne uerbum. alioquin et unus testis plerumque uerum dicit et plures plerumque mentiuntur, potiusque creditum est in exordio fidei gentium uni apostolo euangelizanti quam populis errantibus, a quibus persecutionem patiebatur. non igitur frustra quodam modo consecratus est iste numerus testium, et cum hoc dominus respondit, eo quoque ipso intellegi uoluit de se prophetasse Moysen. an forte inde calumniamini, quia non ait, in lege dei, sed „in lege uestra scriptum est?“ ubi usitatam locutionem scripturarum quis non agnoscat? in lege uestra enim, dixit, uobis data, sicut dicit apostolus euangelium suum, quod se tamen accepisse testatur, non ab homine, sed per reuelationem Iesu Christi. an et Christum dicitis negasse se habere patrem deum, ubi-

1 Ioh. 8, 13 sqq. 13 Deut. 19, 15 23 II Tim. 2, 8; Gal. 1, 11

1 ei (*s. l.*) *C* iudeis *C* 4 quo (d *er.*) *L* 5 possit L^1M^1 posses *C* 6 dvorum (v *sup.* o *superscr. m.* 1) *L* hominum (i *s. l. a m.* 1) *C* *om. b* 9 *post* recte *ras. 1 uocab. L* intellegentibus L^1 testimọṇium (*m. 2 exp.*) *L* 12 & $\overline{\text{sps}}$ *S* $\overline{\text{sci}}$ *Lb* 13 ideoq: scriptum est *C* 16 euụangelizanti *C* 17 *post* quibus *hab.* ipse *SMG* patiebātur *b* 19 intellegi L^1 20 calumpniamini *C* 21 dñi *SMG* lege (ge *s. l.*) *C* 22 ubi *om. C* 23 in *om. CSMG* enim uestra *Cb* 24 euuangelium *C* 26 dicetis CMP^1 se *om. LCSGMb* deum (*add. m.* 2) *S*

cumque non ait: pater noster, sed pater uester? iam uero uocem illam, quam commemorasti caelo delatam: hic est filius meus dilectissimus, credite illi, quia uos non audistis, nolite illi credere. si autem ideo creditis, quia eam in scripturis sanctis inuenistis, ibi est et ista, cui credere non uultis de Christo scripsisse Moysen; ibi aliae multae, quibus pariter fidem derogatis nec timetis, miseri, ne ita profanus aliquis dicat istam uocem omnino non sonuisse de caelo. et sicut uos contra salutem generis humani, quae omnibus gentibus euangelica auctoritate confertur, etiam in uestram perniciem argumentamini, cum dicitis propterea non esse credendum, quod dixerit Christus de se scripsisse Moysen, quia si hoc ille dixisset, nec Iudaei tacere potuissent, quin statim, utpote maligni et astuti, quaererent, quidnam illud esset, quod de se a Moyse scriptum putaret: sic et ille uanus et perditus dicat: si de caelo uox illa sonuisset, omnes Iudaei, qui audierant, credidissent? cur ergo non consideratis, insani, sicut fieri potuit, ut et post illam caelestem uocem dura Iudaeorum infidelitas permaneret, ita fieri potuisse, ut cum Christus diceret de se scripsisse Moysen, hoc magis maligna astutia timentes, unde conuincerentur, audire omnino non quaererent, quid de illo scripserit Moyses?

14. Sed hanc non solum sacrilegam aduersus euangelicam sanctitatem, uerum etiam eneruem ac debilem esse argumentationem sentit et Faustus atque intentionem suam in illud potius confert eoque se plus teneri dicit, quia omnem Moyseos scripturam scrutatus nullas ibi de Christo prophetias

1 Matth. 6, 26 . 32 2 Matth. 3, 17; 17, 5

2 commemorasti (mo *s. l.*) *C* 4 illi (*s. l. m. 1*) *L* 6 mosen *G* moysen S^2 7 prophanus *C* 9 humani (ni *m. 2 retract.*) *L* 10 euuangelica *C* 14 utpotem aligni (*corr. ex.* alieni) *M* quererent *C* 15 esset *om. b* de *om. C* 16 sic/ et (ut *er.*) *M* 17 quur *C* 18 fieri non pot. GS^1 19 iudeorum *C* 22 ñ auderent (ñ *et* nt *s. l. a m. 2*) *M* audere *Lb* quererent *C* quod L^1 23 euuangelicam *C* 24 eneruā (ā *in ras.*) *L* 25 intentationem *S* 26 conferte M^1 eoque] oque L^1M^1 27 scrutatur S^1 nulla sibi *M*

inuenit. cui cito respondeo: quia non intellegit; et si, cur non intellegat, quisquam quaesierit, respondebo „quia inimico, quia aduerso animo legit, quia non ideo scrutatur, ut sciat, sed quod nescit, scire se putat.“ haec praesumptio tumidae adrogantiae oculum cordis uel claudit, ut omnino non uideat, uel distorquet, ut peruerse uideat, et aliud pro alio probet aut inprobet. tu me, inquit, doce, quid est, quod me forte legentem praeterierit de deo ac domino nostro memoratum in scriptura Moysi. et hic cito respondeam: totum te praeteriit, quia totum ille de Christo scripsit. sed quia totum discutere et pertractare non possumus, hoc tibi in isto opere, si potero, domino adiuuante seruabo, quod superius dixi, ut ea ipsa, quae ad reprehendendum eligis, ostendam de Christo esse conscripta. quin etiam petis, ne dixerim, ut inperiti solent, hoc ipsum satis esse debere ad fidem, quia Christus dixerit de se scripsisse Moysen. quod quidem si dico, non ut inperitus, sed ut fidelis dico; non ualere autem hoc ad conuincendum gentilem uel Iudaeum et ego fateor; sed aduersus uos, qui quoquo modo nomine christiano gloriamini, satis esse idoneum ac praeualidum, tu quoque et si diu tergiuersatus tamen coactus es confiteri dicens: nolo enim nunc ad me respicias, quem ad credendum professio mea fecit obnoxium, ut non possim non credere ei, quem sequor; sed puta nos cum Iudaeo tractare, puta cum gentili. quibus uerbis ostendisti te interim, cum quo mihi nunc res est, quia te ad credendum professio tua fecit obnoxium, satis esse conuictum de Christo scripsisse Moysen, quia ipsum Christum hoc dixisse in euangelio scriptum est, cuius tam praeclaram sanctamque auctoritatem labefactare non audes; quia et, cum id ex obli-

1 intellegit L^1 2 intelligat L^2 quesierit C 4 tumide C 5 adrogantiae G^1 6 distorquit $L^1S^1M^1$ peruersae L^2G peruersae M 7 inquid L^1 10 ille C illū b 13 reprehendum C reprehendendum L 19 quoquo (*pr.* quo *s. l.*) G 25 iudeo C gentile $L^1M^1G^1$ quibus] quiuis S^1 27 obnoxium *om.* b

quo audes, difficultatis tuae pressus angustiis et cernens, quanta ruina te obruat, cum tibi dicitur nullam esse scripturam, cui de factis et dictis Christi flagites esse credendum, si euangelio tam sancte lateque notissimo credendum esse non putas, et timens, ne amisso christiani nominis pallio nuda uanitas uestra omnibus conspuenda et detestanda remaneat, rursus te saucium colligere conaris et dicis, quod istis euangelii uerbis iam te ad credendum professio tua fecit obnoxium. sic ergo te interim, cum quo nunc ago, teneo, ferio, perimo, id est errorem tuum atque fallaciam, et cogo fateri de Christo scripsisse Moysen, quia hoc Christum dixisse in euangelio legitur, cui te ad credendum professio tua fecit obnoxium. cum Iudaeo uero uel gentili si mihi necesse fuerit disputare, iam supra ostendi, quibus modis pro meis paruulis uiribus me agere oportere existimem.

15. Nec illud nego de Christo esse praedictum, quod tu tamquam facile refellendum elegisti, ubi deus loquitur ad Moysen dicens: suscitabo illis prophetam de fratribus ipsorum similem tibi. nec me tua lauta et lepida antitheta, quibus luteum sermonem quasi colorare ac pingere uoluisti, ullo modo ab hac fidei ueritate deterrent. conparans enim Christum atque Moysen et cupiens demonstrare dissimile, ut ob hoc non de Christo uideatur intellegendum esse, quod scriptum est: suscitabo illis prophetam similem tibi, obposuisti tibimet ex aduerso multa contraria, quod ille homo, hic deus, ille peccator, hic sanctus, ille ex coitu natus, hic secundum nos ex uirgine, secundum uos uero nec ex uirgine, ille offenso deo occiditur in monte, hic patri perplacens patitur propria uoluntate. quasi uero cum simile ali-

18 Deut. 18, 15 . 18

1 difficultates L^1M^1 pressus *S* praessus *M* 4 sanctę *Sb* 7 sautium *CSG* 9 te *om. SG* 10 terrorem *SPMG* cogor *S* cogor *LGMb* 13 iudeo *C* 14 paruolis M^1 16 nec (c *s. l.*) *G* ēe (*s. l.*) *G* qđ tu (*s. l.*) *M* 19 antiteta *G*, (*in ras.*) *M* 22 dissimiles *b* 27 uos] nos *C* 28 ille occiditur in monte offenso dō *S*

quid dicitur, ex omni parte atque ex omni modo simile intellegatur, quia non ea tantum, quae unius eiusdemque naturae sunt, dicuntur inter se esse similia, sicut gemini homines uel filii parentibus uel omnes homines omnibus hominibus, in quantum homines sunt, similes utique sunt — quod et in ceteris animalibus intueri facillimum est uel arboribus, ut olea oleae, laurus lauro similis dicitur — uerum etiam naturae disparis sunt et dicuntur multa similia, ut oliuae oleaster et far tritico. de rebus adhuc proximis et adtingentibus loquor; nam quid tam longe distans a filio dei, per quem facta sunt omnia, quam pecus et lapis? et tamen in euangelio legitur: ecce agnus dei et in apostolo: petra autem erat Christus: quae nullo modo quisquam recte diceret, si eorum aliquam similitudinem nullo modo ille susciperet. quid ergo mirum, si non est dedignatus Christus fieri similis ipsi Moysi, qui similis factus est oui, quam in eius praenuntiatione per ipsum Moysen praecepit deus manducari a populo suo eiusque sanguinem ad tutelam salutis adhiberi et pascha appellari, quod nunc in Christo esse conpletum nemo dissimulare permittitur? quapropter de scripturis agnosco dissimilem, de scripturis mecum agnosce et tu similem: non inde dissimilem, unde similem, sed alia causa illud, alia illud, dum tamen utrumque demonstrem. dissimilis homini Christus, quia deus; scriptum est enim de illo: quia est super omnia deus benedictus in saecula; et similis homini Christus, quia homo, quia de illo itidem scriptum est: mediator dei et hominum, homo Christus Iesus. dissimilis peccatori Christus, quia semper sanctus, et similis peccatori Christus, quia deus filium suum misit in similitudinem carnis peccati,

10 cf. Ioh. 1, 3 12 Ioh. 1, 29 I Cor. 10, 4 18 Ex. 20 24 Rom. 9, 5 26 I Tim. 2, 5

1 intelligetur C^1 2 quę (u *ex* o *corr.*) *S* 6 ut] uel *L* 7 olee *C* 8 disparis (s *fin. add. m.* 2) *C* dispares *L* 13 quisquam (s *s. l.*) *G* 16 quam] quem L^1CP praenuntiationem *MC* 22 unde similem *m.* 2 *scr. sup.* dissimilem *C* aliud L^1 24 scriptum namque est *S* qui *b* 25 secula *C* 29 misit filium suum *S*

ut de peccato damnaret peccatum in carne. homini ex coitu nato dissimilis Christus, in quantum ex uirgine natus est, sed homini nato similis Christus, in quantum et ipse ex femina natus est, cui dictum est: quod nascetur ex te sanctum, uocabitur filius dei. homini propter peccatum suum mortuo dissimilis Christus, in quantum sine peccato et propria potestate mortuus est, sed rursus homini mortuo similis Christus, in quantum et ipse uera morte corporis mortuus est.

16. Nec ideo Moysi famulo dei derogaueris, quia eum peccatorem fuisse et offenso deo suo in monte occisum esse dixisti. nouerat enim et ipse in domino gloriari, ut ab eo saluus fieret: a quo et ille, qui dicit: Christus Iesus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum primus ego sum. arguitur enim Moyses uoce diuina, quod eius fides ad aquam de petra eiciendam aliquantum titubauerit: quod ei cum peccato Petri potest esse commune, qui in mediis fluctibus simili fidei defectu dubitauit. uerum absit, ut credamus hinc eum esse alienatum ab aeterna societate sanctorum, qui cum sancto Helia, sicut euangelium loquitur, meruit clarificato in monte domino adsistere. nam, ut in ueteribus legimus libris, etiam post ipsum peccatum quantum sit apud deum meritum eius adparet. sed quid causae fuerit, ut de peccato eius tali morte uindicando deus loqueretur, quoniam pollicitus sum ea ipsa demonstrare ad praenuntiandum Christum pertinere, quae tu reprehendenda delegeris, faciam, sicut possum, domino adiuuante, ut hoc etiam, quod in Moysi morte reprehendisti, prophetiam fuisse de Christo recte intellegentibus doceam.

17. Sicut enim mos est diuinorum in scripturis sanctis

1 cf. Rom. 8, 3 4 Luc. 1, 35 10 cf. Deut. 34, 5 12 I Tim. 1, 15 15 cf. Num. 20, 10 sqq. 17 cf. Matth. 14, 30 sq. 20 cf. Matth. 17, 1 sqq.

1 dampnaret *C* co*itu (h *er.*) *M* 10 montem *G* montem *S*^{2} monte (m *er.*) *LM* 15 aliquantulū *CMb* tituuauerit *M*^{1} 20 ut] et *LSM* ueterib: legimus *L*^{1} 22 eius (*s. l.*) *S* 25 repræhendenda *L* 27 repræhendisti *L* de (e *in ras.*) *L*

mysteriorum, ut idem homo alias aliam atque aliam pro re aliqua significanda personam gerat, tunc Moyses populi Iudaeorum sub lege positi personam gerebat eumque in prophetica praenuntiatione figurabat. sicut ergo Moyses petram uirga percutiens de dei uirtute dubitauit, ita ille populus, qui sub lege per Moysen data tenebatur, Christum ligno crucis adfigens eum uirtutem dei esse non credidit. sed sicut percussa petra manauit aquam sitientibus, sic plaga dominicae passionis effecta est uita credentibus. habemus enim de hac re praeclarissimam et fidelissimam uocem apostoli, cum inde loqueretur, dicentis: petra autem erat Christus. hanc ergo carnalem de Christi diuinitate desperationem in ipsius Christi altitudine deus mori iubet, cum mortem carnis Moysi in monte imperat fieri. sicut enim petra Christus, ita et mons Christus: petra humilis fortitudo, mons eminens magnitudo, quia sicut apostolus ait: petra erat Christus, ita ipse dominus: non potest ciuitas abscondi super montem constituta, se scilicet montem, fideles autem suos in sui nominis gloria fundatos adserens ciuitatem. prudentia carnis uiuit, cum tamquam petra percussa Christi humilitas in cruce contemnitur; Christus enim crucifixus Iudaeis scandalum est, gentibus autem stultitia. et prudentia carnis moritur, cum tamquam montis eminentia Christus excelsus agnoscitur; ipsis enim uocatis Iudaeis et Graecis Christus dei uirtus et dei sapientia est. ascendit itaque Moyses in montem, ut carne mortua uiuo spiritu reciperetur: quo Faustus non ascenderat, ut carnales calumnias mente mortua loqueretur. nonne ipsam

11 I Cor. 10, 4 17 Matth. 5, 14 24 cf. I Cor. 1, 23 sq.

1 alios *b* pb̧are (*exp. m.* 2) *L* 2 iudeorum *C* 3 eumqu̧e L^2 4 uirga// *L* 8 aqua *GMPb* aquā (~ *add. m.* 2) *L* 9 preclarissimam *C* 10 apostolicam cum (cum *in ras.*) *S* apostolicum *G* apostoliçum *P* apostoli,cum M^2 12 carnalem desperationem de xp̄i diuinitate *S* diuinitate (m *er.*) *LM* 13 mosi *S* mosi *G* 21 contempnitur *C* 22 stulticia *C* stultitiȧ (tia *in ras.*) *L* 24 grecis *LSG* 25 carne (m *ras.*) *L* 26 quo (d *ras.*) *M* quo̧d L^2 27 calumpnias *C*

petram Petrus per prudentiam carnis percuti exhorruit, cum domino passionem suam praenuntianti ait: absit, domine, non fiet istud; propitius tibi esto? neque enim pepercit huic peccato dominus, cum ei retulerit: redi retro, satanas, scandalum mihi es; non enim sapis, quae dei sunt, sed quae sunt hominum. aut ubi mortua est ista carnalis diffidentia nisi in Christi glorificatione tamquam in montis altitudine? nam utique uiuebat, cum eum timide negaret, et utique mortua erat, cum eum libere praedicaret. haec uiuebat in Saulo, cum scandalum crucis detestans uastabat christianam fidem; et ubi nisi in illo monte mortua erat, cum iam Paulus diceret: uiuo autem iam non ego, uiuit uero in me Christus?

18. Quid habes igitur, haeretica uanitas, unde te putes posse conuincere non de Christo esse praedictum: suscitabo illis prophetam de fratribus ipsorum similem tibi, quando ne hinc quidem potes, quod dissimilem ostendis? aliis enim causis et nos similem ostendimus. an quia propheta dictus est, qui et homo esse dignatus est, et tam multa futura praedixit? nisi forte aliud est propheta quam homo ultra humanas coniecturas futura praenuntians. unde et ipse de se ipso ait: non est propheta sine honore nisi in patria sua. sed de te uidero, qui te conuictum paulo ante confessus es, cum dixisti, quod te ad credendum euangelio professio tua fecit obnoxium. Iudaeus ipse procedat in medium, qui ceruicem a iugo Christi male liberam tollit et ideo sibi adhuc fas putat dicere: mentitus est Christus uester; nihil de illo scripsit Moyses.

2 Matth. 16, 22 sq. 11 cf. Act. 8, 3 12 Gal. 2, 20 23 Matth. 13, 57

3 esto tibi *SMG* 4 retulit *C* retro] retro me *S*, (*s. l.* me) *G* rediretro M^1 5 que *S* 6 š (š *s. l. m.* 1) *L* 7 glorificationem *L* 8 altitudinem *L* eum (et 9) *om. GLPSb* 9 predicaret *C* 12 im *C* 14 ergo *b* heretica *CSL* te *om. LSMG* 16 prophętam *C* 17 quo *C* 18 et] et *post* causis *er. et sup.* enim *m.* 2 *adscr.*) *G*, *om. S* prophęta (20 et 22) *C* 21 ultro *b* 23 te *post* qui *om. LSGb* conuictus (*uirg. sup.* u *er. et* s *adscr. m.* 2) *M* 24 euugło *C* 26 a *om. b*

19. Dicat mihi, quem prophetam promiserit deus, cum ait Moysi: suscitabo illis prophetam de fratribus eorum sicut te uel similem tibi. multi enim prophetae postea fuerunt, sed utique unum quendam intellegi uoluit. hic ei, credo, facillime occurreret successor ille Moysi, qui populum ex Aegypto liberatum in terram promissionis induxit. quem cogitans me adhuc fortasse ridebit quaerentem, de quo dictum sit: suscitabo illis prophetam similem tibi, cum legam, quis in eodem munere populi illius regendi atque ducendi Moysi defuncto successerit. qui cum me uelut inperitum riserit — talis enim et a Fausto describitur —, non desinam hominem adhuc etiam conpellere et a securo risu ad curam respondendi reuocare quaerendo atque flagitando, cur eidem ipsi futuro suo successori, in cuius conparatione inprobatus est, ut non ipse introduceret populum in terram promissionis, ne uidelicet lex per Moysen non ad saluandum, sed ad conuincendum peccatorem data in regnum caelorum introducere putaretur, sed gratia et ueritas per Iesum Christum facta: quaeram ergo a Iudaeo, cur eidem ipsi futuro suo successori Moyses nomen mutauerit. uocabatur enim Ause et appellauit eum Iesum. cur denique tunc appellauerit, quando ex conualle Pharan praemisit ad eandem terram, quo erat populus ipso ducente uenturus? dicit enim uerus ipse Iesus: et si iero et praeparauero uobis locum, iterum ueniam et adsumam uos ad me. quaeram etiam, utrum non huic figurae adtestetur propheta dicens: deus ab Africo ueniet et sanctus de Pharan, tamquam diceret: eius nominis ueniet

17 cf. Ioh. 1, 17 21 cf. Num. 13, 9; 14, 6 23 Ioh. 14, 3 26 Hab. 3, 3

2 illis *s. l. S* 3 prophęte *C* 4 intellegi L^1 5 occurrer& L^1 occurreręt *P* occurret CL^2 6 aegipto *C* 7 querentem *C* 10 mosi S^1G 12 compellere *L* compellęre (e *prior in ras.*) SC^2 14 comparationem (ne *s. l.*) *S* conpatione *C* 16 per *om. L* 18 facta ē *L* 19 iudaeo (i *s. l.*) *C* 20 osee *b* (*in mg.* al. ause) 21 quur *L* 22 premisit *C* 23 dixit *C* xp̄s *C* (*in mg. m.* 2 iesus) 24 preparauero *C* 26 africo M^1

deus sanctus, cuius nominis erat ille, qui uenit ab Africo de Pharan, id est Iesus. huc accedit, quod idem ipsum dei uerbum intellegitur loqui, ubi promittit eundem ipsum Moyseos successorem, per quem populus in terram promissionis mitteretur, nomine angeli eum appellans — sicut etiam homines aliquid nuntiantes in scriptura diuina solent appellari — et ita dicit: ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, ut seruet te in uia, ut inducat te in terram quam iuraui tibi. adtende tibi et obaudi eum, ne non credas illi; nihil enim subtrahet tibi, nomen enim meum est in eo. quid est hoc? perscrutetur scripturas illas non iam Manichaeus, sed ipse etiam Iudaeus et uideat, utrum de aliquo angelo deus dixerit: nomen meum est in illo, nisi de hoc, quem introductorem in promissionis terram pollicetur. deinde quaerat in hominibus, quis Moysi successor introduxerit populum, et inueniet Iesum, non hoc ab initio uitae suae, sed nomine mutato appellatum. qui ergo dixit: nomen meum est in illo Iesu, ipse est uerus Iesus, rector et ductor populi in hereditatem uitae aeternae secundum testamentum nouum, cuius figura erat testamentum uetus. ita quantum adtinet ad propheticum adparatum nec geri nec dici aliquid possit insignius, quandoquidem res perducta est usque ad nominis expressionem.

20. Superest, ut Iudaeus ille, si uult et in abscondito Iudaeus esse non littera, sed spiritu, si uult reputari uerus Israhelita, in quo dolus non est, recordetur in figura illum mortuum Iesum, qui introduxit in terram morientium, et agnoscat in ueritate uiuum Iesum, quo duce intret in terram

7 Ex. 23, 20 sq. 25 cf. Rom. 2, 29 26 cf. Ioh. 1, 47

2 accidit L^1M^1 3 intellegitur L^1 moysi *b* 5 angeli (n *s. l.*) *L* 6 appellari (e *in* i *corr.*) *S* 7 ego *om. S* angelv̄ (v *ex* o) *S* 9 iurauit *SG* iuraui (τ *er.*) *LM* 11 pręscrutetur *SG* præscrutetur *L* pscrutetur (p̱ *in ras.*) *M* 12 manicheus *SL* iudeus *C* 19 doctor L^1 20 figurę S^1 21 attenet L^1 22 posset LM^2 23 expræssionem *L* 24 iudeus *C* 27 introdux//iτ *S*

uiuentium. talis enim iam non acerbus resistet tam perspicuae prophetiae, sed ex commemoratione Iesu, qui introduxit in illam promissionis terram, mitis effectus audiet iam ipsum, cuius nomen ille habebat, uerius introducentem et dicentem: beati mites, quoniam ipsi hereditate possidebunt terram. hic iam etiam ille gentilis, si non nimis lapideum cor haberet, aut si ex illis esset lapidibus, de quibus suscitat deus filios Abrahae, nonne miraretur in libris antiquis eiusdem gentis, ex qua natus perhiberetur Iesus, tam euidentem de illo conscriptam esse prophetiam, ut etiam nomen eius exprimeretur, simulque ibi aduerteret non quemlibet hominem praedictum fuisse Iesum, sed utique deum, cum in homine illo, qui regendo et introducendo in regnum populo constitutus mutato nomine Iesus appellatus est, suum nomen esse deus diceret eumque angelum nominaret eo ipso, quod mutato nomine mittebatur, magnum aliquid diuinumque nuntiantem? nuntium quippe graece angelum dici quis illa lingua uel tenuiter tinctus ignoret? quamobrem quilibet gentilis, si peruersus et peruicax esse nollet, non ideo libros illos contemneret, quia essent Hebraei, cuius gentis lege non teneretur, sed cuiuslibet gentis libros ideo magni penderet, quia in eis tanto ante conscripta inueniret, quae suis iam temporibus inpleta cognosceret ipsumque Christum Iesum non propterea sperneret, quia Hebraeicis litteris praenuntiatum uideret, sed potius eum, qui litteris quibuslibet, antequam inter homines nasceretur, per tot uolumina saeculorum partim apertioribus testimoniis, partim rerum gestarum et sermonum figuris et sacramentis ita praenuntiari commendarique meruisset, cum

5 Matth. 5, 4 7 cf. Matth. 3, 9

1 aceruus L^1 acerbus (a *in ras.*; b *corr. ex* u) *M* resistit L^1SGMb 3 iam] etiam *C* 5 ereditate M^1 6 iam *om. b* 8 habrahae SM^2G antiqis (qis *in ras.*) *S* 9 enuidentem (*exp. m.* 2) *L* 10 conscriptum L^1 11 hominęem *C* predictum *C* 14 hiesus *SG* 15 quod] quo *LCSGM* 17 grece *LCS* diciț *G* 18 cinctus *b* 19 illos *om. b* contempneret *C* 20 genti L^1 24 hebraicis *Cb* hebræicis L^1 25 homines nasceretur (mines nas *in ras.*) *C*

ingenti admiratione et debita religione sectandum uenerandumque censeret. ita illi ex rerum christianarum iam praesentatis effectibus librorum prophetia uera probaretur, ex librorum uero prophetia Christus colendus agnosceretur. uana loqui deputer, si non ita factum est, si non ita fit, si non in eam fidem per uniuersum orbem terrarum eorundem librorum recitatione concurritur.

21. Unde mirabiliter istorum est ridenda uecordia, qui tamquam inpossibile a nobis quaerunt, quomodo per Iudaeorum libros fidem christianam uelit discere homo gentilis, cum tanta deuotione et tanta celebritate omnes gentes istorum librorum fieri discipulas cernat, eo ipso nimirum fortius atque firmius, quod ex manibus inimicorum tanta de Christo testimonia proferuntur: in quibus ideo gentes. quae credunt, nihil de illo ad tempus possunt putare confictum, quia in eis libris inueniunt Christum, quibus a tot saeculis seruiunt, qui crucifixerunt Christum et quos in tanto apice auctoritatis habent, qui cotidie blasphemant Christum. si enim ab eis proferrentur prophetiae de Christo, qui praedicant Christum, ab eis ipsis confictae putarentur; nunc uero id exponit, qui praedicat, quod recitat, qui blasphemat. ad aliquem namque usum sanctorum ordinatur omnis caecitas inpiorum a summo deo, qui pro sui regiminis aequitate bene utitur etiam malis, ut qui suo arbitrio iniuste uiuunt, illius iudicio iuste disponantur. ergo ne testimonia prophetiae Christi nascituri, mira facturi, indigna passuri, morituri, resurrecturi, ascensuri, per omnes gentes euangelium uitae aeternae disseminaturi illi finxisse crederen-

1 debita] deuita *LPG*^{1} deuota *b* deuitare *M*^{1} relegione *L*^{1} legione *M*^{1} 2 censeret] conseret *G* conspiceret *SG*^{2} 5 deputet *b* 6 r&itatione *S* recitazione (*corr. ex* r&i) *M* recitationem *L* 9 a *(s. l.) C* iudeorum *C* 12 discipulos *b* ipso (e *corr. in* o) *C* 14 gentibus *C*^{1} 18 cottidie *LSGM* proferrentur (*sec.* r *s. l. a m.* 1) *LSM* 20 idem ponit (*in mg. m. rec.* id exponit) *C* 21 r&itat *S* blasphemat (b *ex p corr.*] *C* 22 a] aç *G*, (c *er.*) *M* 24 iuditio *C* 25 prophętiae *C* mira facturi *om. M*^{1} 26 *post* ascensuri *add.* cum *SG* 27 euuangelium *C* disseminatur *L*^{1}*C*^{1}*PSMG* disseminaturi (i *s. l. add. m.* 2) *LC*

tur, qui eum populis adnuntiarent, magnum aliquid actum est in usum nostrum de infidelitate Iudaeorum, ut idem ipsi, qui haec propter se non haberent in cordibus, propter nos haberent in codicibus. nec inde auctoritas illis libris minuitur, quod a Iudaeis non intelleguntur, immo et augetur; nam et ipsa eorum caecitas ibi praedicta est. unde magis non intellegendo ueritatem perhibent testimonium ueritati, quia cum eos libros non intellegunt, a quibus non intellecturi praedicti sunt. etiam hinc eos ueraces ostendunt.

22. Hinc est et illud, cuius ambiguitate Faustus fallitur: uidebis uitam tuam pendentem et non credes uitae tuae. quae uerba et aliter posse intellegi potest aliquis dicere; de Christo autem non posse intellegi nec Faustus ausus est dicere nec quisquam prorsus audebit, nisi qui negauerit aut Christum esse uitam aut a Iudaeis uisum esse pendentem aut eos illi non credidisse. cum uero et ipse dicat: ego sum uita et eum pependisse constet ante oculos non ei credentium Iudaeorum, non uideo, cur dubitare debeamus id etiam de Christo scripsisse illum, de quo Christus ait: ille enim de me scripsit. proinde si quod scriptum est: suscitabo eis prophetam de fratribus illorum similem tibi, ostendere conatus est Faustus non posse de Christo intellegi, quia Christus Moysi similis non est, et tamen ex omni parte conuictus est, quid opus est in hoc testimonio laborare? aut certe, sicut dixit Christum similem non esse Moysi, ut illam refelleret prophetiam, sic etiam ut hanc refellat. dicat Christum non esse uitam uel in conspectu Iudaeorum non ei credentium non pependisse. cum autem hoc ille non dixerit

11 Deut. 28, 66 16 Ioh. 14, 6 19 Ioh. 5, 47

2 iudeorum *C* 3 se *(s. l.) S* 4 libris illis *S* 5 iudeis *C* intelleguntur L^1 6 predicta *C* intellegendo L^1 8 predicti *C* 12 potest—intellegi *om. SG, (in mg. m. 2 add.) C* 14 nec (c *s. l.*) *S* quisquam (s *corr. ex* c) *C* 15 a *om. b* 17 et eum quip *(exp. m. 2) L* et eum qui S^2 et eum qui *GM* 18 iudeorum *C* 23 mosi S^1G^1 26 fælleret S^1 falleret G^2

nec hodie quisquam eorum audeat dicere, nihil est, cur moremur hanc quoque de domino et saluatore nostro Iesu Christo famuli eius amplecti prophetiam. at enim inter cetera maledicta et hoc positum est. num ideo non est prophetia, cum et cetera, inter quae positum est, nihil sint aliud quam prophetiae? aut ideo non est de Christo prophetia, quia illa, quae in ea lectione uel praecedentia uel consequentia contexuntur, nihil pertinere uidentur ad Christum? quasi uero quicquam sit peius inter maledicta, quae Iudaeis pro merito superbiae inpietatis acciderunt, quam uidere uitam suam, id est filium dei, pendentem et non credere uitae suae. maledicta enim cum ex prophetia dicuntur, non sunt de malo uoto inprecantis, sed de praescio spiritu denuntiantis. nam illa, quae de malo uoto sunt, prohibentur, cum dicitur: benedicite et nolite maledicere. haec autem saepe inueniuntur in sermone sanctorum. sicut apostolus Paulus, Alexander, inquit, aerarius multa mala mihi ostendit; reddet illi dominus secundum opera sua. nam illud tamquam stomachatus et indignatus etiam male optasse uidetur apostolus: utinam et abscidantur, qui uos conturbant! quod utique, si consideres personam scribentis, magis eum elegantissimo ambiguo bene optasse intelleges. sunt enim spadones, qui se ipsos absciderunt propter regnum caelorum. quod in his quoque uerbis Faustus sapuisset, si pium palatum ad escas dominicas adtulisset. sic enim sonuit fortasse Iudaeis, quod dictum est: uidebis uitam tuam pendentem et non credes uitae tuae, ut inter minas uel dolos hostium

14 Rom. 12, 14 16 II Tim. 4, 14 20 Gal. 5, 12 22 Matth. 19, 12

1 quisquam (s *s. l. a m.* 1) *L* 6 prophętia *C* 7 in *om. C* contexuntur] consequuntur *LPSMG²b* 10 superbiae] superbae *SGMb* et impietatis (et *a m.* 2) *S* 12 inprecantes L^1 13 prescio (*add. m.* 2) *L* denuntiantes L^1 17 *erarius (a *er.*) *M* reddat *SCG²* 18 stomacatus L^1G^1 stomachastus (a *sec. corr. ex* u) *C* sthomacatus M^1 20 et *om. S* abscindantur *GSb* 21 eligantissimo L^1 22 obtasse *C* optasse (e *s. l. m.* 1) *L* intelleges L^1

suorum uitam suam uidentes ex incerto pendere uicturos se esse non crederent. sed filius euangelii cum audit: ille enim de me scripsit, in hac ipsa ambiguitate sententiae uidet, quid prophetae porcis proiciant, quid hominibus innuant, statimque illi occurrit uita hominum Christus pendens eique non credentes Iudaei ob hoc ipsum, quia pendentem uident. et alius quidem aliquis cito diceret inter cetera maledicta, quae in illa lectione ad aliquid de Christo intellegendum non pertinent, hoc solum ibi esse de Christo, quod scriptum est: uidebis uitam tuam pendentem et non credes uitae tuae; neque enim fieri non posset, ut inter diuersa maledicta, quae inpio populo prophetice praenuntiabantur, hoc quoque poneretur. sed ego et qui mecum aliquanto adtentius cogitant euangelicam illam dominicamque sententiam, qua non ait: „ille enim et de me scripsit“ ut et alia, quae ad Christum non pertinent, scripsisse crederetur, sed ait: de me enim ille scripsit, ut omnem scripturae illius intentionem nonnisi ad intellegendam Christi gratiam perscrutando consuleremus, etiam cetera in illa lectione maledicta propter Christum praedicta cognoscimus: quod nunc ostendere si uelim, nimis longum erit.

23. Unde tantum abest, ut hoc, quod Faustus commemorauit, propterea non pertineat ad Christum, quia inter cetera maledicta positum est, ut nec ipsa cetera rectum habeant intellectum, nisi ad Christi gloriam, qua generi humano consulitur, prophetata referantur . quanto magis hoc! quod et si talis fuisset Moyses. ut aliud corde intuens id ore funderet, facilius eum dicerem prophetasse nescientem, quam, cum audirem populo Iudaeorum dictum: uidebis uitam tuam

2 Ioh. 5, 46

1 suorum (a *corr. in* o) *C* 2 euuangelii *C* 3 ac L^1 6 iudei *C* 8 quia *S* 12 propheticę *C* propheticąe (*exp. m. 2*) *L* 18 gratiã (~ *add. m. 2*) *G* præscrutando *L* 19 lectione] maledictione *SG* 20 predicta *L* 25 quę *b* humana G^1 26 referuntur S^1 28 o̩reum *C* 29 populum L^1 iudeorum *C*

pendentem et non credes uitae tuae, de Christo prophetatum negarem. neque enim hoc intuebatur animo Caiphas, quod ex uerbis eius intellectum est, cum Christum ut inimicum persequens ait expedire, ut unus homo moreretur, ne periret tota gens. ubi euangelista subiecit hoc eum non a se dixisse, sed cum esset pontifex prophetasse. sed Moyses non erat Caiphas. quare illud, quod populo Hebraeo dixit: uidebis uitam tuam pendentem et non credes uitae tuae. non solum de Christo dicit, quod, etsi nesciens dixisset, de nullo alio dixisse deberet intellegi, uerum etiam sciens dixit. erat enim fidelissimus dispensator prophetici sacramenti, id est illius sacerdotalis chrismatis, unde Christi nomen agnoscimus: in quo sacramento, quamuis homo pessimus, Caiphas etiam nesciens potuit prophetare. hoc quippe in eo egit propheticum chrisma, ut prophetaret; hoc autem uita inpia, ut nesciens prophetaret. quo itaque ore dicitur nihil de Christo prophetasse Moyses? a quo illud chrisma coepit, unde Christi nomen innotuit, et unde Christum etiam persecutor Christi uel nesciens prophetauit.

24. Nam de maledicto pendentis in ligno iam, quantum satis uisum est, supra diximus. interficiendum autem esse prophetam siue principem populi, qui filios Israhel a deo suo uellet auertere aliquidue infringere mandatorum, non aduersus Christum praecepisse Moysen et ex his. quae iam multa egimus, satis clarum est et magis magisque consideranti dicta et facta domini Iesu Christi magis magisque clarebit, quia nec a suo deo uoluit quemquam eorum Christus auertere. deus quippe, quem illis Moyses diligendum colendumque praeceperat, ipse est certe deus Abraham et deus Isaac et deus

6 cf. Ioh. 11 49 sqq.

4 exdire *S* 5 euuangelista *C* 7 hebreo *CS* 9 dixit *b* dixisset *om. SG* 10 debere M^1 deberet L^1 11 prophętici *C* 12 sacerdotalis (ta *s. l.*) *C* 17 prophetauit *SG* 24 precepisse *C* mosen *SG* 26 dni nři *G* clarebit (b *corr. ex* u) *GM* 28 moses S^1G praeciperat L^1

Iacob, quem dominus Iesus Christus eadem conmendatione conmemorat eiusque auctoritate Sadducaeorum refellit errorem resurrectionem negantium, ubi ait: de resurrectione autem mortuorum non legistis, quid deus locutus sit de rubo ad Moysen: ego sum deus Abraham et deus Isaac et deus Iacob? non est deus mortuorum, sed uiuorum; omnes enim illi uiuunt. oportune itaque eadem uoce nunc conuincuntur Manichaei, qua tunc conuicti sunt Sadducaei; nam et ipsam resurrectionem alio quidem modo, sed tamen etiam isti negant. item cum fidem centurionis laudans diceret: amen dico uobis, non inueni tantam fidem in Israhel, adiecit et ait: dico autem uobis, quoniam multi ab oriente et occidente uenient et recumbent cum Abraham et Isaac et Iacob in regno caelorum; filii autem regni ibunt in tenebras exteriores. si ergo, quod negare Faustus non potest, non conmendauit Moyses populo Israhel deum, nisi deum Abraham et Isaac et Iacob eumque ipsum Christus ex his et aliis testimoniis sine dubitatione conmendat, non est conatus illum populum auertere a deo suo, sed ideo minatus est eos ituros in tenebras exteriores, quod auersos uideret a deo suo, in cuius regno gentes uocatas ex toto orbe terrarum recubituras dicit cum Abraham et Isaac et Iacob: non ob aliud, quam quod fidem tenuissent dei Abraham et Isaac et Iacob. unde et apostolus dicit: prouidens autem scriptura, quia ex fide iustificat gentes deus, praenuntiauit Abrahae dicens: in semine tuo benedicentur omnes gentes, ut illi scilicet in semine Abrahae benedicerentur, qui Abrahae fidem imita-

3 Matth. 22, 31 sq.; Luc. 20, 37 sq. 11 Matth. 8, 10 sqq. 25 Gal. 3, 8

1 quem—Iacob *om. SG* commendatione (m *er.*) *L* 2 auctoritate///// sa///duc///e///orum *L* auctoritates adductę eorum *M* auctoritatis adductęeorum *P²b* saducaeorum *C* 6 *alt.* dš *om. S* 7 enim *s. l. G* oportunae *L* opportune *M* 8 manichei *CS* 9 saḍducei *(exp. m. 2) L* saducaei *C* 12 adi&it *S* 14 et isaac *om. C* 17 moses *S¹G* 18 xp̃m *LS¹GMb* 19 auertere *(s. l. m. 2) S* 26 praenuntiat *C* 28 quia *S¹G*

rentur. non igitur Christus Israhelitas a deo suo uolebat auertere, sed eos potius, quod ab illo auerterentur, arguebat. mandatorum autem aliquod eorum, quae per Moysen data sunt, infregisse dominum qui arbitrâtur, non mirum, si hoc putat, quod Iudaei; sed ideo errat, quia in hoc errauerunt et Iudaei. ubi autem Faustus conmemorat ipsum mandatum, quod dominum infregisse uult credi, ibi opus est, ut ostendamus, quomodo fallatur, sicut iam supra, ubi oportebat, ostendimus. nunc illud dico, quia, si aliquod illorum mandatorum dominus infregisset, non etiam de hoc ipso Iudaeos arguisset: quibus calumniantibus, quod discipuli eius inlotis manibus manducarent et ob hoc excederent non mandatum dei, sed traditiones seniorum, ait illis: utquid et uos egredimini mandatum dei, ut traditiones uestras statuatis? ipsumque dei mandatum conmemorat, quod per Moysen mandatum esse nouimus. secutus quippe ait: deus enim dixit: honora patrem et matrem et: qui maledixerit patri aut matri, morte morietur. uos autem dicitis: quicumque dixerit patri uel matri, munus, quod est ex me, tibi prosit, non honorauerit patrem suum; et inritum fecistis uerbum dei propter uestram traditionem. qua in re uidete, quam multa nos doceat et Iudaeos a deo suo se non auertere, et eius mandata non tantum se non infringere, uerum etiam illos, a quibus infringerentur, arguere, et non nisi deum per Moysen ista mandasse.

25. Quamobrem quoniam nos credimus omnia, quae scripsit Moyses, ad Christi conmendationem pertinere, quod isto opere quia demonstrare non possumus, polliciti sumus in his hoc osten-

13 Matth. 15, 3 sqq.

1 uoleuat M^1 3 autem *(s. l.)* S 5 et *s. l.* S 10 ipsos L 11 calumpniantibus C discipuli eius *om.* $LCSMb$ 12 excederet LC 13 trāsgredimini b 14 mandatum dei S 15 mosen G mosen S 16 dš enim dixit *(in marg.)* S 17 aut] uel SG 18 moriatur Pb quicum L^1 19 uel matri *om.* C 21 trad. uestram b 22 iudeos C 26 omnia credimus S 27 isto (i *ex* o *m. 1*) L

dere, quae Faustus de illa scriptura refellenda uel uituperanda delegerit, recte a nobis debitum exigitur, ut hoc etiam, quod praecepit Moyses interficiendum esse prophetam siue principem, qui eos a deo suo uellet auertere aliquodue infringere mandatorum, ostendamus ad custodiendam fidem, quae in ecclesia Christi discitur, pertinere. uidebatur quippe ille spiritu prophetico et deo sibi loquente multos exsurrecturos haereticos diuersorum errorum magistros aduersum doctrinam Christi, qui non eum Christum praedicarent, qui uerus est Christus. ille enim uerus est, qui per prophetias, per eundem Moysen ceterosque sanctos eius gentis editas praenuntiatus est. quisquis itaque alium docere uellet, ipsum interficiendum Moyses praecipiebat. quid autem nunc aliud agit lingua catholica, nisi ut spiritali gladio utriusque testamenti acie bis acuto interficiantur omnes, qui nos a deo nostro uolunt auertere aliquodue infringere mandatorum? inter quos praecipue cadit ipse Manichaeus, cum eius error adserta legis et prophetarum ueritate perimitur, uolentis nos auertere a deo nostro, deo Abraham et Isaac et Iacob, quem Christus conmendat, et uolentis infringere mandata legis, in quorum etiam figuris Christum prophetatum esse cognoscimus.

26. Iam uero illam conplexionem utrum obtunsissimam, an fraudulentissimam dicam, nescio; erat enim Fausto ingenium . unde magis arbitror eum nebulam inicere uoluisse minus adtento lectori quam non uidisse quod dicam; ait enim: quodsi haec de Christo minime scripsit, aut alia dabitis aut nulla erunt. haec propositio uera est. sed consequens erat, ut ostenderet et haec de Christo minime scripta esse et alia dari non posse. nihil autem horum fecit,

2 recte *inc. c. 25 in b* 5 *ecclesia (h *er.*) *M* aecła *C* 7 ex**surrecturos *L* hereticos *LCSG* 12 moses *SG* 13 precipiebat *L* 14 nisi (si *s. l.*) *S* acię *M* uis M^1 acuta MS^1 15 nostro] suo *SG* 17 manicheus *SLG* asserto SG^2 18 uolentes L^1b 22 conplectionem M^1 23 au (τ *add. m. 2*) fraudǫlentis||simam (o *exp.* et u *superscr. m. 2*) *L* enim *(in ras.) S* 25 dicat S^2 28 ut] eτ L^1, (*corr. in* ut *m.* 1) *M* 29 nilhil (*exp. m. 2*) *L*

quia et haec nos ostendimus, quomodo de Christo accipi possint, et superius alia multa dedimus, quae nisi de Christo intellectum habere non possint. non est ergo, cur concludas, Fauste, nulla esse a Moyse scripta de Christo. adtende enim, quid dicas. quodsi haec, inquis, minime de Christo scripsit, aut alia dabitis aut nulla erunt. uerum dicis. proinde quia et haec de Christo uel propter Christum scripta docuimus et alia multa dedimus, argumentatio tua potius nulla erit. et haec quidem, quae conmemorasti, quamuis non obtinueris, saltem conatus es ostendere non esse scripta de Christo. quod autem subdidisti: aut alia dabitis, aut nulla erunt, prius demonstrare debuisti alia nos dare non posse, ut securus inferres nulla esse. nunc uero tamquam libellus tuus tam surdos auditores uel caecos lectores esset habiturus, ut nullus aduerteret, quid praetermiseris, concurristi dicere: si nulla fuerint, nec Christus potuit adseuerare, quod nusquam est; ita si Christus hoc minime adseuerarit, capitulum hoc falsum esse constiterit. o hominem se cogitantem dictorem et alium non cogitantem contradictorem! ubi est acumen tuum? an in mala causa non posses aliter? sed mala causa te uana loqui coegit; malam uero habere causam nemo te cogit. quid enim? si alia dabimus? certe utique non erunt nulla, quia erunt aliqua. et si erunt aliqua, potuit Christus adseuerare, quod est. ita si Christus hoc adseuerare potuit, capitulum illud euangelicum falsum esse non constat. redi ergo ad propositionem tuam, qua dixisti: aut alia dabitis, aut nulla erunt, et uide non te ostendisse nulla nos alia daturos. uide etiam nos quam multa alia iam

1 de] do *S* 3 possunt *S* 6 scribsit L^1 7 hęc *C* scripta *(s. l.) S* 10 saltim *LMGS*^{1} es *(in marg.) C* 11 subdiscistis (s *ante* ci *s. l.) C* 12 salia *C* 14 tam—aduerteret *(m. 1 (?) add.) P* ca&os *G* habituros *P* 15 ut] et *Pb* nullo *P* pretermiseris *C* 17 asseuerauit *CSGb* adseuerauit *PL* asseuerarit *M* 19 non cogitare *LCPSMb* 20 est *om. SG* 21 te] et *b* 22 quid (d *s. l. a m. 1) S* si enim *CSG* 25 illum *LSG* illud *(uirg. er. et* m *in* d *mut.) M* euuangelicum *C*

supra dixerimus, et quid hinc conficiatur aduerte: scilicet non esse falsum, quod in euangelio Christum dixisse legimus: si crederetis Moysi, crederetis et mihi; de me enim ille scripsit. et euangelii quidem tam eminens est auctoritas et tam fundata ueritas, ut, etiamsi nos propter tarditatem intellegentiae nostrae nulla inueniremus a Moyse scripta de Christo, non solum esse aliqua, sed ad Christum omnia pertinere, quae scripsit, quia non ait: et de me scripsit, sed de me ille scripsit, credere deberemus. nunc autem, etsi de isto euangelii capitulo, quod absit, dubitandum esset, conpertis tam multis in scriptura Moysi de Christo testimoniis omnis illa dubitatio tolleretur; et quia de capitulo euangelii dubitandum non est, etiamsi illa conperta non essent, esse tamen credi oporteret.

27. Nam illud quod adiungis „dissimilem fuisse traditionem Christi atque Moyseos et ideo non fuisse uerisimile, ut si crederent Moysi, crederent et Christo, immo illud potius esse consequens, ut si alteri Iudaei crederent, alteri necessario repugnarent“ non utique diceres, si considerationis oculum paululum adtolleres orbemque terrarum sine contentionis caecitate conspiceres in hominibus doctis atque indoctis, Graecis et barbaris, sapientibus et insipientibus, quibus se debitorem dicebat apostolus et Moysi et Christo simul credentem. si ergo non erat uerisimile, ut Iudaei Moysi et Christo pariter crederent, multo minus uerisimile est, ut orbis terrarum Moysi et Christo pariter credat. cum uero uideamus omnes gentes utrique credere et illius prophetiam cum euangelio huius conuenientem fide robustissima et celeberrima retinere, non ad aliquid inpossibile

23 cf. Rom. 1, 14

1 dixerimus] dederimus *C* confiteatur L^1GSb confitiatur (ti *corr. ex* te) *M* 2 euuangelio *C* 3 (11 et 17) mosi *SG* 4 et *om. C* euuangelii *C* 9 debemus C^1 10 ipso *b* euuangelii *C* 11 testemoniis L^1 12 tolletur L^1SGMb 20 paululum (l *fin. ex* r) *C* 22 grecis *L* 24 credentem (tem *exp. et* s *superscr. m.* 2) *L* 25 mosi S^1 28 fidem *LSG* fide (m *er.*) *M* robustissimā et celeberrimā *LSG*

gens una uocabatur, cum ei diceretur: si crederetis Moysi, crederetis et mihi, potiusque est miranda et uehementius arguenda duritia Iudaeorum, qui hoc non fecerunt, quod totum mundum fecisse conspicimus.

28. Nam quicquid dicis de sabbato et de circumcisione carnis et de differentia ciborum aliam fuisse traditionem Moysi, aliud per Christum didicisse christianos, iam supra ostendimus, quia, sicut dicit apostolus, haec omnia figurae nostrae fuerunt. non ergo diuersa doctrina est, sed diuersum tempus. aliud enim erat, quo haec oportebat per figuratas prophetias praenuntiari, et aliud est, quo haec iam oportet per manifestam ueritatem redditamque adinpleri. sed quid mirum, si Iudaei carnaliter intellegentes sabbatum Christo, qui iam hoc spiritaliter insinuabat, repugnauerunt? tu apostolo responde, si potes, qui uacationem ipsius diei umbram futuri esse testatur. sed si illi restiterunt Christo non intellegentes uerum sabbatum, uos ei nolite resistere et intellegite ueram innocentiam. nam eo ipso loco, ubi praecipue destructor sabbati putatur Iesus, cum discipuli eius per segetem transeuntes et esurientes uellerent spicas et ederent, innocentes eos dixit respondens Iudaeis: si sciretis, quid sit: misericordiam uolo quam sacrificium, numquam condemnassetis innocentes; magis enim esurientium misereri debuerunt, quia hoc illi coacti fame fecerunt. a uobis autem quisquis uulserit spicas, non ex traditione Christi, qui hanc innocentiam uocat, sed ex traditione Manichaei homicida deputatur. an forte misericordiam eisdem spicis exhibuerunt apostoli, ut inde membra dei manducando purgarent, sicut uestra fabula est?

8 I Cor. 10, 6 16 cf. Col. 2, 16 sq. 21 Matth. 12, 7

3 iudeorum *C* 6 diffedentia (*s.* d *add.* r) *C* 10 quod *LCb* 11 pphetias *(in ras.) S* est *(add.* ꝑ. *1) L* quo] quod *LCSMb* 12 manifesta *M* 13 xpō *(s. l.) S* 15 uocationem *SG* 16 si *om. SG* 18 precipue *L* 19 segetes (s *fin. in ras. m.* 2) *L* 20 esurientes (ientes *in ras. m. 2) L* 21 respondent (*s.* t *superscr.* s) *C* 23 debuerunt misereri *b* 26 traditiõe (e *s. l. add. m. 2) L* an] hanc *LSGMb* 27 exibuerunt *C* 28 menbra *C* mebra *S*

uos ergo crudeles, qui hoc non facitis. sed uidelicet nouit Faustus destruere sabbatum, quia scit uirtutem dei semper atque infatigabiliter operari. illi hoc dicant, qui intellegunt deum sine temporali uoluntate uniuersa tempora facientem. hoc ad uos multum est, qui dei uestri requiem rebellatione gentis tenebrarum perhibetis excussam et hostium repentino inpetu perturbatam. an ex aeterno praeuidens hoc futurum numquam habuit requiem, quia numquam securus fuit, qui se cogitabat tam graue bellum cum tanta membrorum suorum labe damnoque gesturum?

29. Ceterum illud sabbatum, quod inperite atque inpie deridetis, nisi et ipsum inter prophetias, quae de Christo scriptae sunt, haberet intellectum, non ei Christus sic adtestaretur. qui cum propria uoluntate, sicut ipse in eius laude posuisti, pateretur ideoque tempora passionis et resurrectionis suae haberet in potestate, id egit, ut caro eius in sepultura sabbato requiesceret ab omnibus operibus suis, ut tertio die resurgens, quem dominicum dicimus, qui post sabbatum numeratur octauus, etiam circumcisionem octaui diei ad se prophetandum pertinere declararet. quid enim significat circumcisio carnis? quid? nisi expoliationem mortalitatis, quam de carnali generatione portamus. propter hoc dicit apostolus: exuens se carnem principatus et potestates exemplauit fiducialiter, triumphans eos in semet ipso. quod enim dicit exuisse se carnem, eo loco carnem mortalitatem carnis intellegimus, secundum quam proprie corpus hoc caro nominatur. quae mortalitas proprie caro est appellata, quia in

23 Col. 2, 15

3 intellegunt (u *corr. ex* a) *S* 5 reuelatione (m. *er.*) L^1M^1 reuelationem *SG* 6 excussam (x *s. l. m. 2 add.*) *L* 7 preuidens *C* 9 menbrorum *CS* 10 labe,dampnoque (, *et* p *a m.* 2) *M* damnaq; S^1 12 prophetas $L^1S^1M^1G$ 13 scripta *b* attestaretur L^2 14 propria (i *s. l.*) *C* 18 tercio *C* surgens *SG* 19 octauo die L^1 octauidei M^1 20 declaret *S* 21 quid L^1 (exp. *m. 2*) 23 exuensse *(pr.* s. *s. l.) G* 24 fidutialiter *C* 25 exuisses *G* se *om. S* 26 (et 27) propriae L^2SG proprię *C* 27 est *om. CSG*^{1}*M* appellata est *b* qui S^1

illa resurrectionis inmortalitate non erit. propterea scriptum est: caro et sanguis regnum dei non possidebunt. de quibus uerbis soletis calumniari fidei nostrae, qua credimus huius corporis futuram resurrectionem, quae in ipso deo iam praecessit, dissimulantes ea, quae sequuntur; in quibus aperte apostolus quid dicat exponit. uolens enim ostendere, quid eo loco dixerit carnem, continuo subiecit: neque corruptio incorruptionem possidebit. hoc enim corpus, quod propter mortalitatem proprie caro nominatur, mutari dicit in resurrectione, ut iam non sit corruptibile atque mortale. quod ne putetur nostra suspicione dici, ipsa eius quae sequuntur uerba consulite. ecce, inquit, mysterium dico: omnes quidem resurgemus, non tamen omnes inmutabimur, in atomo, in ictu oculi, in nouissima tuba; canet enim tuba, et mortui resurgent incorrupti, et nos inmutabimur; oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem et mortale hoc induere inmortalitatem. ut ergo induatur inmortalitate, exuitur mortalitate. hoc est circumcisionis mysterium, quae octauo die fieri iussa est, et octauo die, id est dominica post sabbatum, iam in ueritate a domino inpleta. unde dicitur: exuens se carnem principatus et potestates exemplauit. per hanc enim mortalitatem nobis inuidae diabolicae potestates dominabantur; quas exemplasse dictus est, quia in se ipso capite nostro praebuit exemplum. quod in toto eius corpore, id est ecclesia ex diaboli potestate liberanda, in ultima resurrectione conplebitur. haec est fides

2 I Cor. 15, 50 sqq. 19 cf. Gen. 17, 12

1 inmortalitate L^1 5 secuntur G sequntur (q *ex* c *corr. et* u *superscr. m. 2*) S 6 enim *(s. l.)* S ostendere (endere *in ras.)* L 9 dicit S^1 resurrectionē L^1M 11 suspitione LS secuntur CS^1G 12 inquid L^1 misterium S 13 resurgimus L^1C^1 athomo $CLSGM$ 14 ictu (u *er.*) M canet enim tuba *om. SG* 17 inmortalitatem L^1M 18 mortalite C misterium C 19 octauo (*bis*) C^1L^1 20 dño] dō C 22 inuide C 25 ēst (st *s. l. add. m. 2*) L aecclesia C diabolo S

nostra. et quoniam, sicut testimonium propheticum Paulus conmemorat, iustus ex fide uiuit, haec est iustificatio nostra. mortuum quippe Christum et pagani credunt; resurrexisse autem Christum propria fides est christianorum. si enim confitearis, ait apostolus, in ore tuo, quia dominus est Iesus, et credideris in corde tuo, quia deus illum suscitauit a mortuis, saluus eris. quia ergo ex ista resurrectionis fide iustificamur, ideo et illud de Christo apostolicum est, quia mortuus est propter delicta nostra et resurrexit propter iustificationem nostram. et quia ista resurrectio, quae credita nos iustificat, illa octaui diei circumcisione figurata est, propterea de ipso Abraham, cui primum tradita est, dicit apostolus: et signum accepit circumcisionis signaculum iustitiae fidei. ergo et istam circumcisionem inter alias figuras propheticas de Christo scripsit Moyses, de quo ipse dicit: de me enim ille scripsit. quod autem dicit dominus: uae uobis, scribae et pharisaei hypocritae, qui circuitis mare et aridam facere unum proselytum; et cum feceritis eum, facitis eum filium gehennae duplo quam uos estis, non quia circumciditur, dixit, sed quod eorum mores imitatur, a quibus imitandis cohibet suos dicens: in cathedra Moysi sedent scribae et pharisaei: quae dicunt, facite, quae autem faciunt, facere nolite; dicunt enim, et non faciunt. in quibus dominicis uerbis utrumque debetis aduertere, et quantus honor delatus sit doctrinae Moysi, in cuius cathedra etiam mali sedentes bona docere cogebantur, et unde fieret proselytus filius gehennae, non scilicet a pharisaeis uerba legis audiendo,

2 Rom. 1, 17 Hab. 2, 4 4 Rom. 10, 9 9 Rom. 4, 25 13 Rom. 4, 11 16 Ioh. 5, 46 17 Matth. 23, 15 22 Matth. 23, 2 sq.

2 commerat *L* 8 et *om. b* 11 ista *(s. l) S* octaui *LC*[1] *Eug. (ed. Knöll p. 288):* octauę *C*[2] octaua *SGMb* 14 iusticiae *C* 16 de quo ipse dicit *om. SG* 18 hypochitae *C* circumitis *SGMb* proselytum unum *S* 20 gehenne *C* 22 in cathedra] cathedrā *S* kathedra *G* kathedrā *M* super cathedram (super *m. 2 s. l) C* cathedra *b* 27 proselitus *C* 28 gehenne *C* phariseis *C*

sed eorum facta sectando. hoc ergo dici posset tunc proselyto circumciso, quod Paulus dicit: circumcisio quidem prodest, si legem custodias. quia uero ille in non custodienda lege pharisaeos imitabatur, fiebat filius gehennae; propterea, quantum arbitror, duplo quam illi, quia hoc neglegebat inplere, quod propria uoluntate susceperat, non ex Iudaeis natus, sed sponte Iudaeus factus.

30. Quid autem dicere uoluisti, sine respectu iniuriose, quod Moyses helluonis in modum disceptator sedet iubetque alia quidem abligurriri pro mundis, alia uero pro inmundis ne contingi quidem? cum ad helluonem hoc magis pertineat, ut nulla discernat, aut, si discernit, suauiora eligat. an hoc ideo dicis, ut inperitis continentia tua uelut ab ineunte aetate miranda uideatur quasi nescientis uel iam obliti, quanto iucundius sapiat porcina quam ueruecina? sed quia et ista Moyses figuris propheticis de Christo scripsit in animalium carnibus significans homines uel incorporandos Christi corpori, quod est ecclesia, uel respuendos, uos quoque inter inmunda figurauit, qui proptera fidei catholicae non conuenitis, quia nec ruminatis uerbum sapientiae et duo testamenta, uetus et nouum, non concorditer distinguentes tamquam geminam ungulam non habetis. quis autem ferat te quoque Adimanti uestri fallaciam non puduisse sectari?

31. Dicis enim et tu „Christum sic docuisse ciborum indifferentiam, ut a suis quidem discipulis omnes carnes penitus remoueret, saecularibus uero uulgo concederet omnia, quae possent edi, atque adseue-

2 Rom. 2, 25

1 proselito *C* 2 prode est *L* 4 phariseos *S* gehenne C^1 5 qui *S* neglegebat L^1 10 iubetqȩ L^2 abligurriri (li *ex* lu) *L* abliguriri *b* 11 nec *LSMG* 14 uelut (d *in* t *corr. m. 1*) *S* 15 obliquanto S^1G^1 obliquantis (i *in ras.*) S^2G^2 iocundius L^2CSGMb uerbecina L^1CSMG 16 prophęticis *C* 19 immunda* (s *uid. er.*) *M* immūdos *b* conuenientis L^1 22 ferret (*m. 1 corr. in* ferat) *C* 23 adimanthi *LCGM* fallatiam *CG* 27 edi (*s.* l.) *S* aedi L^1MG

raret, quod eos nihil in os intrans pollueret, quia quae de ore inprudenter procedunt, ea sola sunt, quae polluant hominem.“ haec uerba tua sunt tanto inpudentiore, quanto apertiore mendacio deprompta et expressa. primo quia secundum Christi sententiam si ea sola polluunt hominem, quae mala ex ore procedunt, cur et discipulos Christi non ea sola polluerunt, ut eos tamquam ab inmundis carnibus esset necesse prohiberi? an saeculares homines non polluuntur his, quae in os intrant, sed his, quae ex ore exeunt? ergo munitiores sunt aduersus inmunditiam quam sancti, si sanctos et ea, quae intrant, et ea, quae exeunt, possunt inquinare. uellem autem mihi isti dicerent: quid manducabat et bibebat Christus, qui in conparatione Iohannis non manducantis neque bibentis se dixit manducantem et bibentem? cum enim argueret peruersitatem hominum utrobique calumnias inquirentium, uenit, inquit, Iohannes non manducans neque bibens, et dicunt: daemonium habet; uenit filius hominis manducans et bibens, et dicunt: ecce homo uorax et uinaria, amicus publicanorum et peccatorum. et Iohannis quidem escam ac potum nouimus; non enim dictum est, quod omnino non biberet, sed quod uinum et siceram non biberet: bibebat ergo aquam. cibus autem eius non omnino nullus erat, sed locustae et mel siluestre. unde ergo dictus est „non manducans neque bibens,“ nisi quia illo uictu, quo Iudaei utebantur, ille non utebatur? hoc ergo dominus nisi uteretur,

15 Matth. 11, 18 sq. 21 cf. Luc. 1, 15 23 cf. Matth. 3, 4

1 eos] eos (s *s. l.*) *S* in *(s. l. a m. 1) L* *os (e *er.*) *L* eos (e *in ras.*) *P* 2 impudenter *b* procedent *C* 3 inprudentiore *C* inprudentiore *LPSMG* 4 mendatio *CSM* deprompta (p *s. l.*) *C* uł expressa primo *(ita iunct.) b* qui *S* 6 quur *L* discipuli (*sup.* i *a m.* 1 os) *L* 9 mundiores *CLb*, (*in marg. m. rec.* munitiores) *C* 10 inmundiciam *C* 11 et ea quae exeunt *om. C* 16 iohannis P^1 17 demonium *C* 18 uerax *S* uinaria *LPMb* uinarius CS^2G^2 19 iohannes L^1S^1G 20 aescam *L* ac] et *SMG* 21 quod *(s. l.) S* 23 siluestrę *Sb* siluestrae *LG* dictum *L* 24 quod L^1

non in eius conparatione „manducans bibensque“ diceretur. an forte ideo, quia pane et oleribus dominus uescebatur, quibus Iohannes non uescebatur? mirum si non manducans dicitur, qui locustas et mel comedit, et manducans dicitur, qui pane atque olere contentus est. sed de cibis suspicamini, quicquid uultis; certe bibens et uinaria non diceretur, nisi uinum biberet. cur ergo et hoc uos inmundum putatis? neque enim haec propter continentiam disciplinamque domandi corporis tangere prohibetis, sed quod inmunda sint; nam ea sordes et fel gentis tenebrarum esse perhibetis contra apostolum dicentem: omnia munda mundis. ecce qui audent dicere Christum indifferentiae ciborum magistrum, discipulos tamen suos ab his prohibuisse, quae inmunda ipsi putant. ostendite, ubi ista a discipulis suis remouerit, fallaces, improbi; uerumtamen dei uindicis prouidentia ita caecati, ut etiam commoneatis nos, unde conuincamini. non uim patior ab animo meo, nisi totum ipsum euangelii capitulum, quod iste aduersum Moysen obponere uoluit, inspiciendum inseruero, ut ibi uideamus, quam falsum sit, quod prior Adimantus et modo Faustus dixit dominum Iesum a discipulis suis carnes uescendas remouisse easque uulgo saecularibus concessisse. nempe cum respondisset calumniantibus, quod non lotis manibus manducarent, ita sequitur euangelium: et conuocatis turbis ait illis: audite et intellegite. non quod intrat in os, communicat hominem, sed quod procedit de ore communicat hominem. tunc accedentes discipuli dixerunt ad eum: scis, quod pharisaei audito hoc

11 Tit. 1, 15 23 Matth. 15, 10 sqq.

1 conparationem *C* 2 holeribus *CSGM*^{2} bescebantur *M*^{1} 5 holere *CSGM*^{2} contẽptus *C*^{1} cybis *C* 6 uinarius *SMG* uinari'** (*a m. rec.*) *C* 7 quur *L* 9 perhibetis *L*^{1} 10 perhibeṇtis *(exp. m. 2) L* 11 audent (en *in ras.*) *C* 12 ciuorum *M*^{1} 14 ostende *L*^{1}*PSGM* a *om. CMSG* 15 cecati *C* 16 non] nam *MLSGb* pacior *C* 19 adimanthus *LCSG* 21 secularibus *C* 23 conuocatis (tis *s. l. a m.* 1) *S* 25 qđ *(in marg. m. 1) C* procẽdit *C* 27 hoc *om. L*^{1}*SG*

uerbo scandalizati sunt? hic certe a discipulis conpellatus debuit eos, sicut isti uolunt, proprie docere ab omnibus carnibus abstinendum, ut illud, quod supra dixit: non quod intrat in os, communicat hominem, sed quod procedit de ore, turbis dixisse uideretur. sequatur ergo euangelista et dicat, quid iam non turbis, sed discipulis responderit dominus. at ille respondens ait: omnis plantatio, quam non plantauit pater meus caelestis, eradicabitur. sinite illos, caeci sunt duces caecorum. caecus autem si caecum ducat, ambo cadent in foueam. hoc utique ideo, quia traditiones suas uolentes statuere mandata dei non intellegebant. sed nondum quaesierant discipuli a magistro, quomodo ipsi, quod turbis dixerat, accipere deberent. ecce et hoc fit; nam contexit euangelista et dicit: respondens autem Petrus ait illi: narra nobis parabolam istam. hinc intellegimus Petrum putasse non proprie, nec aperte dominum locutum fuisse, cum diceret: non quod intrat in os, communicat hominem, sed quod procedit de ore, sed, ut solet, obscuritate parabolae aliquid significare uoluisse. uideamus ergo, utrum iam secretius discipulis interrogantibus hoc dicat, quod Manichaei uolunt, inmundas esse omnes carnes nec eos aliquid earum debere contingere. quid? quod exprobrat, quod apertam suam locutionem nondum intellexerint et proprie dictum parabolam putent. sic enim sequitur: at ille dixit: adhuc et uos insipientes estis et non intellegitis, quia omne, quod in os intrat, in uentrem uadit et in latrinam emittitur; quae autem procedunt ex ore, de corde exeunt, illa communicant hominem? nam de corde exeunt cogitationes malae, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falsa testimonia, blasphemiae;

2 propri*e. (a *er.*) *S* propriąe *LG* propriae *MC* 4 procędit *C* 5 uideretur (re *s. l.*) *S* 9 et duces *b* caecorũ// *C* 10 cecum *C* ambo in fou. cad. *b* 12 quesierant *C* 13 ecce// doc& (d *er;* d *et* c *s. l. add. m. 2*) *L* ecce—fit *(er.) M* 15 intellegimus L^1 16 (et 23) propriąe L^2 21 manichei *SG* 22 exprobat *S* 23 proprię *C* 28 exe*unt *C* illa] et illa *M*

haec sunt, quae communicant hominem; non lotis autem manibus manducare non communicat hominem.

32. Certe iam manifestata fallacia conuicta discedit; certe iam clarum est non aliud de hac re turbas, aliud secreto discipulos dominum docuisse; certe sine dubitatione perspicitur Manichaeos potius esse mendaces atque fallaces, non Moysen, non Christum, non testamenti utriusque doctrinam ibi figuratam, hic reuelatam, ibi prophetatam, hic praesentatam. quomodo ergo nihil eorum catholicos seruare putant, quae Moyses scripsit, cum omnia prorsus obseruent, non iam in figuris, sed in eis rebus, quas illae figurae significando praenuntiarunt? neque enim, si aliud tempus esset scribendi, aliud legendi, recte diceremus scripturam illam non obseruare lectorem, quia et ipse characteres illos non faceret, cum illae fuissent figurae sonorum, ille autem iam sonos ipsos expromeret, illarum tamen figurarum non formatione occupatus, sed inspectione commonitus. ideo autem Iudaei Christo non credebant, quia nec illa, quae Moyses non figurate, sed aperte praeceperat, obseruabant. unde illis dicit: decimatis mentam et cyminum et relinquitis grauiora legis, misericordiam et iudicium liquantes culicem, camelum autem gluttientes; haec oportebat facere, illa autem non omittere. unde est et illud, quod traditionibus docebant, quomodo infirmaretur praeceptum dei, quo deferri honorem parentibus iusserat; propter quam superbiam et iniquitatem excaecari meruerunt, ut cetera non intellegerent, quia ea, quae intellegebant, inpie contemnebant.

19 Matth. 23, 23 sq.

2 autem *om.* *C* communicant *(exp. m. 2)* *L* 4 hac (h *s. l. a m. 1*) *L* hac de re *C* 5 certe *inc. cap.* 32 *in b* 8 praesentatã* *C* 10 obseruentur *C* 11 ille *SG* praenuntiarunt significando *C* 12 aut legendi *SG* 14 et *om.* *SMG* caracteres *LCSGM* ille *b* sonorum figurae *S* 17 communitus *SGM* 18 moses *S* figuratąe L^2 figuratę *C* 19 obseruabat C^1 mentam *L* mentem C^1G^1 ciminum *Cb* cynimum *G* cinimum S^1 21 li* quantes (n *semier.*) *S* linquantes (a *ex* e) *G* gluttentes *SG* glutientes *CMb* 25 ininquitatem *S* excecari *C* 26 cętera *C* que *S* 27 impię *L*

33. Uidesne, quam tibi non dicam: si christianus es, crede dicenti Christo, quia de se scripsit Moyses; quod si non credis, christianus non es. ipse quippe uideris, quid de te sentias, qui te ut gentilem uel Iudaeum doceri de Christo expetis; ego tamen neque hoc defugi et omnes tibi aditus erroris, quantum potui, clausi. nec illud siui patere praecipitium, qua uos caeci mittitis dicentes falsa esse in euangelio, sicubi uestra haeresis exitum non inuenerit, ut uobis nihil remaneat, quo redire possitis, unde Christo credatis, ubi uobis haec uox pestilentiae non possit obponi. quin etiam sic te doceri cupis ut christianum Thomam, quem Christus de se dubitantem non est aspernatus, sed quo animi eius uulneribus mederetur, corporis sui cicatrices ostendit. haec uerba tua sunt. bene, quod sic te doceri exigis. quam enim uerebar, ne hoc quoque in euangelio falsum esse contenderes! crede ergo cicatricibus Christi, quia si cicatrices illae uerae erant, uera etiam illa uulnera fuerant, nec uera uulnera nisi uera caro habere potuisset: hoc uerum totum uestrum euertit errorem. porro si Christus falsas cicatrice dubitanti discipulo demonstrauit, et ipsum fallacem dicis ita docentem et te falli cupis ita discentem. sed quia falli nemo est qui uelit, fallere autem multi uolunt, magis te uelle intellego quasi exemplo Christi fallaciter docere quam exemplo Thomae fallaciter discere. proinde si credis, quod falsis cicatricibus Christus fefellerit dubitantem, te quis uelit credere docentem, ac non potius cauere fallentem? at si ille discipulus ueras cicatrices tetigit Christi, ueram confiteri cogeris et carnem Christi. ita Manichaeus non permanebis, si sic credis ut Thomas; infidelis autem remanebis, si nec sic credis ut Thomas.

29 cf. Ioh. 20, 27 sq.

1 quamquam *b* ñ *s. l. S* 5 tibi *(s. l.) S* 6 siui] sibi P^1LMG^1b patère *S* precipitium *C* 8 heresis *LC* 9 possetis L^1S^1MG 17 ille uere *S* illae uere *M* illę uere *L* 21 falle GS^1 dicentem L^1PSGMb 22 **est (pot *er.*) *L* magiste M^1 te *om. SG* 27 cicatrices *(s. l. m. 2) C* 29 sic (c *m. rec. superscr.*) *C*

LIBER DECIMUS SEPTIMUS.

1. FAUSTUS dixit: Cur legem non accipitis et prophetas, cum Christus eos non se uenisse soluere dixerit, sed adinplere? quis hoc testatur dixisse Iesum? Matthaeus. ubi dixisse? in monte. quibus praesentibus? Petro, Andrea, Iacobo et Iohanne. quattuor his tantum; ceteros enim necdum elegerat nec ipsum Matthaeum. ex his quattuor unus, id est Iohannes euangelium scripsit. ita alicubi hoc ipse conmemorat? nusquam. quomodo ergo, quod Iohannes non testatur, qui fuit in monte, Matthaeus hoc scripsit, qui longo interuallo, postquam Iesus de monte descendit, secutus est eum? ac per hoc de hoc ipso primo ambigitur, utrum Iesus tale aliquid dixerit, quia testis idoneus tacet, loquitur autem minus idoneus, ut interim permiserimus nobis iniuriam fecisse Matthaeo, donec et ipsum probemus haec non scripsisse, sed alium nescio quem sub nomine eius: quod docet et ipsa lectionis eiusdem Matthaei obliqua narratio. quid enim dicit? et cum transiret Iesus, uidit hominem sedentem ad telonium nomine Matthaeum et uocauit eum; at ille confestim surgens secutus est eum. et quis ergo de se scribens dicat „uidit hominem et uocauit eum et secutus est eum," ac non potius dicat: uidit me et uocauit me et secutus sum eum, nisi quia constat haec Matthaeum non scripsisse, sed alium nescio quem sub eius nomine? cum ergo ne quidem si et Matthaeus hoc scriberet, uerum foret, qui praesens non erat, cum Iesus haec loquebatur in monte: quanto magis credendum non erit, quia nec

3 cf. Matth. 5, 17 17 Matth. 9, 9

2 *Cap.* XXXIIII *SLPMG* quur *LCM* prophętas *C* 4 matheus *C* 5 & andrea *C* 6 cęteros *C* 7 (et 18) matheum *C* idē *C*[1] 9 monte (m *eras.*) *L* 10 postquam (quam *in ras.*) *C* 11 hoc ipso] ipso *C* 12 ambigụitur *(m. 2 exp.) L* 14 iniuriā (~ *add. m. 3*) *P* mathev̄ (v̄ *add. sup.* o *m. rec.*) *C* matthev̄ (v̄ *sup.* o *a m 2*) *L* 16 quod] quodq: *Lb* docet *(s. l. m. 1) C* mathei *C* matthei *LSG* 18 teloneum *LSM* telonęum *b* 20 se ipso *C* 23 matheum *C* 24. nec *C* si et] si* (τ *er.*) *L* et *om. Cb* 25 quia *L* 26 monte (m *er.*) *L*

Matthaeus eadem scripsit, sed alius sub nominibus et Iesu et Matthaei!

2. Quid? quod etiam ex ipso sermone, quo praecepit non putare, quia uenerit legem soluere, magis intellegi detur, quia soluerit. neque enim nihil eo tale faciente Iudaei suspicari hoc possent. sed, nolite, inquit, putare, quia ueni soluere legem. agedum ergo, si ei et Iudaei dixissent, quid porro autem tu tale agis, unde hoc suspicari possimus? an quia circumcisionem derides, sabbatum uiolas, sacrificia respuis, confundis cibos? hoc est ergo: nolite putare? et quid hoc amplius quidue manifestius fieri potuit in destructionem legis ac prophetarum? aut si hoc adinplere est legem, quid erit soluere? quid? quod etiam lex et prophetae ne adinpletione quidem gaudent. adeo sibi pleni uidentur et consummati: quorum auctor ac pater non minus ei adici indignatur quam detrahi, ut scribens in deuteronomio dicat: haec praecepta, quae mando tibi hodie, Israhel, obseruabis; et caue, ne declines ab iisdem neque in sinistram neque in dextram, nec addas quicquam eis nec minuas, sed in iisdem perseuerabis, ut benedicat te dominus deus tuus? quapropter siue adinplendi causa Iesus legi aliquid et prophetis adiecit, in dextram uidetur lapsus, siue dempsit, ut destrueret, in sinistram; utrumque certe offendit legis auctorem idcircoque aut aliud aliquid significat istud aut falsum est.

3. AUGUSTINUS respondit: O mirabilem insaniam de Christo

16 Deut. 5, 32; 12, 32

1 matheus *C* 3 p̃cipit *C* 5 solueret *L* 7 agendum L^1b age*dum (n *er.*) *C* aiendum L^2 si] et si *C* et *om. C* 8 tu tale] tutela L^1 11 quidue (ue *s. l. m. 2*) *C* destructione *b* 13 adimpletione (m *er.*) *L* adimplecione tua *C* ad impletionem *b* 15 eis *L* adiciṭ *C* 16 de uteronomio *C* dicat L^1 18 (et 20) isdem *SG* hisdem *LCM* 19 dexteram *CSGMb* 20 benedicẹt (s. ẹ *a m. 1* a) *C* 21 iesus (s *fin. s. l. m.* 1) *L* 22 dexteram *C* his adempsit *SG* demsit *P* dempsis (*s.* s *a m.* 1 t) *C* 23 auctorem *(exp. m. 2) L* 24 significat (a *ex* e *a m.* 1) *C* 25 *Cap.* XXXV *LPSMG* Agustinus *L* miserabilem *C*

aliquid narranti nolle credi Matthaeo et uelle credi Manichaeo! si Matthaeus non interfuit, cum Christus dixisset: non ueni soluere legem aut prophetas sed adinplere, et propterea non est ei credendum, numquid Manichaeus interfuit aut iam uel natus fuit, cum Christus inter homines adpareret? secundum hanc ergo fidei uestrae legem nihil ei de Christo testificanti credere debuistis. nos autem non propterea dicimus non credendum esse Manichaeo, quia dictis factisque Christi non interfuit et longe post natus est, sed quia de Christo contra Christi discipulos loquitur et contra euangelium, quod illorum auctoritate firmatum est. habemus enim apostoli uocem, qui in spiritu sancto tales uenturos esse cernebat. unde fidelibus dicebat: si quis uobis euangelizauerit praeterquam quod accepistis, anathema sit. nam si nemo de Christo uera dicit, nisi qui eum praesens uidit et audiuit, hodie de illo nemo uera dicit. porro si hodie propterea de illo fidelibus eius uera dicuntur, quia illi, qui uiderunt et audierunt, uel praedicando uel scribendo ea disseminauerunt: cur ex ore Iohannis condiscipuli sui non posset uera Matthaeus audire de Christo, ubi ille adfuit et ipse non adfuit, si ex libro Iohannis possumus uera loqui de Christo non solum nos tanto post nati, sed etiam post nos alii nascituri? hinc enim non solum Matthaei uerum etiam Lucae ac Marci euangelium, qui eosdem discipulos secuti sunt, in non inparem auctoritatem receptum est. huc accedit, quia et ipse dominus potuit narrare Matthaeo, quod antequam eum uocasset, cum iis egerat, quos prius uocauerat. at enim hoc ipse Iohannes in

2 Matth. 5, 17 13 Gal. 1, 9

1 mattheo *L* matheo *C* 2 matheus *C* 4 manicheus *LC* 5 aut (a *s l. add. m. 1*) *L* 7 testificandi L^1 testificanti (τ *in ras.*) *M* 8 manicheo *LC* 11 confirmatum *S* 16 hodie (i *sup.* e) *S* si *om. S* 17 a fidelibus *C*; a (*s. l. a m.* 2) *LS*, *(s. l. a m. 1) M* 18 predicando *C* 19 mattheus *C* 20 affuit *C* 23 matthei *C* 24 eosdem (dem *add. m. rec.*) *C* 25 receptū (s *er.* et ~ *add. m. 2*) *L* accidit L^1SM^1G 26 mattheo *C* his *CSGMb* 27 quos] quod *SG*

euangelio suo ponere debuit, si hoc dictum a domino audierat, qui cum diceretur, praesens erat. quasi fieri non potuit, ut cum omnia, quae a domino audierat, scribere non posset, inter alia, quae praetermisit, et hoc praetermiserit, cum in alia scribenda esset intentus. nonne euangelium suum ita ipse conclusit dicens: et alia quidem multa fecit Iesus; quae si scriberentur singula, nec ipsum existimo capere mundum qui scribuntur libros? hic utique ostendit se scientem multa praetermisisse. sed si de lege et prophetis uos delectat Iohannis auctoritas, Iohanni credite adtestanti legi et prophetis. ipse scripsit, quod Esaias uiderit Christi gloriam. in eius habetis euangelio, unde iam paulo ante tractauimus, si crederetis Moysi, crederetis et mihi; de me enim ille scripsit. undique tergiuersatio uestra contunditur. aperte dicite non uos credere Christi euangelio; nam qui in euangelio, quod uultis, creditis, quod uultis, non creditis, uobis potius quam euangelio creditis.

4. At quam elegantem rem sibi uisus est Faustus dicere, ubi propterea uoluit non credi haec scripsisse Matthaeum, quia cum de sua electione diceret, non ait: uidit me et dixit mihi: sequere me, sed: uidit Matthaeum et dixit ei: sequere me. quod nescio utrum de errore inperitiae dixerit, an de more fallaciae. sed non usque adeo inperitum putauerim, ut nec legerit nec audierit solere scriptores rerum gestarum, cum in suam personam uenerint, ita se contexere, tamquam de alio narrent, quod de se narrant. magis ergo hunc arbitror non ut inperitum, sed ut inperitis nebulam obtendere uoluisse sperantem se plures esse capturum, qui ista non nossent. 'et in historia quidem rerum saecularium

6 Ioh. 21, 25 12 cf. Ioh. 12, 41 13 Ioh. 5, 46 21 Matth. 9, 9

1 euagelio (n *add. m. 2*) *L* audiebat *LSGMb* 4 pretermi$_s$erit *C* 6 fecisset G^1 8 scribentur CL^2 9 praeter misisse *C* 15 christo (*sup.* o *a m.* 1 i) *L* 18 ad L^1M^1 eligantem L^1M^1 19 matheū *C* 20 electioñe (e *fin. add. s. l. m. 2*) *L* 24 ueclegerit (c *s. l. add. m. 2*) *L* neglegerit *G* 27 nebulas *LPb* 28 ostendere L^1MSG obtendere CL^2 29 in// *C, (s. l. m. 2) L* historia (ri *ex* ro *fec. m. 1*) *C*

talis narrationis reperiuntur exempla; sed non opus est, ut ex alio genere litterarum uel nostros admoneam uel istum refellam. ipse certe paulo ante de libris Moysi quaedam testimonia ita proferebat, ut non ea negaret scripsisse Moysen, immo et adfirmaret, sed ad Christum non pertinere contenderet. legant ergo in eisdem libris, quae de se scripsit Moyses, utrum ita scripserit: dixi, aut: feci hoc uel illud, et non potius: dixit Moyses et: fecit Moyses, aut: uocauit me dominus uel: dixit ad me dominus, et non potius: uocauit dominus Moysen et: dixit dominus ad Moysen et omnia cetera in eundem modum. ita ergo et Matthaeus de se tamquam de alio scripsit: quod et Iohannes fecit. nam circa finem libri sui etiam ipse sic loquitur: conuersus Petrus uidit discipulum, quem diligebat Iesus, qui et recumbebat in cena super pectus eius et dixerat domino: quis est, qui te tradet? numquid et hic dixit: conuersus Petrus uidit me? an forte propterea nec istum putant hoc euangelium scripsisse? sed paulo post dicit: hic est discipulus, qui testificatur de Iesu et qui haec scripsit; et scimus, quia uerum est testimonium eius. numquid ait: ego sum discipulus, qui testificor de Iesu et qui haec scripsi et: scimus, quia uerum est testimonium meum? certe manifestum est morem fuisse scriptorum, cum gesta narrarent. quam multa et ipse dominus eadem locutione de se dicit, quis enumerare sufficiat? cum uenerit, inquit, filius hominis,

8 Ex. 3, 3 Ex. 7, 6 9 Leu. 1, 1 10 Ex. 4, 19 13 Ioh. 21, 20 et 24 25 Luc. 18, 8

1 talis (i *sup.* e) *L* repperiuntur *GM* repperiuutur *S* 2 ammoneam *LSMG* 3 quedam *S* 6 legant (n *exp. m. 2*) *L*, (n *er.*) *M* eisdem (e *pr. s. l.*) *S* scribsit *M* 11 mattheus *CL* (tt *et* e *ubique*) *L* 14 ut uidit *PL*^{1} recubuit *S* 16 quis] qui *L*^{1}*P* es *S* te (*s. l. a m.* 1) *L*; *er. M* te tradet te *S* tradet te *M*^{2} 18 eangelium *C*^{1} 19 quia haec (*exp. m. 2*) *L* 21 quia haec *SMGL*^{4} 22 scribsi *P* 23 morem hunc *S*, (hunc *s. l.*) *G* scriptore (*sup. exp.* e *a m.* 1 ṽ) *C* narrarent (ra *s. l. add. m. rec*) *C* 25 ueneris *b* inquit *post* hominis *habetur in S*

putas, inueniet fidem in terra? non dixit: cum uenero, putas, inueniam? et: uenit filius hominis manducans et bibens, non dixit: ueni, et: ueniet hora, et nunc est cum mortui audient uocem filii dei; et qui audierint uiuent, non dixit: uocem meam et multa huiusmodi. unde iam puto sufficere, quae dicta sunt, et ad studiosos conmonendos et ad calumniosos conuincendos.

5. Iam illud quam sit infirmum, quis non uidet, quod ait non eum dicere potuisse: nolite putare, quia ueni soluere legem aut prophetas; non ueni soluere, sed adinplere, nisi aliquid tale iam fecisset, ut in hanc suspicionem posset uenire? quasi nos negamus Iudaeis non intellegentibus uideri potuisse Christum destructorem legis et prophetarum: sed hoc ipsum est, cur ille uerax et ueritas non potuerit de alia lege et de aliis prophetis dicere, quod eos non solueret nisi de iis, quos illi eum soluere suspicabantur. quod hinc etiam satis confirmatur, quia ibi sequitur et dicit: amen, amen dico uobis, donec transeat caelum et terra, iota unum aut unus apex non transiet de lege, donec omnia fiant. quicumque ergo soluerit unum ex mandatis istis minimis et docuerit sic homines, minimus uocabitur in regno caelorum; quicumque autem fecerit et sic docuerit, magnus uocabitur in regno caelorum. pharisaeos enim cogitabat, cum ista diceret, qui soluebant legem factis et docebant uerbis. de quibus alio loco dicit: quae dicunt, facite; quae autem faciunt, facere nolite; dicunt enim, et non faciunt. propterea et hic ita sequitur: dico enim uobis, nisi abundauerit iustitia uestra plus

2 Matth. 11, 19 4 Ioh. 5, 25 26 Matth. 23, 3 28 Matth. 5, 17 sqq.

2 ueni& S^1 3 dixi L^1M^1 5 unde] inde *Sb* 8 uidit *M* uideat SG^2 11 suspitionem *SG* 12 negemus L^2SMG 14 quur *L* 16 his *LCSGb* 17 amen ąm̄ CL^2 19 unum apex S^1LMG 21 minimus (ni *add. s. l. m. rec.*) *C* 23 magnus] sic magnus *SG* 24 phariseos *C* ista] de ista S^1G 25 alio *in ras. C* 26 faciunt (*ex* di fa *m. 1*) *C*

quam scribarum et pharisaeorum, non intrabitis in regnum caelorum, id est nisi uos feceritis et ita docueritis, quod illi non faciunt et sic docent, non intrabitis in regnum caelorum. quam ergo legem docebant pharisaei et non faciebant, ipsam dicit Christus non se uenisse soluere, sed adinplere, quia ipsa pertinet ad cathedram Moysi, in qua sedentes pharisaei et dicentes nec facientes audiendi sunt, non imitandi.

6. Nec intellegit Faustus aut forte se fingit non intellegere, quid sit inplere legem, cum hoc de uerborum adiectione putat accipiendum, quia scriptum est, ne quid addatur scripturae dei uel detrahatur: unde dicit non debuisse adinpleri, quod ita perfectum commendatur, ut nihil addendum minuendumque sit. nesciunt ergo isti, quomodo adinpleat legem, qui sic uiuit, ut lex praecepit. plenitudo enim legis caritas, sicut dicit apostolus. istam caritatem dominus et exhibere et donare dignatus est mittendo fidelibus suis sanctum spiritum. unde item dicit idem apostolus: caritas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. et ipse dominus: in hoc scient omnes, quia discipuli mei estis, si uos inuicem diligatis. inpletur ergo lex, uel cum fiunt, quae ibi praecepta sunt, uel cum exhibentur, quae ibi prophetata sunt. lex enim per Moysen data est, gratia autem et ueritas per Iesum Christum facta est. ipsa lex cum inpleta est, gratia et ueritas facta est. gratia pertinet ad caritatis plenitudinem, ueritas ad prophetiarum inpletionem. et quia utrumque per Christum, ideo non uenit soluere legem

12 cf. Deut. 12, 32 15 Rom. 13, 10 18 Rom. 5, 5 20 Ioh. 13, 35 24 cf. Ioh. 1, 17

2 (et 3) regno *(sup.* o *a m. 1* v̄) *L* Idęo *C* 4 pharisei *C* 7 pharisei *C* 9 intellegit (le *in* li *corr. m. 1*) *C* 14 nesciunt (n *sec. s. l.*) *C* 15 praecipit *C* est caritas *b* 16 et *ante* exhibere *om. Lb* 17 spiritum sanctum *GSMb* 18 caritas (s *a m. 1 s. l.*) *L* 23 mosen S^1 24 autem *(s. l.) G, om. Pb* çlex *C* 26 plen. carit. *Sb* pphetarum *P* adimpletionem *SGMb* 27 non uenit] conuenit S^1G

aut prophetas. sed adinplere. non ut legi adderentur, quae deerant, sed ut fierent, quae scripta erant: quod ipsa eius uerba testantur. non enim ait. iota unum aut unus apex non transiet a lege, donec addantur, quae desunt, sed, donec omnia fiant.

LIBER DUODEUICESIMUS.

1. FAUSTUS dixit: Non ueni legem soluere sed adinplere. sed enim hoc. nisi aliud forte significat, a Christo dictum credere non minus tibi contrarium scias esse quam mihi. uterque enim nostrum sub hac opinione christianus est, quia Christum in destructionem legis ac prophetarum uenisse putauimus. quod si tu uerbo interim fateri non uis, attamen id operibus indicas. inde enim est, quod legis ac prophetarum praecepta et ipse contemnis, inde quod nouum testamentum Iesum condidisse utrique fatemur: quo quid aliud quam destructionem fatemur ueteris testamenti? quae cum ita sint, quomodo Christum illud dixisse credemus, nisi ante nosmet ipsos damnemus stultae in praeteritum opinionis et ad paenitudinem recurramus obsequamurque legi de integro ac prophetis atque eorum curemus. qualiacumque sunt, obseruare mandata? quod cum fecerimus. tunc denique uere crediderimus dixisse Iesum. quia non uenerit legem soluere, sed adinplere. nunc autem falsum est. quia nec tu id credis, de quo me solum incusas.

7 Matth. 5, 17

4 addẹntur *S* 7 *Cap.* XXXVI *LPSGM* adimplere (di *s. l.*) *C* 9 scias] suas S^1G 12 putauimus *(exp. m. 2) L* interim uerbo *C* interim *(s. l. m. 2) S* 13 legis (e *in* i *mut. m. 1) C* 14 contempnis L^1, (p *s. l. m.* 1) *C* 15 iesus *b* cdi**disse (*ex* credidisse) *M* utrique—testamenti *in ras. S* quo] quod *MLSGb* 17 credimus *SMG* 18 dampnemus *C* stulte *L* Stulte in praeteritum *sqq. b* 19 obsequamurq; (q; *s. l. a m.* 1) *C* pphetas *(sup.* a *m. 1 scr.* i) *L* 20 curemus] recumus S^1G recurramus S^2 sint *C* 21 crediderimus (ri *s. l.*) *S* 24 incausas S^2 cavsas (v *s. l.*) *G*

2. Sed esto, licuerit in praeteritum errasse. quid nunc tandem? placetne ire sub legem, si eam Christus non tam soluit sed adinpleuit? placet circumcidi, id est pudendis insignire pudenda et deum credere sacramentis talibus delectari? placet suscipere sabbatorum otium et Saturniacis manus insertare catenis? placet in ingluuiem Iudaeorum daemonis — neque enim dei — nunc tauros, nunc arietes, nunc etiam hircos, ut non et homines dicam, cultris sternere, ac propter quod idola simus exosi, id nunc exercere crudelius sub prophetis ac lege? placet denique feralium ciborum quaedam existimare munda, quaedam in inmundis et contaminatis habere, ex quibus inquinatiorem porcinam lex adserunt et prophetae? negabis profecto horum quicquam faciendum nobis uolentibus perseuerare esse, quod sumus, quoniam quidem Christum dicentem audias dupliciter filium gehennae fieri eum, qui fuerit circumcisus. sabbatum uero nec ipsum seruasse uideas nec usquam mandasse seruandum. de cibis item ipsum adseuerantem audias nullo eorum inquinari hominem, quae in os ingrediuntur, sed ea potius, quae de ore procedunt, polluere. de sacrificiis item frequentem ipsius esse sermonem deum misericordiam uelle, non sacrificium. haec igitur si ita sunt, ubi illud erit non eum uenisse soluere legem et prophetas, sed adinplere? quod si dixit, aut aliud significans dixit aut, quod absit, mentiens dixit aut omnino nec dixit. sed Iesum quidem mentitum esse nullus dicat dumtaxat christianus; ac per hoc aut aliter dictum est aut omnino nec dictum.

3. Et tamen me quidem iam aduersus capituli huius ne-

15 Matth. 23, 15 19 cf. Matth. 15, 11 21 cf. Matth. 9, 13; 12, 7

5 suscipere] suspicere $L^1P^1S^1M^1G$ 6 in ingluuiem *scripsi*: ingluuiem LS inglubiem M^1G^1 ad ingluuiem (ad *s. l. a m.* 2) C daemoniis L^2b 7 deo L^2 hyrcos LC 9 sumus L^2 12 inquinationē (*sup.* n *a m.* 1 r) C negabis (b *ex* u) M 14 esse (*s. l.*) S quidæm S 15 gehenne (h *s. l. m. 1*) C 17 seruandum de cibis Item SG 18 que S in*os (h *er.*) M 19 pvlluere (v *sup.* o *m.* 1) S 20 frequentēr C dñm G 23 *alt.* dixit (*in marg. ut uidetur m. 1 add.*) C

cessitudinem Manichaea fides reddidit tutum, quae principio mihi non cunctis, quae ex saluatoris nomine scripta leguntur, passim credere persuasit, sed probare, si sint eadem uera, si sana, si incorrupta; esse enim permulta zizania, quae in contagium boni seminis scripturis paene omnibus noctiuagus quidam seminator insperserit. idcircoque me ne hic quidem terruerit sermo, quamuis reuerendi nominis prae se ferat inscriptionem, quia probare mihi adhuc ex proposito licet, utrumne et hic interdiani satoris et boni sit, an nocturni illius et pessimi. tu uero, qui temere omnia credis, qui naturae beneficium rationem ex hominibus damnas, cui inter uerum falsumque iudicare religio est cuique bonum a contrario separare non minus formidini est quam infantibus maniae, quid facturus eris, cum te in capituli huius angustiam necessitas coget? dico autem, cum te Iudaeus seu quis alter sermonis istius non inscius interpellabit, quid ita legis et prophetarum praecepta non serues, cum Christus eadem non se uenisse soluere dicat sed adinplere? nempe cogeris aut uanae superstitioni succumbere aut capitulum profiteri falsum aut te Christi negare discipulum.

4. AUGUSTINUS respondit: Iam totiens explosa atque conuicta quia repetis, nos quoque, quibus ea conuicimus, repetere non pigebit. ea christiani ex lege et prophetis non faciunt, quibus significata sunt ista, quae faciunt. illae quippe erant figurae futurorum, quas rebus ipsis per Christum reuelatis et praesentatis auferri oportebat, ut eo quoque ipso, quod haec

6 cf. Matth. 13, 25

1 manichea *LC* totum L^1 q: L^1 5 poene *C* nocteuagus S_1 7 reuerendi (i *ex* e *corr.*) *C* se (*er. m. 2*) *L* ferat (a *s.* e) *C* 9 interzizani L^1 interzizanii *Sb* an] ac *b* 11 beneficium S^1 12 religio est ñ iudicare (ñ *a m. 2*) *S* 14 manicę G^2S manîae *M* 15 cogit L^1SGMb 16 interpellauit $L^1P^1MGS^1$ 18 uanae] bonae LM^1 benę G^1 21 *Cap.* XXXVII *LSPMG* Agustinus *L* 22 conuincimus *LCSGMb* repetire L^1M^1 23 pigeuit M^1 24 quibus—faciunt (*infra text add. m. 1*) *C* 25 istis *b* 26 oportebit (*sup.* i *m.* 1 *add.* a) *C*

ablata sunt, lex et prophetae inplerentur. ibi quippe et hoc scriptum est daturum deum testamentum nouum, non quale dedi, inquit, patribus eorum. populus enim ille pro suo corde lapideo multa praecepta magis sibi congrua quam bona acceperat, quibus tamen figurarentur et prophetarentur futura; sed a non intellegentibus celebrabantur. cum autem uenerunt et patefacta sunt, quae illis significabantur, non iam illa iubentur facienda, sed leguntur intellegenda. unde ibi de hac etiam re futura dicitur: auferam eis cor lapideum et dabo eis cor carneum, id est non cor sine sensu, sed cor cum sensu. unde traxit apostolus cum ait: non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. quid enim aliud dixit quam cor carneum? quia ergo et hoc praedictum erat, magis si ista de nostra celebratione non auferrentur, non inplerentur lex et prophetae, quia non fieret, quod praedixerant; cum uero et hoc fit, inde potius intelleguntur adinpleri, unde uobis uidentur non adinpleri.

5. Nec nos terret insultatio tua, quod sabbatorum otium catenas Saturniacas appellas. uana est enim et inepta; nec tibi hoc dicere uenisset in mentem, nisi quia uos in die, quem dicunt Solis, solem colitis. sicut autem nos eundem diem dominicum dicimus, in eoque non istum solem, sed resurrectionem domini ueneramur, sic otium sabbatorum sine Saturni ueneratione a patribus obseruatum est, cum sic illud obseruari oportebat; erat enim umbra futurorum, sicut apostolus testis est. diebus quippe istis, quorum septenarius numerus in orbem redit, deorum suorum nomina gentes inpo-

2 cf. Hier. 31, 32 9 Ezech. 11, 19 11 II Cor. 3, 3 25 cf. Col. 2, 17

1 ibi scriptum ē quippe et hoc *S* 3 inquid M^1 4 praecepta *om. b* 5 acciperat L^1 6 a] ea *C* celebrabantur *C* celebrabrantur *G* celebrantur *S* 8 iuuentur L^1M^1 11 cum] quod (*corr. ex* cum *m. 2*) *L* 12 lapideis—tabulis *om. S* 13 predictum *C* 14 auferenter $L^1C^1G^1$ auferrentur (*sec.* r *s. l. a m.* 1) *M* afferrentur *S* 16 et *(in ras. m. 2 add.) C* adimplere S^2, (re *in* ri *m.* 1) *C* 21 si S^1G 22 eoque] eo quod *LSMG* 23 ocium *S* 25 oportebit (*sup.* i *a m.* 1 a) *C* enim *(s. l. m. 1) C*

suerunt; de quibus ait apostolus, quod coluerunt et seruierunt creaturae potius quam creatori. quos in hac parte etiam uos imitamini, nisi quod cum eis lucidiora duo lumina, cetera uero sidera non cum eis adoratis. sed et mensibus inposuerunt nomina deorum suorum. propter honorem quippe Romuli, quia eum Martis filium crediderunt. primum mensem Marti dicantes Martium uocauerunt. et inde Aprilem nullo dei sui nomine, sed a re ipsa quasi aperilem, quod tunc plurimum germinis aperiatur in florem. inde tertium mensem Maium, quod Maiam, Mercurii matrem, deam colant. inde quartum Iunium a Iunone, inde ceteros usque ad Decembrem a numeris nominarunt. sed ex eis Quintilis atque Sextilis nominibus hominum, quibus diuinos honores decreuerant, appellati sunt Iulius et Augustus. nam septimus September et ceteri, ut dixi, usque ad Decembrem numerorum ex ordine nominibus enuntiantur. porro Ianuarius a Iano appellatus est, Februarius a februis, sacris lupercorum. uultis ergo, ut et uos dicamini in mense Martio Martem colere? illo enim mense bema uestrum cum magna festiuitate celebratis. si autem uobis in mense Martio licere arbitramini aliud considerare, non Martem, cur ex die septimo, quod sabbatum a requie nominatum est, diuinis scripturis Saturnum inportare conamini, quia eum diem Saturni gentes appellauerunt? nempe iam uidetis, cum quanta inpietate deliretis.

6. De sacrificiis autem animalium quis nostrum nesciat magis ea peruerso populo congruenter inposita quam deo desideranti oblata? sed tamen etiam in his figurae nostrae

1 Rom. 1, 25

2 quos L^1 3 imitaminini . si (*m.* 2 sic) L^1 4 luminaria *C* eis] es *b* adoratis (a *in ras.*) *S* ador&is *G* 8 aperilem (e *s. l. a m.* 1) *LCGM*^{2} aprilem *PM*^{1} 9 plurimum *C Eug.* (*ed. Knöll p. 289*): primum *LSGMPb* 11 decembrium *S* 12 nominauerunt *C* 14 augustus] augt' L^1 15 ceteri *C* 18 et *C Eug. ed. Knöll p. 290*): *om. LSGM* 23 quia (a *s. ras.*) *S* quiam *G* eum] cū *P* eum (*corr. ex* cum) *M* 25 sacrificiis (fi *s. l.*) *C* 27 figure *S*

fuerunt. quia nostra mundatio et dei propitiatio nobis sine sanguine nulla est; sed illarum figurarum ueritas Christus est, cuius sanguine redempti et mundati sumus. nam in figuris eloquiorum diuinorum et taurus dictus est propter uirtutem crucis, cuius cornibus inpios uentilauit, et aries propter innocentiae principatum et hircus propter similitudinem carnis peccati, ut de peccato damnaret peccatum; et si quod aliud sacrificii genus expressius commemoraueris, in eo quoque tibi Christum prophetatum esse monstrabo. quocirca siue circumcisio siue sabbatum siue differentia ciborum siue inmolatio sacrificiorum: omnia haec figurae nostrae fuerunt et prophetiae, quas Christus non soluere, sed adinplere uenit, cum ea, quae his praenuntiabantur, inpleuit. adtende cui contradicas: cum apostolo, ex apostolo dico: omnia haec figurae nostrae fuerunt.

7. Nam sicut te Manichaeus inpiam docuit peruersitatem, ut ex euangelio, quod haeresim tuam non inpedit, hoc accipias, iquod autem inpedit, non accipias: sic nos apostolus docuit piam prouisionem, ut quisquis nobis adnuntiauerit praeter id, quod accepimus, anathema sit. unde christiani catholici et uos inter zizania numerant, quia dominus exposuit quid sit zizania non aliqua falsa ueris scripturis inmissa, sicut tu nterpretaris, sed homines filios maligni, id est imitatores diabolicae falsitatis. nec omnia temere credunt; et ideo Manichaeo ceterisque haereticis non utique credunt. nec rationem ex hominibus damnant; sed quam uos dicitis esse rationem, errorem esse conuincunt. nec uerum falsumque iudicare inpium putant; ideo uestram sectam falsissimam, fidem autem catho-

7 cf. Rom. 8, 3 14 I Cor. 10, 6 20 cf. Gal. 1, 8 sq. 24 cf. Matth. 13, 30

1 propitiacio *C* 4 eloquiorum (i *s. l. m.* 1) *C* 6 hyrcus *C* 7 dampnaret *C* 11 sacrifitiorum *C* 16 manicheus *LC* 17 euangelio C^1 heresim *LCS* non inpedit] impedit L^1 expedit L^2 19 pia prouisione *S* pia prouisionem *G* preter *C* 20 accipimus *PSGM*^{1} 21 sint *C* 24 diabolice *C* 25 hereticis *LCS* 26 hominibus (h *s. l.*) *S* 28 chatholicam *C*

licam uerissimam iudicant. nec bonum a contrario separare formidant, sed malum non esse naturam, quia contra naturam est, intellegunt; non gentem nescio quam tenebrarum aduersum diuina regna a suo principio nascentem et rebellantem, quae uere ampliorem formidinem intulit deo uestro quam infantibus maniae; quippe quem dicitis, ne sua membra illius inpetu capta et uastata conspiciat, uelum contra se posuisse. proinde nullas ex hoc capitulo patiuntur angustias, quod quasi legis et prophetarum praecepta non seruent, quia et ex gratia Christi habent legitimam caritatem dei et proximi, in quibus duobus praeceptis tota lex pendet et prophetae et quaecumque ibi uel rebus gestis uel sacramentorum celebrationibus uel locutionum modis figurate prophetata sunt, in Christo et ecclesia inpleri cognoscunt. unde nec uanae superstitioni succumbimus nec illud euangelii capitulum falsum esse dicimus nec Christi discipulos nos negamus, quia ea ratione ueritatis, quam pro meis uiribus totiens exposui, non aliam legem nec alios prophetas quam eos, quos catholica tenet auctoritas, non uenit soluere, sed adinplere.

LIBER UNDEUICESIMUS.

1. FAUSTUS dixit: Non ueni soluere legem et prophetas, sed adinplere. ecce iam consentio dictum. quaerendum tamen est, cur hoc dixerit Iesus, utrumne conpalpandi Iudaeorum furoris causa, quia idem sacrosancta sua ab eodem

11 cf. Matth. 22, 40 21 Matth. 5, 17

1 bonam e *SG* 2 malam *S* naturam est] nature S^1 naturā ēē S^2G natura est M^1 4 diuina (m *er.*) *LM* diuinam *SGb* regna (a *ex* o) *LP* regno *SGb* a *om. LSGb* nascentem principio *SG* principio a̅b̥u̥la̅m' *C* reuelantem L^1M^1SG 5 ampliorem (em *paene euan.*) *C* 6 manicae (c *s. l. a m. 2*) *S* maniae *M* 7 potuisse GS^1 9 et *ante* ex *corr. ex* es *SG* ex *om. b* 13 figuratae *L* 14 inde *S* superstitione S^1G^1 15 euangelicum *C* 18 quos—auctoritas *(s. l.) S* quos *s. l. G* 19 ueni *PGMb* uenit (t *s. l.*) *LS (sed.* τ *paene er.)* 21 *Cap.* XXXVIII *LSGPM* 22 querendum *C* 23 quur *L* 24 iudeorum *C*

conculcari uidentes indignarentur eumque ac si inpium ac malesanum ne audiendum quidem existimarent, nedum sequendum, an ut nos, qui ei credebamus ex gentibus, institueret atque informaret patienter ac morigere mandatorum subire iugum, quod ceruicibus nostris Iudaeorum lex inponeret ac prophetae. sed hoc quidem nec te ipsum putare credo, quod enim Iesus hoc uerbum protulerit, ut nos Hebraeorum legi addiceret aut prophetis. ac per hoc, si haec non fuit causa dicendi, illa alia debet esse, quam dixi. Iudaeos enim uerbis semper atque operibus Christi uehementer insidiatos esse nemo qui nesciat. ex quibus cum idem colligerent legem ac prophetas suos ab eodem solui, indignarentur necesse est, ac per hoc reprimendi furoris eorum gratia non ab re fuerit dixisse, uti ne putarent, quia uenisset legem soluere, sed adinplere. nec hoc ipsum mentitus est nec fefellit; indifferenter enim et absolute nominauit legem.

2. Sunt autem legum genera tria: unum quidem Hebraeorum, quod peccati et mortis Paulus appellat; aliud uero gentium, quod naturale uocat. gentes enim, inquit, naturaliter, quae legis sunt, faciunt; et eiusmodi legem non habentes ipsi sibi sunt lex, qui ostendunt opus legis scriptum in cordibus suis. tertium uero genus legis est ueritas, quod perinde significans apostolus dicit: lex enim spiritus uitae in Christo Iesu liberauit me a lege peccati et mortis. tribus ergo existentibus legibus et Iesu adseuerante nobis, quia non uenit soluere legem, sed adinplere, non parua cura ac diligentia opus est, de qua earum dixerit intellegere. item prophetae alii sunt Iudaeorum, alii gentium,

18 cf. Rom. 8, 2 19 Rom. 2, 14 sq. 23 Rom. 8, 2

2 nedum] neque *b* 6 quod] quo *SG*^{2} 7 in hoc *lib.* uerbo *P*^{1} legi (i *ex* e) *L* 8 aut] aut (a *s. l.*) *M* ac *C* haec] hoc *L* 9 illa (a *ex* e) *S* iudeos *C* 11 quis *CGb* qui (s *er.*) *LSM* colligerent (*pr.* l *s. l.*) *L* 13 ab re] *ab*re (h *et* e *er.*) *L* habere *PSMG* 14 ut*ñ* putarent (i *er.*) *L*^{2} ut putarent *S* ut inputarent *MG* non uenisset *b* 15 ipsum *om. C* 17 hebreorum *C* 19 naturaleter *S* 28 iudeorum *C*

alii ueritatis. sed de Iudaeorum quidem nullus quaesiuerit: notum est enim. de gentium uero si quis ambigit, audiat Paulum, qui scribens ad Titum de Cretensibus dicit: dixit quidam proprius eorum propheta: Cretenses semper mendaces, malae bestiae, uentres pigri. ac per hoc dubitandum non est et gentes suos habere prophetas. necnon et ueritatem habere prophetas suos tam idem Paulus significat quam etiam Iesus. et Iesus quidem ubi dicit: ecce mitto ad uos sapientes et prophetas, et ex ipsis interficietis in singulis locis; Paulus uero cum dicit: ipse dominus constituit primo apostolos, deinde prophetas.

3. Lege ergo tripertita et tripertitis prophetis, de quonam eorum Iesus dixerit, non satis liquet, est tamen conicere ex consequentibus. etenim si circumcisionem statim nominaret et sabbata ac sacrificia et obseruationes Hebraicas inque eas aliquid adinpletionis gratia protulisset, dubium non erat, quin de Iudaeorum lege dixisset et prophetis, quia eos non soluere uenerit, sed adinplere. ubi uero horum quidem nihil memorat, sola uero recenset antiquiora praecepta, id est: non occides, non moechaberis, non peierabis — haec autem erant antiquitus in nationibus, ut est in promptu probare, olim promulgata per Enoch et Seth et ceteros eorum similes iustos. quibus eadem inlustres tradiderint angeli temperandae in hominibus gratia feritatis — cui non uideatur hoc eum de ueritatis dixisse lege et eius prophetis? denique etiam adinpletio probatur eius, circa haec eadem quam promisit. quid enim dicit? audistis dictum esse antiquis: non occides; ego

3 Tit. 1, 12 8 Matth. 23, 34 10 I Cor. 12, 28 19 Matth. 5, 21 sqq.

1 quaesierit *SMG* 5 male *S* uestiae M^1G^1 uentris CL^1b 7 paulus (*in ras.*) *L* 11 primum *b* 12 ergo *om. S* 15 obseruationes (nes *s. l.*) *C* inquae $L^1G^1M^1$ inquę *S* 16 quią (*sup.* ą n *a m.* 1) *C* quia *GSMb* 17 iudeorum *C* dixisset (*s. l.*) *S* quin (a *m. 1 uid. superscr.*) *C* quin *LSGMb* 19 uero (ro *in ras.*) *S* 20 maechaberis *S* mechaberis *C* moecaberis (b *ex* u) *M* peie//rabis (b *ex* u) *M* pegerabis *L* hec *S* 21 impromptu *S* in promtu *M* 22 cęteros *C* 23 tradiderunt S^1 24 feritatis] ueritatis *b* 25 lege (m *er.*) *L* 26 quam LS^1MG quae CP^3 premissit S^2 27 quia dictumest *SG*

autem dico uobis. ne irascamini quidem: adinpletio est. audistis dictum esse: non moechaberis; ego autem dico uobis, ne concupiscatis quidem: adinpletio est. dictum est: non peierabis; ego autem dico uobis, ne iuretis quidem: aeque adinpletio est. in his enim et priora roborat et quod defuit, adicit. ubi uero Iudaeorum quaedam uisus est nominasse, illa quidem nec adinpleuit, sed etiam penitus eradicauit praeceptione contrariorum. quid enim sequitur? audistis dictum esse: oculum pro oculo, dentem pro dente; ego autem dico uobis: qui te percusserit in maxilla, praebe illi et alteram: hoc iam destructio est. dictum est, inquit, amabis amicum tuum et oderis inimicum tuum; ego autem dico uobis: amate inimicos uestros et pro persecutoribus uestris orate: aeque destructio est. dictum est: qui uoluerit uxorem dimittere, det ei repudium; ego autem dico: quicumque uxorem suam dimiserit excepto causa fornicationis, et ipsam moechari faciet, et is erit moechus, si postea alteram duxerit. haec igitur sunt de manifesto Moyseos praecepta idcircoque destructa, illa ueterum iustorum et ob hoc adinpleta. quod si et tibi ita intellegere placet, non ab re erit et illud dixisse Iesum, quia non uenit soluere legem, sed adinplere. sin haec tibi nostra displicet expositio, aliam quaere; tantum ne Iesum mentitum dicere cogaris, aut

9 Matth. 5, 21 sqq.

1 irascamini Equidem adimpl. (E *add. s. l. m. 2*) *L* 3 ne] non *SG* 4 pegerabis *L* uobis *om. LC* 5 iuratis S^1G^1 aequae L^1G 6 adicit (d *in ras.*) *S*, (ad *s. l.*) *G* iudeorum *C* 7 nec *s. l. m. 1 C* 11 una maxilla *S* maxillam G^2Mb prebe *CM* illi] ei *C* 12 tuum *om. Lb* 14 pse qṭ̣ṭ̣b (vtori); *C* aeque dest. est *om. SG* 15 *post.* dictum est *spat. duorum uocab. uac. rel. S* 17 dimiserit uxorem suam *SG* excepta *SGM* 18 moecari *L* moecus LM^1 19 sint *C* 20 praecepta L^1 et ueterum (et *a m.* 2 *add.*) *S* 21 et (*exp. m.* 2) *S* ob (*in ras.*) *M* impleta *SG* 23 hac M^1L^1 nostra tibi *G*

te necesse sit Iudaeum fieri, ne etiam nunc legem soluere perseueres, quam ipse non soluit.

4. Et tamen hoc si mihi Nazaraeorum obiceret quisquam, quos alii Symmachianos appellant, quod enim Iesus dixerit non se uenisse soluere legem, aliquantisper haesissem incertus, quid ei responderem. nec inmerito; ueniebat enim corpore atque animo simul lege obsitus ac prophetis. nam huiusmodi, quos aio, et circumcisionem portant et obseruant sabbatum et porcina ac reliquis abstinent huiusmodi, quae praecepit lex, sub christiani quamuis nominis professione decepti etiam ipsi, ut intellegi datur, hoc ipso capitulo, duo et tu, quia Christus non ad soluendam legem se uenisse dixerit, sed ad inplendam. quare cum talibus esset mihi non pusillum, ut dixi, certamen, donec capituli huius a me molestiam demolirer, tibi uero nequaquam congredi metuam nullis confiso uiribus et inpudentia potius lacessenti, ut facilius temptar, me putem abs te quam cogi, ut credam dixisse Christum, quod nec te uideam credidisse. nec enim quicquam eorum praeferens, quibus lex et prophetae non solui uideantur, sed adinpleri, me tamquam desidem obiurgas ac praeuaricatorem ex huius obiectione capituli. an et tu iam de truncatorum inguinum obscaeno illo signaculo gloriaris, tamquam Iudaeus aut Nazaraeus? an supercilium de obseruatione erigis sabbatorum? an de porcinae abstinentia tibi conscius gaudes? an denique de uictimarum sanguine et holocaustorum nidoribus Iudaeorum te exsaturasse deum exultas? quodsi horum fecisti nihil, quid ita Christum non uenisse legem soluere, sed adinplere contendis?

1 nunc] num $L^1PM^1G^1$ dum SG^2 ñ/// C 2 asseueres (*corr. ex* perseueres M 3 nazareorum $LCGMS^1$ 4 sinmatianos S simachianos C sinmacianos G simmacianos LMb simmatianos P quid L enim CM^2 5 legem soluere C hesissem LC 6 ueniebam S^1GM 12 ad (*s. l.*) S 15 confixo L^1MG^1 conlconfiso C 20 adimplere L^1 21 truncaturom S^1 22 obsceno LC iudeus C 23 nazareus L nazarenus (en *in ras.*) S nazar.eus (a *er.*) G 26 iudeorum C exaturasse M 27 nihil fecisti C

5. Quare indeficientes ego praeceptori meo refero gratias, qui me similiter labantem retinuit, ut essem hodie christianus. nam ego quoque, cum capitulum hoc inprudens legerem, quemadmodum tu paene ieram in consilium Iudaeus fieri. nec inmerito; etenim si Christus legem non uenit soluere, sed adinplere, adinpletio autem numquam in uase inani dicitur, sed in semo, solus mihi uidebatur Israhelita posse christianus fieri, qui refertus maxima ex parte lege ac prophetis ad Christum ueniret replendus eo, cuius adhuc uideretur esse capacior, si tamen et ipse priora non solueret; alioquin nec circa eum adinpletio haec esset, sed exhaustio. at ego ex gentibus ueniens incassum me accessisse putabam ad Christum, quia nihil tale adferrem, quod in me de suis posset adiectionibus adinplere. quaerens ergo, quaenam esset prior illa mensura, inuenio sabbata, peritomen, sacrificia, neomenias ac baptismata, azymophagias ciborum, discretiones potuum, uestimentorum et alia quae percurrere longum est. arbitratus ergo sum hoc esse nec aliud quicquam, quod se Christus non uenisse soluere dixerit, sed adinplere. nec inmerito; quid enim lex sine mandatis? quid prophetae sine praefatibus? ad haec inuenio etiam amarum illic inditum maledictum aduersus eos, qui non permanserint in omnibus, quae scripta sunt in libro legis illius, ut faciant ea. et illinc ergo maledictum metuens tamquam dei, et hinc Christum tamquam eius filium dicentem audiens, quod enim non uenerit eadem soluere, sed adinplere,

23 cf. Deut. 27, 26

1 quarê *SG* 2 lauantem $L^1M^1G^1$ labentem P^2b 3 quemammodum *SMG* 4 tu *s. l. M* pene *CL* iudeus *C* fieri/// (nec *er.*) *L* 5 non soluere uenit *S* 7 sermo L^1 se*mo *M* sermone *SG* 8 prophetas LM^1 9 capatior *S* 10 ipsa *S* nec] ne L^1S^1MG 11 ex & *L* 14 adimpleri *LMSG* querens *C* 15 ac] ac (*s. l. a m.* 1 c) LS^2G^2 *om. MC* 16 azimofacias LSM^1G acimofacias P^2 azimofagias *C* azymofactias *b* 20 ppheta *GSb* inuenio *(in mg. add.) S* 21 indictum *Mb* 24 tamquam] tamquam (quam *s. l. a m. 1*) LM^2 tam̃ *S* tam *GPb* 25 enim *om. C*

uide, si quid inpedire iam poterat, quin factus essem Iudaeus. sed huic periculo me Manichaei ueneranda fides eripuit.

6. Tu tamen quid fiduciae gerens haec obicias quaero, aut quare contra me id esse putes solum, quod tibi non minus uideatur esse contrarium. si Christi non est legem soluere et prophetas, utique nec christianorum. cur ergo uos eadem soluitis? an sensim fatemini uos non esse christianos? quid legi et prophetis omnibus sacrosanctum illum sabbatorum diem, in quo et mundi ipsum opificem deum requieuisse testantur, uos omni opere profanatis nec poenam mortis, quam aduersum uiolatores eius statuit, nec maledicti pertimescentes infamiam? quid et a circumcisionis dedecoroso illo signaculo legi ac prophetis omnibus honorato et maxime Abrahae post opinatam suam fidem sinus defenditis uestros, praesertim cum et periturum omnem de plebe sua perhibeat Iudaeorum deus, quicumque non hac fuerit ignominia praesignatus? cur et sacrificiorum legitima, quae nec Moyses ac prophetae sub lege nec sub fide sua in secundis habuit Abraham, uos spernitis? cur uero et ciborum indifferentia animas polluitis uestras, si haec, ut creditis, omnia Christus non uenit soluere, sed adinplere? cur et azymorum anniuersale ius et mactationis agninae sacrum, quod in aeternum seruare lex et prophetae praecipiunt, uos inpiatis? cur denique neomenias et baptismata et scenopegiam ac reliqua huiusmodi

9 cf. Gen. 2, 2 16 Gen. 18, 9 sqq.

1 iudeus *C* 2 manichaei *(hoc uno loco* ae) *L* manichei *C* 4 quęre S^1 qua* re (e *er.*) *GM* 6 quur *LM* eadem uos *b* 9 requieuiss&-estantib' (b' *in ras.*) *M* 10 pene S^1 poene *G* poenā (~ *add. m. 2*) *LM* poena *Pb* 11 maledicta S^1 12 a *om. SG* 13 maximae ML^1 14 habrahae *S* 16 iudeorum *C* hac fuerit] adfuerit hac *L* hac fuerit (fuerit *s. l. m. 1*) *C* ac (*ex* ad *a m. 2*) fuerit *P* adfuerit S^1M illa *(in ras. G, s. l. S)* fuerit S^2G 18 prophete (*s. l. ł* propheta *a m. 1 prof. uid.*) *C* propheta *L* 19 habraham *SM* quur (21 et 23) *L* indiffer*entia (r *er.*) *L* 21 azimorum *LCSM* uniuersale *L* 24 scenophegia *LSMb* scenophegias (s *fin. add. m. rec.*) *C* schenopegia *G*

legis atque prophetarum sacramenta carnalia parum deuitatis inrumpere, si eadem Christus minime destruxit? quare non inmerito dixerim, quia, si uultis, ut ratio uobis contemptus istius constet, oportet aut uos negare Christi esse discipulos aut tandem fateri ipsum omnia haec destruxisse priorem. quod cum fueritis confessi, tunc et illud, quod sequitur, ut aut falso fateamini scriptum esse, tamquam idem dixerit non se uenisse soluere legem, sed adinplere, aut nescio quid hoc longe aliud quam uos putatis significasse.

7. AUGUSTINUS respondit: Quia iam consentis dixisse Christum: non ueni legem soluere uel prophetas, sed adinplere — durum enim tibi uidetur aduersus euangelicam auctoritatem uenire — durum etiam tibi uideatur uenire aduersus apostolum dicentem: omnia haec figurae nostrae fuerunt, item dicentem de Christo: quia non fuit etiam et non, sed etiam in illo erat: quotquot enim promissiones dei, in illo etiam, id est in illo exhibitae, in illo adinpletae sunt et sine caligine uidebis, et quam legem adinplere uenerit et eam quo pacto adinpleuerit. nec perges extendi per tria genera legis et tria genera prophetarum quaerens, qua exeas, et non inueniens. manifestum est enim, et luce clarius hoc etiam noui testamenti scriptura saepe testatur, quam legem et quos prophetas Christus non uenerit soluere, sed adinplere. ipsa enim lex, quae per Moysen data est, gratia et ueritas per Iesum Christum facta est, ipsa est, inquam,

11 Matth. 5, 17 14 I Cor. 10, 6 15 II Cor. 1, 10 et 20 25 Ioh. 1, 17

5 aut (t *s. l. m. 2 add.*) *L* 6 ut aut] ⁂aut (ut *uidetur er.*) *L* 7 fatemini *SG* 8 longe (n *s. l.*) *L* alius S^1G^1 10 *Cap.* XXXVIIII *MLPSG* Agustinus *L* 11 legem *(s. l. m. 1) P* soluere legem *SMG* uel] aut *SG* 12 aduersum *SG* 15 fuit] fuit in illo (in illo *add. m. 2*) *L* fuit in illo est (in illo *in ras;* est *s. l. a m. 2*) *M* fuit est *b* 16 quotquot (*utr*umque t *ex* d *a m.* 1) LM^2 quodquod *G* 17 dei sunt in illo est. id est in illo *b* exhibite *S* 18 uidebunt *SG* 19 adinpleuerit] adimplere uenit *PSGML¹b* pergis L^1SGMb 22 clarius// (ẽ *er.*) *L* hoc] et hoc *S* sepae *S* 23 uenit *b* 24 ipsa] ipsa est *CGb:* est *er. LS* est *om. b*

lex per Moysen data, de quo Christus ait: de me enim ille scripsit. certe enim ipsa est lex, quae subintrauit, ut abundaret delictum: quod ad eius reprehensionem nihil intellegentes in ore habere consuestis. ibi ergo lege et uide, quia ipsa est, de qua dicitur: itaque lex quidem sancta et mandatum sanctum et iustum et bonum. quod ergo bonum est, mihi factum est mors? absit. sed peccatum ut adpareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem. neque enim lex iubebat delictum, ut illa subintrante abundaret delictum, sed superbos multum sibi tribuentes mandati sancti et iusti et boni adiectio reos etiam praeuaricationis effecerat, ut eo modo humiliati discerent ad gratiam pertinere per fidem, ut iam non essent legi subditi per reatum, sed legi sociati per iustitiam. idem quippe apostolus dicit, quia priusquam ueniret fides, sub lege custodiebamur conclusi in eam fidem, quae postea reuelata est. itaque lex, inquit, paedagogus noster erat in Christo Iesu; sed posteaquam uenit fides, iam non sumus sub paedagogo. quia nos reatus legis non obligat, iam per gratiam liberatos. namque antequam spiritalem gratiam humiliati reciperemus, nihil nisi mortificabat nos littera iubens, quod non possemus inplere. unde idem dicit: littera occidit, spiritus autem uiuificat. rursus eiusdem apostoli uerba sunt: si enim data esset lex, quae posset uiuificare, omnino ex lege esset iustitia; sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur cre-

1 Ioh. 5, 46 2 Rom. 5, 20 5 Ioh. 7, 12 sq. 14 Gal. 3, 23 sqq. 22 II Cor. 3, 6 23 Gal. 3, 21 sq.

2 habundaret *C* 3 reprehensione *G* reprehensionē *S* intellegentes L^1 4 consuistis L^1PSGM^1 consuevistis (ev *s. l. a m. 2*) *M* 11 *alt.* et *s. l. m. 1 C* adiectiores $L^1S^1MPG^1b$ adiectione reos L^2 efficerat L^1 13 legi (s *er.*) *M* sotiati *SG* 15 conclusit *G* conclusi (τ *er.*) *ML* 17 pedagagus *LCSG* 18 pedagogo *LCSG* 21 nihil nisi *er. S* nihil *exp. G* possumus *C* possumus *b* 22 littera enim *SG* 24 possit *S* posse *G* omino *C* 25 iusticia *C*

dentibus. item ipsius uerba sunt: quod enim inpossibile erat legis, in quo infirmabatur per carnem, deus filium suum misit in similitudinem carnis peccati, ut de peccato damnaret peccatum in carne, ut iustitia legis inpleretur in nobis, qui non secundum carnem ambulamus, sed secundum spiritum. ecce quod est: non ueni legem soluere, sed adinplere. quae lex enim superbos etiam praeuaricationis reatu deuinxit augendo peccatum, cum iubet, quod inplere non possunt, ipsius legis inpletur iustitia per gratiam spiritus in eis, qui discunt a Christo mites esse atque humiles corde, qui uenit non legem soluere, sed adinplere. deinde, quia etiam sub gratia positis in hac mortali uita difficile est omni modo inplere, quod in lege scriptum est: non concupisces, ille per carnis suae sacrificium sacerdos effectus inpetrat nobis indulgentiam etiam hinc adinplens legem, ut, quod per nostram infirmitatem minus possumus, per illius perfectionem recuretur, cuius capitis membra effecti sumus. unde Iohannes dicit: filioli, haec scribo uobis, ut non peccetis; et si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum; ipse est exoratio pro peccatis nostris.

8. Prophetias autem sic adinpleuit, cum in eo ueritas facta est promissio dei. hoc paulo ante ex apostolo conmemoraui dicente: quotquot enim promissiones dei, in illo etiam. idem rursus dicit: dico enim Christum ministrum fuisse circumcisionis propter ueritatem dei ad confirmandas promissiones patrum. quod ergo in prophetis siue aperte siue per figuras uel locutionum uel actionum promittebatur, in illo adinpletum est, qui non uenit soluere legem et prophetas, sed adinplere. hoc autem uos non intellegitis, quia,

1 Rom 8, 3 sq. 14 Ex. 20, 17 18 I Ioh. 2, 1 sq. 24 Rom. 15, 8

2 legi (s *er.*) *SM* 6 ambulemus L^1 sedd̨ *C* ēst (st *s. l. a m.* 2) *L* 7 adimplere (r *sup.* ų) *C* 8 preuaricationis *C* 10 discunt (s *s. l.*) *C* 17 recuperetur (pe *s. l. a m.* 2) LP^3b 20 xp̄m *om. C* 21 exor*atio (τ *er.*) *C* 24 etiam] est *b* 29 uenit (t *s. l.*) *C*

si quaedam facta et celebrationes, quae figurae erant uentura praenuntiantes, adhuc a christianis fierent, nihil significaretur nisi nondum uenisse, quae tum illis figuris praenuntiabantur. quod enim adhuc uenturum praenuntiatur, aut nondum uenit. aut si iam uenit, superfluo uel fallaciter praenuntiatur. quapropter unde uobis uidetur Christus non inplesse prophetas. quia non fiunt a christianis quaedam, quae per prophetas, ab Hebraeis ut fierent, instituta sunt. inde potius probatur inplesse. usque adeo enim quicquid per eiusmodi figuras prophetabatur, inpletum est, ut iam per illas non prophetetur. ad hoc pertinet etiam, quod ipse dominus ait: lex et prophetae usque ad Iohannem. lex enim, quae praeuaricatores abundanti reatu concludebat in eam fidem, quae postea reuelata est, gratia facta est per Iesum Christum, per quem superabundauit gratia; ac per hoc inpleta est per gratiam liberantem, quae non inplebatur per litteram iubentem. item in ipsa lege uniuersa prophetia, quae non tantum uerbis, sed etiam quarundam actionum figuris saluatoris promittebat aduentum. ueritas facta est per Iesum Christum. lex enim per Moysen data est; gratia autem et ueritas per Iesum Christum facta est. ex cuius aduentu iam regnum dei coepit adnuntiari, quia et lex et prophetae usque ad Iohannem: lex, ut reos faceret, qui desiderarent salutem, prophetae, ut promitterent saluatorem. ceterum prophetas alios extitisse iam in ecclesia post ascensionem Christi quis nesciat? de quibus Paulus dicit: et quosdam constituit in ecclesia, primum apostolos, deinde prophetas, tertio doctores et cetera.

11 Luc. 16, 16 19 Ioh. 1, 17 26 I Cor. 12, 28

1 quadam L^1 caelebrationem L^1 uentura (ę *mut. in* a) *C* 2 a *add. m. 2 L, om. b* 3 tum] nondum (*m. 2 exp.* et illis *superscr.*) *L* *om. C* 4 prenuntiatur *C* 7 quędam (dam *s. l. a m. 1*) *S* 9 huiusmodi *Mb* 12 enim] autem *b* p̄uaricationes C^1 14 gracia *C* 16 ipsa (m *er.*) *L* 17 lege (m *er.*) *CL* tantum *om. LC* 22 et *ante* lex *om. SGMb* 23 ut] ut (t *s. l. m. 1*) *L* 24 cęterum *L* iąn *C* 26 ęcclesia *C* 27 cętera *L*

non itaque de illis dictum est: lex et prophetae usque ad Iohannem, sed de iis, qui primum Christi aduentum prophetauerunt; qui aduentus inpletus non utique adhuc posset prophetari.

9. Proinde cum quaeris, cur iam non circumcidatur carne christianus, si Christus non uenit legem soluere, sed adinplere. respondeo: immo ideo iam non circumciditur christianus, quia id, quod eadem circumcisione prophetabatur, iam Christus inpleuit. expoliatio enim carnalis generationis, quae in illo facto figurabatur, iam Christi resurrectione adinpleta est, et quod in nostra resurrectione futurum est, sacramento baptismi commendatur. nam neque penitus auferri debuit nouae uitae sacramentum, quia restat adhuc in nobis futura resurrectio mortuorum. et in melius tamen idem succedente baptismo debuit conmutari. quia iam factum est, quod numquam factum erat, ut futurae uitae aeternae in resurrectione Christi nobis praeberetur exemplum. cum quaeris, sabbati otium cur non obseruat christianus, si Christus non uenit legem soluere, sed adinplere, respondeo: immo id propterea non obseruat christianus, quia quod ea figura prophetabatur, iam Christus inpleuit. in illo quippe habemus sabbatum, qui dixit: uenite ad me omnes, qui laboratis et onerati estis, et ego uos reficiam; tollite iugum meum super uos et discite a me, quoniam mitis sum et humilis corde, et inuenietis requiem animabus uestris.

10. Cum quaeris, quare christianus non obseruet differentiam ciborum, quae in lege praecipitur. si Christus non uenit legem

21 Matth. 11, 28 sq.

2 his *LCb* 3 adhoc L^1M^1 6 christianus] xp̃s *G* 7 non ideo iam *C* 8 circumcisionem L^2 10 resurrectionem L^1 et quod] & quod & (*pr.* & *m. 2 exp. et alt. superscr.*) *L* 11 est *om. LSMG* sacramentum L^1 13 adhuc *s. l. C* 14 idem] id est *PMb* id⁎ē⁎st (st *s. l. a m.* 2) *L* 15 computari *S*, (*m. 1* p *exp. et* m *superscr.*) *G* 16 praeberetur (b *corr. ex* u) *M* 17 quur *L* 18 christianus] xp̃s *M* 20 profitebatur *b* 22 onerati (o *s. l.*) *C* 24 quia *S* 26 obseruat *b*

soluere, sed adinplere, respondeo: immo propterea id non obseruat christianus, quia quod illis figuris prophetabatur, iam Christus inpleuit non admittens ad corpus suum, quod corpus in sanctis suis ad uitam aeternam praedestinauit, quicquid per illa animalia in moribus hominum significatum est. cum quaeris, quare christianus non animalibus immolatis carnis et sanguinis sacrificia offerat deo, si Christus non uenit legem soluere, sed adinplere, respondeo: immo propterea magis haec christianus iam offerre non debet, quia ea, quae talibus rerum figuris illi prophetabant, immolatione carnis et sanguinis sui Christus inpleuit. cum quaeris, cur azyma sicut Iudaei non obseruet christianus, si Christus non uenit legem soluere, sed adinplere, respondeo: immo propterea magis hoc non obseruat christianus, quia, quod illa figura prophetabatur, expurgato ueteris uitae fermento nouam uitam demonstrans Christus inpleuit. cum quaeris, cur de carne agni christianus pascha non celebret, si Christus non uenit legem soluere, sed adinplere, respondeo: immo propterea christianus iam sic pascha non celebrat, quia id, quod illa figura praenuntiabatur, agnus inmaculatus sua passione Christus inpleuit. cum quaeris, quam ob causam neomenias in lege mandatas non celebret christianus, si Christus non uenit legem soluere, sed adinplere, respondeo: immo propterea iam christianus ista non celebrat, quia propter quod praenuntiandum celebrabantur, iam Christus inpleuit. celebratio enim nouae lunae praenuntiabat nouam creaturam, de qua dicit apostolus: si qua igitur in Christo noua creatura, uetera transierunt; ecce facta sunt noua. cum quaeris, cur illa singularum quarumque in-

15 I Cor. 5, 7 26 II Cor. 5, 17

1 id *om.* *S* 4 praedistinauit *SG* 7 sacrifitia *C* 8 soluere (re *s. l.*) *S* 9 christianis C^1 iam *om.* *C* qui *SM* qui *G* 11 quur *ML* cur non in azimis pascha celebret christianus *S* azima *LC* 12 iudei *CM* 14 obseruet *S* 15 ex purgato *S* 18 implere *S* 19 celebr& S^1 24 cęlebrat *C* celebr& S^1 celebrabantur (ba *s. l.*) *C* 25 cęlebratio *C* 28 quur *L* immunditiarum (*m. 2* n *mut. in* m *et* i *antep.*) L^2

munditiarum baptismata, quae in lege praecipiuntur, non obseruet christianus, si Christus non uenit legem soluere, sed adinplere, respondeo inde potius haec non obseruare christianum, quia figurae futurorum erant, quas Christus inpleuit. uenit enim consepelire nos sibi per baptismum in mortem, ut, quemadmodum Christus resurrexit a mortuis, sic et nos in nouitate uitae ambulemus. cum quaeris, quid causae est, ut scenopegia non sit sollemnitas christianorum, si lex a Christo adinpleta est, non soluta, respondeo tabernaculum dei fideles eius esse, in quibus caritate socialis et quodam modo conpactis habitare dignatur, et ideo magis illud non obseruari a christianis, quia iam Christus in ecclesia sua, quod illa figura prophetice promittebat, inpleuit.

11. Et nunc quidem ista pro suscepto negotio ne silentio praeterirentur, quanta potuimus breuitate perstrinximus. ceterum membratim articulatimque discussa libros magnos multosque fecerunt nihil aliud in eis quam Christum prophetatum ostendentes. ita fit, ut omnia, quae ex illa scriptura propterea putatis non obseruari a christianis, quod ea Christus soluerit, propterea potius reperiantur non obseruari a christianis, quod ea Christus inpleuerit. ipsa quippe talium figurarum obseruatio praenuntiatio Christi fuit. unde quid mirum est, quid absurdum, immo quid non congruum et consentaneum, si post eius cessauit aduentum, quicquid ideo fiebat, ut eius praenuntiaret aduentum? figurae igitur rerum, quae ad hoc obseruabantur, ut ipsa earum obseruatione uenturus Christus prophetaretur, usque adeo non debent propterea putari per Christi aduentum non inpletae, quia illo ueniente non obseruabantur, ut nisi iam

7 cf. Rom. 6, 4

5 immortem *S* 6 quemammodum *LG* 7 uitę *(s. l.) M* 8 scenophagię *S* schenophegia *LM* scenopegia *P* scenophegia *Cb* 10 eius *om. b* compactis L^2 11 obseruar* *S* obseruare $L^1G^1M^1$ a *om. b* 13 ppheticae L^1G pphetic*e (a *er.*) *M* 20 repperiantur ML^1G^1 21 quippe (*corr. ex* quoq;) *C* 23 non (*s. l.*) *S* 24 quicquid (c *ex* d) *C* 25 q: L^1 26 xp̄s uenturus *S* 28 obseruantur *CSGML*^{2}

per aduentum Christi inplerentur, adhuc obseruarentur. in nullum autem nomen religionis, seu uerum, seu falsum, coagulari homines possunt, nisi aliquo signaculorum uel sacramentorum uisibilium consortio conligentur: quorum sacramentorum uis inenarrabiliter ualet plurimum et ideo contempta sacrilegos facit. inpie quippe contemnitur, sine qua non potest perfici pietas.

12. Uerumtamen quia uisibilia sacramenta pietatis inesse possunt etiam inpiis, sicut habuisse sanctum baptismum etiam magum Simoneum legimus, fiunt tales, quales apostolus ait: habentes formam pietatis, uirtutem autem eius abnegantes. uirtus autem pietatis est finis praecepti, id est caritas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta. unde apostolus Petrus, cum de sacramento arcae. in qua Noe domus a diluuio liberata est, loqueretur, sic et uos, inquit, simili forma baptisma saluos facit. et ne sibi sufficere putarent uisibile sacramentum, per quod habebant formam pietatis, et per malos mores perdite uiuendo uirtutem eius abnegarent, continuo subiecit: non carnis depositio sordium, sed conscientiae bonae interrogatio.

13. Proinde prima sacramenta, quae obseruabantur et celebrabantur ex lege, praenuntiatiua erant Christi uenturi: quae cum suo aduentu Christus inpleuisset, ablata sunt, et ideo ablata, quia inpleta; non enim uenit legem soluere, sed adinplere. et alia sunt instituta uirtute maiora, utilitate meliora, actu faciliora, numero pauciora, tamquam iustitia fidei reuelata

10 Act. 8, 13 11 II Tim. 3, 5 13 cf. I Tim. 1, 5 19 I Petr. 3, 21

2 illum (*corr. m. 1 in* uullum) *LG*, (*m.* 2 illud) *M* religionis (gi *s. l.*) *S* 4 conligentur C^1 5 ualet (*s. l. m. 2*) *C* contempta (p *s. l. m. 1*) *L* 6 contempnitur *G* contempnitur (p *s. l.*) *C* quia *S* 10 symoneum *C* simonē *b* 12 id ēst (st *s. l. add. m. 2*) *L* id̄ *C* 14 archae (h *exp. m. 2*) *L* archę *S* 15 simili inquit *S* 16 facit (a *in ras. m.* 2) *L* 18 perditąe L^2 perditę *S* 21 *inter* obseruabantur *et* ex *spat. uac.* 4 *litter. in SG* 22 ✱lege (le *uid. er.*) *P* pronuntiatiua *SG* 23 ablata (la *ex* lu) *C* 24 soluere legem *SGM*

et in libertatem uocatis filiis dei iugo seruitutis ablato, quod duro et carni dedito populo congruebat.

14. Uerumtamen si antiqui iusti, qui sacramentis illis intellegebant uenturam praenuntiari reuelationem fidei, ex qua licet adhuc operta et abscondita, munere tamen pietatis intellecta etiam tunc ipsi uiuebant, quia in hac uita nemo esse potest iustus, nisi qui ex fide uiuit: si ergo antiqui iusti pro illis praenuntiatiuis sacramentis et rerum nondum inpletarum figuris omnia dura et horrenda perpeti parati fuerunt et plerique perpessi sunt; si tres pueros Danihelemque praedicamus, quia de mensa regis contaminari noluerunt, quod erat contra illius temporis sacramentum; si Machabaeos cum ingenti admiratione praeferimus, quia escas, quibus nunc christiani licite utuntur, adtingere noluerunt, quia tunc pro tempore prophetico non licebat: quanto magis nunc pro baptismo Christi, pro eucharistia Christi, pro signo Christi ad omnia perferenda paratior debet esse christianus, cum illae fuerint promissiones rerum conplendarum, haec sint indicia conpletarum? quod enim adhuc promittitur ecclesiae, id est corpori Christi, et in manifestatione praedicatur et in ipso capite corporis saluatore, id est in ipso mediatore dei et hominum homine Christo Iesu, iam utique conpletum est. quid enim promittitur nisi uita aeterna ex resurrectione a mortuis? hoc iam conpletum est in illa carne, quod uerbum caro factum est et habitauit in nobis. tunc ergo et occulta erat fides; nam eadem credebant eademque sperabant omnes iusti et sancti etiam temporum illorum; et promissiua erant illa omnia sacramenta

1 cf. Gal. 5, 1 . 13 7 cf. Rom. 1, 17 11 cf. Dan. 1, 8 14 cf. II Mach. 7 21 cf. I Tim. 2, 5 25 cf. Ioh. 1, 14

4 uenturum *C* reuelatione *C* 5 operata L^1 munera L^1 6 tunc *om. b* 10 danielemq' *S* 12 illius (u *s. l. a m.* 1) *LS* illis M^1 macchabaeos *CG* 17 ille *S* 18 sunt *S* sint (i *ex* u) *M* 19 ęcclesiae *C* ēst (st *s. l.*) L^2 20 predicatur *C* saltore *S* saluato *C* 21 ēst (st *s. l. add. m. 2*) *L* xp̄o (o *add. m. 2*) *L* 24 caro *om. LCb* 26 eadem *SMG*

omnisque ritus ille sacrorum. nunc autem reuelata est fides, in quam conclusus erat populus, quando sub lege custodiebatur, et quod fidelibus promittitur in iudicio, iam conpletum est in exemplo per eum, qui legem et prophetas non uenit soluere, sed adinplere.

15. Quapropter quaeritur quidem inter scrutatores sanctarum scripturarum, utrum tantum profuerit antiquis iustis fides passuri et resurrecturi Christi quam uel reuelationibus discebant uel in prophetis intellegebant, quantum nunc prodest fides passi et resuscitati, an ipsa effusio sanguinis agni dei, quae facta est, sicut ipse dicit, pro multis in remissionem peccatorum, aliquid utilitatis et purgationis uel dederit uel addiderit etiam his, qui hoc futurum credentes, antequam fieret, ex hac uita emigrauerant, et utrum mors eius ad liberationem etiam mortuos uisitauerit. sed nunc istam quaestionem uel pertractando discutere uel aliquid in ea repertum etiam confirmando definire et longum est et huic operi non necessarium.

16. Interim aduersus calumniosam inperitiam Fausti demonstrare suffecerit, quanto errore delirent, qui putant signis sacramentisque mutatis etiam res ipsas esse diuersas, quas ritus propheticus praenuntiauit promissas, et quas ritus euangelicus adnuntiauit inpletas, aut qui censent, cum res eaedem sint, non eas aliis sacramentis adnuntiari debuisse conpletas quam iis, quibus adhuc conplendae praenuntiabantur. si enim soni uerborum, quibus loquimur, pro tempore conmutantur, eademque res aliter adnuntiatur facienda, aliter facta. sicut

2 cf. Gal. 3, 23 11 Matth. 26, 28

4 qui (*s. l.*) *S* 6 queritur *C* scrutatores (*ex* scriptores) *C* 8 discebant (d *in* b *corr.*) *C* 9 proph&is L^1 quantum (nc *corr. in* m) *C* 11 remissione *SMG* 14 fierent L^1MGS^1 emigrauerant L^1 migrauerant *b* liberatione *G* deliberationē (∼ *add. m. 2*) *M* 16 reppertum *L* 19 aduersa *G* aduersi *S* 20 sufficerit $ML^1S^1G^2$ 22 praenunciauit *C* euuangelicus *C* 23 censent (cen *in ras.*) *S*, (n *sup. er. s*) *C* eædem (æ *m. 2* ex a) *L* 24 annunciari *C* 25 his *LSGMb* 27 eandemque *G*

ista ipsa duo uerba, quae dixi, facienda et facta, nec paribus morarum interuallis nec isdem uel totidem litteris syllabisue sonuerunt: quid mirum, si aliis mysteriorum signaculis passio et resurrectio Christi futura promissa est, aliis iam facta adnuntiatur, quandoquidem ipsa uerba „futurum et factum“ „passurus et passus,“ „resurrecturus et resurrexit,“ nec tendi aequaliter nec similiter sonare potuerunt? quid enim sunt aliud quaeque corporalia sacramenta nisi quaedam quasi uerba uisibilia, sacrosancta quidem uerum tamen mutabilia et temporalia? deus enim aeternus est, nec tamen aqua et omnis illa actio corporalis, quae agitur cum baptizamus et fit et transit, aeterna est: ubi rursus etiam illae syllabae celeriter sonantes et transeuntes, cum dicitur deus, nisi dicantur, non consecratur. haec omnia fiunt et transeunt, sonant et transeunt; uirtus tamen, quae per ista operatur, iugiter manet et donum spiritale, quod per ista insinuatur, aeternum est. qui ergo dicit: si Christus legem et prophetas non soluisset, illa sacramenta legis et prophetarum in christianorum congregationibus et celebrationibus permanerent, potest dicere: si Christus legem et prophetas non soluisset, adhuc promitteretur nasciturus, passurus et resurrecturus, cum ideo magis haec non soluerit, sed adinpleuerit, quia iam non promittitur nasciturus, passurus, resurrecturus, quod illa sacramenta quondam personabant, sed adnuntiatur, quod natus sit, passus sit, resurrexerit, quod haec sacramenta, quae a christianis aguntur, iam personant. qui ergo uenit legem et prophetas non soluere sed adinplere, ipsa adinpletione abstulit ea, per quae adhuc promittebatur inplendum, quod iam constat inpletum, tamquam si uerba ista tolleret „nasciturus, passurus, resurrecturus,“

2 isdem L^1M^1 sillabisue C syllabisq' S syllauisue M^1 3 mysterium L^1S^1MG 5 annuntiantur S factūrū C 6 tendi (*in ras.*) S tandi G 8 quedam S 12 cęleriter C 14 consecrantur S 19 cęlebrationibus C potes L^1 20 soluisset (ol *s. l.*) C 23 quondam] qđammodo LC 24 adnuntiantur S 25 quae] qua M a] ex M, *om.* L^1S^1G 27 adimpletio S^1G promittebatur adhuc SGM

quae cum haec futura essent, recte dicebantur, et instituerent dici „natus est, passus est, resurrexit," quae illis conpletis et ob hoc ablatis recte dicuntur.

17. Sicut ergo ista uerba, ita illa prioris populi sacramenta, quia per eum, qui non uenit legem et prophetas soluere sed adinplere, iam inpleta sunt, ideo tolli mutarique debuerunt, quod primis christianis, qui ex Iudaeis crediderant, donec contra tam diuturnam consuetudinem paulatim persuaderetur atque ad intellectum perfectum perduceretur, et quia ita nati erant atque instituti, siuerunt eos apostoli patrium ritum traditionemque seruare et eos, quibus hoc opus erat, ut congruerent illorum tarditati moribusque, monuerunt. inde est quod Timotheum iudaea matre et graeco patre natum propter illos, ad quos tales cum eo uenerat, etiam circumcidit apostolus atque ipse inter eos morem huiusmodi custodiuit non simulatione fallaci, sed consilio prudenti; neque enim ita natis et ita institutis noxia erant ista, quamuis iam non essent significandis futuris necessaria. magis quippe noxium erat ea tamquam noxia prohibere in his hominibus, usque ad quos durare debuerunt, quoniam Christus, qui omnes illas prophetias inplere uenerat, sic eos initiatos inuenerat, ut iam de cetero, qui nulla tali necessitudine tenerentur, sed ex diuerso ueluti pariete, id est ex praeputio, ad illum angularem lapidem, qui Christus est, conuenirent, ad nulla talia cogerentur. si autem his, qui ex circumcisione uenerant talibusque sacramentis adhuc dediti erant, ultro uellent, sicut Timotheus, conferre congruentiam, non prohiberentur, uerum si in huius-

15 cf. Act. 16, 1 sq. 24 cf. Ephes. 2, 14 et 20

1 haec] adhuc *b* 7 *post* christianis *s. l. add.* impositum non est *in S* 8 diurnam S^1G^1 paulatimque *SG* 9 perduceretur (ur *in ras.*) *M* perducerentur S^2b 10 siuerunt] iusserunt *C* 12 tarditioni (*in marg.* tarditati) *S* traditati *G* 13 iudea *C* gręco (*add. m. 2*) *L* 18 ea (m *er.*) *L* 19 in *(paene er.) L* 20 prophecias *C* 22 cętero (*add. m. 2*) *L* d&ero *G* tale S^1G 23 id est (st *s. l. add. m. 2*) *L* praepudio $L^1S^1M^1G$ p̄pvtio (*ex* p̄positio) *C* 25 si] si qui (qui *add. m. 2*) *L* his S^1 circumcisionem L^1 27 in *(in ras.) S*

modi legis operibus putarent suam spem salutemque contineri, tamquam a certa pernicie uetarentur. unde est illud apostoli: ecce ego Paulus dico uobis, quia si circumcidamini, Christus uobis nihil proderit, circumcidamini scilicet, sicut ipsi uolebant, sicut eis a quibusdam deprauatis persuasum erat, quod sine his legis operibus salui esse non possent. nam cum gentes ad Christi fidem ita uenirent, maxime per Pauli apostoli praedicationem, sicut uenire debuerunt, ut nullis eiusmodi obseruationibus onerarentur — quia et insolita ista, maxime circumcisionem, grandes aetate reformidantes deterrerentur a fide, et non ita nati, ut talibus sacramentis inbuerentur, si more pristino proselyti fierent, tamquam Christus per illa mysteria uenturus adhuc promitteretur — cum ergo sic uenirent ad fidem, ut iam ex gentibus uenire oportebat, non intellegentes qui ex circumcisione uenerant, cur sibi illa permissa essent, et cur gentibus inponenda non essent, quibusdam carnalibus seditionibus coeperant ecclesiam perturbare, quod gentiles ad dei populum accedentes non sollemniter proselyti fierent in carnis circumcisione et ceteris huiuscemodi obseruationibus legis. atque in his erant, qui hoc ideo fieri magnopere insistebant, quia timebant Iudaeos, inter quos uersabantur. contra hos apostolus Paulus multa scripsit; nam in horum simulationem etiam Petrum adductum fraterna obiurgatione correxit. sed posteaquam in unum apostoli congregati etiam concilio suo censuerunt gentes ad huiusmodi opera legis non esse cogendas, displicuit quibusdam ex circumcisione christianis non ualentibus mente discernere illos solos ab

3 Gal. 5, 2 6 Act. 15, 1 24 Gal. 2, 14 26 Act. 15, 6 et 11

1 //τeneri (c̃ *uid. er.*) *S* 2 certe *L*[1] pernicię *S* pernitiae *G* 5 ipsę (*s.* ę *a m. 1* i) *C* 10 circumcisione *Lb* 12 siṇę *C* proseliti *SCL*[1] proselliti *G* 15 quur *M* 16 promissa *S* imponenda *L*[2] 17 sedicionibus *C* 18 proseliti *L*[1]*CSG* proseliti (li *corr. ex* lli) *M* 19 circumcisione (m *uid. er.*) *L* cęteris *LC* huiuscemodi (ce *s. l.*) *C* 24 in unum *om. S* 25 consilio *C* censuerint *C* opera (a *sup.* e *m.* 1) *L* opere *SMG*[1]

huiusmodi obseruationibus non fuisse prohibendos, quos fides, quae reuelata est, his iam inbutos inuenerat, ut in eis iam consummaretur ipsa actio prophetica, quos ante adinpletionem prophetiae iam tenuerat, ne si et ab ipsis remoueretur, inprobata potius quam terminata uideretur, si autem et gentibus inponeretur, aut non Christi promittendi causa instituta esse, aut adhuc Christum promittere putaretur. primus itaque populus dei, antequam Christus ueniret legem prophetasque adinplere, illa omnia, quae hunc promittebant, obseruare iubebatur: liber in eis, qui haec quo pertinerent intellegebant, seruus autem in eis, qui hoc non intellegebant. posterior ergo populus accedens ad fidem, qua iam Christus uenisse, passus esse ac resurrexisse praedicabatur, in his quidem hominibus, quos iam talibus sacramentis institutos eadem fides inuenerat, nec cogebatur ista obseruare nec prohibebatur; in his autem, qui talibus uacui nulla generis, nulla consuetudinis uel congruentiae necessitudine retenti crediderant, etiam prohibebatur, ut per eos iam inciperet adparere illa omnia propter promittendum Christum fuisse instituta, quo ueniente atque haec promissa adinplente iam oportere cessare. hoc igitur temperamentum moderamentumque spiritus sancti per apostolos operantis cum displicuisset quibusdam ex circumcisione credentibus, qui haec non intellegebant, in ea peruersitate manserunt, ut et gentes cogerent iudaizare. hi sunt, quos Faustus Symmachianorum uel Nazaraeorum nomine commemorauit, qui usque ad nostra tempora iam quidem in exigua, sed adhuc tamen uel in ipsa paucitate perdurant.

18. Quid habent ergo isti, unde legi et prophetis calum-

3 consumaretur *S* pphetice (ce *in ras.*) *S* propheticae *G* 4 inprobata L^1 5 t̄minata *C* 6 inponeretur L^1 9 quae] quia S^1G iubeatur M^1 iubeba-t̄ (n *ras.*) *C* uidebatur *L* 12 quia *C* 14 institutos *(pr. s s. l.) C* 15 nec (c *s. l. a m. 1*) *C* cogebatur S^1 obseruari *SG* prohibebatur S^1 17 prohibebatur S^1 20 Hoc igitur *inc. c. 18 in b* 21 moderamenque *C* 24 cogeret SM^1 cogerent (n *s. l. a m. 1*) *L* iudeizare C^1 25 symmacianorum *LSGM* simoniacianorum *b* nazarenorum *LSGMb* nazareorum *C* 28 ergo (r *s. l.*) *L*

nientur, quod eos Christus soluere uenerit potius quam adinplere, quia christiani non obseruant, quae ibi praecepta sunt, cum ea sola non obseruent, per quae Christus promittebatur, et ideo non obseruent magis, quia eadem promissa iam Christus inpleuit, nec adhuc promittuntur, quia iam inpleta sunt, eorumque promissiua signa in eis terminari debuerunt, quos fides Christi haec adinplentis iam talibus inbutos inuenerat? numquid enim non obseruant christiani, quod in illa scriptura est: audi, Israhel, dominus deus tuus deus unus est; non facies tibi idolum et cetera huiusmodi? numquid non obseruant christiani, quod ibi dicitur: non accipias nomen domini dei tui in uanum? numquid ipsum sabbatum, quod ad intellegendam ueram requiem pertinet, non obseruant christiani? numquid honorem parentibus christiani non defe- runt, quod ibi praeceptum est? numquid a fornicationibus aut homicidiis aut furtis aut falsis testimoniis, a concupiscenda uxore proximi ‹aut a concupiscenda re proximi› non se temperant christiani? quae omnia in illa lege conscripta sunt. haec praecepta sunt morum, illa sacramenta sunt promissorum; haec inplentur per adiuuantem gratiam, illa per redditam ueritatem: utraque per Christum et illam gratiam semper donantem, nunc etiam reuelantem, et hanc ueritatem tunc promittentem, nunc exhibentem, quia lex per Moysen data est, gratia autem et ueritas per Iesum Christum facta est. denique ista, quae in recte uiuente conscientia conseruantur, fide per dilectionem operante conplentur; illa uero, quae in promittente significatione uersata sunt, rebus

9 Deut. 6, 4 18 Ex. 20, 4 sqq. 23 Ioh. 1, 17 26 Gal. 5, 6

1 quos S^1G 5 quae *C* 6 promissa ibi *C* 7 adimplendis *b* 8 in *(s. l.) S* 10 facias *SM* 13 ad *(s. l.) S*,² *om. G* intellegendam (a *ex* u *a m. 1) L* 16 aut a concupiscenda (aut *in marg. m. 2 add.) Lb* 17 aut—re proximi *ed. Maurina: om. lib. b* 18 lege illa *SMG* conscribta *C* 20 illam S^1G illa (*uirg. er.) M*, (m *er.) L* 21 semper gratiam *SMG* 23 nunc L^1PS^1Mb promittentē** (n *s. l.) C* ñc *er. C* lex (*s. l. m. 1) C* 24 est lęx *C* 25 ista S^1 istaq' *G* consciencia *C* 26 conseruetur C^1 operante *om. C* (*signo r adpos.*)

redditis transierunt. ita et ipsa non soluta, sed adinpleta sunt, quia ea non inrita nec fallacia Christus ostendit, cum id quod eorum significatione promittebatur exhibuit.

19. Non itaque, sicut Faustus opinatur, quaedam dominus Iesus adinpleuit, quae ab antiquis iustis iam dicta erant ante legem Moyseos, sicuti est: non occides. quod non contrario redarguit, sed magis firmauit, cum et ab ira et a conuicio reuocauit. quaedam uero soluit, quae propria uidebantur legis Hebraeorum, sicuti est: oculum pro oculo, dentem pro dente. quod uidetur potius abstulisse quam confirmasse, cum ait: ego autem dico uobis non resistere malo; sed si quis te percusserit in maxillam tuam dextram, praebe illi et alteram et cetera. nos enim dicimus etiam haec, quae isti putant soluisse Christum, uelut contraria referendo et tunc pro tempore bene fuisse instituta et nunc a Christo non soluta, sed adinpleta.

20. Proinde primum ab his quaero, utrum illi antiqui iusti, Enoch et Seth — hos enim potissimum Faustus commemorat — et si qui alii, non solum ante Moysen, sed et si qui ante Abraham fuerunt, irati sint fratri sine causa aut dixerunt fratri: fatue. si enim non dixerunt, cur non et talia docuerunt? quodsi et talia docuerunt, quaero, quemadmodum uel eorum iustitiam doctrinamque Christus adinpleuerit addendo: ego autem dico uobis: si quis irascitur fratri suo aut si quis dicit „racha“ aut si quis dicit „fatue.“

8 cf. Ex. 20, 13; Matth. 5, 21 sq. 9 Ex. 21, 24; Matth. 5, 38 sq.

1 impleta *SG* 2 sinτ C^1 4 n*on *C* quaedam] quae *SMG* quaed|ã||(ã *add. m. 2*) *L* dominus *om. L* 5 iesus christus *b* //adimpleuit (ad *er.*) *C* iustis *om. SG* 6 lege LS^1M moseos L^1M^1 7 et *ante* ab *s. l. S* 9 hæbreorum *C* 12 maxillam (*sec.* l *s. l.*) *C* dexteram *CSGMb* 13 hec *C* 14 isti (i *fin. in ras.*) GS^2 referrendo *S* referạndo (*sup.* ạ *m. 1 add.* e) *C.* 15 tum L^1 18 enoc *LCMS*^{1} hos (h *s. l.*) *C* potissimum //// (favtu *er.*) *C* 19 et *sec. s. l. S* 20 sunt *C* avτ· (v *s. l.*) *C* 21 dixeř// *C* fatuę *SC* fatuae *G* quur *L* 22 alia L^1M^1 quemammodum *LG* 23 iusticiam *C* 25 fatuę *SG*

reus erit uel iudicii uel consilii uel gehennae ignis, quandoquidem et illi eodem modo uiuebant, eodem modo uiuendum monebant. an ignorabant illi iusti frenandam esse iracundiam nec petulanti conuicio fratrem lacessendum, aut nouerant quidem, sed ab his se abstinere non poterant? ergo rei erant gehennae, quomodo igitur iusti? profecto enim nec inperitam rerum ad suum officium pertinentium nec intemperantem audes dicere eorum fuisse iustitiam in tantum, ut eos faceret reos gehennae. cur ergo illam legem, secundum quam uiuebant antiqui iusti, haec addendo Christus inpleret, cum eorum quoque iustitia sine istis esse non posset? an dicturus es, quod praeceps iracundia et lingua inproba. ex quo uenit Christus, coepit ad iniquitatem pertinere, antea uero non erat iniquum uel corde uel ore ista committere? sicut in quibusdam rebus pro temporum proprietatibus institutis inuenimus nunc aliquid non licere, quod ante licuerit uel quod ante non licuerit, nunc licere. non usque adeo desipis, ut hoc dicas; sed etiam si dicas, respondebitur tibi, quod secundum istum intellectum Christus non adinplere uenerit, quod legi antiquae defuit, sed legem instituere, quae non fuit, si dicere fratri „fatue," cum apud antiquos iustos non fuisset iniustum, nunc ita iniustum esse Christus uoluit, ut quisquis hoc dixerit, reus sit gehennae. proinde nondum inuenisti, cuinam legi haec aliquando defuerunt, quibus nunc additis eam Christus inpleret.

21. An forte lex non moechandi apud illos iustos antiquos semiplena erat, donec a domino adinpleretur addente, ne quis ad concupiscendum uideat mulierem? sic enim commemorasti

1 Matth. 5, 22

1 reus (*in ras.*) *C* ₒconcilii *LSGMb*, (ci *in ras.*) *C* gehenne *C* igẹnis *C* 2 uiuebant eodem modo *om. LSGMPb* 4 conuitio *SG* ñ lacessendū (ñ *s. l.*) *S* lacessandum L^1 8 facere M^1G^1L fateare *S* 9 quur *LC* bibebunt M^1 16 licere quod ante nọn lic. *SG* 18 intell&um *G* 19 antiquę (*add. m. 2*) *L* 20 fatuae *LGM* fatuæ *C* 23 defuerint *C* 24 eaąm L^2 25 moecandi *L* antiquos iustos *SMG* 26 adimpleretur (ad *s. l.*) *S* 27 sic (c *s. l.*) *C*

ipsam sententiam: audistis dictum esse: non moechaberis; ego autem dico uobis, ne concupiscatis quidem. adinpletio est, inquis. explica plane ipsa uerba euangelica, noli tuis extenuare, quod dictum est, et uide, quid de illis antiquissimis iustis senseris. audistis, inquit, quia dictum est: non moechaberis; ego autem dico uobis: si quis uiderit mulierem ad concupiscendum eam, iam moechatus est eam in corde suo. itane uero illi iusti, Seth uel Enoch uel si qui eis similes fuerunt, moechabantur in cordibus suis et aut non erat cor eorum templum dei, aut moechabantur in templo dei? quod si non audes dicere, quomodo etiam de hac re legem illorum, quae apud illos iam tunc plena erat, modo ueniens Christus inpleuit?

22. De non iurando autem, quia et hic illorum legem a Christo adinpletam esse dixisti, non possum adfirmare antiquos iustos non iurasse; nam et Paulum apostolum iurasse inuenimus. de uestro autem ore non tollitur crebra iuratio, cum iuretis per lumen, quod amatis cum muscis — neque enim lumen illud mentium ab istis oculis penitus alienum, quod inluminat omnem hominem uenientem in hunc mundum, nostis aliqua ex parte cogitare — et per dominum uestrum Manichaeum, qui Manis lingua patria uocabatur. sed uos, ut apud Graecos nomen insaniae uitaretis, uelut declinato et prolongato nomine quasi fusionem addidistis, ubi amplius laberemini. sic enim mihi quidam uestrum exposuit, cur appel-

5 Ex. 20, 14; Matth. 5, 27 sq. 14 cf. Ex. 20, 7; Matth. v. 33—37 17 cf. Rom. 1, 9; Phil. 1, 8; II Cor. 1, 23 20 cf. Ioh. 1, 9

1 esse] ẽ *C* moecaberis *LC* 2 concupisc&is C^1 Equidem ad. est. (E s. *l. add. m. 2*) *L* 5 inquid L^1 6 est (*s. l.*) *S* moecaberis *LC* mechaberis *S* moecaueris M^1 7 moecatus *L* 8 suo *om. SMG* itáne *M* 9 enoc *L* fuerint *b* moecabantur *L* 10 eorũ (*corr. m. 1 ex* erat) *C* 11 moecabantur *L* 17 non inuenimus *b* ore *om. SG* 19 mentium (corr. ex mentuum) *G* mentitum et S^1 mentis & S^2 21 parte te *G* 22 manicheum *LC* manîs *SMG* 23 grecos *L* insanie *L* 24 prolongatoque *S* amplius (*s. l. m. 1*) *C* 25 laueremini L^1G lauaremini *SM* quur *L*

latus sit Manichaeus, ut scilicet in graeca lingua tamquam manna fundere uideretur, quia graece fundit χεῖ dicitur: ubi quid egeritis nescio, nisi ut expressius uobis somniaremini insaniam. neque enim addidistis in parte priore nominis unam litteram, ut agnosceretur manna, sed addidistis in posteriore duas syllabas, non appellantes Mannicheum, sed Manichaeum. ut nihil aliud uobis tam prolixis et uanis sermonibus suis nisi insaniam fundere sonaret. saepissime iuratis et per paracletum, non sane illum, quem Christus discipulis promisit et misit, sed per eum ipsum, ut latine nomen eius interpreter. insanifusorem. cum ergo iurare numquam desinatis, uellem scire, quomodo intellegatis hanc quoque legis partem, quam uultis antiquissimam intellegi, quod uobis dominus adinpleuerit, et magis propter iurationes apostoli. nam uestra quae auctoritas est uel uobis ipsis, nedum mihi, aut cuiquam homini? unde puto iam clarere, quam sit aliter recipiendum, quod ait Christus: non ueni legem soluere, sed adinplere. non his uidelicet additamentis, quae uel ad expositionem pertinent propositarum antiquarum sententiarum uel ad conuersationem, non ad inpletionem.

23. Quia enim non intellegebant homicidium nisi peremptionem corporis humani, per quam uita priuaretur, aperuit dominus omnem iniquum motum ad nocendum fratri in homicidii genere putari. unde et Iohannes dicit: qui odit fratrem suum, homicida est. et quoniam putabant tantummodo corporalem cum femina inlicitam conmixtionem uocari moe-

10 cf. Ioh. 14, 16 et 26; 16, 7; Act. 2, 2 sqq. 24 I Ioh. 3, 15

1 greca *LC* 2 fundare L^1 funderetur *C* uideretur *om. C* grece *C* fundi *C* chei *lib.* 3 *omniaremini (s *er.*) *L* somniaretis *C* 4 priori *SG* 5 manna (*sec.* n *in ras.*) *C* 6 mannicheum *LC* manicheum S^1G sed Manichaeum *om. SG* 8 sepissime *L* paracl&um L^1 paraclitum *S* 9 quê* *L* 10 ut latine (*in ras.*) *C* interpra&er *L* 12 quomodo—legis (*in ras.*) *C* 15 ne*dum (c *er.*) *S* 16 clare *SG* 17 soluere legem *SMG* 18 his L^1 is L^2 22 apperuit *SG* 24 deputari *C* 26 mechiam *S*

chiam, demonstrauit magister etiam talem concupiscentiam nihil esse aliud. item quia peierare graue peccatum est, non iurare autem sicut uerum iurare nullum peccatum est, sed longius remotus est a falsum iurando, qui nec iurare consuenit, quam qui uerum iurare procliuis est. maluit nos dominus et non iurantes non recedere a uero quam uerum iurantes propinquare periurio. itaque et apostolus in sermonibus. quos habuisse narratur, numquam iurauit, ne iurandi consuetudine aliquando uel nescius in periurium laberetur. in scripturis autem. ubi est consideratio maior atque propensior, pluribus locis iurasse inuenitur, ne quisquam putaret etiam uerum iurando peccari, sed potius intellegeret humanae fragilitatis corda non iurando tutius a periurio conseruari. quibus perspectis inuenimus nec illa esse destructa, sicut Faustu putat, quae uelut proprie uult ad Moysen pertinere.

24. Nam et hic quaero ab istis, cur proprium uelint esse legis Moysi, quod dictum est antiquis: diliges proximum tuum et oderis inimicum tuum. an et apostolus Paulus non dixit homines quosdam deo odibiles? et utique in hac admonitione ipse dominus ad hoc nos hortatur, ut imitemur deum. ut sitis, inquit, filii patris uestri, qui in caelis est, qui facit solem suum oriri super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos. quaerendum itaque est, quomodo intellegatur exemplo dei, cui dixit quosdam odibiles Paulus, odio habendos inimicos, et rursus exemplo dei, qui facit solem suum oriri super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos, diligendos inimicos. sic adparebit dominum male intellegentibus id, quod dictum est „oderis inimicum

17 Leu. 19, 18 19 cf. Rom. 1, 30 28 Matth. 5, 43 sqq.

2 pe ierare *L* peiurare C^1 4 permotus *L* quia *S* 5 uerum] ad uerum (ad *s. l. add. m. 2*) *S* 9 uel nescius] uel neç eius S^2 uel necius (s *m. 1 superscr.*) *G* peiurium *P* laueretur $L^1S^1M^1G^1$ 10 scriptis *L* scriptis *CSMGb* perpensior *SGMb* 13 totius $G^1L^1S^1Mb$ 15 propriae L^1CSGM uult *om. SG* pertinere uidentur *SG* 16 quur *S* 18 *sec.* et *om. SG* 21 inquit *om.* SG 25 rursus paul *C*

tuum," inferre uoluisse, quod omnino non norant, ut diligerent inimicos suos. utrumque autem quomodo seruandum sit, longum est disputare. sed ad istos interim, quibus generaliter displicet, si quis oderit inimicum suum, est nobis sermo, qui eorum frontem premat, cum eos interrogamus, utrum diligat deus eorum gentem tenebrarum, aut si propterea nunc inimici diligendi sunt, quod habeant partem boni, cur non ob hoc eos et odisse debemus, quod habeant partem mali. ea quippe regula et hoc soluitur doceturque non esse contrarium, quod in antiqua scriptura dictum est „oderis inimicum tuum" et in euangelio „diligite inimicos uestros," quod unusquisque iniquus homo, in quantum iniquus est, odio habendus est, in quantum autem homo est, diligendus est, ut illud, quod in eo recte odimus, arguamus, id est uitium, quo possit illud, quod in eo recte diligimus, id est humana ipsa natura emendato uitio liberari: haec, inquam, regula est, qua et oderimus inimicum propter id, quod in eo malum est, id est iniquitatem, et diligamus inimicum propter id, quod in eo bonum est, id est socialem rationalemque creaturam, nisi quod nos non eum per naturam uel suam uel alienam, sed per propriam uoluntatem malum esse conuincimus. illi autem per naturam gentis tenebrarum putant esse hominem malum, quam secundum ipsos deus totus timuit, antequam in parte uinceretur, et in parte ab ea sic uictus est, ut nec totus liberaretur. audito igitur et non intellecto, quod antiquis dictum erat: oderis inimicum tuum, ferebantur homines in hominis odium, cum deberent non odisse nisi uitium. hos corrigit dominus dicendo: diligite inimicos uestros, ut qui iam dixerat: non ueni legem soluere, sed adinplere

10 Matth. 5, 43 sqq.

5 præmat *L* praemat *MSG* 9 doc&q, S^1 13 est *post* dil. *om. C* 14 uicium (*pr.* i *s. l.*) *S* uicium *C* quod $L^1S^1M^1CG^1$ 15 natura ipsa *SMG* 16 uicio *L* quia S^1G 19 sotialem *S* 20 per *om. SG* 25 intellectu L^1S^1 26 ferebant *SG* 27 odisse homines *C* uicium (τ *corr. in* c) *L*

ideoque de odio inimici quod scriptum est in lege non solueret, praecipiendo utique, ut diligamus inimicos, cogeret nos intellegere, quonam modo possemus unum eundemque hominem et odisse propter culpam et diligere propter naturam. sed hoc ad peruersas eorum mentes intellegere multum est. urguendi sunt tantum, ut secundum calumniae suae perditam rationem uel potius amentiam defendant deum suum, quem non possunt dicere dilectorem gentis tenebrarum, ideoque ad eius exemplum non habent, quemadmodum hortentur, ut suum quisque diligat inimicum. potius enim genti ipsi tenebrarum dilectionem inimici tribuere potuerunt quam deo suo. illa quippe, sicut delirant, uicinam sibi lucem atque contiguam concupiuit eaque frui uoluit atque, ut frueretur, inuadere cogitauit. neque ista culpa est, cum uerum et beatificum bonum adpetitur. unde et dominus dicit: regnum caelorum uim patitur, et qui uim fecerint, diripient illud. ecce gens tenebrarum secundum eorum uanitatem uim facere ac diripere uoluit bonum, quod amauerat, eius claritate et specie delectata; nec eam uicissim deus dilexit, sed odio detestans frui se uolentem funditus eradicare molitus est. si ergo mali amant bonum, quo fruantur, boni autem oderunt malum, ne polluantur, respondete, Manichaei, quinam eorum inpleant, quod dominus ait: diligite inimicos uestros. ecce si has singulas repugnantesque sententias esse uultis, deus uester fecit, quod scriptum est in lege Moysi: oderis inimicum tuum, et gens tenebrarum, quod scriptum est in euangelio: diligite inimicos uestros. quamquam nec fingendo inuenire potuistis, quo pacto dirimatis quaestionem inter muscas lucipetas et blattas lucifugas; utramque enim prolem gentis tenebrarum

15 Matth. 11, 12

3 intelligere *C* possimus *SG*¹ 4 propter] per *SG* 5 hoc *om. SG* per aduersas *S* 6 urguendi L^2S^2 urgendi *Cb* 9 quemammodum L^1G 13 eaquae L^2 neque enim *S* 18 caritate *SMG* spetie *C* 19 fruisse *SG* uolentem (ent *in ras. m. 2*) *L* 21 quo (d *er.*) *L* quod *b* quo ne polluantur *b* 22 manichei *C* 28 questionem *C* 29 balattas *C* blatas *b*

esse contenditis. unde ergo illae amant a se alienam lucem, illae autem hanc auersando sua potius origine delectantur? an mundius nascuntur muscae in fetidis cloacis quam blattae in obscuris cubiculis?

25. Iam uero illud, quod antiquis dictum est: oculum pro oculo, dentem pro dente, quomodo contrarium habet, quod ait dominus: ego autem dico uobis non resistere malo; sed si quis te percusserit in maxillam tuam dexteram, praebe illi et alteram et cetera, quandoquidem et illud antiquum ad reprimendas flammas odiorum saeuientiumque inmoderatos animos refrenandos ita praeceptum est? quis enim tandem facile contentus est tantum reponere uindictae, quantum accepit iniuriae? nonne uidemus homines leuiter laesos moliri caedem, sitire sanguinem uixque inuenire in malis inimici unde satientur? quis pugno percussus non aut iudicia concitat in damnationem eius, qui percusserit, aut, si ipse repercutere uelit, totum hominem, si non etiam telo aliquo arrepto, pugnis calcibusque contundit? huic igitur inmoderatae ac per hoc iniustae ultioni lex iustum modum figens poenam talionis instituit, hoc est, ut qualem quisque intulit iniuriam, tale subplicium pendat. proinde oculum pro oculo, dentem pro dente non fomes, sed limes furoris est, non ut id, quod sopitum erat, hinc accenderetur, sed ne id, quod ardebat, ultra extenderetur, inpositus. est enim quaedam iusta uindicta iusteque debetur ei, qui fuerit passus iniuriam.

5 Ex. 21, 24 Matth. 5, 39

1 ille *C* 2 ille *CGM* aduersando *C* 3 in] & L^1 ex L^2 clot acis *C* cluacis *GL*^{1} cloacis (u *corr. in* o) *ML*^{2} blatte *M* blatę *b* 7 resistere (si *s. l.*) *CS* 8 percusserit te *C* 9 dextram *C* prebe *C* 10 diripiendas S^1 seuientium *L* 11 a prȩcepto est *b* 12 tandem] tantumdem C^2G tantum *om. C* reponere L^1 13 accipit L^1Mb 14 lęuiter *S* leuiter (i *s. l.*) *C* cedem *LSG* sitiri S^1G 15 sacientur *C* 16 damnationem (dam *corr. ex* dem *m. 1*) *C* 17 repercutere (cu *s. l.*) *C* 19 iniuste *SG* 20 paenam S^1G 22 limens L^1MG limes (s *s. l.*) *S* est *om. C* 24 inpositus S^1 inpositū (ū *in ras. tres. litt. er.*) *G* inposita est *C* 25 iustæque *C*

unde utique cum ignoscimus, de nostro quodam modo iure largimur. unde etiam debita dicuntur, quae in oratione dominica humanitus dimittere monemur, ut nobis et nostra diuinitus dimittantur. quod autem debetur, etsi benigne dimittitur, non tamen inique repetitur. sed sicut in iurando etiam qui uerum iurat, propinquat peiurio, unde longe abest, qui omnino non iurat, et quamuis non peccet, qui uerum iurat, remotior tamen a peccato est qui non iurat — unde admonitio non iurandi conseruatio est a peccato peiurii —: ita cum peccet qui per inmoderationem iniuste uult uindicari, non peccet autem, qui modum adhibens iuste uult uindicari, remotior est a peccato iniustae uindictae qui non uult omnino uindicari. peccat enim, qui exigit ultra debitum; non peccat autem, qui exigit debitum: sed tutius longe est a peccato iniusti exactoris, qui omnino non exigit debitum, praesertim ne cogatur et ipse reddere debitum ab eo, qui nullum habet debitum. possem ergo et ego sic ista ponere: dictum est antiquis: non iniuste uindicabis; ego autem dico, ne uindicetis quidem; adimpletio est sicut de iurando Faustus ait: dictum est „non peierabis; ego autem dico, ne iuretis quidem; aeque adimpletio est.“ poteram ergo et ego ita dicere, si mihi per haec adiecta uerba, quod legi defuit, a Christo additum uideretur, ac non potius id, quod lex uolebat efficere, ne iniuste se quisquam uindicando peccaret, conseruari tutius.

4 cf. Matth. 6, 12

2 legimur L^1 3 eęt L^2 et (t *s. l. a m. 2*) *SMG*, *om. b* 6 peiurio L^1M^1 periurio *C* 8 non *s. l. G* ammonitio *C* 9 piurii (*corr. ex* piurii) *M* periurii L^2C peccat *b* 10 iniustąe L^2 iniustę *C* 11 adhibet *b* adhibens (*corr. ex* adhibendus *M* iustae L^1M^1 iustæ *C* iustę *SG* uindicare M^1 12 iniustitiae *G* iniustit ę *S* iniustę (ę *in ras.*) *M* uindictae (n *s. l.*) *C* 13 exegit L^1M^1 ultro *S* 14 (et 24) tutius] totius $L^1MS^1GC^1$ tutior (*sup.* totius *add. m. rcc.*) *C* tutius *b* 15 presertim *L* 16 habet (*s. l. m. 1*) *C* 17 ista] ita *SG* 18 iniustæ *C* vindicabis (v *s. l.*) *C* equidem (e *init. s. l. add. m. 2*) *L* 20 piurabis C^1 ne] non *SG* quidem L^1 21 aequæ *C* ęgo ergo et ego (*post.* ego *s. l.*) *C* 22 haec S^2 24 iniustæ *C* conseruari (i *in ras.*) *C*

si omnino se non uindicaret, sicut id quod uolebat efficere, ne quisquam peierando peccaret, conseruari tutius, si non iuraret. nam si contrarium est: oculum pro oculo et: qui te percusserit in maxillam, praebe illi et alteram, cur non sit contrarium: reddes domino iusiurandum tuum et: noli iurare omnino? et tamen illam non destructionem sed adimpletionem Faustus arbitratur, quod et hic debuit arbitrari. nam si „uerum iura" adimpletur dicendo „ne iures," cur non et „iuste uindica" adimpletur dicendo „ne uindices?" sic ut ego in utroque conseruationem esse arbitror a peccato, quo uel falsum iuratur uel iniuste uindicatur, quamquam hoc de donanda omnino uindicta ualeat etiam ad illud, ut dimittendo huiusmodi debita etiam nobis dimitti mereamur. sed duro populo modus prius adhibendus fuit, quo discerneret non egredi debitum, ut edomita ira, quae ad inmoderatam uindictam rapit, iam qui uellet, tranquillus adtenderet, quid ipse deberet, quod sibi relaxari a domino cuperet, ut hac consideratione conseruo debitum relaxaret.

26. Nam et illud de uxore non dimittenda, quod dominus praecepit, cum antiquis dictum sit: quicumque dimiserit uxorem suam, det illi libellum repudii, si diligenter intueamur, uidebimus non esse contrarium. exposuit enim dominus, quid lex uoluerit, cum passim dimittenti uxorem iusserit libellum repudii dare. neque enim ait: qui uoluerit, dimittat uxorem suam — cui esset contrarium non dimittere — sed utique nolebat dimitti uxorem a uiro, qui hanc interposuit

5 Ex. 20, 7; Matth. 5, 33 sqq. 20 Deut. 24, 1; Matth. 5, 31 sq

1 si—tutius *om. C'* 2 periurando *C* peccando *S* 5 quur *L* reddens $L^1M^1S^1Gb$ 8 uerum iura M^1 iurat M^2b, *om. SG* 9 iustę *C* uindiçcta *S* uindicat L^1M^2G uindicas GS^1 10 sic et SL^2G conseruationem (r *s. l.*) *C* 11 iniustę *C* iniustae *L* 12 uidicta *C* 13 debita (*corr.* ex deuita) *SMG* 14 disceret *M* 16 uelit L^1SM^1b uellit G^1 17 quod si^{bi} *S* a dño relaxari *C* 18 debitum (b *corr. ex* u) *S* 19 non *om. C* demittenda L^1 20 praecepit (ce *s. l.*) *C* praecebit *S* 21 det||| *G* deb& (b *in ras.*) *S* 23 dimittendi L^1b 24 iussit *SG*

moram, ut in discidium animus praeceps libelli conscriptione refractus absisteret et quid mali esset uxorem dimittere cogitaret, praesertim quia, ut perhibent, apud Hebraeos scribere litteras Hebraeas nulli fas erat nisi scribis solis, cum et excellentiorem profiterentur sapientiam et si qui eorum essent aequitate ac pietate praediti, non tantum profiterentur, uerum etiam sectarentur. ad hos igitur, quos oporteret esse prudentes legis interpretes et iustos discidii dissuasores, lex mittere uoluit eum, quem iussit libellum repudii dare, si dimisisset uxorem. non enim ei poterat scribi libellus nisi ab ipsis, qui per hanc occasionem ex necessitate uenientem quodam modo in manus suas bono consilio regerent atque inter ipsum et uxorem pacifice agendo dilectionem concordiamque suaderent. quodsi tantum intercederet odium, ut extingui emendarique non posset, tunc utique scriberetur libellus, quia frustra non dimitteret, quam sic odisset, ut ad debitam coniugio caritatem nulla prudentium persuasione reuocaretur. si enim non diligitur uxor, dimittenda est. quia ergo dimittenda non est, diligenda est. dilectio autem monendo atque suadendo conponi, non inuitum cogendo inponi potest. hoc facere scriba debebat iustus et sapiens, qualem in illa professione esse oportebat. ad quem ut ueniretur, discordi marito libellus conscribendus praeceptus est: quem uir bonus prudensque non scriberet, nisi in animo nimis auerso atque peruerso consilium concordiae non ualeret. uerumtamen a uobis ex uestri erroris sacrilega uanitate quaero, cur displiceat dimittere uxorem, quam

2 assisteret *LC*¹*SG* 3 perhibent (h *s. l.*) *L* 4 hebreas *C* 6 ɛt non (et *s. l. a m.* 2) *S* profiterentur sapientiam *P* 10 qui per] per quem *L*¹*C*¹*S*¹*MG* qui per *L*²*S*² 11 ex necessitate *C*: et necesstatem *LSMGb* 16 debitam (b *ex* u *corr.*) *SMG* 17 persuasionem *G* persuasione (m *er.*) *LM* 18 uxorem *SG* quia—diligenda est *om. SGC*¹ 19 compone *L*² 20 inuito *S*¹ inuitom (o *ex* u *corr.*) *G* impone *S*¹*G*¹ imponi cogendo potest *C* 22 aɛ *L*¹*M*¹ ueniret *b* discors *C*¹ discordią *L* discordia M*Gb* ad quem discordią ut ueniretur marito libellus *S* 23 prudensque (u *sup.* e *m.* 1) *C* 25 uerumtamen *L*¹ a (*s. l. m. rec.*) *C*, *om. Lb* 26 quur *L*

non ad matrimonii fidem, sed ad concupiscentiae crimen habendam esse censetis. matrimonium quippe ex hoc appellatum est, quod non ob aliud debeat femina nubere, quam ut mater fiat: quod uobis odiosum est. eo modo enim putatis partem dei uestri gentis tenebrarum proelio deuictam et subactam etiam carneis conpedibus conligari.

27. Sed, ut potius quod nunc agitur explicem, si Christus, ubi quibusdam antiquis sententiis propositis adiunxit: ego autem dico uobis, neque primorum hominum legem hoc uerborum additamento adinpleuit neque illam, quae per Moysen data est, quasi contrariorum obpositione destruxit, sed potius omnia ex Hebraeorum lege commemorata ita commendauit, ut, quicquid ex persona sua insuper loqueretur, uel ad expositionem requirendam ualeret, si quid illa obscure posuisset, uel ad tutius conseruandum quod illa uoluisset: uides, quam sit aliter intellegendum, quod ait non se uenisse legem soluere sed adinplere, scilicet ut non quasi semiplena istis uerbis integraretur, sed ut, quod littera iubente propter superborum praesumptionem non poterat, suadente gratia propter humilium confessionem inpleretur opere factorum, non adiectione uerborum. fides enim, sicut apostolus ait, per dilectionem operatur. unde item dicit: qui enim diligit alterum, legem inpleuit. istam caritatem quia ueniens Christus per sanctum spiritum, quem promissum misit, in manifestatione donauit, qua sola caritate iustitia legis posset inpleri, propterea dixit: non ueni legem soluere sed ad-

21 Gal. 5, 6 22 Rom. 13, 8

1 monii fidem—matrimonium *in ras.* *C* concupiscentias *G* 4 et uobis *G* enim modo *GSM* partē (*corr. m. 1 ex* patrē) *C* 5 gentis *om.* *C* p̄lio *C* et] ut *SG* 6 conligari credatis (cred. *post add.*) *S* 8 propositus (*sup.* u *a m. 1* i) *C* adiuncx̄ *C* 12 hebreorum *C* 14 potuisset C^1 15 totius L^1S^1Gb uides *inc. c. 27 in b* 17 adimplere (ad *s. l. m. 1*) *C* qvasi (v *s. l. a m. 1*) *L* 19 gracia *C* 22 idem *b* 23 quia (a *s. l.*) *C* 24 $\overline{\text{spm}}$ $\overline{\text{scm}}$ *CSMG* 26 dixit (t *s. l.*) *S* soluere legem *SGMb*

inplere. hoc est nouum testamentum, quo huic dilectioni hereditas regni caelorum promittitur, quod in figuris ueteris testamenti pro temporum distributione tegebatur. unde item dicit: mandatum nouum do uobis, ut uos inuicem diligatis.

28. Itaque uel omnia uel paene omnia, quae monuit seu praecepit, ubi adiungebat „ego autem dico uobis", inueniuntur et in illis ueteribus libris. ibi contra iram dictum est: turbatus est prae ira oculus meus et: melior est, qui uincit iram quam qui capit ciuitatem. ibi contra uerbum durum: plaga flagelli liuorem faciet; plaga autem linguae confringet ossa; ibi contra moechiam cordis: ne concupiscas uxorem proximi tui. non enim ait: ne adulteres, sed: ne concupiscas. unde apostolus hoc ex lege commemorat dicens: nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: non concupisces. ibi de patientia non resistendi laudatur uir praebens percutienti se maxillam et saturatus obprobiis. ibi de inimico diligendo dicitur: si esurierit inimicus tuus, ciba illum; si sitit, potum da illi. hinc enim hoc commemorauit apostolus et illud in psalmo: cum his, qui oderant pacem, eram pacificus et alia multa. quod autem temperando a uindicta et diligendo etiam malos deum imitemur, habes ibi de ipso deo id agente copiosum locum; ibi namque scriptum est: multum enim ualere tibi soli superat semper, et uirtuti brachii tui quis contra stabit? quoniam tamquam momentum staterae sic ante te est orbis terrarum, et tamquam

4 Ioh. 13, 34 9 Ps. 6. 8 Prou. 16, 32 11 Eccl. 28, 21 12 Ex. 20, 17 15 Rom. 7, 7 18 cf. Thren. 3, 30 Prou. 25, 21 20 Rom. 12, 20 21 Ps. 119, 7 24 Sap. 11, 22; 12, 2

1 quo] quod *SGCb*, (d *er.*) *M* dilectioni (ni *ex* ne) *C* 2 hęreditas *L* 6 poene *L* 11 durum in iesu filii sirach *b* liborem *M* 12 moechiam (oe *in ras.*) *S* mochiam M^1 14 adulteras *SG* 16 concupiscæs *S* 17 praebens (b *ex* u *corr.*) *M* 18 diligendo (ig *s. l.*) *C* 24 ubi *b* 25 supererat *b* brachi L^1 26 stauit M^1 statuit *G*, (*in marg. add.* a sisto) *S* 27 staterę (*add. m.* 3) *P*, (te *s. l.*) *S* statere *M*

gutta roris antelucani, quae descendit in terram; sed misereris omnium, quoniam omnia potes et dissimulas peccata hominum propter paenitentiam. diligis enim omnia, quae sunt, et nihil odisti horum, quae fecisti; nec enim odio habens aliquid constituisses. quomodo ergo posset aliquid permanere, nisi tu uoluisses, aut quod a te uocatum non esset, conseruaretur? parcis autem omnibus, quoniam tua sunt, domine, qui animas amas. bonus enim spiritus tuus est in omnibus; propter quod eos, qui exerrant partibus, conripis et de quibus peccant admonens adloqueris, ut relicta malitia credant in te, domine. ad hanc benignam patientiam dei, qui facit solem suum oriri super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos, nos imitandam Christus hortatur, ut uindicare nostras iniurias neglegamus et benefaciamus his, qui nos oderunt, ut simus perfecti, sicut pater noster caelestis perfectus est. ualere autem nobis et ad remittenda debita peccatorum nostrorum, quod aliis ista ultionum debita relaxamus, et cauendum esse, ne si hoc non fecerimus, nec nobis deprecantibus peccati obligatio remittatur, sic in illis libris ueteribus scriptum est: qui uindicari uult, inueniet uindictam a deo et peccata illius confirmans confirmabit. relinque proximo tuo nocenti te, et tunc deprecanti tibi peccata soluentur. homo homini reseruat iram et a domino quaerit medelam carnis? in hominem similem sibi non habet misericordiam et pro peccatis suis deprecatur dominum? et ipse dum caro

17 cf. Matth. 5, 44 sqq. 21 Eccl. 28, 1 sqq.

2 potes (τ *er.*) *L* 7 a te quod *C* 8 quia *SG* 12 malicia *C* 14 imitandum *Gb* 15 uindicaret *b* 20 deprecantibus *L* deꝑcantibus *CS* 21 ueteris GS^1 22 uindictã (~ *add. m.* 2) *L* a deo uindictam *C* uindicta a deo uindictam S^1G uiṇḍicṭą a dō uindictam *M* confirmauit $L^1S^1M^1G$ 23 nunc *LC* deꝑcanti *C* deprecanti *L* 25 medellam *G* mede*lam (l *er.*) *M* 27 depraecatur *LC*

sit, reseruat iram et repropitiationem petit a domino? et quis exorabit pro peccatis illius?

29. Iam uero de uxore non dimittenda quid aliud uel quid oportunius ex illis libris conmemorem quam id, unde Iudaeis de hac re interrogantibus dominus ipse respondit? cum enim quaererent, utrum liceret quacumque ex causa dimittere uxorem, ait illis: non legistis, quia qui fecit ab initio masculum et feminam, fecit eos et dixit: propter hoc dimittet homo patrem et matrem et adhaerebit uxori suae; et erunt duo in carne una. itaque iam non sunt duo, sed una caro. quod ergo deus coniunxit, homo non separet. ecce Iudaei ex libris Moysi conuincuntur non esse uxorem dimittendam, qui secundum uoluntatem legis Moysi arbitrabantur se facere, cum dimitterent. simul et illud hic ipso Christo adtestante cognoscimus deum fecisse et coniunxisse masculum et feminam: quod Manichaei negando damnantur non iam Moyseos libro, sed Christi euangelio resistentes. porro autem, si quod ipsi opinantur et praedicant, uerum est diabolum fecisse atque iunxisse masculum et feminam, qua calliditate diabolica Faustus reprehendit Moysen tamquam coniugia dirimentem per libellum repudii et laudat Christum tamquam illud eiusmodi uinculum confirmantem ex praecepto euangelii, cum utique secundum suam stultam sacrilegamque sententiam Moysen laudare debuerit separantem, quod fecerat et coniunxerat diabolus, et Christum uituperare diaboli figmentum et ligamentum solidantem? iam illud quomodo aperit magister bonus, cur ipse Moyses, ex cuius libro

7 Matth. 19, 4 sqq.

1 repropi*ciationē *S* petet *GS*[1]*M*[1] 2 exorauit *M*[1]*SG* exorabit (a *s. l.*) *C* 4 iudeis *C* 7 fecit hominem (hominem *in marg. m. rec. add.*) *C* inicio *C* 9 dimittit *SG* homo *om. C* adherebit *L* 12 separæт (æ *corr. ex* a) *C* mosi *S*[1]*G*[1] 13 uoluntatem *om. SG* legem *S* 14 dimitterent (n *s. l.*) *S* 17 damnant *C* moyseo *C* mose *L*[1] moseos *M*[1] libros *L*[1]*M*[1]*S*[1]*G*[1] libro (s *er.*) *M*[2] 18 ipso *GS*[1] 20 repraehendit *L* reрhendit *C* 22 comfirmantem *C* 24 debuerunt *L*[1]*b* 27 moses ipse *S*

prolata est de prima coniunctione masculi et feminae tam sancta et nulla separatione uiolanda castitas coniugalis, postea permiserit dimittere uxorem? nam cum illi respondissent: quid ergo Moyses mandauit dari libellum repudii et dimittere? ait illis: quoniam Moyses ad duritiam cordis uestri permisit uobis dimittere uxores uestras. hoc est, quod paulo ante exposuimus. quanta enim duritia erat, quae nec per libelli interpositionem, ubi dissuadendi locus iustis et prudentibus tribuetur, solui et flecti posset ad reciendam uel reuocandam coniugii caritatem? ita dominus, quid lex et bonis praeciperet et duris permitteret, eiusdem legis testimonio declarauit, cum et non dimittendam uxorem ex eadem scriptura commemorata coniunctione masculi et feminae monuit diuinamque auctoritatem eiusdem coniunctionis exposuit et dandum libellum repudii propter duritiam uel domandi uel indomiti cordis ostendit.

30. Quapropter cum omnia illa excellentia praecepta domini, quae ueteribus Hebraeorum libris contraria Faustus uolebat ostendere, in eisdem quoque libris inueniantur, unde uenit dominus legem non soluere sed adinplere, nisi ut exceptis promissorum figuris, quae reddita ueritate adinpletae atque sublatae sunt, ipsa quoque praecepta, per quae lex illa sancta et iusta et bona est, non per uetustatem litterae iubentis et delicta superborum reatu etiam praeuaricationis augentis, sed per nouitatem spiritus adiuuantis et humilium confessionem salutis gratia liberantis inplerentur in nobis? quia reuera, sicut omnia ista praecepta sublimia nec illis libris ueteribus desunt, ita illic finis, quo referantur, occultus est, quamuis

4 Matth. 19, 7 sq. 23 cf. Rom. 12, 12

7 duricia *C* 8 p (*s. l.*) *S* 11 et *ante* bonis *om. S* 12 declarauit (*post.* a *s. l.*) *C* non et *S* 13 scriptura (m *er.*) *L* 14 femine *C* 15 libella S^1 16 dominandi (*exp. m. 2*) *L* 20 non legem *S* 21 adimpletae] impletę (*s. l. m. 2 add.*) *L*, *om. PSGMb* atque *exp. in MSG* utiq; S^2 22 subleuatę *b* 23 littere *L* 26 inpleretur L^1C^1SMG 27 nec] in *L*

secundum eum uiuerent sancti, qui futuram eius reuelationem uidebant et pro temporum proprietate uel prophetice tegebant uel prophetice tectum sapienter intellegebant.

31. Denique — quod non temere dixerim — nescio utrum quisquam in illis libris inuenit nomen regni caelorum, quod tam crebro nominat dominus. dicitur quidem ibi: diligite sapientiam, ut in aeternum regnetis. et ipsa uita aeterna si non illic in manifesto praedicaretur, non diceret dominus etiam malis Iudaeis: scrutamini scripturas, in quibus putatis uos uitam aeternam habere; ipsae testimonium perhibent de me. quo enim nisi ad hoc pertinet, quod ibi scriptum est: non moriar, sed uiuam et enarrabo opera domini et: inlumina oculos meos, ne umquam obdormiam in mortem et: iustorum animae in manu dei sunt, et non tanget illos tormentum et paulo post: illi autem sunt in pace; et si coram hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est; et in paucis uexati in multis bene disponentur et alio loco: iusti autem in perpetuum uiuent et apud dominum est merces eorum et cogitatio eorum apud altissimum; ideo accipient regnum decoris et diadema speciei de manu domini? haec et alia multa siue apertissima siue subobscura inueniuntur illic testimonia uitae aeternae. et de ipsa corporum resurrectione non tacuerunt prophetae. unde pharisaei aduersum Sadducaeos eam non credentes acerrime confligebant: quod non solum in actibus apostolorum

6 Sap. 6, 22 9 Ioh. 5, 39 12 Ps. 117, 17 13 Ps. 12, 4 14 Sap. 3, 1 sqq. 19 Sap. 5, 16 et 18

1 eum *om. SG* biberent L^1M^1G 2 ppheticae L^1G propheticæ *C* prophetic/e (a *er.*) *M* degebant M^1S 3 propheticae L^1M 5 libris *om. S* 6 dicitur (ci *s. l. m. 1*) *C* 8 manifesto (o *sup.* a *m.* 1) *L* 10 ipse *C* 12 narrabo *M* 14 obdormiam (m *fin. in ras.*) MC^1 morte *b*, (m *er.*) *M* 15 tormentum malicię *b* 18 disbonentur *S* 19 in alio *CSGM* 20 dominum] dñm *C* 22 hæc *C* 23 subobscura (sub *s. l.*) *S* 25 sadduceos *LSG* acerrimę *C*

canonicis, quos isti non accipiunt, ne de aduentu ueri paracleti, quem promisit dominus, conuincantur, euidenter adparet, uerum etiam in euangelio, ubi ei proponunt Sadducaei quaestionem de muliere, quae septem fratribus singulatim nupserat, cum in eius conubium alter alteri morienti succederet, cuiusnam eorum in resurrectione uxor esset futura. proinde testimoniis uitae aeternae et resurrectionis mortuorum abundat illa scriptura; sed hoc nomen, id est regnum caelorum, de nullo inde loco mihi occurrit. hoc enim proprie pertinet ad reuelationem noui testamenti, quia ea corpora, quae terrena fuerant, mutatione illa, quam Paulus apertius commemorat, in resurrectione fient spiritalia ac per hoc caelestia, in quibus possideamus regnum caelorum. quod ori eius etiam nominandum seruabatur, quem regem ad regendos et sacerdotem ad sanctificandos fideles suos uniuersus ille adparatus ueteris instrumenti in generationibus, factis, dictis, sacrificiis, obseruationibus, festiuitatibus omnibusque eloquiorum praeconiis et rebus gestis et rerum figuris parturiebat esse uenturum: qui plenus gratia et ueritate et ad praecepta facienda adiuuando per gratiam et promissa inplenda curando per ueritatem uenit legem non soluere sed adinplere.

LIBER UICESIMUS.

1. FAUSTUS dixit: Cur solem colitis, nisi quia estis pagani et gentium schisma, non secta? igitur non ab re fuerit et

2 cf. Act. 23, 6 sqq. 6 cf. Matth. 22, 23 sqq. 12 cf. I Cor. 15, 42 sqq. 19 cf. Ioh. 1, 1 sqq.

1 paracliti *LCSG* 2 dominus promisit *S* 4 singillatim *CS*^{1}*G* nubserat *L* 5 conubium (b *corr. ex* u) *LGM* coniugium *b* 6 uxores sed *M*^{1} 7 resurrectionis (es *in* is *m.* 1) *S* 9 nullo (*post.* l *s. l.*) *C* mihi loco *C* propriae *L*^{1}*SMG* 10 reuelationẽ (nẽ *s. l.*) *S*, (∼ *add. m.* 2) *M* 17 festiuitabus *S* 18 parturiebat••ẽe *L* parturibat•ẽe• *C* parturiebatur esse *PSMGb* uenturus *L*^{1}*PSGMb* uenturum *CL*^{2} 19 adiubando *M*^{1} 20 legem non uenit *C*

23 *Cap.* XL *L* XXXVIIII *SPMG* 24 scisma *LCSGM*

hoc ipsum quaerere, quo manifestius uidere possimus, utrum nostrum hoc nomine debeat appellari. et quidem si tibi fidem meam nunc simpliciter, ut in amicis, referam, uidear fortasse excusationis causa id fingere aut diuinorum, quod absit, luminum erubescere culturam. sed tu quidem, utcumque uolueris, accipe; me tamen dixisse non paenitebit uel propter aliquos, qui hactenus scire habebunt religionem nostram nihil cum gentibus habere commune.

2. Igitur nos patris quidem dei omnipotentis et Christi filii eius et spiritus sancti unum idemque sub triplici appellatione colimus numen; sed patrem quidem ipsum lucem incolere credimus summam ac principalem, quam Paulus alias inaccessibilem uocat, filium uero in hac secunda ac uisibili luce consistere. qui quoniam sit et ipse geminus, ut eum apostolus nouit Christum dicens esse dei uirtutem et dei sapientiam, uirtutem quidem eius in sole habitare credimus, sapientiam uero in luna. necnon et spiritus sancti, qui est maiestas tertia, aeris hunc omnem ambitum sedem fatemur ac diuersorium; cuius ex uiribus ac spiritali profusione terram quoque concipientem gignere patibilem Iesum, qui est uita ac salus hominum, omni suspensus ex ligno. quapropter et nobis circa uniuersa et uobis similiter erga panem et calicem par religio est, quamuis eorum acerrime oderitis auctores. haec nostra fides est: de qua si quaerendum alias putaueris, audies quamuis nec illud ad praesens minus firmum sit argumentum, quod uel tu uel quilibet alius rogatus. ubinam deum

13 cf. Tim. 6, 16 15 cf. 1 Cor. 1, 24

1 possemus *GML*¹*P*¹ uter *C* 2 nostrum *om. C* 3 ip̄ *S* 6 nec tamen *S* ne tamen *G* accipem &amen *M*¹ penitebit *LCM* 7 actenus *ML*¹*C*¹*SG* 11 nomen *L* patrem (r *s. l.*) *C* incolere *S*¹ 12 inaccessibilem alias *C* 14 luce] uoce *S*¹*G* consistere (si *s. l.*) *C* et] ut *S*¹*G* 15 dicens xp̄m ee̅ *S* 17 uero *om. C* 18 tercia *C* 19 diuersorium (*post* i *s. l.*) *SG* 21 om̄i* (*in marg.* homo suspensus in ligno) *S* omnis *GM* 22 n̄obis (*sup. n scr.* v) *SG* erga] circa *SG* panem (a *ex* e *m.* 1) *C* 23 quāq̄uis *C* 24 querendum *C* 25 presens *C*

suum credat habitare, respondere non dubitabit: in lumine. ex quo cultus hic meus omnium paene testimonio confirmatur.

3. Sed nunc ad illud, quia nos non sectam, sed schisma gentium nuncupasti. schisma, nisi fallor, est eadem opinantem atque eodem ritu colentem quo ceteri solo congregationis delectari discidio; secta uero est longe alia opinantem quam ceteri, alio etiam sibi ac longe dissimili ritu diuinitatis instituisse culturam. quae si ita sunt, mea interim et opinio et cultus longe alia sunt quam paganorum; de tuis postea uidebimus. pagani bona et mala, taetra et splendida, perpetua et caduca, mutabilia et certa, corporalia et diuina unum habere principium dogmatizant. his ego ualde contraria sentio, qui bonis omnibus principium fateor deum, contrariis uero hylen; sic enim mali principium ac naturam theologus noster appellat. item pagani aris, delubris, simulacris, uictimis atque incenso deum colendum putant. ego ab his in hoc quoque multum diuersus incedo, qui ipsum me, si modo sim dignus, rationabile dei templum puto, uiuum uiuae maiestatis simulacrum Christum filium eius accipio, aram mentem bonis artibus et disciplinis inbutam. honores quoque diuinos ac sacrificia in solis orationibus et ipsis puris ac simplicibus pono. quomodo ergo schisma sum paganorum?

4. Hactenus enim et Iudaeorum me poteras dicere schisma, quia et omnipotentem deum colam, quod sibi et Iudaeus omnis audaciter adsumit, cum non considerares rituum diuersitatem, qua a me coleretur omnipotens et a Iudaeis, si tamen omnipotentem Iudaei colunt. sed interim de opinione tractamus, quae sic et paganos de solis cultura fefellit ut de omnipotentis Iudaeos. sed nec uestrum quidem schisma si me dixeris,

1 dubitauit $GS^1M^1L^1$ 2 om*nium L pene S^2 3 illud S^2G^2 scisma C scismam $L^1S^1M^1G$ 4 scisma $LSCG$ 12 ergo S^1Gb 13 hylens M 15 simulacis S simulacris (r *s. l.*) G 16 ergo S^1G 17 racionabile C 18 puto et (et *add. m.* 2) S 22 scisma LCG 23 actenus L^1S^1CMG iudeorum C dicere poteras C scisma LCS 24 iudeos $L^1S^1M^1G^1$ 25 audaciter L^1M^1 rituvm (v *s. l.*) S 29 scisma LCS

uerum est, quamuis Christum uenerer et colam, quia alio eum ritu colo et alia fide quam uos. schisma uero aut nihil inmutare debet ab eo, unde factum est, aut non multum. ut puta uos, qui desciscentes a gentibus monarchiae opinionem primo uobiscum diuulsistis, id est, ut omnia credatis ex deo; sacrificia uero eorum uertistis in agapes, idola in martyres, quos uotis similibus colitis; defunctorum umbras uino placatis et dapibus, sollemnes gentium dies cum ipsis celebratis, ut Kalendas et solstitia de uita certe mutastis nihil: estis sane schisma a matrice sua diuersum nihil habens nisi conuentum. necnon et priores uestri Iudaei segregati etiam ipsi a gentibus sculpturas solum dimiserunt; templa uero et inmolationes et aras et sacerdotia atque omne sacrorum ministerium eodem ritu exercuerunt ac multo superstitiosius quam gentes. de opinione uero monarchiae in nullo etiam ipsi dissentiunt a paganis . quare constat uos atque Iudaeos schismata esse gentilitatis, cuius fidem tenentes et ritus modice quamuis inmutatos de sola conuentuum diuisione putatis uos esse sectas. porro autem sectas si quaeras, non plus erunt quam duae, id est gentium et nostra, qui eis longe diuersa sentimus, ita quidem obpositi inuicem nobis, ut est ueritas et mendacium, ut dies et nox, ut egestas et copia, ut morbus et sanitas. uos uero nec erroris secta estis nec ueritatis, sed schisma tantum; nec ipsum ueritatis saltem, sed erroris.

5. AUGUSTINUS respondit: O inperita pestis et uanitas uersipellis! utquid tibi obicis, quod si quis tibi obicit, nescit

1 uenerem S^1 2 scisma *LCS* 3 inmutari L^2b 4 puta] pote *b* 6 uero (*s. l.*) *S* 7 ūṇbras *C* 8 sollemnis SL^1M^1 9 Kalendas *C* Kł (*ł post add.*) *S* K *G* Kâl *P* Kał||| (*sp. trium litt. uac.*) *L* Kalendis M^2 et *om. M* solestitia L^1 solistitia *S* sollistitia (i *post* l *s. l.*) *GPM* de uita] debita *LPSMG* solistitia debita . certe mutastis . nihil esse *Sb* sollistitia debita certe nihil esse *M* esse *LCSMb* 10 scisma *LCSMG* 14 superstitiosi $L^1S^1M^1G$ supersticiosius *C* 16 scismata *LCSMG* 17 modicae *LGMS* 18 quamuos M^1 conuentium S^1G conuentuū (*corr. m. 3 ex* conuentū) *P* 23 nec (*s. l. m. 2 add.*) *C* 24 scisma *SG* schisma L^1 25 *Cap.* XLI *L* XL *SPMG* imperita (i *init. add. m. rec.*) *C* 26 utquod S^1G obiecis *S*

cum quo agat? neque enim uos paganos dicimus aut schisma paganorum, sed habere cum eis quandam similitudinem, eo quod multos colatis deos; uerum uos eis esse longe deteriores, quod illi ea colunt, quae sunt, sed pro diis colenda non sunt; sunt enim et idola, sed ad salutem nihil sunt. et qui colit arborem, non quidem arando, sed adorando, non id colit, quod nusquam est, sed quod ita colendum non est. ipsa etiam daemonia, unde dicit apostolus: quae inmolant gentes, daemoniis inmolant et non deo, utique sunt, quibus illos inmolare dicit et quorum nos socios esse non uult. iam uero caelum et terra, mare et aer, sol et luna et cetera sidera, omnia haec manifesta oculis adparent atque ipsis sensibus praesto sunt. quae cum pagani tamquam deos colunt uel tamquam partes unius magni dei — nam uniuersum mundum quidam eorum putant maximum deum — ea colunt, quae sunt. cum quibus quando agimus, ut ea non colant, non eis dicimus, quod nulla sint, sed quod colenda non sint, eisque colendum horum omnium conditorem deum inuisibilem suademus, cuius solius participatione beatus homo fieri potest: quod omnes uelle nemo ambigit. sed quia nonnulli eorum inuisibilem et incorpoream creaturam colunt — quod est et anima mensque humana — tamen, quia nec eiusmodi creaturae participatione fit homo beatus, ille non solum inuisibilis uerum etiam incommutabilis deus, id est deus uerus colendus est, quia solus ille colendus est, quo solo fruens beatus fit cultor eius, et quo solo non fruens omnis mens misera est, qualibet re alia perfruatur. uos autem cum ea colatis, quae omnino non sunt, sed uestrarum fallaciam fabularum uanitate finguntur, propinquiores essetis uerae

8 I Cor. 10, 20

1 schisma L^2C 4 eam $L^1M^1P^1G$ 7 numquam L^1SG 8 demonia C 10 nos] non M^1L^1 sotios S 11 et mare Lb aere L^1 aer et $M^1S^2L^2$ 18 eisque (e *fin. corr.* ex æ) C 19 partipatione S participationem L^1M^1 22 et *om.* b 24 ēst (st *add. s. l. m. 2*) L 28 fallatium G 29 **essetis (et *er.*) M uere C

pietati ac religioni, si saltem pagani essetis uel in eorum genere, qui corpora colunt, etsi non colenda, sed tamen uera. unde uos uerius dixerim nec solem istum colere, ad cuius gyrum uestra oratio circumuoluitur.

6. Nam et de ipso tanta falsa et tam detestanda iactatis, ut si suas uindicaret iniurias, iam flammis eius uiui arderetis. nam primo eum nauem quandam esse dicitis; ita non tantum, ut dicitur, toto caelo erratis, sed et natatis. deinde cum omnium oculis rotundus effulgeat eaque illi figura pro sui ordinis positione perfecta sit, uos eum triangulum perhibetis, id est per quandam triangulam caeli fenestram lucem istam mundo terrisque radiare. ita fit, ut ad istum quidem solem dorsum ceruicemque curuetis, non autem ipsum tam clara rotunditate conspicuum, sed nescio quam nauem per foramen triangulum micantem atque lucentem, quam confictam cogitatis, adoretis. quam profecto faber ille non faceret, si, quemadmodum emuntur ligna, quibus nauigiorum tabulae conpinguntur, sic emerentur et uerba, quibus haereticorum fabulae confinguntur. uerum haec tolerabilius uel ridentur uel flentur in uobis; illud est intolerabiliter sceleratum, quod de ipsa naui puellas pulchras et pueros proponi dicitis, quorum formosissimis corporibus inardescant principes tenebrarum, ad feminas masculi et ad masculos feminae, ut in ipsa flagranti libidine et inhianti concupiscentia de membris eorum tamquam de taetris sordidisque conpedibus dei uestri membra soluantur. et his obscaenissimis pannis uestris conamini adsuere ineffabilem

1 pietatis ac religionis *LSM*¹*Gb* saltim *LSG* 4 girum *C* 5 et tam] &iã *SG* 6 iam (i *corr. ex* τ) *M* flammas *S*¹ 7 nauim *S*²*b* quandam (*corr. ex* quendam *m. 1*) *C* 9 eaquae *L*¹ ea que (que *corr. m. 1 ex* quæ) *C* illa (*sup.* a *m.* 1 i) *S* 10 eum] autem *G*¹ 12 radiarem *S*¹*G* 14 nauim *Cb* 15 triangulam *L*¹ 16 quemammodum *L*¹*M*¹*G* 18 sic—confinguntur *om. b* hereticorum *L* 20 nobis *S*¹ illud. Illud *CSG* 21 pulcras *SGM* pulchras (r *s. l.*) *C* formonsissimis (*exp. m. 2*) *L* 24 hinniati *S* hiniati *G* inhianti (*m. 2 corr. ex* inhinanti) *P* hinianti *LM*¹ 25 de taetris] d&ris *S* d&&ris *M*¹ menbra *C* 26 obscenissimis *LCb*

trinitatem dicentes patrem in secreto quodam lumine habitare, filii autem in sole uirtutem, in luna sapientiam, spiritum uero sanctum in aere!

7. In qua tripertita uestra uel potius iam quadripertita fabula de patris quidem secreto lumine quid uobis dicam, nisi quia lumen cogitare non potestis, nisi quale uidere consuestis? hoc enim conspicuum et omni carni non tantum hominum, uerum etiam bestiarum et uermiculorum notissimum lumen intuentes ex illo conceptam corde phantasiam in immensum soletis augere et eam lucem dicere, ubi deus pater habitat cum regnicolis suis. quando enim discreuistis lucem, qua cernimus, ab ea luce, qua intellegimus, cum aliud nihil umquam putaueritis esse intellegere ueritatem nisi formas corporeas cogitare, siue finitas siue ex aliquibus partibus infinitas, quae inania phantasmata esse nescitis? proinde cum tantum intersit inter cogitationem, qua cogito terram luminis uestram, quae omnino nusquam est, et cogitationem, qua cogito Alexandriam, quam numquam uidi, sed tamen est; rursusque tantum intersit inter istam, qua cogito Alexandriam incognitam, et eam, qua cogito Karthaginem cognitam: ab hac quoque cogitatione, qua certa et nota corpora cogito, longo incomparabiliter distat cogitatio, qua intellego iustitiam, castitatem, fidem, ueritatem, caritatem, comitatem et quicquid eiusmodi est, quae cogitatio, dicite, si potestis, quale lumen sit, quo illa omnia, quae hoc non sunt et inter se discernuntur, et quantum ab hoc distent, fida manifestatione cognoscitur . et tamen etiam hoc lumen non est lumen illud, quod deus est; hoc enim creatura est, creator est ille; hoc factum, ille qui fecit; hoc denique mutabile, dum uult, quod

4 tripertita (*corr.* ex drip.) *M* 6 lucem *C* quale] quia tale *SG* consuistis L^1S^1 7 conspicuum (s *s. l.*) *C* 9 fantasiam *C* 11 regnocolis (*sup. pr.* o *a m. 1* i) *L* discreuistis (prim. s *s. l.*) *C* 15 fantasmata *S* 17 uestri *b* 19 qua] quam *LSM*^{1}*G* 20 qua L^1 Kartaginem *S* carthaginem *C* 21 hac] ac L^1M^1 corpore S^1 26 ab] ad *S* 28 ille (*m. 2 exp. et ante* creator ‚ille' *pos.*) *L* 29 denique (i *ex* e) *C*

nolebat, et scit, quod nesciebat, et reminiscitur, quod oblitum erat, illud autem incommutabili uoluntate, ueritate, aeternitate persistit, et inde nobis est mitium existendi, ratio cognoscendi, lex amandi; inde omnibus et inrationalibus animantibus natura, qua uiuunt, uigor, quo sentiunt, motus, quo adpetunt; inde etiam omnibus corporibus mensura, ut subsistant, numerus, ut ornentur, pondus, ut ordinentur. itaque lumen illud trinitas inseparabilis, unus deus est, cuius uos nullo corpore adiuncto per se ipsam incorpoream spiritalem incommutabilemque substantiam etiam locis diuiditis. nec saltem trinitati loca tria datis, sed quattuor: patri unum, id est lumen inaccessibile, quod prorsus non intellegitis; filio duo. solem scilicet atque lunam; spiritui sancto rursus unum, id est aeris hunc omnem ambitum. de patris ergo inaccessibili lumine, quia ueram fidem tenentibus non inde separatur filius et spiritus sanctus, hactenus in praesentia dixerim.

8. Uestrae autem uanitati quid placuit in sole ponere uirtutem filii et in luna sapientiam? cum enim in ipso patre filius inseparabilis maneat, quomodo potest sapientia eius ab eius uirtute separari, ut illa sit in sole, haec in luna, cum per huiusmodi locos nisi corpora diuidi separarique non possint? quod si sciretis, numquam stulto insanoque phantasmate tantas fabulas texeretis. at in ea ipsa falsitate atque fallacia quam incongrue, quam peruerse sedem sapientiae minus lucere dicitis quam sedem uirtutis, cum ad uirtutem pertinere uideatur operari et efficere, ad sapientiam uero docere et ostendere . ac per hoc, si calor in sole, lux autem praepolleret in luna, utcumque inuenissent ista figmenta uerisimilitudinis nebulam hominibus carnalibus et animalibus decipiendis, qui

2 uolvntate (v *sup.* • o *m.* 1) *C* 4 amandi (i *sup.* a *m. 1*) *L* irrationalibus (o *s. l.*) *C* 7 ordinentur (di *s. l. a m.* 1) *L* 10 saltim *S* 11 es S^1 12 inaccessibelem S^1G inaccessibile (m *er.*) *LM* 16 Actenus L^1S^1CGM 20 ille S^1CLMGb 21 locos P^1 22 stulto (l *s. l. a m. 2*) *C* 23 texeritis L^1SM^1G fallatia *C* 24 incongruę *M* peruersae *LGM* peruersę *S* 25 dicitis *om. LCSGb* uirtute L^1M^1G uideatur pertinere *C*

nihil putant esse, nisi quod corporale cogitauerint; caloris enim uiolentia operatio est ad mouendum, unde uirtuti tribueretur; lucis autem clarus fulgor ad demonstrandum, unde hanc sapientiae darent. cum uero lux longe in sole praecellat, quomodo ibi uirtus, hic autem quod tanto minus lucet, sapientia est? o sacrilega ineptia! et cum sit unus Christus dei uirtus et dei sapientia, spiritus autem sanctus non ipse sit Christus, quomodo separatur a se ipse Christus, cum ab eo non separetur spiritus sanctus? aerem quippe, quam sedem spiritui sancto uestra fabula tribuit, totam mundi fabricam inplere perhibetis. unde sol et luna circuitus suos peragentes semper cum illo sunt; a sole autem luna discedit et ad solem rursus accedit . ita uobis auctoribus uel potius deceptoribus per dimidiam partem circuli recedit a uirtute sapientia et ad eam per aliam dimidiam rursus accedit; et cum plena est, tum longe est a uirtute sapientia; tunc enim tam longo interuallo a se disiuncta sunt haec duo lumina, ut cum sol uergit ad occidentem, tunc luna surgat ab oriente . ex quo fit, ut, quoniam infirmantur omnia, quae uirtute deseruntur, eo sapientia sit infirmior, quo est luna plenior. si autem, quod ueritas habet, et sapientia dei semper tantundem ualet, et uirtus dei semper tantundem sapit, cur haec sic duo dicitis, ut ea locorum sedibus interuallisque separetis, cum ipsa sedes eiusdem substantiae dicatis, homines caeca et insana mente non recedentes a phantasmate corporum et uirtute ac sapienta ita carentes, ut nec sapere possitis aliquid fortiter nec ualere sapienter? itane uero, detestanda et anathemanda

7 I Cor. 1, 24

1 cogitauerint (n *a m. 1 s. l.*) *C*. 2 uiolenta *C* monendum *b* 7 sanctus autem *S* 8 a se ipso se ipse *b* 9 separaretur L^1SM^1G quem *C* 11 circuitos GSM^1 14 dimidiam autem *C* uirtutem $L^1M^1S^1G$ sapientiae *SG* 16 tum] totum *SG* uirtute (*uirg. er.*) *S* sapientiae *S* tum *b* 18 oriente. Si aut *C* 19 que *L* 20 que *SG* 24 et ipsas *b* substantiae (i s. *l. a m. 1*) *C* 25 phantasmatę *S* phantasmatae *G* corporum (a *corr. in* u) *S* 26 possetis L^1MGb aliquid possitis *C* 27 anathemanda M^1

stultitia, Christus per solem lunamque distentus hic uirtute habitans, hic sapientia nec hic perfectus et plenus nec in sole sapiens nec in luna praepotens, utrobique pulchros pueros subornat concupiscendos feminis principibus tenebrarum et masculis puellas? haec legitis, haec creditis, haec docetis, ex hac fide doctrinaque uiuitis, et miramini, quia sic abominamini!

9. Uerum si in istis tam eminentibus notissimisque luminibus sic erratis, ut in eis non quod sunt, sed quod uobis dementissime fingitis adoretis, quid de ceteris uestris fabulis dicam? quis enim splenditenens suspendit mundum et quis Atlas cum illo subportat? haec et innumerabilia, quae similiter deliratis, omnino non sunt et colitis ea. hinc uos paganis dicimus deteriores, eo tantum similes, quod multos deos colitis; eo uero in peiorem partem dissimiles, quod illi pro diis ea colunt, quae sunt, sed dii non sunt; uos autem colitis ea, quae nec dii nec aliquid sunt, quoniam prorsus nulla sunt. habent quidem et illi quaedam fabulosa figmenta, sed esse illas fabulas norunt et uel a poetis delectandi causa fictas esse adserunt uel eas ad naturam rerum uel mores hominum interpretari conantur, sicut Uulcanum claudum, quia ignis terreni motus eiusmodi est, et Fortunam caecam, quod ex incerto accidant, quae fortuita dicuntur, et tria Fata in colo et fuso digitisque filum ex lana torquentibus propter tria tempora, praeteritum, quod in fuso iam netum atque inuolutum est, praesens, quod inter digitos nentis traicitur, futurum in lana, quae colo inplicata est, quod adhuc per digitos nentis ad fusum tamquam per praesens ad praeteritum

2 et] est *SG* 3 utrobique] utrob ut̤u̇b̤iq' *C* uir ubique *SM*¹*G* pulchor spueros *M*¹ 6 uibitis *M*¹ abominamini *S*¹*M*¹ 7 liminibus *S*¹ 10 splendi// tenens (de *er.*) *S* 11 athlans *LS*¹*MG* athlas *C* 12 delyratis (*sup.* y *a m. 1* i) *L* delyratis *M* declaratis *SG* 13 multis *S* 14 ille *M*¹ 17 habent (n *s. l. a m. 1*) *S* hab& *G* 18 dilectandi *S* delectandi (i *sup.* a *m. 1*) *G* 20 interpra&ari *LMG* interp̄tari *S* 23 filium *C* 24 praeteritum (t *s. l.*) *L*¹*G*¹*M*² 25 traicitur (ci *s. l. a m. 1*) *C* 27 neentis *LS* ne*ntis (e *er.*) *M*

traiciendum est; et Uenerem Uulcani uxorem, quia ex calore uoluptas naturaliter asciscitur, et Martis adulteram, quia belligerantibus incongrua est; et Cupidinem puerum uolitantem ac sagittantem, quod inrationabilis et instabilis amor corda uulneret miserorum, et alia permulta in hunc modum. quocirca hoc in eis inridemus, quod interpretata sic adorant, quae non intellecta quamuis damnabiliter, tamen excusabilius adorarent. ipsis quippe interpretationibus conuincuntur non se illum deum colere, cuius solius participatione mens beata fit, sed ab illo conditam creaturam; nec solas uirtutes ipsius creaturae, sicut Mineruam, cuius fabulam, quod de Iouis capite nata sit, ad prudentiam consiliorum interpretantur, quae rationis est propria, cui sedem capitis etiam Plato dedit, sed etiam uitia, sicut de Cupidine diximus. unde quidam eorum tragicus ait:

deum esse amorem turpis et uitio fauens
finxit libido.

Nam et corporalium uitiorum simulacra Romani consecrauerunt, sicut Palloris et Febris. ut ergo omittam, quod simulacrorum adoratores circa ipsas corporum figuras habent adfectum, ut eas ipsas formas in locis honorabilibus sublimatas, quibus tantum obsequium exhiberi uident, tamquam deos timeant, illae ipsae interpretationes, quibus haec muta et surda et caeca et exanima defenduntur, dignius accusantur; uerumtamen et ista, quoquo modo sunt, quamuis, ut iam dixi, ad salutem uel aliquam utilitatem nihil sint, et, quae ex his interpretantur, in rebus inueniuntur. uos autem primum hominem cum quinque elementis belligerantem; et spiritum potentem de captiuis corporibus gentis tenebrarum an potius

17 Sen. Hippol. 194 sq.

2 aciscitur P^1 adhulteram C 6 quod *om. b* 7 excusabiliter SMG 8 interpra&tionibus L 12 interpra&antur L interptantur C 15 tragycus LC 16 uicio C 17 libido (b *m. 1 corr. ex* u) LM^2 23 interptationes C interpra&ationes L 24 exanimia L 25 et] est S^1G 26 sint (n *s. l.*) C 27 interpra&antur L interptantur C 28 uelligerantem M^1 29 de—tenebrarum (*s. l. m. 2 add.*) C

de membris dei uestri uictis atque subiectis mundum fabricantem: et splenditenentem reliquias eorundem membrorum dei uestri habentem in manu et cetera omnia capta, obpressa, inquinata plangentem; et Atlantem maximum subter humeris suis cum eo ferentem, ne totum ille fatigatus abiciat, atque ita fabula uestra uelut in tapete theatrico ad illius ultimi globi catastolium peruenire non possit, et alia innumerabilia pariter inepta et insana nec pingendo aut sculpendo nec interpretando demonstratis et ea, cum omnino nulla sint, creditis et colitis et insuper christianis fide non ficta pias mentes mundantibus tamquam temere credulis insultatis. ut enim multa non quaeram, quibus haec ostendantur omnino non esse, quia subtilius sublimiusque tractare de mundi fabrica, etsi mihi difficile non esset, certe nimis longum est, hoc dico: si ista uera sunt, dei substantia commutabilis est, corruptibilis, coinquinabilis. hoc autem credere plenum est sacrilegae insaniae. illa igitur omnia uana sunt, falsa sunt, nulla sunt. proinde uos paganis istis, qui uulgo noti sunt et antiquitus fuerunt et in reliquiis suis iam nunc erubescunt, prorsus deteriores estis, quod illi colunt ea, quae dii non sunt, uos autem, omnino quae non sunt.

10. Itaque si propterea uos putatis tenere ueritatem, quia et errori paganorum longe dissimiles estis, nos autem propterea esse in errore, quia longius a uobis quam a paganis forte distamus, dicatur et mortuus ideo sanus, quia iam nec aegrotus est, et ideo reprehendatur, qui sanus est, quia uicinior est aegroto quam mortuo. aut si plerique pagani non uelut aegri, sed uelut mortui deputandi sunt. laudetur in sepulcro cinis

1 uictis *om.* *C* 2 eorum demembrorum L^1SMG eorumde membrorum *P* menbrorum *C* 4 frangentem *S* athlantem CL^2 subter (b *ex.* p *m. 2*) *C* 5 ne] et *S* 6 tapeti *C* ad] at M^1G aut S^1 7 gloui P^1M^1G castatolium *C* capitolium *S* 8 interpra&ando *L* interp̄tando *C* 16 sacrilege *L* 20 ñ svnt (v *sup.* i *a m. 1*) *C* 22 ueritatem] sapientiam S^1 25 egrotus *L* 26 rep̄hendatur *C* 27 egroto *L* egri *L* 28 sepulchro *LMG*

informis, quia iam nec formam cadaueris tenet, et membra uiua culpentur, quia cadaueri sunt similiora quam cineri. sicut nos ideo isti culpandos putant, quia nos similiores esse dicunt funeri paganorum quam fauillae Manichaeorum, quamquam per multas differentias aliter atque aliter quaeque res ad discernendum diuidi soleant. ut. quod in hac erat parte, per alias differentias in alia parte inueniatur. ubi ante non erat. uelut uerbi gratia, si quis omnem carnem diuidat in uolatilia, et ea, quae uolare non possunt, per hanc differentiam quadrupedia hominibus sunt similiora quam auibus; pariter enim uolare non possunt. rursus si quis per aliam differentiam diuidat, ut dicat alia esse rationalia. alia inrationalia, iam quadrupedes auibus sunt similiores quam hominibus; pariter enim sunt rationis expertes. hoc Faustus non cogitans ait: porro autem sectas si quaeras, non plus erunt quam duae, id est gentium et nostra, qui eis longe diuersa sentimus, uidelicet quoniam dixerat eo maxime distare gentes a Manichaeis, quod ab uno principio dicunt esse omnia, quod Manichaei negant addentes principium gentis tenebrarum. in hac differentia — quod fatendum est — plerique pagani nobiscum sentiunt; sed non uidit, quia item, si quis ita diuidat, ut dicat eorum, qui aliqua religione detinentur, aliis placere unum deum colendum, aliis multos, per hanc differentiam et pagani a nobis remoti sunt, et isti cum paganis deputantur, nos autem cum Iudaeis. potest ergo aliquis secundum hanc differentiam hoc etiam modo duas solas sectas putaret hic forte dicatis, quod uos multos deos uestros ex una substantia perhibetis, quasi pagani multos suos non ex una ad-

3 sic et *b* culpandos (o *corr. ex* u) *S* 4 fauillę *LMP*^{3} fabellæ *C* manichaeorum (i *s. l.*) *C* 5 quaeque (e *corr. ex* æ) *C* 11 differrentiam *C* 12 rationabilia *C* inrationabilia *C* 13 quadrupedes (*pr.* d *s. l.*) *C* 15 si (i *sup.* e *a m.* 1) *S* 17 maximū *S* maximae *G* 18 manicheis *LC* 19 manichei *LC* 21 item ęnim (*exp. m. 1*) *L* 23 multes (*sup.* e *a m. 1* o) *L* 25 iudeis *C* 27 fortasse dicatis $L^{2}M^{2}S^{2}$ forte sedicatis $GL^{1}S^{1}M^{1}$ forte si ꝺicatis quod⁎ (d *er.*) *L*

serant, quamuis diuersa illis officia et opera et potestates adtribuant. sicut etiam apud uos alius expugnat gentem tenebrarum, alius ex ea capta fabricat mundum, alius desuper suspendit, alius subter portat, alius rotas ignium, uentorum et aquarum in imo uersat, alius in caelo circuiens radiis suis etiam de cluacis membra dei uestri conligit. et quis numerat omnia omnium deorum uestrorum officia fabulosa nulla ueritate manifesta, nullis aenigmatis figurata? porro si alius ita diuidat omnes homines, ut alios esse dicat, qui credunt deum humana curare, alios, qui id omnino non credunt, in hac parte et pagani nobiscum sentiunt et Iudaei et uos et omnes haeretici, qui quoquo modo christiani appellantur; in illa uero Epicurei reperiuntur et si qui alii sunt, qui ita senserunt. paruane ista differentia est? cur ergo non et secundum istam duae solae sectae esse dicantur, ut in una earum nobiscum sitis? an audebitis in hac differentia discedere a nobis, qui deum praedicamus humana curare, et esse cum Epicureis, qui hoc negant? hic profecto illos repudiantes ad nos curritis. sic per alias et alias differentias nunc hic, nunc illic reperiuntur, aliunde iuncti, aliunde disiuncti, uicissim omnes nobiscum et nos cum omnibus, et rursus nulli eorum nobiscum nec nos cum aliquibus eorum. quod si Faustus cogitaret, non tam diserte deliraret.

11. Quid autem hinc dicam, quod ait: ex uiribus sancti spiritus ac spiritali profusione terram quoque concipientem gignere patibilem Iesum, qui est uita ac salus hominum, omni suspensus ex ligno? o demens, ut interim non discutiam de hac re uestra uaniloquia, potest-

5 circumiens CL^2 6 cluacis L^1M^1G claucis S^1 cloacis $CS^2L^2M^2$ 7 numeret C omnium *om.* M offitia SM 8 enigmatis $CL^1SM^1P^1G$ enigmatibus $L^2M^2P^2b$ 10 quid S^1G id] hoc b 11 et uos S et *ante* omnes *s. l. a m. 1* L 12 heretici LC qui quoquo modo] quiquo quomodo PM qui quomodo SG 13 uero (*in marg. add.*) S repperiuntur L^1SMG 16 audeuitis M^1 ut hebetes b differencia (re *s. l.*) C 18 epycureis SG in illos $L^1S^1M^1G$ 20 repperiuntur L^1 21 nullis S nullus Pb nullis M 28 uaniloquia S

ne terra de spiritu sancto concipere patibilem Iesum et Maria uirgo non potuit? conpara, si audes, uirginalia uiscera tanta castitate sanctificata cum omnibus terrae locis, ubi arbores herbaeque gignuntur. itane in illa femina exhorrescis aut horrescere te fingis uterum pudicitiae dedicatum et in hortis omnibus circum quasque urbes ex cluacinis aquis Iesum gigni non exhorrescis? quis enim quamlibet caenulentus humor non innumerabilia germina edit et nutrit? sic praedicatis nasci patibilem Iesum, quem credere natum esse de uirgine clamatis indignum. si carnem putatis inmundam, cur uobis non uidetur inmundius, quod a suae salutis temperamento ipsa natura carnis expurgat? an caro inmunda est et fimus, qui carne egeritur, mundus est? non ergo adtenditis, non uidetis stercoribus laetari agros, quo fertilius fecundentur? nempe ad id redit uestra dementia, ut de spiritu sancto, quem carnem Mariae dicitis dedignatum, tanto uberius et laetius terra concipiat, quanto studiosius fuerit carnis sordibus et squaloribus pinguefacta. an ut hoc defendatis, dicetis spiritum sanctum incontaminabili ubique pollere praesentia? respondetur uobis: cur non ergo et in utero uirginali? sed ut de conceptu iam taceam, partum ipsum deinde respicite. concipientem de spiritu sancto dicitis terram gignere patibilem Iesum, quem tamen ita contaminatum omni ex ligno pendere perhibetis in frugibus et pomis, ut innumerabilibus animalibus animalium uescentium carnibus amplius contaminetur, ex ea sola parte purgandus, cui fames uestra subuenerit. itaque nos Christum filium dei, uerbum dei, incontaminabiliter carne indutum corde credimus, ore confitemur, quia illa substantia contaminari nec carne potest, quae nulla re potest; uos autem secundum

1 neterrade *S* n&erra de M^1 2 cónpara *C* 3 sanctificatę *S* 4 herbaeque] terręque *b* 5 hortis *S* 6 cloacinis $CL^2S^2M^2$ 7 cenulentus *L* cęnulentus *C* umor SM^1 11 inmundius (*sec.* i *s. l.*) *S* a] ad (d *add. s. l. m. 2*) *L* temperamento L^1 (*m. 2* ṽ) 14 letari *C* 18 pinguae facta LMS^1 pinguę facta *G* dicitis *GLSMb* 19 presentia *C* 20 quur *C* concepto CL^1S^1MG 24 frigibus S^1

uestram fabulam adhuc in arbore pendentem Iesum iam contaminatum dicitis, antequam carnem ingrediatur cuiusque uescentis. aut si non est contaminatus, quomodo uos eum manducando purgatis? deinde cum omnes arbores crucem ipsius esse dicatis, unde a Fausto praedicatur omni suspensus ex ligno? cur non sicut illum uerum Iesum bonum opus faciens Ioseph ille ab Arimathia de cruce deposuit, ut sepeliret, ita et uos poma decerpitis, ut Iesum de ligni suspensione depositum uestro uentre sepeliatis? aut unde pium est Christum sepulcro condere, inpium autem de ligno deponere? an ut de uobis etiam concinat, quod de propheta ponit apostolus: sepulcrum patens est guttur eorum. ore aperto expectatis, quis inferat Christum tamquam optimae sepulturae faucibus uestris? postremo dicite nobis, quot christos esse dicatis. aliusne est, quem de spiritu sancto concipiens terra patibilem gignit, omni non solum suspensus ex ligno, sed etiam iacens in herba, et alius ille, quem Iudaei crucifixerunt sub Pontio Pilato, et tertius ille per solem lunamque distentus? an unus atque idem ex quadam sui parte ligatus in arboribus, ex quadam uero parte liber eidem ligatae captaeque subueniens? quod si ita est, ille, quem sub Pontio Pilato passum esse conceditis, cum eum sine carne fuisse narretis — nondum dico, quemadmodum talem mortem sine carne perpeti potuerit — sed quaero, cui naues illas reliquerit, ut inde descendens talia pateretur, qualia sine quocumque corpore fieri non possent. secundum praesentiam quippe spiritalem nullo modo illa pati posset; secundum praesentiam uero cor-

7 cf. Ioh. 19, 38 12 Ps. 5, 11; Rom. 3, 13

2 carne *G* 4 cruce *G* 5 omnis L^1S^1GM 6 quur *C* uer*um (b *er.*) *L* 7 arissmatia M^1 10 sepulchro *L* 12 sepulchrum *L* 14 quot] quod $L^1C^1M^1G$ quid *S* xp̄m *S* xp̄s *G* xp̄os (o *s. l.*) *M* xpōs (s *s. l.*) *P* 15 aliusnec S^1G est] est ꝙe ē *S* 17 ille alius *SMG* 19 quadam *om. b* 20 parte *om. C* eidem CS^2: ea*dem (m *uid. er.*) *L* eadem *PMGb* capteque *C* 21 quos L^1M^1 22 narretis (e *ex* a *corr.*) *L* 23 quemammodum *LGM* 24 perp&i (r *s. l.*) *S* 27 illa (*s. l.*) *S*

poralem simul et in sole et in luna et in cruce esse non posset. proinde si corpus non habuit, non est crucifixus; si autem habuit, quaero, unde habuerit, cum omnia corpora ex tenebrarum gente esse dicatis, quamuis substantiam diuinam cogitare nisi corpoream numquam ualueritis. unde cogimini aut sine corpore dicere crucifixum — quo absurdius et dementius dici nihil potest — aut in phantasmate potius quam in ueritate uisum fuisse crucifigi — qua rursus inpietate quid peius est? — aut non omnia corpora de gente esse tenebrarum, sed esse etiam corpus diuinae substantiae, quod tamen inmortale non sit, sed possit ligno adfigi et occidi — quod nihilominus plenum est dementiae — aut ex gente tenebrarum mortale corpus habuisse Christum atque ita qui eius corporis matrem Mariam uirginem credere timetis, gentem daemonum non timetis. postremo, cum secundum sententiam Fausti, quam quidem ex illa longissima fabula uestra decerptam quanta potuit breuitate perstrinxit, de spiritu sancto terra concipiens gignat patibilem Iesum, qui est uita et salus hominum omni suspensus ex ligno, cur ille saluator pendenti pendendo congruit et nascenti nascendo non congruit? si autem propterea Iesum dicitis esse in arboribus et Iesum crucifixum sub Pontio Pilato et Iesum per solem lunamque distentum, quia totum hoc ex una eademque substantia est, cur non et cetera milia numinum uestrorum hac appellatione concluditis? cur enim non sit Iesus et ille splenditenens et ille Atlas et ille rex honoris et ille spiritus potens et ille primus homo et quicquid aliud innumerabiliter per diuersa nomina et diuersa officia praedicatis?

12. Ipse denique spiritus sanctus cur in tertia persona

1 solę *C* et in luna *om. SG* 3 quero *C* 7 nihil dici *SMG* 10 esse *s. l. S* diuine *C* 11 affici *L* affi*gi *C* 12 nihilminus S^1GM 13 mortalem *S* mortale (m *er.*) *M* 14 et gentem *S* demonum *C* daemonium GS^1 18 gignit *S* 22 per solem lunamque (*in ras.*) *C* 24 quur *C* et (*in marg. m. rec.*) *C* nvminum (v *sup.* o *a m. 1*) *L* 25 quur *C* 26 athlas SC^2 athlans GL^1 et— honoris *om. L* 27 aliud] aliquid *C* 28 offitia *C* predicatis *L*

ponitur, cum sit inter innumerabiles? aut cur non sit etiam ipse Iesus? et quid sibi iam uult in scriptis Fausti fallax textura uerborum, ubi conatus uelut congruere ueris christianis, a quibus longe nimiumque secluditur, ait: igitur nos patris quidem dei omnipotentis et Christi filii eius et spiritus sancti unum idemque sub triplici appellatione colimus numen? cur enim sub triplici ac non potius sub multiplici non appellatione tantum, sed etiam re, si quot nomina, tot personae sunt? neque enim, sicut in armis una res est sub triplici appellatione ensis, mucro, gladius, sicut unam rem dicitis et lunam et nauem minorem et luminatorem nocturnum et si quid aliud uocabuli eidem rei tribuitis, ita potestis dicere eundem primum hominem, quem spiritum potentem et quem splenditenentem et quem Atlantem maximum, sed alius est ille, alius atque alius ille et ille, et neminem istorum Christum dicere soletis. aut quomodo unum numen, si diuersa opera? aut cur non totum simul unus Christus, si propter unam substantiam et in arboribus Christus et in persecutione Iudaeorum Christus et in sole ac luna Christus? nempe uias omnes uestra phantasmata perdiderunt, nempe nihil aliud sunt quam uisa furentium.

13. Cur autem arbitretur Faustus parem nobis esse religionem circa panem et calicem, nescio, cum Manichaeis uinum gustare non religio, sed sacrilegium sit. in uua enim agnoscunt deum suum, in cupa nolunt, quasi aliquid eos calcatus et inclusus offenderit. noster autem panis et calix, non quilibet — quasi propter Christum in spicis et in sarmentis ligatum, sicut illi desipiunt —, sed certa consecratione mysticus fit nobis, non nascitur. proinde quod non ita fit, quamuis

1 quur *C* 2 scribtis *G* falax *C* 3 tectura *CL* 4 secludetur *b* 7 nomen *P*[1]*LSMG* quur *C* 8 re] ne *SMGb* quod *L*[1]*M* 10 sicut] et sicut *SG* 12 re *SG* 14 athlantem *LCSG* 15 ille ali*us (a *er.*) *L* 17 nomen *SGMb* quur *C* simul *b*: semel *lib.* 19 iudeorum *C* 20 uestras *L* 21 furentium (i *s. l.*) *S* 22 quur *C* 23 manicheis *LC* uinum (i *s l.*) *C* 24 uva (v *sup.* i *a m. 1*) *G* 26 noster] n̄r (*in ras.*) *L* 27 sarmentis] sacrame̅tis *C*

sit panis et calix, alimentum est refectionis, non sacramentum religionis, nisi quod benedicimus gratiasque agimus domino in omni eius munere non solum spiritali, uerum etiam corporali. uobis autem per fabulam uestram in escis omnibus Christus ligatus adponitur adhuc ligandus uestris uisceribus soluendusque ructatibus. nam et cum manducatis, dei uestri defectione uos reficitis, et cum digeritis, illius refectione deficitis. cum enim uos plenos reddit, resumptio uestra ipsum premit. quod quidem misericordiae deputaretur, quando aliquid pro uobis patitur in uobis, nisi uos rursus inanes relinqueret, ut a uobis liberatus effugeret. quomodo ergo conparas panem et calicem nostrum et parem religionem dicis errorem longe a ueritate discretum peius desipiens quam nonnulli, qui nos propter panem et calicem Cererem ac Liberum colere existimant? quod ideo commemorandum putaui, ut aduertatis, ex qua uanitate ueniat etiam illud uestrum, quod propter sabbatum Saturno dicatos fuisse patres nostros putatis. sicut enim a Cerere et Libero paganorum diis longe absumus, quamuis panis et calicis sacramentum, quod ita laudastis, ut in eo nobis pares esse uolueritis, nostro ritu amplectamur: ita patres nostri longe fuerunt a Saturniacis catenis, quamuis pro tempore prophetiae sabbati uacationem obseruauerint.

14. Sed cur non etiam propter hylen, quae in nonnullis libris paganorum frequentatur, parem uos cum paganis religionem habere dixistis? quin immo propter hoc inparem longeque dissimilem uoluistis intellegi, quia hoc nomine mali principium ac naturam theologus uester appellat. in quo quidem inperitia uestra magna deprehenditur, quia nec quid sit hyle scitis et hoc rei uocabulo, quam penitus ignoratis, etiam

7 defectione (m *er.*) *L* reficitis (*prim.* i *ex* e) *C* 9 præmit *LG* 14 et liberum *S* existiment (is *s. l.*) *P,L*^{1}*SG* 15 c̄memorandum (c̄ *sup. exp.* qđ) *C* 17 u̲ros *C* 18 longe (*s. l.*) *S* 23 quur *C* n̄nullis (n̄ *s. l. a m. 1*) *S* 25 hoc *om. C* longe *C* 26 nomine (no *s. l. a m. 1*) *C* 28 imperitiae *M*^{1} imperiti auestra *G* dep̄henditur *C* 29 hylen *C* pe̩nitus *G*

inflari uelut docti adfectatis. hylen namque Graeci cum de natura disserunt, materiem quandam rerum definiunt nullo prorsus modo formatam, sed omnium corporalium formarum capacem, quae quidem in corporum mutabilitate utcumque cognoscitur; nam per se ipsam nec sentiri nec intellegi potest. uerum in hoc errant quidam gentilium, quod eam tamquam coaeternam deo coniungunt, ut haec ab illo non sit, quamuis ab illo formetur: quod alienum esse a ueritate ipsa ueritas docet. ecce tamen quibus paganis de hac ipsa hyle inuenimini esse consimiles, quod eam uos quoque suum habere principium nec ex deo esse perhibetis, et in hoc uos dispares esse dicebatis nescientes, quid dicatis. in illo uero, quod nulla est huic hyle forma propria nec nisi a deo formari potest, nostrae illi ueritati consentiunt, a uestra autem falsitate dissentiunt: qui nescientes, quid sit hyle, id est, quid sit rerum materies, gentem tenebrarum eam dicitis, ubi non solum distinctas quinque generibus innumerabiles corporum formas, uerum etiam mentem constituitis horum corporum formatricem, et — quod est inperitius uel potius dementius — ipsam magis mentem dicitis hylen, quam non formari, sed formare perhibetis. nam si esset ibi mens quaedam formans et elementa corporea, quae formarentur, illa elementa dicenda esset hyle, id est materies, quam formaret eadem mens, quam mentem principium mali esse uultis. hoc si diceretis, non quidem multum erraretis in eo, quod est hyle, nisi quod ipsa quoque elementa quamuis in alias formas formanda, tamen quia iam elementa essent, et speciebus propriis distinguerentur, hyle non essent, quia illa est prorsus informis . uerumtamen tolerabilis esset inperitia uestra, quia eam, quae formaretur, non

1 hilen *S* hylen (n *s. l. a m. 1*) *M* greci *LC* 2 nullo prorsus] nůlltis rorsus *G* 3 formarum (rum *in ras.*) *C* 4 capacem (post. c *sup. er.* p) *C* utrumque S^1 6 errant (*pr.* r *s. l.*) *C* 13 propria (i *s. l.*) *C* 16 dicitis (ti *s. l. m. 1*) *L* dicis *SM* 18 mente *SMG* constitui*tis (s *er.*) *C* 20 hylen (n *corr. ex* m) *C* 22 esset L^1M^1 hylen S^1MGb 26 helementa *C* 27 sp&iebus *C* hylen *b* 28 est illa *GSMb* 29 que *C*

eam, quae formaret, hylen diceretis; sed tamen etiam sic eo teneremini uani atque sacrilegi, quia nescientes omnem modum naturarum numerumque formarum et ordinem ponderum non esse posse nisi a patre et filio et spiritu sancto principio mali tantum bonum tribueretis. nunc uero cum et quid sit hyle et quid sit malum ignoretis, o si possem uobis persuadere, ut a seducendis inperitioribus uos conpesceretis!

15. Iam uero quod etiam inde uos paganis uultis esse meliores, quod illi aris, delubris, simulacris, uictimis atque incenso deum colendum putant, uos autem nihil horum facitis, quis non inrideat? quasi uero non satius sit uel lapidi, qui quoquo modo est, aram constituere et uictimam offerre quam id, quod omnino non est, in deliramento phantasmatis adorare? uerum tu, qui rationabile dei templum te esse dixisti, quomodo hoc explicabis? placetne tibi, ut templum deus habeat, cuius aliquam partem diabolus fabricauerit? an uos non estis, qui dicitis omnia membra uestra totumque corpus a maligna mente, quam hylen dicitis, fabricatum eiusque ipsius fabricatricis partem illic habitare simul cum parte dei uestri? quae cum ibi teneatur, ut perhibetis, concatenata et inclusa, utrum dei templum, an dei carcerem te dicere debuisti? nisi forte animam tuam templum dei dicis, quam ex terra luminis habes. at illam partem dei uel membrum dei soletis dicere, non templum dei. restat ergo, ut templum dei non te dixeris, nisi ex corpore, quod secundum te diabolus fabricauit. ecce quomodo templum dei blasphematis, ut non solum sanctum non esse dicatis, uerum etiam machinamentum diaboli et ergastulum dei. at uero apostolus, templum enim dei sanctum est, inquit, quod estis uos; et ne putes tantummodo ad animam pertinere, quod dictum est, audi expressius.

28 I Cor. 3, 17; 6, 19

3 numerum queformarum *C* 5 cum (*s. l. m. 1*) *C* et quid sit (*in marg. m. 2 add.*) *C* 10 putant colendum *S* 13 diliramento L^1 14 rationale (le *add. m. 2*) *Lb* 19 qui L^1 22 dicis dei *S* dici//s *C* 23 at] ad *LSM*^{1}*G* 24 dei *ante* non (*s. l. m. 1*) *C* 26 blasphemantis S^1G 27 maccinamentum L^1 29 putas *S*

nescitis, inquit, quia corpora uestra templum est in uobis spiritus sancti, quem habetis a deo? uos autem fabricam daemonum dei templum dicitis et ibi uiuum, sicut Faustus ait, uiuae maiestatis simulacrum Christum filium dei conlocatis. plane Christus uester phantasmaticus habitet in tali templo sacrilegae uanitatis. ille quippe non a similitudine, sed a simulatione simulacrum uocari potest.

16. Ita et mentem tuam aram fecisti, sed uide cuius. ex ipsis enim artibus et disciplinis tuis adparet, quibus eam inbutam esse dixisti. illae artes et disciplinae uetant panem porrigere mendicanti homini, ut in ara uestra cum sacrificio crudelitatis ardeatis: talem aram domino destruente, qui ex lege commemorat, quali odore delectatur deus dicens: misericordiam uolo quam sacrificium. ubi autem hoc dominus commemorauerit, adtendite, cum scilicet transiret per segetem et esurientes discipuli eius uellerent spicas, quod homicidium esse uos dicitis ex disciplina uestra, qua inbuistis mentem uestram, aram sane non dei, sed daemoniorum mendaciloquorum, ex quorum doctrinis inusta cauteriatur maligna conscientia, homicidium appellans, quam ueritas innocentiam dicit. ita enim Iudaeis ait, ubi uos quoque futuros percussit atque destruxit: si sciretis, quid sit „misericordiam uolo quam sacrificium", numquam condemnassetis innocentes.

17. Quas autem habere simplices et puras orationes tamquam diuinos honores ac sacrificia poteritis, cum de ipsa natura atque substantia diuina tanta indigna et turpia sentiatis, ut non solum uestris sacrificiis deus uerus non propi-

13 Os. 6, 6 19 cf. I Tim. 4, 2 23 Matth. 12, 7

5 uester xp̃s *S* 6 sacrilege *L* uanitatis (ni *s. l.*) *C* 9 ipsis (*pr.* s *s. l.*) *C* apparet (*pr.* p *s. l.*) *C* 10 ille *SG* 11 mendicanti (*post.* n *s. l.*) *S* 12 destruentẽ *SG* destruente (m *er.*) *LM* 14 uolo (*l* malo *superscr.*) *M* 16 sege*tem (n *er.*) *M* quo $S^1\dot{M}^1G$ 17 uos esse *C* 18 sed (*s. l. m. 1*) *C* demoniorum *C* mendaciloqvorum (v *s. l.*) *S* mendaci locorũ *G* 19 cavteriatur (v *s. l.*) *S* 20 quam L^1 21 iude*is (t *er.*) *C* 23 sacrifitium *C* condæmnassetis *S* condempnassetis *C* 28 propicietur *L*

tietur, sed in sacrificiis paganorum deus uester immoletur? neque enim in lignis solum et in herbis aut in membris humanis, sed etiam in pecorum carnibus eum contaminantibus et polluentibus uinculis conligatum esse censetis. ipsa uero anima uestra cui deo laudem dicat, cuius particulam se ipsam in tenebrarum gente captam teneri conclamans quid aliud quam uituperat deum, quem sibi alio pacto aduersus hostes suos consulere non potuisse testatur, nisi partium suarum tanta corruptione et tam turpi captiuitate? unde uestrae etiam preces ad deum uestrum non possunt esse religiosae, sed inuidiosae. quid enim mali apud illum commiseratis, ut in poena ista nunc ad eum gematis, quem non propria uoluntate peccando deseruistis, sed ab illo dati estis hostibus ipsius, ut pax regno eius conpararetur? nec saltem sicut obsides dari solent cum honore custodiendi, nec sicut pastor ad capiendam bestiam tendit insidias; pecus enim suum solet ponere in illa captoria tendicula, non membrum suum, et plerumque ita, ut ante bestia capiatur quam pecus laedatur. uos autem membra dei dati estis hostibus non ualentes eorum a deo uestro conpescere feritatem nisi eorum contaminati foeditate, non habentes peccatum proprium, sed hostili ueneno tabefacti. unde non potestis dicere in precibus uestris: propter gloriam nominis tui, domine, libera nos; et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum, sed dicitis: libera nos arte tua, quia ut modo in regno tuo securus lugeas, nos hic premimur, dilaniamur, inquinamur. haec uox accusatoria est, non deprecatoria. nec illud potestis dicere, quod magister ueritatis docuit: dimitte nobis de-

23 Ps. 127, 9 28 Matth. 6, 12

4 polluantibus *SG* 6 gentem L^1SMGP^1 7 ostes *M* 9 et (t *s. l. a m. 2*) *M* 10 p̄ces *S* praeces *LGM* religiose *C* inuidiose *C* 11 apuꝛ GM^1 14 saltim G^2SM 18 capietur (*sup.* e *a m. 1* a) *C* ledatur *C* 20 eorum *b* compescere *L* 21 fęditate *L* foeditate *CSG* 22 praecibus *L* p̄cibus *GSC* 26 praemimur *LG* p̄mimur *CS* 27 dep̄catoria *C* 28 demitte L^1 debita (b *corr. ex* u) *M*

bita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. qui sunt enim debitores uestri, qui in uos peccauerunt? si gens tenebrarum, numquid ei dimittis debita, quam usque in finem eradicatam aeterno carcere includitis? quae autem debita uobis potest ille dimittere, quando ille potius in uos peccauit, cum ad ista uos misit, quam uos in illum, qui mittenti obtemperastis? aut si propterea ille non peccauit, quia hoc necessitate fecit, maior et uestra necessitas, cum iam in pugna prostrati iaceatis, quam fuit illius, antequam pugnaretis. iam enim uos patimini commixtum malum, nihil tale ille patiebatur, cum tamen necessitatem, ut uos mitteret, pateretur. itaque aut ipse potius uobis debet, quod ei dimittatis, aut si nec ipse uobis, multo magis nec uos illi. ubi sunt ergo sacrificia uestra, simplices ac purae orationes, cum sint fallaces et inpurae blasphemiae?

18. Et tamen uolo mihi dicatis, unde ista omnia, quae laudatis in uobis, his nominibus appelletis, ut dicatis templum, aram, sacrificium. si enim uero deo ista uera non debentur, cur laudabiliter in uera religione praedicantur? si autem deo uero uerum sacrificium rite debetur, unde etiam diuini honores recte appellantur, cetera quae dicuntur sacrificia ad similitudinem fiunt cuiusdam ueri sacrificii. haec autem partim sunt imitamenta falsorum et fallacium deorum, hoc est daemoniorum, superbe sibi ab eis, quos deceperint, diuinos honores exigentium — sicut sunt uel erant omnia in templis idolisque gentilium — partim praedicamenta uenturi unius uerissimi sacrificii, quod pro peccatis omnium credentium offerri opor-

1 deuitoribus M^1 2 nisi qui L nos C 3 nisi (ni *s. l. a m. 2*) L 9 prostati S 10 enim] uero b commixtum] commistum L cum iste S^1 commistum $S^2P^1GM^1$ commissum M^2 11 ille *om.* S mittere C 12 uos GS^1 debet uobis b 13 si (i *s. exp.* e *a m. 1*) L 14 sacrifitia C orationes uestrae C 18 deo uero C uera] ue (e *s. l.*) C 19 quur C 20 sacrifitium C 21 sacrifitia C 22 cuiusdā (dā *s. l. a m. 1*) S 23 sint C fallatium C 24 sibi] seui L^1PS^1G sibi (*pr.* i *ex* u?) M seui b 27 sacrifitii C pro *s. l. m. 2* C oporteret (er *s. l.*) C

teret, qualia erant praecepta diuinitus antiquis patribus nostris, ubi erat et illa mystica unctio, qua Christus praefigurabatur, unde et ipsum nomen a chrismate ducitur. proinde uerum sacrificium, quod uni uero debetur deo, quo eius altare solus Christus inpleuit, in uictimis pecorum imitata daemonia sibi adroganter exposcunt. unde dicit apostolus: quae immolant gentes, daemoniis immolant et non deo, non quod offerebatur culpans, sed quia illis offerebatur. Hebraei autem in uictimis pecorum, quas offerebant deo, multis et uariis modis, sicut re tanta dignum erat, prophetiam celebrabant futurae uictimae, quam Christus obtulit. unde iam christiani peracti eiusdem sacrificii memoriam celebrant sacrosancta oblatione et participatione corporis et sanguinis Christi. Manichaei uero nescientes, quid damnandum sit in sacrificiis gentium et quid intellegendum in sacrificiis Hebraeorum et quid tenendum uel obseruandum in sacrificio christianorum, uanitatem suam sacrum offerunt diabolo, qui eos decepit recedentes a fide, intendentes spiritibus seductoribus et doctrinis daemoniorum in hypocrisi mendaciloquorum.

19. Discat ergo Faustus uel potius illi, qui eius litteris delectantur, monarchiae opinionem non ex gentibus nos habere, sed gentes non usque adeo ad falsos deos esse delapsas, ut opinionem amitterent unius ueri dei, ex quo est omnis qualiscumque natura. sapientes enim eorum — quia, sicut dicit apostolus, inuisibilia dei a constitutione mundi per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciuntur, sempiterna

6 I Cor. 10, 20 25 Rom. 1, 20 sqq.

3 crismate *LMS*^{1}*G* dicitur *L* 4 sacrifitium *C* uero (*corr. ex* uiro) *L*^{2}*P*^{2}*S*^{2}*M*^{2} uiro *G* 5 demonia *C* 6 exposcunt (s *s. l.*) *C* 7 demoniis *C* et *om. C* 8 hæbraei *C* 10 pphetia *GMb* celebrant (*in marg.* celebrabant) *M* 12 sacrifitii *C* 13 oblatione (*uirg. er.*) *LS*^{2} oblationem *S*^{1}*M*^{1}*G* manichei *LC* 14 quod *S*^{1} dampnandum *C* sacrifitiis *C* 15 hebreorum *C* 16 sacrifitio *C* 18 demoniorum *C* 19 hypocrisin (in *in ras.*) *S* hypocrisin *P*^{1}*LCM*^{1} mendaci locorum *S*^{1}*G* mendaciiloquorum *C* 21 monarciae *L*^{1}*S*^{1}*M*^{1}*G* 23 ammitterent *L*^{1} 25 mundi (*in marg. m. 2 add.*) *C* 26 conspitiuntur *C*

quoque uirtus eius ac diuinitas, ut sint inexcusabiles — cognoscentes deum non sicut deum honorificauerunt aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis et obscuratum est insipiens cor eorum; dicentes enim se esse sapientes stulti facti sunt et inmutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis et uolucrum et quadrupedum et serpentium. haec sunt enim simulacra gentium, in quibus interpretandis non habent exitum nisi ad creaturam, quam condidit deus, ut in ipsa quoque interpretatione simulacrorum, de qua se peritiores eorum iactare atque inflare consuerunt, hoc in eis fiat, quod paulo post idem apostolus dicit: coluerunt et seruierunt creaturae potius quam creatori, qui est benedictus in saecula. uos autem et in eo, quod eis dissimiles estis, uani estis, et in eo, quod eis similes estis, peiores estis. ad hoc enim non cum ipsis creditis monarchiam, quod illi uerum credunt, ut ipsius unius dei substantiam expugnabilem corruptibilemque credatis — quod est inpiae uanitatis — in pluribus autem diis colendis doctrinae daemoniorum mendaciloquorum illis persuasit multa idola, uobis multa phantasmata.

20. Nec sacrificia eorum uertimus in agapes, sed sacrificium illud, quod paulo ante commemoraui, intelleximus dicente domino: misericordiam uolo quam sacrificium; agapes enim nostrae pauperes pascunt siue frugibus siue carnibus. pascitur enim creatura dei de creatura dei, quae hominis dapibus congrua est. uobis autem quia daemonia men-

1 sint (n *s.* › *l.*) *C* 2 quia cognoscentes *CSMG* dm̃] dum̃ *P* 6 immutauerunt L^2 8 quadrupedium *L* 9 interpra&andis L^2 interp̃tandis *C* 11 interpra&atione L^2 interprætatione *S* interp̃tatione *C* peritiores (ti *s. l.*) *C* 12 consueuerunt *SMG* 15 dissimiles] similes *C* 16 similes nō estis *C* 17 enim] &iam S^1 monarciam L^1G ipsi S^1 19 impie *LCM* 20 diis (*post.* i *s. l.*) *LS* dis *M* demoniorum *C* 21 fantasmata *S* 22 sacrifitia *C* sacrifitium *C* 24 quam] et non S^1 26 humanis *CM* 27 uos S^1 demonia *C* mendaciloqua] mendatia *C*

daciloqua persuaserunt non ad regendam carnem, sed ad exercendam blasphemiam abstinere a cibis, quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus et his, qui cognouerunt ueritatem, quoniam omnis creatura dei bona est, et nihil abiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur, ingrati creatori et pro largis eius beneficiis sacrilegas retribuentes iniurias, quoniam plerumque in agapibus etiam carnes pauperibus erogantur, misericordiam christianorum similem dicitis sacrificiis paganorum, quorum nonnullis in hoc quoque similes estis. propterea enim nefas habetis pecora occidi, quia humanas animas in ea reuolui arbitramini: quod in quorundam gentilium philosophorum libris inuenitur, quamquam a posterioribus aliter intellectum esse dicatur. uerum in hoc etiam multo deterius erratis; illi enim in pecore timuerunt trucidare proximum suum, uos autem deum uestrum, cuius membra esse etiam pecorum animas arbitramini.

21. Nam quod etiam hinc nobis calumniatur Faustus, quod martyrum memorias honoramus, in hoc dicens nos idola conuertisse, non tam me mouet, ut huic calumniae respondeam quam ut ipsum Faustum ostendam studio calumniandi etiam ab ipsius Manichaei uanitatibus exorbitare uoluisse et in uulgarem atque poeticam paganorum opinionem, a quibus se alienissimum cupit uideri, nescio quomodo incautum incidisse. cum enim dixisset nos uertisse idola in martyres — quos uotis, inquit, similibus colitis, defunctorum umbras uino placatis et dapibus — sunt ergo umbrae defunctorum? numquam hoc in uestris sermonibus audiuimus, numquam in litteris legimus; immo contradicere soletis talibus opinionibus, adserentes animas mortuorum malas minusue purgatas aut in reuolutiones ire aut in grauiores aliquas

2 I Tim. 4, 3 sq.

7 benefitiis *C* 9 sacrifitiis *C* 13 philosophorum (*sec.* h *s. l. a m. 1*) *L* 16 menbra *C* 18 ụobis (*sup.* ụ n *a m. 1*) *C* 22 manichei *L* 25 idola *om. C* 29 legib; (*sup.* b; *a m. 1* m') *C* contra dicere *S* 31 reuolutione *G* reuolutionem *S*

poenas, bonas autem in naues inponi et in caelo nauigantes transire hinc in illud phantasma terrae luminis, pro qua pugnando perierant; ita nullas animas circa suorum corporum sepulcra detineri. unde igitur umbrae defunctorum? quae substantia earum? qui locus? sed maledicendi cupiditate Faustus quid profiteretur, oblitus est; aut forte dormitans umbras somniando dictauit nec, cum uerba sua legeret, euigilauit. populus autem christianus memorias martyrum religiosa sollemnitate concelebrat et ad excitandam imitationem et ut meritis eorum consocietur atque orationibus adiuuetur, ita tamen, ut nulli martyrum, sed ipsi deo martyrum quamuis in memoriis martyrum constituamus altaria. quis enim antistitum in locis sanctorum corporum adsistens altari aliquando dixit: offerimus tibi, Petre aut Paule aut Cypriane, sed quod offertur, offertur deo, qui martyres coronauit, apud memorias eorum quos coronauit, ut ex ipsorum locorum admonitione maior adfectus exsurgat ad acuendam caritatem et in illos, quos imitari possumus, et in illum, quo adiuuante possimus. colimus ergo martyres eo cultu dilectionis et societatis, quo et in hac uita coluntur sancti homines dei, quorum cor ad talem pro euangelica ueritate passionem paratum esse sentimus; sed illos tanto deuotius, quanto securius post certamina omnia superata, quanto etiam fidentiore laude praedicamus iam in uita feliciore uictores quam in ista adhuc usque pugnantes. at illo cultu, quae graece λατρεία dicitur, latine uno uerbo dici non potest, cum sit quaedam proprie diuinitati debita seruitus, nec colimus nec colendum docemus nisi unum deum. cum autem ad hunc cultum pertineat oblatio

1 cælo C^1 2 phantasma// (τα *er.*) *L* 4 sepulchra *LSG* umbre *C* que *LC* 5 eorum L^1b 9 sollempnitate *C* 12 antestitum L^1 16 ammonitione *L* 17 exurgat *C* acuandam L^1 (*m. 2* augendă) 18 quo] quod *G* possumus (*corr. m. 3* ex possimus) *P* possumus *b* 19 sotietatis *C* 20 euangelica// *L* ueritate (m *er.*) *L* 21 parata *S* deuotius (e *in ras.*) *L* 22 securius (i *s. l. a m. 1*) *L* certamina omnia] incerta omnia L^1C^1PMb incerta *SG* 24 grece *LSMG* graecę *C* latria *LCSGMb* 25 propriae *L* 26 deuita L^1

sacrificii, unde idolatria dicitur eorum, qui hoc etiam idolis exhibent, nullo modo tale aliquid offerimus aut offerendum praecipimus uel cuiquam martyri uel cuiquam sanctae animae uel cuiquam angelo; et quisquis in hunc errorem delabitur, corripitur per sanam doctrinam, siue ut corrigatur, siue ut caueatur. etiam ipsi enim sancti, uel homines uel angeli, exhiberi sibi nolunt, quod uni deo deberi norunt. adparuit hoc in Paulo et Barnaba, cum conmoti miraculis, quae per eos facta sunt, Lycaonii tamquam diis immolare uoluerunt — conscissis enim uestimentis suis confitentes et persuadentes se deos non esse ista sibi fieri uetuerunt —: adparuit et in angelis sicut in apocalypsi legimus angelum se adorari prohibentem ac dicentem adoratori suo: conseruus tuus sum et fratrum tuorum. ista sibi plane superbi spiritus exigunt, diabolus et angeli eius, sicut per omnia templa et sacra gentilium. quorum similitudo in quibusdam etiam superbis hominibus expressa est, sicut de Babyloniae quibusdam regibus memoriae commendatum tenemus. unde sanctus Danihel accusatores ac persecutores pertulit, quod regis edicto proposito, ut nihil a quoquam deo peteretur nisi a rege solo, deum suum, hoc est unum et uerum deum adorare deprecarique deprehensus est. qui autem se in memoriis martyrum inebriant, quomodo a nobis adprobari possunt, cum eos, etiamsi in domibus suis id faciant, sana doctrina condemnet? sed aliud est, quod docemus, aliud, quod sustinemus, aliud, quod praecipere iubemur, aliud, quod emendare praecipimur, et donec emendemus, tolerare conpellimur. alia est disciplina christianorum, alia luxuria uinolentorum uel error infirmorum, uerum-

11 cf. Act. 14, 7 sqq. 13 Apoc. 19, 10; 22, 8 sq. 22 cf. Dan. 6

1 id///olatria *C* 5 ut *pr. s. l. S* 6 etiam *om. b* 7 deberi] exhiberi *S* 9 licaonii *GCSMb* 11 adparuit *om. SG* 12 angelis] euangelio *M* 16 superbis] super *SG* 17 babiloniae *LC* 18 daniel *C* 20 pæteretur (æ *corr. ex* a) *L* 21 depcarique *C* 22 dephensus *LC* 24 fatiant *C* condemnæt *S* 27 inmendemus (*sup.* in *a m. 1* e) *L* 28 loxuria (*sup* o *a m.* 1 v) *L*

tamen et in hoc ipso distant plurimum culpae uinolentorum et sacrilegorum. longe quippe minoris peccati est ebrium redire a martyribus quam uel ieiunum sacrificare martyribus. sacrificare martyribus dixi, non dixi: sacrificare deo in memoriis martyrum. quod frequentissime facimus illo dumtaxat ritu, quo sibi sacrificari noui testamenti manifestatione praecepit: quod pertinet ad illum cultum, quae latria dicitur et uni deo debetur. sed quid agam et tantae caecitati istorum haereticorum quando demonstrabo, quam uim habeat, quod in psalmis canitur: sacrificium laudis glorificabit me, et illic uia est, ubi ostendam illi salutare meum? huius sacrificii caro et sanguis ante aduentum Christi per uictimas similitudinum promittebatur, in passione Christi per ipsam ueritatem reddebatur, post ascensum Christi per sacramentum memoriae celebratur; ac per hoc tantum interest inter sacrificia paganorum et Hebraeorum, quantum inter imitationem errantem et praefigurationem praenuntiantem. sicut autem non ideo contemnenda uel detestanda est uirginitas sanctimonialium, quia et Uestales uirgines fuerunt, sic non ideo reprehendenda sacrificia patrum, quia sunt et sacrificia gentium, quia, sicut inter illas uirginitates multum distat, quamuis nihil aliud distet, nisi quae cui uoueatur atque reddatur, sic inter sacrificia paganorum et Hebraeorum multum distat eo ipso, quod hoc solum distat, quae cui sint immolata et oblata: illa scilicet superbae inpietati daemoniorum id ipsum sibi ob hoc adrogantium, quo haberentur dii, quia diuinus honor est

10 Ps. 49, 23

1 ipsi L^1 ipsę L^2 culpe C 3 redire a martyribus] derideream artyribus $L^1S^1P^1MG^1b$ derogare* martyribus L^2 deridere martyres G^2S^2 diffidere a martyribus M^2 quam sacrilegu**** sacrificare M ieiun*um (i *er.*) L martiribus C 4 dixit (bis) SP^1L^1MG 5 martirum C 7 que C 8 tante L cecitati CL hereticorum LC 9 demonstrabo (e *in ras.*) L 10 sacrifitium C glorificauit LSM^1G 11 salutarē L 14 ascensum] aduentum C 15 sacrifitia C 16 hebreorum CL 17 prenuntiantem C 19 reph̨endenda L 20 sacrifitia C sunt *s. l. S* 23 eo ipso—distat (*in marg.*) S 25 demoniorum C 26 quoḍ L qđ C

sacrificium; illa uero uni deo, ut ei offerretur similitudo promittens ueritatem sacrificii, cui erat offerenda ipsa reddita ueritas in passione corporis et sanguinis Christi.

22. Neque enim, sicut Faustus dixit, priores nostri Iudaei segregati a gentibus, cum templum haberent et immolationes et aras et sacerdotia, sculpturas solum dimiserunt, id est idola; poterant enim sicut nonnulli etiam sine idolorum sculpturis arboribus et montibus, postremo etiam soli ac lunae ceterisque sideribus immolare. quod si facerent per illum cultum, quae latria dicitur, creaturae potius quam creatori seruientibus et ob hoc non paruo malo inpiae superstitionis errantibus nihilominus daemonia se praeberent ad eos inludendos et ab eis sumenda, quae sic obtulissent. illi quippe superbi et inpii spiritus non nidore ac fumo, sicut nonnulli uani opinantur, sed hominum pascuntur erroribus: non sui corporis refectione, sed maliuola delectatione, cum quoquo modo decipiunt, uel adroganti fastu simulatae maiestatis cum diuinos sibi honores exhiberi gloriantur. non ergo illi patres nostri sola gentium simulacra dimiserunt, sed neque terrae neque cuiquam terrenae rei neque mari neque caelo neque militiae caeli aliquid immolantes uni deo creatori omnium uictimas obtulerunt: quas sibi offerri uoluit, per earum similitudinem promittens uictimam ueram, per quam nos sibi peccatorum remissione reconciliauit in Christo Iesu domino nostro, cuius capitis corpus effectos fideles Paulus adloquitur dicens: obsecro autem uos, fratres, per misericordiam dei, ut exhibeatis corpora uestra hostiam uiuam, sanctam, deo placentem. sed Manichaei corpora humana opificium dicunt esse gentis tenebrarum et carceres, quibus uictus in-

26 Rom. 12, 1

1 sacrifitium *C* 2 sacrifitii *C* 5 segregati (i *ex* a) *C* templum dei *SMG* 7 sculturis *C* 8 lune *C* 12 demonia *C* 13 *eis (h *er.*) *C* 15 hominū (*ex* omniū) *C* 16 delectione *P* 17 fausto *ML*¹ fa*stu *C* 20 terrene *L* 24 in (*s. l.*) *LS*,² *om. GMb* 27 uiuentem *b* 28 manichei *LC* opificum *P*¹*SG* opificium (*ult.* i *s l. a m. 1*) *LP*³*M*², (ci *ex* d *corr.*) *C* 29 uictus *L*¹

clusus est deus: unde longe aliud adnuntiat Faustus, aliud Paulus. sed quoniam quisquis uobis euangelizauerit praeterquam quod accepistis, anathema sit, uerum dicit Christus in Paulo, anathema sit Manichaeus in Fausto.

23. Qui etiam dicit nihil nos mutasse de moribus gentium nesciens, quid loquatur. cum enim iustus ex fide uiuat finisque praecepti sit caritas de corde puro et conscientia bona et fide non ficta maneantque ad formandam uitam fidelium tria haec: fides, spes, caritas: unde fieri potest, ut pares cum aliquo mores habeat, qui haec tria cum illo paria non habet? qui enim aliud credit, aliud sperat, aliud amat, necesse est, ut aliter uiuat. et si usus quarundam rerum similis uidetur nobis esse cum gentibus, sicut cibi et potus, tectorum, uestimentorum, lauacrorum, et qui ex nostris coniugalem uitam gerunt, uxorum ducendarum et habendarum, filiorum gignendorum, nutriendorum, hereditandorum, longe tamen aliter his rebus utitur, qui ad alium finem usum earum refert, et aliter, qui ex his deo gratias agit, de quo praua et falsa non credit. sicut enim in ipso errore uestro cum eo pane uescamini, quo ceteri homines, et fructibus uiuatis et fontibus, lana et lino similiter texto amiciamini, nec in his tamen parem ducitis uitam, non aliud edendo aut bibendo aut induendo, sed aliud sentiendo et credendo et ad alium finem ista omnia referendo, finem scilicet uestri erroris atque uanitatis: ita nos et in his et in aliis, quae similiter sumimus, non similiter cum gentibus uiuimus easdem res non ad eundem finem referendo, sed ad finem legitimi diuinique praecepti, caritatem de corde puro et conscientia bona et fide non ficta, a quibus quidam aberrantes conuersi sunt in uanilo-

2 Gal. 1, 9 6 cf. Rom. 1, 17 8 cf. I Tim. 1, 5 9 cf. I Cor. 13, 13

4 manicheus *LC* 6 quod *SG* 8 confirmandam *b* 10 mores (s *a m. 1 s. l.*) *L* qui (a *er.*) *L* 13 textorum *S* 15 uxorē S^1 filiorum (o *ex* a *m.* 1) *L* 16 hereditandorum *L* hereditandarum *G* 18 qui *s. l.* S^2, (*in marg.*) C^2, *om.* *GM* 21 et lana *b* 22 bibendo (*utrumque* b *ex* u *corr.*) *C* 27 finem* (s *er.*) *L* 29 quibusdam S^1G

quium. in quo sane principatum tenetis non intuentes, non considerantes in eisdem habendis agendisque rebus tantum ad diuersam uitam ualere, si diuersa sit fides, ut cum auditores uestri et uxores habeant et filios quamuis inuiti suscipiant eisque patrimonia congerant uel custodiant, carne uescantur, uinum bibant, lauent, metant, uindemient, negotientur, honores publicos administrent, uobiscum eos tamen, non cum gentibus conputetis, cum facta eorum gentibus uideantur similiora quam uobis. nam et quorundam facta gentilium cum magis uobis propinquent quam quibusdam auditoribus uestris — nonnulli quippe in sacrilegis sacris suis et a uino et a carnibus et a concubitu temperant — potius auditores uestros his omnibus utentes et in eo uobis dissimiles in Manichaei grege numeratis, quam istos eadem, quae facitis, facientes, potiusque feminam, quae in Manichaeum crediderit, uestram dicitis etiam parientem quam Sibyllam nec saltem nubentem. at enim multi christiani catholici uocantur et sunt adulteri, raptores, auari, ebriosi et quicquid aliud sanae doctrinae aduersatur. quid autem inter uos in tam exiguo ac paene nullo numero uestro nonne plerique sunt tales, et quidam in paganis non sunt tales? num ideo paganos, qui tales non sunt, dicitis meliores uobis? cum tamen propter sacrilegam uanitatem sectae uestrae etiam qui in uobis tales non sunt, paganis etiam talibus deteriores sint. unde manifestum est non ideo derogari sanae doctrinae, quae sola catholica est, quia multi eius nomine censeri uolunt et per illam sanari nolunt. agnoscenda est enim paucitas illa, quam dominus praecipue commendat in ingenti atque innumerabili multitudine toto orbe diffusa: quae tamen paucitas sanctorum atque fidelium, quod

28 cf. Matth. 20, 16

3 si] sed S^1G 4 habent *Sb* 7 amministrent *GLSM*^{1} 9 quorumdam *C* 13 manichei *LC* 14 eademq: *L* 16 sybillam *LSGM*, (bi s. l.) *C* saltem G^1 saltim *SM* 20 non] nonne (ne *s. l. a m. 1*) *L* 21 diciteis *G* dicitis eos *S* 23 secte *C* 24 sint (i *ex* u *corr.*) *L* 27 praecipue *C* 28 innumerabilium *SML*^{1}*G*

saepe commendandum est, tamquam granorum in conparatione multitudinis palearum paucitas dicitur, per se autem ipsam tantam massam frumenti facit, ut omnes probos et reprobos uestros, quos pariter ueritas reprobat, inconparabili multitudine superet. ecce non sumus gentium schisma, a quibus plurimum distamus in melius; sed nec uos hoc estis, quia plurimum ab eis distatis in peius.

LIBER UNUS ET UICESIMUS.

1. FAUSTUS dixit: Unus deus est, an duo? plane unus. quomodo ergo uos duos adseritis? numquam in nostris quidem adsertionibus duorum deorum auditum est nomen. sed tu unde hoc suspicaris, cupio scire. quia bonorum et malorum duo principia traditis. est quidem, quod duo principia confitemur, sed unum ex his deum uocamus, alterum hylen, aut, ut communiter et usitate dixerim, daemonem. quodsi tu hoc putas duos significare deos, poteris et medico disputante de infirmitate atque sanitate duas easdem putare sanitates; et cum quis bonum nominat et malum, tu poteris eadem duo putare bona; et copiam audiens atque egestatem duas easdem putabis copias. quid? si et de albo et nigro disputante me et frigido et calido et dulci et amaro dicas, quia duo alba et duo calida et duo dulcia ostenderim, nonne uideberis mentis incompos et cerebri minime sani? sic et cum duo principia doceo, deum et hylen, non idcirco uideri iam debeo tibi duos ostendere deos. an quia uim omnem maleficam hyle adsignamus et beneficam deo, ut congruit, idcirco nihil interesse putas, an utrumque eorum uocemus deum? quod si ita

1 sepe *C* commendatū *C* 2 ipsa *L* 3 tantum G^1S 5 scisma *LCSG* 9 *Cap.* XLI *L* XLII *SMPG* est deus *C* 12 suspiceris *C* 15 demonem *C* qđ// *C* 19 egesтem L^1 20 quid] quod *LCG* S^1 si et] si**tu (et *er.*) *C* 22 dultia *C* 23 inpos *C* incǫmpos (*exp. m.* 2) *L* incąmpos *G* 24 uideri (*pr.* i *ex* e *a m. 1*) *L* 25 dụos (*sup.* ụ *a m. 1* e) *C* hyḷle *C* hylei (ei *in ras.*) *SG*

est, poteris et uenenum audiens et antidotum nihil interesse putare, an utrumque uocetur antidotum, quia utrumque eorum uim suam habeat, utrumque agat aliquid et operetur. necnon et medicum audiens ac uenenarium utrosque uocabis medicos, et iustum audiens atque iniustum poteris utrosque uocare iustos, quia uterque eorum aliquid agat. quodsi hoc facere absurdum est, quanto absurdius deum et hylen idcirco duos putare deos, quia eorum quisque aliquid operetur? quapropter inepta haec et uiribus satis effeta argumentatio est, ut quia de re mihi respondere non possis, de solis nominibus confles inuidiam. nam nec diffiteor etiam interdum nos aduersam naturam nuncupare deum, sed non hoc secundum nostram fidem, uerum iuxta praesumptum iam in eam nomen a cultoribus suis, qui eam inprudenter existimant deum: quemadmodum et apostolus, deus, inquit, saeculi huius excaecauit mentes infidelium, deum quidem nominans, quia sic iam uocaretur a suis, sed adiciens, quod mentes excaecet, ut ex hoc intellegatur non esse uerus deus.

2. AUGUSTINUS respondit: Duos quidem deos in uestris disputationibus solemus audire, quod etsi primo negasti, tamen paulo post etiam ipse confessus es quasi rationem reddens, cur hoc dicatis, quia et apostolus ait: deus saeculi huius excaecauit mentes infidelium. quam quidem sententiam plerique nostrum ita distingunt, ut uerum deum dicant excaecasse infidelium mentes. cum enim legerint: in quibus deus, suspendunt pronuntiationem; ac tunc inferunt: saeculi huius excaecauit mentes infidelium, quia etsi ita non

15 II Cor. 4, 4

1 benenum L^1 antidotum$_*$ C 4 medicos SG medicus P medicū* (s *er. et* ~ *add. m. 2*) L medicūs M benerarium L^1 9 effecta C effe*ta (c *er.*) S, (c paene *er.*) G quia] qui S 13 iusta L^1 iuxta (*corr. m. 3 ex* iustam) P iustam SG iustę M presumptum C praesumtum L^1 14 quemammodum LSG 15 (et 23) excecauit CS 17 aditiens C 19 *Cap.* XLII $LSPM$ *om.* G Agustinus L 20 negastis SG 21 es (~ *supra* e *del. et* s *add. m. 2*) L 22 quur C 24 distinguunt M^2 deum uerum $CSMG$ 27 quia] quod SG^2

distinguas, sed exponendi gratia ita uerborum ordinem mutes: in quibus deus excaecauit mentes infidelium saeculi huius, idem qui in illa distinctione sensus elucet. potest enim etiam talis operatio, qua excaecantur mentes infidelium, secundum quendam modum pertinere ad uerum deum. quod non facit malitia, sed iustitia, sicut idem Paulus alibi dicit: numquid iniquus deus, qui infert iram? item alibi: quid ergo dicemus? inquit; numquid iniquitas est apud deum? absit, Moysi enim dicit: miserebor, cui misertus ero, et misericordiam praestabo, cui misericors fuero. cum ergo praemisisset, quod inconcusse retinendum est, non esse iniquitatem apud deum, paulo post adtende, quid dicat: si autem uolens deus ostendere iram et demonstrare potentiam suam adtulit in multa patientia uasa irae. quae perfecta sunt in perditionem, et ut notas faceret diuitias gloriae suae in uasa misericordiae, quae praeparauit in gloriam et cetera. certe hic nullo modo dici potest alium deum esse, qui ostendit iram et demonstrat potentiam suam in uasis, quae perfecta sunt ad perditionem, et alium, qui ostendit diuitias in uasis misericordiae. nam unum eundemque deum facere utrumque apostolica doctrina testatur. hinc est et illud: propter hoc tradidit illos deus in concupiscentias cordis eorum, in inmunditiam, ut contumeliis adficiant corpora sua in semet ipsis; et paulo post: propterea tradidit illos deus in passiones ignominiae; item paulo post: et quoniam non probauerunt deum habere in notitia, tradidit illos deus in

6 Rom. 3, 5 7 Rom. 9, 14 sqq. 9 Ex. 33, 19 12 Rom. 9, 22 sq. 22 Rom. 1, 24 . 26 . 28

1 distingas *C* 3 elicet (*sup.* i *a m. 1* v) *C* 4 operationę *G* quae S^1P^1G qua (e *er.*) *M* excecantur *C* 6 malicia *S* 8 dicemus *C Eug* (*ed. Knöll p. 293*): dicimus *LSMGb* 9 moses *SMP*^{1}*G* moyses *LCP*^{1} meserebor L^1 11 est retinendum *S* est *om. G* 12 ęt paulo *LS* et paulo *GMb* 15 que *S* 17 preparauit *LS* cętera *L* 18 demonstrat (n *s. l.*) *L* 23 inmundiciam *S* 26 prouauerunt M^1 27 notitiam *L*

reprobum sensum. ecce quomodo uerus deus et iustus excaecat mentes infidelium. neque enim umquam in his apostoli uerbis, quae commemoraui, alius deus intellectus est quam ille, qui filium suum misit dicentem: in iudicium ueni in hunc mundum, ut qui non uident, uideant, et qui uident, caeci fiant. nam et hic satis adparet mentibus fidelium, quomodo deus excaecet mentes infidelium. praecedit enim aliquid occultum in occultis, ubi deus agat iustissimum examen iudicii sui, ut quorundam mentes excaecentur, quorundam inluminentur. cui uerissime dictum est: iudicia tua abyssus multa. cuius profunditatis inpenetrabilem altitudinem apostolus admiratus exclamat: o altitudo diuitiarum sapientiae et scientiae dei; quam inscrutabilia sunt iudicia eius et cetera.

3. Uos autem non ualentes discernere, quid faciat deus beneficio, quid iudicio, quia et a corde et ab ore uestro longe est psalterium nostrum, ubi dicitur: misericordiam et iudicium cantabo tibi, domine, quicquid uos pro infirmitate humanae mortalitatis offenderit, alienatis omnino ab arbitrio et iudicio dei ueri uidelicet habentes paratum alterum deum malum, quem uobis non ueritas ostendit, sed uanitas fingit, cui tribuatis non solum quicquid facitis iniuste, uerum etiam quicquid patimini iuste, ita deo tribuentes beneficia donorum et ei auferentes iudicia poenarum, quasi de alio dixerit Christus, quod praeparauit ignem aeternum malis, quam de illo, qui facit solem suum oriri super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos. unde hic tantam bonitatem et ibi tantam seueritatem ad unum pertinere deum non intellegitis,

4 Ioh. 9, 39 10 Ps. 35, 7 12 Rom. 11, 33 17 Ps. 100, 1 25 cf. Matth. 25, 41 27 cf. Matth. 5, 45

2 unquam *C* 4 in *ante* iud. *om. L* iuditium *C* 9 iudicii (i *init. ex* a *corr. m.* 2; cii *in ras.*) *L* iuditii *C* excecentur *C* quorūdam *C* 10 inluminentur] intelligant *b* 12 altitudo] altitudinē *C* 16 benefitio *C* 17 iuditium *C* 20 iuditio *C* habentes habentes *C* 25 praeparauerit *C*

nisi quia misericordiam et iudicium cantare non nostis? nonne idem ipse, qui facit solem suum oriri super bonos et malos, et pluit super iustos et iniustos, frangit tamen ramos naturales et contra naturam inserit oleastrum? nonne de uno ipso illic dicit apostolus: uides ergo bonitatem et seueritatem dei: in eos quidem, qui fracti sunt, seueritatem, in te autem bonitatem, si permanseris in bonitate? nempe audistis, nempe aduertistis, quemadmodum nec deo auferat iudiciariam seueritatem nec homini liberam uoluntatem. occultum est, altum est, inaccessibili secreto ab humana cogitatione seclusum est, quemadmodum deus et damnet inpium et iustificet inpium; utrumque enim de illo scripturarum sanctarum ueritas loquitur. num igitur ideo aduersus diuina iudicia garrire delectat, quia sunt inscrutabilia? quanto conuenientius, quanto adcommodatius est modulo nostro expauescere illic, ubi Paulus expauit, et exclamare: o altitudo diuitiarum scientiae et sapientiae dei! quam inscrutabilia sunt iudicia eius et inuestigabiles uiae eius! quanto melius est ita mirari, quod inuestigare non sufficis, quam propterea uelle alterum deum malum fingere, quia unum bonum non potuisti conprehendere? non enim de nomine agitur, sed de opere.

4. Nam cito uidetur Faustus se defendisse, cum ait: non dicimus duos deos, sed deum et hylen. porro autem cum quaesieris, quam dicat hylen, audies plane describi alterum deum. si enim materies informis corporalium formarum capax ab eis hyle appellaretur, quae appellata est ab antiquis, nemo eam nostrum coargueret dici deum. nunc uero quantus error est, quanta dementia uel materiem corporum dicere opificem corporum uel opificem corporum negare deum?

5 Rom. 11, 17 sqq.

1 ẹstis *C* 7 in bonitatem (*exp. m. 1*) *L* 8 auditis *C* aduertitis *C* quemammodum *L* 10 secreta *C* 11 quemammodum̃ *LG*^{1} 15 adcommodatius *L*^{1}*G* 19 uestigare *CL*^{1} 21 comp̃hendere *C* comprehendere *L*^{2} 24 hilen *S* 25 describi (bi ex bē) *L*

quia ergo quod deus uerus facit, id est corporum, elementorum, animalium qualitates et formas, ut corpora, ut elementa, ut animalia sint, hoc uos dicitis nescio quem alterum facere, quolibet eum nomine uocitetis, recte dicimini errore uestro deum alterum inducere. in hac enim una re bis erratis errore sacrilego: semel quidem, quod ea, quae deus fecit, eum facere dicitis, quem deum fateri erubescitis — sed nullo modo efficietis, ut non sit deus, nisi eum talia facere negaueritis, qualia non facit nisi deus — iterum autem, quia ea, quae bonus deus bona facit, uos et a malo fieri et mala esse opinamini, puerili sensu horrentes, quae poenalis mortalitatis inbecillitati non congruunt, et amantes, quae congruunt. proinde malum dicitis, qui fecit colubrum, istum autem solem tam magnum bonum putatis, ut nec factum a deo, sed prolatum uel missum esse credatis. deus autem uerus, in quem nondum a uobis credi nimium doleo, et colubrum fecit inter alia inferiora et solem inter alia superiora et adhuc in sublimioribus non corporalibus caelestibus, sed iam in spiritalibus multa ista luce longe meliora, quae carnalis homo quilibet non percipit, quanto magis uos, qui cum carnem detestamini, nihil aliud quam uestram regulam detestamini, qua bona et mala metimini! neque enim potest in uobis esse cogitatio uel malorum, nisi qualibus carnalis sensus offenditur, uel bonorum, nisi qualibus carnalis acies oblectatur.

5. Ut ergo ista in imo rerum opera dei, terrena, infirma, mortalia, sed tamen opera dei, qualia possumus uidere, considerem, ineffabiliter moueor laude creatoris illorum, qui prorsus ita magnus est in operibus magnis, ut minor non sit in minimis. ars enim diuina, qua caelestia et terrena opera fiunt, cum ea sint inter se dissimilia, ipsa in omnibus sui similis

1 uerus deus *C* 4 dicemini *b* 5 erra*tis (n *er.*) *C* 6 facit *C* 8 negar&is L^2 negaretis *MG*^{1}*b* 9 quali S^1 autem *om. SG* 10 a (*s. l. m. 1*) *C* malo (s *er.*) *C* 12 inbecillitate L^1 17 sublioribus M^1 18 celestibus *C* 19 que *L* 23 carnalis (al *s. l.*) *C* 24 aties *C* 29 qua** *LM* qua& *SG*^{2} 30 ea (s *er.*) *L* sui (s *er.*) *C* suis *b*

est, quia in suo quoque genere perficiendo ubique perfecta est. neque enim uniuersum condit in singulis, sed ad uniuersi conplexum condens singula, uniuersam se condendis praebet et singulis, omnia congruenter locis suis et ordinibus faciens atque disponens et omnibus particulariter atque uniuersaliter congrua tribuens. ecce hic in isto quasi fundo infimo uniuersae creaturae aspicite animalia, quae uolant et natant et gradiuntur et repunt. nempe mortalia sunt, nempe uita eorum, sicut scriptum est, uapor est ad modicum adparens. hunc enim modulum ab optimo conditore perceptum tamquam in commune conferunt uniuerso pro sui generis portione conplendo, ut cum istis imis sint omnia bona, in quibus sunt eis superna meliora. uerumtamen adtendite et date mihi unum quamlibet abiectissimum animal, cuius anima oderit carnem suam, ac non potius nutriat et foueat eam motuque uitali uegetet et regat et quodam modo administret pro sui generis exiguitate quoddam uniuersum suum ad incolumitatem tuendam sibi conciliatum. quod enim rationalis anima castigat corpus suum et seruituti subicit, ne inmoderato adpetitu terreno inpediatur perceptio sapientiae, etiam sic utique diligit carnem suam, quam sibi ad oboediendum legitime subdit atque ordinat. postremo uos ipsi quamuis carnali errore carnem detestemini, non potestis nisi diligere carnem uestram eiusque saluti et incolumitati consulere, omnes ictus et casus et intemperiem, qua laeditur, deuitare, munimenta uero et salubritatem, qua

9 Iac. 4, 15

1 quoque] quęque *SG* genere *P* perficienda *SG* 6 fundo[mundo *C* 7 que *C* grediuntur S^1G 8 eorum] rum *C* 10 praeceptum *SG* 11 portione (m *er.*) *L* 12 imis (s *s. l. m.* 1) *C* 13 attendite (di *ex* de *m.* 1) *L* 15 uegitet L^1 16 amministret *LSG* 17 incolomitatem L^1 18 conciliant*um *C* 19 terrenorum *SG* 20 perceptione *b* utique (i *m. 2 superscr.*) *L* utcumq: SG^2 sicutq' (*corr. m. 3 ex* sicutquę) *P* 21 obediendum *C* obędiendum *SG* legitimae *SG* atquae *G* 24 incolomitati *L* 25 qualęditur *C* quąlędiçitur (*in marg.* equalit̄) *M* qua ledi*tur *L* debitare M^1G^1 monimenta S^1

conseruatur, adpetere: ita ostenditis praeualere naturae legem contra erroris uestri opinionem.

6. Quid in ipsa carne uitalia uiscera, totius formae conuenientia, membra operandi, uasa sentiendi locis atque officiis suis cuncta distincta et concordi unitate contexta moderatione mensurarum, parilitate numerorum, ordine ponderum nonne indicant artificem suum deum uerum, cui uere dictum est: omnia in mensura et numero et pondere disposuisti? si ergo cor non peruersum atque corruptum uanis fabulis haberetis, inuisibilia enim eius etiam per ista, quae in hac infima et carnali creatura facta sunt, intellecta conspiceretis. unde enim istis haec, quae commemoraui, nisi ab illo, cuius unitate omnis modus sistitur, cuius sapientia omnis pulchritudo formatur, cuius lege omnis ordo disponitur? quodsi ad ista intuenda oculum non habetis, apostolica uos ducat auctoritas.

7. Apostolus enim cum de sancta dilectione praeciperet, qualis esse debeat uirorum in uxores, ex anima amantis sumpsit exemplum. qui diligit, inquit, uxorem suam, se ipsum diligit; nemo enim umquam carnem suam odio habet, sed nutrit et fouet eam tamquam Christus ecclesiam. ecce in conspectu uestro est carnalis uniuersa substantia! uidete quemadmodum in omne animal sibi ad salutem conciliatum portendat naturae ista communio, ut diligat carnem suam; neque enim hoc in hominibus tantum est, qui cum recte uiuunt, non solum consulunt saluti carnis suae, uerum etiam carnales motus ad usum rationis edomant et refrenant, sed etiam bestiae fugiunt dolorem, formidant

8 Sap. 11, 21 11 cf. Rom. 1, 20 19 Ephes. 5, 28 sq.

1 praualere *S* 4 menbra *C* sentienti (*m. 1 sup.* τ *scr.* d) *L* offitiis *C* 6 parilitate numerorum *om. SG* 10 enim (eras.) *L*, *om. C* 11 infirma *C* 12 que *C* 13 pulcritudo *C* 16 actoritas *L* 18 anima] ea *S* amantis] amantissimū SG^1 animantis PL^2b 19 sumpsit (p *s. l.*) *M* 21 fouit L^1M^1 23 quemammodum *L* 24 ptendat *C* 26 consolunt GS^1M^1

interitum; et quicquid illam membrorum conpagem copulamque carnis et spiritus a concordi iunctura disicere ac dirimere potest, quanta ualent agilitate, deuitant nutrientes etiam ipsae ac fouentes carnem suam. nemo enim umquam carnem suam odio habet, sed nutrit, inquit, ac fouet eam sicut et Christus ecclesiam. uidete, unde quo ascenderit; intuemini, si potestis, quam uim ducat a creatore creatura ab ipsis caelestibus adparatibus usque ad carnem et sanguinem uniuersitatis plenitudine terminata, formarum uarietate decorata, rerum gradibus ordinata.

8. Rursus idem apostolus cum de spiritalibus diuersis muneribus et tamen ad unitatem consonis rem plane magnam et diuinam et abditam nos doceret, de ista ipsa carne nostra similitudinem dedit, cuius artificem deum, cum haec loqueretur, omnino non tacuit. quod etsi longum est, tamen, quia ualde necessarium, totum ipsum locum ex eius ad Corinthios epistula huic operi me inserere non pigebit. de spiritalibus autem nolo uos ignorare, fratres . scitis, quando gentes eratis, ad simulacra sine uoce quomodo ascendebatis inducti. propter quod notum facio uobis, quia nemo in spiritu dei loquens dicit anathema Iesu, et nemo potest dicere ‚dominus Iesus' nisi in spiritu sancto. diuisiones autem donationum sunt, idem autem spiritus; et diuisiones ministrationum sunt, idem ipse dominus; et diuisiones operationum sunt, idem uero deus, qui omnia operatur in omnibus. unicuique autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem: alii quidem datur per spiritum sermo sapientiae, alii sermo scientiae secundum eundem

17 I Cor. 12, 1 sqq.

1 illa *b* 2 concordię *b* dissicere *C* dissecare (*in ras.*) *M* discidere *b* 9 ueritate *SGML*^{1}*P*^{1} 13 ipsa ista *C* 15 non (n *fin. s. l. add. m. 2*) *L* 16 chorinthios *C* 17 epistola *L* 20 inducit *S*^{1}*P*^{1}*M*^{1}*L*^{1}*G* 24 ministeriorū sunt (*in ras.*) *C* 25 idem] et idem (et *s. l.*) *C* ipse] aut̄ *b* 26 idem] ipse *C* uero] autem *SPMGC*

spiritum, alteri autem fides in eodem spiritu, alii donatio curationum in uno spiritu, alii operationes uirtutum; alii prophetia, alii diiudicatio spirituum, alii genera linguarum, alii interpretatio linguarum: omnia autem haec operatur unus atque idem spiritus diuidens propria unicuique prout uult. sicut enim corpus unum est et membra habet multa, omnia autem membra corporis cum sint multa, unum est corpus, ita et Christus. etenim in uno spiritu nos omnes in unum corpus baptizati sumus, siue Iudaei siue Graeci siue serui siue liberi; et omnes unum spiritum potauimus. etenim corpus non est unum membrum, sed multa. si dixerit pes: quia non sum manus, non sum de corpore, num ideo non est de corpore? uel si dixerit auricula: quia non sum oculus, non sum de corpore, num ideo non est de corpore? et si totum corpus oculus, ubi auditus? si totum auditus, ubi odoratus? nunc autem posuit deus membra singula, unum quodque eorum in corpore prout uoluit. si autem fuissent omnia unum membrum, ubi corpus? nunc autem multa membra, unum autem corpus. non potest autem dicere oculus manui: opus te non habeo, aut iterum caput pedibus: opus uobis non habeo , sed multo magis, quae uidentur membra corporis infirmiora esse, necessaria sunt; et quae uidentur uiliora esse corporis, his abundantiorem honorem circumponimus; et quae inhonesta sunt nostra, abundantiorem honestatem habent; quae autem honesta sunt nostra, non opus habent . sed deus temperauit corpus ei, cui deerat, maiorem honorem dans, ut non esset

4 interp̃tatio *C* interpra&atio L^2 linguarum] sermonum *CPb* 5 haec autem *SG* 6 propria (propr *in ras.*) *C* 8 menbra *C* 11 greci *SG* 13 (et 20) menbrum *C* 14 num] non *L* 15 si (*s. l. m. 1*) *C* dexerit (*s. pr.* e *a m. 1* i) *L* 16 num] ñ *LCb* 17 et *om. M* 19 singulum quodque *C* 21 (et 24) menbra *C* 25 necessariora *M* que *S* 26 habundantiorem *C* 30 ei] eius L^2

scissura in corpore, sed idem ipsum, ut pro inuicem sollicita sint membra; et siue patitur unum membrum, conpatiuntur omnia membra; siue glorificatur unum membrum, congaudent omnia membra. si ulla non dico fides christiana, ut credatis apostolo, sed ullus sensus humanus in uobis est, ut manifesta cernatis, unusquisque in semet ipso ista uideat atque consideret, quam uera, quam certa sint, quam in paruo magna et in extremo quam bona, quandoquidem ista in laude ponit apostolus, ut per haec infirma corporalia, quae uidentur, possint facilius illa sublimia spiritalia, quae non uidentur, intellegi.

9. Horum ergo membrorum et corporis nostri, quae sic commendat, sic laudat apostolus, quisquis artificem deum negat, uidetis, cui contradicat adnuntians nobis praeter id, quod accepimus. quid igitur opus est, ut a me redarguatur potius quam ab omnibus christianis anathemetur? dicit apostolus: deus temperauit corpus, et dicit iste: „hyle, non deus.“ quid apertius his inimicitiis ante anathemandis quam refellendis? numquid et hic apostolus, cum diceret: deus, addidit: huius saeculi? ubi etiam si quis diabolum intellexerit excaecare mentes infidelium, non negamus, malis suasionibus; quibus qui consentiunt, iustitiae lumen amittunt deo retribuente quod iustum est. haec omnia legimus in scripturis sanctis. nam et illud dictum est de seductione extrinsecus ueniente: timeo, ne, sicut serpens Euam seduxit in uersutia sua, ita corrumpantur mentes uestrae a simplicitate et castitate, quae est in Christo. cui simile

15 cf. Gal. 1, 9 17 I Cor. 12, 24 20 II Cor. 4, 4 25 II Cor. 11, 3

2 sunt $L^1P^1M^1$ sint (int *a m. 1 s. l.*) *C* membra] menbra *C om. SMG* patiatur *SGMb* 3 compatiuntur M^1 glorificatur] gaudet *SG* 4 congaudent M^1 8 parvo (*corr. ex* partio) *G* 9 ponit in laude *C* infima *C* 10 & corporalia (& *s. l. a m. 1*) *M* 12 menbrorum *C* 14 negant *C* contradicit *SG* uobis GS^1 15 accepimus (pi *s. l.*) *L* accipimus GS^1M^1 16 anathematizetur *b* 18 anathemandis M^1 20 si *om.* L^1P^1SMG 21 excecare *C* 22 ammittunt *L* 26 ita *om. L* corrumpantur (*alt.* r *in ras.*) *L* 27 que *C*

est: corrumpunt mores bonos conloquia mala, et illud, quod et sibi quisque seductor sit: qui autem putat se esse aliquid, cum nihil sit, se ipsum seducit, et illud de dei uindicta, quod supra commemoraui: tradidit illos deus in reprobum sensum, ut faciant, quae non conueniunt. ita et in ueteribus libris, cum praedixisset: deus mortem non fecit nec laetatur in perditione uiuorum, paulo post, inuidia, inquit, diaboli mors introiuit in orbem terrarum. et rursus de ipsa morte, ne se homines extra culpam ponerent, inpii autem manibus et uerbis, inquit, arcessierunt illam et existimantes illam amicam defluxerunt; alibi autem: bona et mala, uita et mors, diuitiae et paupertas a domino deo sunt. hic perturbati homines non intellegunt in uno eodemque opere malo non postea consequente alia, quae manifesta erit, sed quadam continuo comitante uindicta aliud uenire de astutia suadentis, aliud de nequitia uolentis, aliud de iustitia punientis: cum diabolus suggerit, homo consentit, deus deserit. quocirca in opere malo, id est excaecatione infidelium, si intellegatur et diabolus propter suadendi malignitatem, ut sic distinguatur: deus huius saeculi, non mihi uidetur absurdum. neque enim sine additamento dicitur deus, cum adiungitur huius saeculi, id est hominum inpiorum non nisi in hoc saeculo florere uolentium; secundum quod dicitur et malum saeculum, sicut scriptum est: ut eximeret nos de praesenti saeculo maligno. tale est enim et illud: quorum deus uenter; nisi esset ibi quorum, nullo modo diceret: deus uenter. nec in psalmo daemonia possent dii appellari, nisi adderetur gentium; sic enim scriptum est: quoniam dii gentium daemonia. hic autem nec deus huius saeculi nec quorum

1 I Cor. 15, 33 2 Gal. 6, 3 4 Rom. 1, 28 6 Sap. 1, 13 8 Sap. 2, 24 10 Sap. 1, 16 12 Eccl. 11, 14 25 Gal. 1, 4 26 Phil. 3, 19 29 Ps. 95, 5

10 culpa *L* 11 accesieruut *SG* accerserunt *b* 12 defluxerunt (x *s. l. a m. 1*) *S* 19 ēst (st *add. s. l. m. 2*) *L* excecatione (ce *s. l.*) *S*

deus uenter nec dii gentium daemonia, sed simpliciter positum est: deus temperauit corpus; qui non potest intellegi nisi deus uerus omnium creator. illa enim cum uituperatione dicuntur, hoc autem cum laude dictum est. nisi forte deum temperasse corpus non dispositione membrorum, hoc est fabricando et construendo, sed admixtione lucis suae Faustus intellegit, ut scilicet haec membra ita distincta et locata suis sedibus alter posuerit, qui hoc fabricauit, deus autem miscendo bonitatem suam huius fabricae malitiam temperauerit. talibus enim fabulis pueriles animas hebetant; sed neque hoc eos posse dicere permisit subueniens deus paruulis per ora sanctorum. habes enim et paulo superius: deus posuit membra singula, unum quodque eorum in corpore prout uoluit. quis iam non intellegat secundum hoc deum dictum temperatorem corporis, quod ex multis membris corpus fabricauit officia diuersorum operum in unitatis conpage seruantibus?

10. Dicant ergo Manichaei, utrum animalia, quae secundum deliramenta eorum hyle fabricauerat in gente tenebrarum, antequam illis deus lucem suam miscuisset, non habebant istam membrorum concordiam, quam sic laudat apostolus, utrum ibi diceret caput pedibus aut oculus manui: opus te non habeo. numquam hoc dixerunt nec dicere potuerunt tales enim eis actus et opera tribuunt: repebant, ambulabant, natabant, uolabant quaeque pro genere suo; uidebant quoque et audiebant ceterisque sensibus sentiebant, alimentis et temperamentis congruis nutriebant et fouebant corpora sua. hinc etiam prolis fecunditas subpetebat; nam et coniugia tribuunt

1 demonia *C* 8 alter] aliter (lit. *in ras.*) *S*, (i *s. l.*) *G* 9 temperarit *SG* temperauerit (er *s. l. add. m. 1*) *C reliqua linea explet. his uerbis a m. rec.* fausti dem̄t̄) 10 hebetant] euen̥ṛ̥ṭ̥ant (corr. *m. 2*) *L* 13 singula, unum quodque] singulum quodque *C* singula quoque *LP*¹*G*¹ singula quaeque *SP*³*MG*²*b* 15 menbris *C* 16 offitia 18 manichei *LC* 19 deleramenta *L* 22 oculvs (v *sup.* i *a m. 1*) *C* 24 eis] et *GS*¹ ei *S*²*Mb* actus (act *in ras.*) *S* 25 uolebant (*sup.* e *m. 1* a) *M* quo*que (d *er.*) *L* 26 audeebant (*pr.* e *in* i *corr. m. 1*) *C*

eis. haec certe omnia, quae tamquam hyles opera uituperat Manichaeus, fieri non possunt sine membrorum concordia, quam laudat et deo adsignat apostolus. dubitatis adhuc, quisnam sectandus et quisnam anathemandus sit? quid? quod erant ibi quaedam, quae etiam loquebantur, ut eis contionantibus omnia serpentia, quadrupedia, uolatilia, natatilia audirent, intellegerent, consentirent? miranda haec et omnino diuina eloquentia! et neminem grammaticum aut rhetorem audierant nec inter lacrimas ferularum atque uirgarum ista didicerant. nempe iste Faustus, ut has uanitates diserte garriret, ad disciplinam faciendi sermonis etiam serus accessit, et quamuis esset acer ingenio, tamen legendo stomachum rupit, ut ei loquenti tam pauci adsentirentur. o miserum, qui in ista luce ac non in illis tenebris natus est! illic enim eum contra lucem contionantem omnis bipes, omnis multipes, omnis etiam serpens a dracone usque ad cocleam libenter audiret, alacriter oboediret; hic autem contra tenebras disputantem plures eloquentem quam doctum, multi antem seductorem peruersissimum nominabant; inter paucos uero Manichaeos tamquam magno magistro plaudentes nullum ei pecus adnuebat nec ex illa doctrina saltem caballus eius aliquid sciebat, tamquam omnibus animalibus ad hoc pars diuina concreta sit, ut stolida fierent. quid est hoc, rogo? euigilate aliquando, miseri, et conparate in fabula uestra omnium animantium prius tempus et praesens, tunc in terra sua, nunc in hoc mundo; tunc firma erant corpora, nunc infirma sunt; tunc acris acies oculorum ad uiuendum cum delectatione inuadendi regionem dei, nunc ita obtunsa, ut a solis radiis auertatur; tunc acutae mentes animalium ad intellegendum contionantis sermonem, nunc hebetes et ab eiusmodi capacitate penitus alienae; tunc

1 uitupera M^1 5 concionantibus *CG* 6 natalia C^1S^1 8 r&horē *LM* 11 serius *b* 12 stomacum L^1 13 adsentirentur (*sup.* d *a m. 1* s) *C* 14 eum *om. SG* 15 concionantem *SG* 16 drachone *LM* cochleam *b* 19 manicheos *L* 22 solida *b* 28 obtusa *Cb* acute *b* 29 concionantis *SG*

naturalis tam magna et tam potens eloquentia, nunc tanto studio ac labore uix parua et exigua. o quam magna bona conmixtione boni perdidit gens tenebrarum!

11. Iste ipse Faustus in hoc ipso sermone, cui nunc respondeo, multa sibimet contraria eleganter obponere uisus est: sanitatem et infirmitatem, copiam et egestatem, album et nigrum, calidum et frigidum, dulce et amarum: in quibus omitto de albo et nigro aliquid dicere, aut si ullum momentum boni et mali est in coloribus, ut album dicant ad deum pertinere, nigrum autem ad hylen. cum omnia genera uolatilium hylen creasse perhibeant, si album colorem plumis eorum deus aspersit, ubi latebant corui, quando cygni candore perfusi sunt? item de calido et frigido deputare non opus est; utrumque enim temperanter adhibitum salubre, intemperanter autem perniciosum est. cetera uideamus. bonum et malum, quod in primis forte ponere debuit in iisdem contrariis, ita uidetur posuisse, ut tamquam generalia uellet intellegi, scilicet ut ad bonum pertineat sanitas, copia, album, calidum, dulce, ad malum autem infirmitas, egestas, nigrum, frigidum, amarum, quam inperite et inconsiderate, uideat qui potuerit. ego autem ne homini calumniari puter, nihil obicio de albo et nigro, calido et frigido, de dulci et amaro et sanitatem atque infirmitatem praescribam. si enim album et dulce duo bona sunt, nigrum autem et amarum duo mala, quomodo plurima uua omnisque oliua nigrescendo dulcescit, id est mali amplius habendo fit melior? item si duo bona sunt calor et sanitas, duo uero mala frigus et infirmitas, cur calescendo

1 et tam] &iam *SG* 4 fautus *S* 5 eliganter L^1CGM^1 9 boni (i *ex* u) *C* 12 earum *Lb* corui] corpori MP^1G,*L* (sed *m.* 1 *corr. in* corui) cycni S^1M 13 disputare *Cb* 14 adhibitum (h *s. l.*) LM^2 15 pernitiosum *SG* 16 hisdem *C*, (h *s. l. m.* 1) *L* 21 obitio *C* 22 *alt.* de (*s. l. a m.* 1) *L om. C* et sanitatem atque infirmitatem praescribam *scripsi:* et sanitate atque infirmitate prescribam *C* et sanitati atque infirmitati praescribam (e *m.* 1 *superscr.*) *L* et (*om. SG*) sanitati atque infirmitati praescribam *SPMG* 25 nigriscendo L^1

corpora aegrescunt? an forte sana febriunt? non ergo haec obicio, quae forte non cautus aut pro quibuslibet contrariis potius quam pro bonis et malis commemorauit, praesertim quia ignem gentis tenebrarum numquam frigidum fuisse dixerunt, sed calorem eius utique malum.

12. Uerum ut ista omittamus, illa uideamus, quae ita commemorauit bona in his contrariis, ut nolit inde dubitari, sanitatem, copiam, dulcedinem. itane in illa gente non erat sanitas corporum, in qua et nasci et crescere, gignere et ita perdurare potuerunt illa animalia, ut quibusdam eorum grauidis, sicut desipiunt, captis et in caelo conligatis nec saltem pleni temporis, sed abortiui fetus electam excelso in terram cadentes et uiuere potuerint et crescere et ista carnium, quae nunc sunt innumerabilia, genera propagare? aut copia ibi non erat, ubi arbores non tantum in aquis et uentis, sed etiam in igni et fumo et nasci potuerunt et tanta fecunditate ditari, ut ex earum fructibus sui cuiusque generis animalia gignerentur et earum arborum feracitate nutrita atque pasta conseruarentur, quorum saginae laetitiam prolis quoque fecunditas testaretur, maxime ubi nullus labor agriculturae nec intemperies esset aestatis et hiemis; neque enim sol ibi circuibat, ut alternantibus temporibus anni transcurrerent? proinde perpetua fertilitas erat arborum, quibus elementum et alimentum sui generis, sicut gignendis adfuerat, ita fetandis perpetuo subpetebat et fructus numquum deesse faciebat; sicut uidemus arbores citriorum toto anno flores et fructus parere, si iugiter inrigentur. magna ergo illic copia et eius habendae

1 egrescunt *LSGb* 3 praesertim (i *ex* e) *L* 7 morit C^1 (r *in* l *mut. m. rec.*) 9 et *ante* gig. *C* gignire S^1P^1MG gignere (n *s. l.* et *post.* g *in ras.*) *C* 12 pleni corporis temporis *b* fętus *SCG* electam] de tam *b* escelso *C* 15 erit *L* 16 igne *b* fęcunditate *C* 17 gignirentur L^1PSMG 18 feracitate *C* cumseruarentur (um *in* on *m. 1 corr.*) *C* 19 laetiam L^1 laetitiam *G* fęcunditas *C* 20 intemperies] in templo P^1 in tempore *b* 21 esset *om. LCPSGMb* et hiemis (et hi *in ras.*) *C* circumibat *CMb* 22 trancurrerent C^1 24 fętandis *C* 26 citrinorum *b* et flores *b* 27 abendae L^1

magna securitas; neque enim uel grando timebatur, ubi non erant luminis exactores, quos tonitrua commouere fabulamini.

13. Dulces autem ac suaues si non haberent cibos suos, numquam eos adpeterent, numquam eis corpora uegetarent. ita enim se res habet, ut pro cuiusque corporis congruentia uel delectet esca uel offendat. si delectat, dulcis aut suauis dicitur; si autem offendit, amara siue aspera siue aliqua insuauitate respuenda. nonne ipsi nos homines ita sumus. ut plerumque alter adpetat alimentum, quod alter exhorreat, siue pro temperatione naturae siue pro usu consuetudinis siue pro adfectione ualetudinis? quanto magis longe diuersi generis corpora bestiarum possunt illud habere iucundum, quod nobis amarum est! an aliter caprae ad rodendum suspenderentur oleastrum? nam sicut non nulli morbo hominum mel amarum est, ita illi naturae pecoris suauis oleaster. sic insinuatur prudentibus rerum examinatoribus ordo quid ualeat, cum scilicet sua cuique adhibentur atque redduntur, quantumque hoc bonum sit ab imis usque ad summa, a corporalibus usque ad spiritalia. itaque in gente tenebrarum cum animal alicuius elementi eo uescebatur cibo, qui nascebatur in eius elemento, procul dubio suauitatem ipsa congruentia faciebat; si autem incidisset in alterius elementi cibum, ipsa incongruentia faceret offensionem sensui gustantis: quae offensio uel amaritudo uel asperitas uel insuauitas uel quodlibet aliud, aut si ita nimium est, ut aliena ui conpagem corporis concordiamque disrumpat ac sic interimat aut uires auferat, etiam uenenum uocatur non nisi per incongruentiam, quod alteri generi per congruentiam cibus est: sicut panem, qui

2 commouere] commouer& $PL^1S^1G^1$ commouerent (n *s. l.*) ut (ut *s. l.*) S^2 commouerent (n *s. l. a m.* 1) MS^2 fabulamini (*exp. m.* 1) M 3 autem] enim SG suabes M^1 cybos (y *in ras.*) S cybos G 4 uegitarent L^1 5 Ita *inc. c.* 13 *in b* 6 esca C 9 exhorreat (h *s. l.*) C 11 ual&udinis L^1 ualitudinis SL^2G 12 iocundum L^2SGMb 15 peccoris S pecorum C 18 summa// C 20 in *om. b* 23 sensu|igustantis C 25 compogem L 26 dirumpat b 27 ingruentiam L

cotidiana esca nostra est, si accipiter sumat, extinguitur, et nos, si helleborum, quo pecora pleraque uescuntur; cuius tamen herbae adhibendae quidam modus etiam medicamentum est. quod si sciret aut consideraret Faustus, non utique uenenum et antidotum pro exemplo duarum naturarum mali et boni poneret, tamquam deus sit antidotum et hyle uenenum, cum eadem res eademque natura nunc congruenter, nunc incongruenter sumpta siue adhibita uel prosit uel noceat. itaque secundum eorum fabulam potest dici deus eorum fuisse uenenum genti tenebrarum, cuius corpora tam firma ita corrupit, ut infirmissima redderet; sed quia et lux ipsa capta, obpressa, corrupta est, inuicem sibi uenenum fuerunt.

14. Cur non ergo haec aut duo bona dicitis aut duo mala, uel magis et duo bona et duo mala, duo bona apud se, duo mala in alterutrum? postea, si opus fuerit, quaeremus, quid horum sit melius aut peius . interim quia duo bona erant apud se, ita consideratur. regnabat deus in terra sua, regnabat et hyle in sua; sanitas regnantium et ibi et hic; copia fructuum et ibi et hic; fecunditas prolis utrobique; suauitas propriarum uoluptatum apud utrosque. sed illa gens, inquiunt, excepto eo, quod uicinae luci mala erat, et apud se ipsam mala erat. interim bona eius multa iam dixi; si et uos mala eius potueritis ostendere, erunt duo regna bona, sed illud melius, ubi nullum erat malum . quaenam ergo huius mala dicitis fuisse? uastabant se, inquit, inuicem laedebant, occidebant, absumebant. si ad hoc solum ibi uacaretur, quomodo ibi tanta agmina gignerentur, nutrirentur, perficerentur? erat

1 cottidiana *LS* 2 elleuorum S^1L^1G elleborum S^2Cb peccora *S* pleraque *om. b* uescebantur *b* cui *b* 5 uenum M^1 7 eadē res (dē res *in ras.*) *C* 8 prossit *C* 9 dš (š *in ras.*) *C* 10 gente L^1 11 oppressa *L* 12 uenum *L* fuerint *b* 13 hec *C* 14 uel—mala *om. LPSGb* apuτ *P* doo (*s. pr.* o *a m.* 1 v) *L* 15 altu*trum *S* interutrum *P* inter utrumque *b* quaerimus L^1 queremus *C* 17 considerabatur *b* 19 fructum $L^1M^1P^1S^1CG$ fęcunditas *C* utrubique (*sup.* u *a m.* 1 o) *C* sauitas *S* 24 quenam *C* 25 inquiunt (*corr. m. 2*) *L* 26 adsumebant L^1

ibi ergo et quies et pax. uerumtamen fateamur illud fuisse melius regnum, ubi nulla discordia; duo tamen bona ista multo adcommodatius dixerim quam unum bonum et alterum malum. ut illud sit melius, ubi nec singuli sibimet ipsis nocebant nec inuicem; hoc autem inferius bonum, ubi quamuis inuicem aduersarentur, unumquodque tamen animal suam salutem, incolumitatem naturamque tuebatur. uerumtamen deo uestro ille saltem princeps tenebrarum non ita longo interuallo conparari potest, cui nemo resistebat, cui regnanti cuncta seruierunt, quem contionantem cuncta secuta sunt; quod sine magna pace atque concordia fieri non posset. ibi enim sunt regna felicia, ubi omnium pleno consensu regibus oboeditur. huc accedit, quia illi principi non tantum sui generis, id est bipedes, quos parentes hominum dicitis, sed etiam cuncta animalium ceterorum genera subdita erant et ad nutum eius conuertebantur faciendo, quod iussisset, credendo, quod suasisset. haec dicentes usque adeo putatis surda hominum corda, ut expectent a uobis deum alterum nominari, quem uident plane aperteque describi. si enim principis huius uires hoc poterant, magna potentia; si honor, magna claritas; si amor, magna concordia; si timor, magna disciplina. in his omnibus bonis si erant aliqua mala, num ideo iam mali natura dicenda est nisi ab eis, qui nesciunt, quid loquantur? porro, si propterea mali naturam putatis, quia non solum in alteram naturam mala erat, sed etiam in se ipsa habebat malum, nullumne malum esse arbitramini duram necessitatem, quam patiebatur deus uester ante commixtionem naturae contrariae, ut cum ea bellare et in eius fauces sic obprimenda membra sua mittere cogeretur, ut non posset tota purgari? ecce erat et in ipsa magnum malum, antequam ei misceretur,

3 accomodatius (us *corr. ex* is) *S* 4 singuli (e *mut. in* i) *C* 7 incolomitatem *L* incolumitatem (rate *in ras.*) *C* 8 saltim *L* 10 concionantem *MG* 14 /bipedes (i *in ras.*) *S* ///bipedes *G* 18 *post* alterum spat. *duor. uocab. uac. rel.*) *C* 19 planeque *b* aperte *om. b* 20 honore—amore *b* 21 timore *b* 25 altera natura *b* ipsam *LSM* 26 nullumnec *LSGb* 27 commixtionem (x *s. l.*) *C* 29 possit *Pb*

quod solum dicitis malum. aut enim laedi et corrumpi non poterat a gente tenebrarum et propria stultitia patiebatur illam necessitatem, aut, si poterat corrumpi eius substantia, non colitis deum incorruptibilem, qualem apostolus praedicat. quid ergo? et ipsa corruptibilitas, qua quidem nondum corrumpebatur illa natura, sed tamen ab alia corrumpi poterat, non uobis in deo uestro uidetur malum?

15. Illud etiam quis non uideat, quod aut praescientia ibi non erat — ubi uestrum est iam cogitare, utrum nullum uitium dei sit carere praescientia et quid inmineat omnino nescire — aut, si erat ibi praescientia, securitas ibi esse non poterat, sed aeternus timor; et hoc quantum malum sit, certe agnoscitis. an non timebat, ne iam iamque adueniret tempus, quo membra eius ita uastarentur et inquinarentur in illo proelio, ut uix cum tanto labore, nec tamen tota liberarentur atque mundarentur? sed si ad ipsum hoc non pertinebat, quod quidem cernitis quam dure dicatur, certe ipsa membra eius, quae hic tanta mala passura erant, nempe metuebant. an hoc futurum ipsa nesciebant? ergo qualicumque parti substantiae dei uestri defuit utique praescientia. numerate mala in summo uestro bono. an ideo non timebant, quia suam consecuturam liberationem ac triumphum pariter praeuidebant? certe uel pro sociis timebant, quos aeternis in illo globo uinculis a suo regno nouerant alienandos.

16. An ibi caritas non erat, ut nulla esset fraterna compassio pro his utique, quorum peccato nullo praecedente inpendebant aeterna subplicia? quid? illae ipsae animae in

4 cf. Tim. 1, 17

5 quā (~ *add. m. 3*) *P* quia *SG* 6 ab alio *C* 8 prescientia *LC* 10 dī (*s. l. m.* 1) *L* prescientia *C* et—praescientia (*in mg. add.*) *S* 11 si *om. b* esse *om. b* 13 timebit G^1 timebat (a *in ras.*) *SG* 15 tanta (*m.* 1 *corr. in* tota) *C* liberentur *LCPG*^{1}*Mb* 16 mundentur *LCS*^{1}*MG*^{1}*b* 17 durae *LS*^{1}*MG* 20 deffuit *C* 21 svmmo (*m.* 1 *corr. ex* somno) *C* 22 praeuidebant (e *ante* a *s. l. m.* 1) *L* 23 timebāt (~ *add. m.* 2) *L* 25 karitas *C* 27 supplicia (*sec.* p *s. l.*) *C* ille *S*

globo ligandae nonne et ipsae membra dei uestri erant? nonne unum genus et una substantia est? ipsae saltem praescientes futurum sempiternum uinculum suum nempe timebant, nempe maerebant. aut si ipsae hoc futurum nesciebant, pars dei uestri prouida erat, pars inprouida quomodo ergo una eademque substantia? cum ergo tanta mala et ibi fuerint, antequam esset alieni mali commixtio, quid de illo tamquam puro et simplici et summo bono gloriamini? ergo etiam apud semet ipsas istas duas naturas aut duo bona aut duo mala fateri cogimini. concedimus uobis, si duo mala dixeritis, ut quod uolueritis horum peius dicatis; si autem duo bona, quodlibet horum dicite melius, erit postea diligentior consideratio, dum tamen uester error ille tollatur, quo dicitis duo principia duarum naturarum, bonae et malae, et plane duos deos, unum bonum et alterum malum. iam uero si propterea malum est aliquid, quod alteri nocet, inuicem sibi ista nocuerunt, fuerit una pars inprobior, quia prior adpetiuit alienum. una ergo malum inferre uoluit, altera malum pro malo retribuit, et non lege talionis tamquam oculum pro oculo, quod inprudenter et inpudenter reprehendere soletis, sed multo grauius. eligite ergo, quam peiorem dicatis, quae prior nocere uoluit, an quae amplius nocere et uoluit et potuit. ista enim pro modo suo luce perfrui concupiuit, illa eam funditus eradicauit. ista si, quod adpetiuit, inplesset, sibi certe nihil obfuisset; illa uero ut hostilem aduersitatem penitus euerteret, etiam suae parti grauiter nocuit. sicut est illa notissima et quarundam litterarum memoriae commendata furiosa sententia: pereant amici, dum inimici una intercidant. missa est

19 cf. Ex. 21, 24 28 Cic. p. Deiot. 9, 25

1 ipse *S* ipsę (, *add. m. 2*) *L* 2 ipse *S* saltim *L* 4 mẹrebant *LSG* ipsę (, *add. m. 2*) *L* 5 prouid L^1 prouiderat *b* inprouida *M* (*in mg. m. 3* remanebat) 7 comixtio (xτ *in ras.*) *C* 12 melius dicite *b* 13 quo] quod *L* 17 inpuior L^1 improbior (b *corr. ex* p) *C* 18 inferre malum *C* 20 inprudenter] imp*udenter *Pb* et inpudenter *om. M* et imprudenter *Pb* reꝑhendere *L* 24 implesset *LSG* 27 quarumdam *C*

enim ad inexpiabilem contaminationem pars dei, ut esset, unde tegeretur globus, quo in aeternum hostis uiuus sepeliendus est; tantum enim timebitur et uictus, tantum terrebit inclusus, ut sempiterna miseria partis dei cetero deo tribuat qualemcumque securitatem. o magna innocentia bonitatis! ecce faciet et deus uester, unde tenebrarum gentem horribiliter accusatis, quod et suis noceat et alienis. id ipsum omnino in deo uestro arguit ille globus extremus, quo et hostis includitur et ciuis adfligitur; immo uero superat in amplius nocendo et alienis et suis pars illa, quam dicitis deum. hyle quippe non eradicare alienum regnum uoluit, sed tenere; suos autem quosdam etsi ab aliis suis quibusdam consumendo interimebat, in alias tamen formas denuo commutabat, ut moriendo et renascendo saltem per interualla temporum suae uitae laetitia fruerentur; deus autem, qualem omnipotentem optimumque describitis, in aeternum et alienos eradicat et suos damnat; et quod mirabiliore dementia creditur, hyle animalia sua laedit in pugna sua, deus membra sua punit in uictoria sua. quid est, uani homines? nempe recordamini uerba Fausti de deo tamquam de antidoto et hyle tamquam ueneno; ecce plus nocet uestrum antidotum quam uenenum. numquid hyle tam horrendo globo in aeternum uel deum includeret uel sua uiscera adfigeret? et quod sceleratius est, calumniatur eisdem reliquiis, ne defecisse uideatur, quod eas purgare non potuit. dicit enim Manichaeus in epistula Fundamenti ideo dignas illas animas fieri tali subplicio, quod errare se a priore lucida sua natura passae sunt et inimicae lumini sancto exstiterunt, cum eas in illum errorem, quo ita tenebrarentur, ut inimica luci lux fieret, ipse miserit: si inuitas, iniustus, ut cogeret; si uolentes, ingratus,

4 dei] de *b* 6 et *om. SG* 13 interimæbat *S* 14 saltim *L* 16 obtimumque *GMS*[1] 18 ledit *LGS* 20 fasti *S* 21 hile *L* 23 affligeret *C* 24 sceleratius (l *in ras.*) *L* 24 reliquis *LPMGSb* deficisse *L*[1]*PSGM*[1] 25 manicheus *LC* 26 ɾali (li *s. l. m. 1 add.*) *C* 28 inimice *L* exstiterunt (x *m. rec. add.*) *C* 29 quod *b* 30 inuitas (ɾ *m. rec. interp.*) *C*

ut damnet. quae se futuras inimicas origini suae si praescire potuerunt, et ante bellum timore cruciatae et in bello inexpiabiliter maculatae et post bellum in aeternum damnatae. numquam beatae; si autem praescire non potuerunt. et ante bellum inprouidae et in bello inualidae et post bellum miserae, numquam diuinae. et utique quod ipsae. hoc deus secundum unitatem substantiae. putamusne. respicitis, quam inmaniter blasphematis? et tamen aliquando uolentes quasi defendere bonitatem dei etiam ipsi hyle praestare dicitis aliquid boni, ut inclusa in semet ipsa non saeuiat. habebit ergo aliquid boni, cum ei nullum mixtum erit bonum? an forte sicut deus ante bellum sine commixtione mali habebat necessitatis malum, ita hyle post bellum sine commixtione boni habebit commixtionis bonum? dicite ergo duo mala, sed unum altero peius; aut duo non summa bona, sed unum altero melius, ita sane, ut quod est melius hoc dicatis miserius; nam si illius tanti belli hic erit exitus, ut separata hyle a propria uastatione et dei membris adfixis in globo aliquid boni praestetur hostibus et tantum mali infligatur ciuibus, cogitate, quis uicerit. sed uidelicet uenenum est hyle, quae formare, firmare, nutrire, uegetare ualuit animalia sua; et antidotum deus, qui damnare potuit, quia sanare non potuit membra sua. insani, nec illa est hyle, nec ille deus. sic delirent, qui sanam doctrinam non sustinentes ad fabulas conuertuntur.

24 II Tim. 4, 3

1 origine (*sup.* e i *m.* 1) *L* 4 beatae] dānatę *b* 6 et *om. C* ipse *Lb* hoc est deus (est *s. l.*) *M* secum *C* 7 substantiae (*in mg. add.* ñ erat) *M* putamus: nec *sqq. b* nerespicitis *G* immaniter *L* 9 hylei *S* prestare *L* 10 ipso *SG* ipsam *b* non *om. b* seuiat (*in marg.*: sentiat) *SG* seuiat *LC* inseuit (*pro* ñ seuiat) *P* 12 habebaṇt L^2 13 comixtione *C* commixtionis] cessationis *C* 14 dicite] dicit *SG* 17 exitus (x *in ras.*) *C* melius exitus *b* 18 affixis *L* prestetur *L* 21 uegitare *L* antidotus *SG* 22 quia] qui *M* insanę *C* insani. nec. *sqq. b* 23 delerant P^1 delira (a?) nt *C* delyrāt *b*

LIBER ALTER ET UICESIMUS.

1. FAUSTUS dixit: Cur legem blasphematis et prophetas? minime quidem nos hostes sumus aut inimici legis ac prophetarum, sed nec ullius omnino, adeo ut, si modo per ipsos uos liceat, simus parati fateri falsa illa omnia esse, quae de eis scripta sunt et quorum causa uidentur nobis exosi. sed enim uos repugnatis et scriptoribus adsentiendo uestris in crimen forsitan prophetas innocentes adducitis, infamatis patriarchas, dedecoratis et legem atque, quod sit stultius, uultis et scriptores uestros non esse mendaces et eos tamen religiosos ac sanctos, quorum hi flagitia et turpes conscripserint uitas. quod quia utrumque pariter constare non potest, oportet enim aut hos fuisse malos, aut illos mendaces et falsos.

2. Age, si libet, adsensu communi scriptoribus damnatis defensionem suscipiamus legis et prophetarum. legem autem nunc dico ego non circumcisionem nec sabbata et sacrificia ceteraque huiusmodi Iudaeorum, sed eam, quae uere sit lex, id est: non occides, non moechaberis, non peiurabis et cetera. cui quia olim diffamatae in gentibus, id est ex quo mundi huius creatura consistit, Hebraeorum scriptores inruentes

18 Ex. 15, 13 sqq.

2 AVRELI AVGVSTINI ADVERSVS || FAVSTVM MANICHEVM VOLVMEN PRIMVM || explicit INCPT ADVERSVS EVM VEL ADVERSVS EIVS (*om. M*) HERESEM DE VITA PATRIARCHAR̃ || VOLVMEN SECVNDVM FELICITER || DŌ GRATIAS AMEN *fol.* 96 *b L p.* 94 *b M* AVRELI (aurelii *C*) AVGVSTINI (V *pr. add. m. ant.*) ADVERSVS FAVSTVM MANICHEVM VOLVMEN PRIMVM EXPLIC. INCIPIT ADVERSVS EVM (eundem *S*) VEL ADVERSVS EIVS HERESEM (heresim *S* heresen *C*) DE VITA PATRIARCHARVM UOLVMEN SECVNDV̄ (feliciter *P*) D̄O GRATIAS AMEN *fol.* 122 *a* (*litt. rubric*) *P fol.* 83 *b C p* 170 *G p.* 246 *S cap.* XLIII *LPSMG* 4 ut (*s. l. m.* 1) *C* 5 ō **liceat (li *er.*) *C* simus (i *in ras. corr. ex* u) *C* 7 adsentiendo C^1 script. uestris *C* 10 mandaces *S* 11 et& *L* 14 libetas sensu *P* comuni *C* 16 sacriffitia *C* 17 iudeorum *C* 18 moechaueris M^1 mechaberis *CP* peierabis *M* periurabis *SGP* 20 creatura (m *er.*) *L*

tamquam lepram ac scabiem abominanda haec sua et turpissima praecepta commiscuerunt, quae ad peritomen spectant et sacrificia, age, si es certo et tu amicus legis, damna eos mecum, qui hanc uiolare ausi sunt hac commixtione inconuenientium eidem praeceptorum: quae praecepta nisi et uos legem non esse sciretis, nec legis partem utique aut eadem seruare niteremini professi iustitiam, aut uōs coram fateremini esse non iustos. nunc uero et de illis, quae scelera prohibent mandatis, sollicita uobis est cura recte uolentibus uiuere, et de his, quae pertinent ad Iudaeos, nulla fit mentio: quod quatenus excusatum uobis erit, nisi eadem legem non esse constiterit? denique si, sicut incenderis intolerabile conuicium iudicans, si quis te neglegentem praecepti huius appellet, quo dictum est: non occides uel non moechaberis, ita etiam exardesceres, si quis te et incircumcisum uocaret et neglegentem sabbati, erat intellegi procul dubio, quod esset utrumque lex et dei mandatum; nunc uero et de illis superioribus laudem quaeris et gloriam, si ea conserues, et de his nullam eiusdem boni iacturam metuis, quia contemnis. quare constat haec, ut dixi, non esse legem, sed legis potius maculas et scabiem: quae si damnantur a nobis, damnantur uti falsa, non ut legitima. nec tangit conuicium hoc legem nec legis auctorem deum, sed eos, qui hunc et illam nefariis suis religionibus inscripserunt. ut autem interdum legis nos reuerendum nomen, cum Iudaica praecepta persequimur, lacessamus, uestro fit uitio, qui inter Hebraicas institutiones et legem nullum

2 praec.] facta *C* 3 pro certo *SG*^{2} 4 hac *om. LMb* ac *SG* commixtione (m *er.*) *SLMG* commixtionē *b* 5 praeceptorom *G*^{1} praeceptorū (m *er.*) *L* 8 iniustos *b* 10 iudeos *C* 12 si sicut *scripsi:* sicut *GLSPMb* siut *C* intollerabile *C* conuitium *C* 13 (et 16) negligentem (*s. exp.* e *a m. 2* i) *C* huus *C* 16 intelligi *C*^{2} quod sabbati erat: intellige *b* — 18 eam *b* 19 contempnas *P*, (p *s. l. a m.* 1) *C* condemnas (d *corr. ex* t) *M* 21 dampnantur (*bis*) *C* a nobis damnantur *om. SG* uti (ti *in ras.*) *C* ut *b* 23 et hunc *C* 24 inscribserunt *L* 25 lacessimus *M*^{1} 26 hebraeicas *L* haebraicas *SG*

uultis esse discrimen; alioquin reddite legi propriam dignitatem, Israheliticas ab eadem turpitudines tamquam uerrucas incidite, deformationis eius crimen scriptoribus inputate, et statim uidebitis nos Iudaismi inimicos fuisse, non legis. nomen est, quod uos decipit, quia cui iure debeat adscribi, non nostis.

3. Ad haec et prophetas ac patriarchas uestros cur nos blasphemare existimetis, ego non uideo. nam si a nobis scripta haec dictataue fuissent, quae idem commisisse leguntur, esset uestra haec in nos non inrationabilis accusatio; ubi uero aut ab ipsis eadem scripta sunt contra honestatis morem de uitiis captantibus gloriam aut ab eorum sociis ac paribus, nostra quae istic culpa est? damnamus enim detestati actus iniquos, quos ultro de se nec interrogati confessi sunt rei; aut si haec per inuidiam scriptorum aduersus eos malignitas finxit, puniantur scriptores, damnentur eorum libri, purgetur propheticum nomen indigna fama, grauitati atque censurae suae patriarcharum reddatur auctoritas.

4. Et sane fieri potuit, ut quemadmodum de deo inpudenter idem tanta finxerunt, nunc eum in tenebris ex aeterno uersatum dicentes et postea miratum cum uidisset lucem, nunc ignarum futuri, ut praeceptum illud, quod non esset seruaturus Adam, ei mandaret, nunc et inprouidum, ut eum latentem in angulo paradisi post nuditatem cognitam uidere non posset, nunc et inuidum ac timentem, ne, si gustaret homo suus de ligno uitae, in aeternum uiueret, nunc alias et adpetentem sanguinis atque adipis ex omni genere sacrificiorum zelantemque, si et aliis eadem offerrentur ut sibi, et nunc irascentem

1 dignitatẽ (~ *add. m. 2*) *L* 2 israheliticas (h *s. l.*) *SG* 4 iudais*mi *S* iudaissimi *G* 5 iurae *SG* iurae *LM* abscribi *L* a/sscribi (d *er.*) *M* adscribi *C* nostris *SG* 7 existima&is *SG* existima&is *M* 8 ẽ& C^1 10 ///morem *C* 11 sociis (c *in ras.*) *C* 12 quae ẹst culpa est *SG* iniquos (ini *in ras.*) *C* 14 aduersos S^1 15 damnẹntur *S* prophetiarum *b* 16 nomen *om. b* patriarhcharum (*alt.* h *s. l.*) *C* 18 quemammodum *SG* 19 postea uersatum dicentes miratum *sqq. b* 21 ignarum /// (*ras. un. uoc.*) *L* illud *s. l. C* 25 alia *C* adpetentem C^1 27 offerentur $LSGP^1b$

in alienos, nunc et in suos, nunc perimentem milia hominum ob leuia quidem aut nulla commissa, nunc etiam comminantem uenturum se fore cum gladio et parciturum nemini, non iusto, non peccatori: fieri, inquam, potuit, ut et de dei hominibus mentirentur, qui de deo ipso tanta proteruitate mentiti sunt. sed uos consentite nobiscum, ut portent scriptores crimen, si uultis eodem liberari prophetas.

5. Alioquin neque illa nos de Abraham scripsimus, quod habendae prolis insana flagrans cupidine et deo, qui id iam sibi de Sara coniuge promiserat, minime credens cum pelice uolutatus sit sub conscientia — quo sit inhonestius — uxoris: nec quod matrimonii sui infamissimus nundinator idem auaritiae ac uentris causa duobus regibus, Abimelech et Pharaoni, diuersis temporibus memoratam Saram coniugem suam sororem mentitus, quia erat pulcherrima, in concubitum uenditauit; nec quod Loth ipsius frater de Sodoma liberatus cum duabus filiabus suis in monte concubuit — qui honestius arsisset in Sodoma ictu fulminis quam in monte flagrauit inconcessae libidinis flamma — sed nec quod Isaac eadem patri suo gessit ac paria erga Rebeccam coniugem suam fingens et ipse eam sororem, quo per ipsam uiueret turpiter; nec quod Iacob filius eius inter Rachel et Liam duas germanas sorores earumque singulas famulas quattuor uxorum maritus tamquam hircus errauerit, ut esset cotidie inter quattuor scorta certamen, quaenam eum uenientem de agro prior ad concubitum raperet.

11 cf. Gen. 16, 2 sqq. 14 cf. Gen. 20, 2; 12, 13 17 cf. Gen. 19, 33 et 35 20 cf. Gen. 26, 7

1 in suos] suos *L* perhimentem (h *s. l. m. 1 add.*) *C* 2 cŏminitantem *C* 3 se] si *b* forte *LSGb* for*e (τ *er.*) *M* 9 fragans M^1 quid *M* q*id (u *er.*) *C* 10 sarra *LG* sarra *CS* uxore *b* 11 conscientia (e *corr.* ex æ) *S* quo *ed. Maurina:* quod *lib. b* 12 infamosissimus *b* 13 abimælech *C* 14 sarram *L* 15 concubitu *Lb* uendicauit *b* 17 arsisset] misisset *LP* mansisset *b* 18 sodoma et *P* ictu *om. GSb* et fulminibus *b* flagrauit P^1 inconcesse *L* 19 isaac (i *paene euan.*) *L* 20 pa ria *S* 23 quatuor *G* qua/τuor (τ *er.*) *C* hyrcus *LS* 24 cottidie *LS*

interdumque etiam mercedibus in noctem ab inuicem conducerent eum; item quod Iudas filius eius cum Thamar nuru sua dormierit post unius et alterius nuptias filii deceptus, ut aiunt, prostitutionis habitu, in quem se transformauerat eadem, quae socerum suum bene nosset cum hoc genere feminarum semper habuisse commercium; nec quod Dauid post tot numero uxores mulierculam quoque Uriae militis sui moechatus sit ipsumque perdiderit in bello; nec quod Salomon filius eius trecentas uxores et septingentas concubinas habuerit et regum filias sine numero; nec quod Osee prophetarum primus de fornicaria muliere filios fecerit — cui turpitudini, quo sit deterius, ascribitur et consilium dei — sed nec illud, quod Moyses homicidium fecerit, quod spoliauerit Aegyptum, quod bella gesserit, quod crudelia multa et mandarit et fecerit, quod ne ipse quidem uno contentus matrimonio fuerit: haec, inquam, et horum similia, quae in diuersis eorum habentur libris, nihil a nobis scriptum, nihil dictatum est; sed aut scriptorum uestrorum ista commenta sunt falsa aut patrum crimina uera. uos utrum uultis eligite; nam nos aut hos aut illos pariter detestari necesse est, quia tam malos et turpes odimus quam mendaces.

6. AUGUSTINUS respondit: Nec sacramenta legis intellegitis nec facta prophetarum, quia neque sanctitatem neque iusti-

1 cf. Gen. 24 et 30 4 cf. Gen. 38 8 cf. II Reg. 11, 1 sqq. 10 cf. III Reg. 11, 1 sqq. 12 cf. Osee 1, 2 sq. 13 cf. Ex. 2, 12 cf. Ex. 12, 35 sq. 14 cf. Ex. 17, 9 sqq.

1 in noctem] innocētem *b* 2 cū // (m *er.*) *C* nura S^1G 3 dormiret *b* nubtias *LM* filiis *Sb* ut (*spat. 12 litt. uac. rel.*) pstitutionis (*in mg.* signo r *adp.*) *SG* 4 prostitutiones habitu *P* ademq' *LSGCPb* eademq/// (uae *er.*) *M* 5 nosse *SG* hoc] omni *b* hoc (*spat. circa 8 litt uac. rel.*) feminarum (*signo r in marg. adp.*) *SG* 6 commertium *C* q*d̄ (u *er.*) *C* numerū *b* 7 uri *L* unius *b* moechatus (o *add. m. 2*) *C* 9 et *om. Pb* et septingentas *om. SG* 10 oseae *L* 11 quo] quod *LCPSGMb* 12 asscribitur *SG* 13 mo*ses (y *er.*) *S* *alt.* quod C^2 14 mandar& *SGMLb* 17 et nihil dictatum (ta *s. l.*) *C* 20 detestari (i *sup.* e *a m. 1*) *C* 22 *cap.* XLIIII *LPSGM* Agustinus *L* intellegitis C^1

tiam cogitare nostis. sed de praeceptis et sacramentis ueteris testamenti saepe ac multa iam diximus, ut intellegeretur aliud ibi fuisse, quod per gratiam noui testamenti faciendo donaretur inplendum, aliud, quod per ueritatem patefactam remouendo demonstraretur inpletum: cum dei et proximi dilectione susciperetur legis perficienda praeceptio, circumcisionis autem atque aliorum illius temporis sacramentorum cessatione ostenderetur legis persoluta promissio. praeceptum quippe reos faciebat ad desiderandam salutem, promissum autem figuras celebrabat ad expectandum saluatorem, ut per aduentum noui testamenti illos liberaret gratia donata, illas auferret ueritas reddita. ipsa enim lex, quae per Moysen data est, gratia et ueritas per Iesum Christum facta est: gratia scilicet, ut data indulgentia peccatorum, quod praeceptum erat, ex dei dono custodiretur, ueritas autem, ut ablata obseruatione umbrarum, quod promissum erat, ex dei fide praesentaretur.

7. Proinde isti, qui ea, quae non intellegunt, reprehendentes lepram uel scabiem seu uerrucas legis esse dicunt promissiuas figuras sacramentorum, similes sunt hominibus, quibus displicent ea, quorum non capiunt utilitatem; uelut si surdus uidens moueri labia loquentium, tamquam superfluos oris motus deformesque reprehenderet; uel si quisquam caecus laudata sibi aliqua domo uellet palpando probare, quod dicitur, et parietum leuitatem manu pertractans in fenestras inrueret easque uelut inconuenientes illi aequalitati redargueret cauernasque ruinosas putaret.

8. Iam uero facta prophetarum etiam ipsa prophetica et mystica fuisse, quid agam, ut intellegant, quorum mentes

13 cf. Ioh. 1, 17

1 preceptis *LCS* 2 intellegeretur C^1 5 et (*in ras.*) *C* 7 cessationem *LS* cessationem *GM* 8 reos (r *s. l. add. m. 2*) *L* 9 salutem *C* 12 lex *s. l. C* grā et (et *in ras.*) *C* 16 praesentaretur (i *er.*) *M* 17 proinde (in *in ras.*) *L* qui ea] quia *L* intellegunt C^1 reprehendentes *L* rephendentes *C* 20 ueluti *SMG* 21 superfluo *GSb* superfluos (s *fin. s. l. add. m. 2*) *L* 22 rephenderet *LC* 24 lenitatem *lib. b:* leuitatem *ed. Maurina* 28 mistica *L* intellegant C^1

uanitas occupauit, ita ut putent credi a nobis etiam ipsum deum aliquando in tenebris esse uersatum, quia scriptum est: tenebrae erant super abyssum, tamquam nos abyssum dicamus deum, ubi tenebrae erant, quia lux ibi non erat, antequam deus uerbo faceret lucem? sed quia non distingunt inter lucem, quod est ipse deus, et lucem, quam fecit deus, ideo putant esse consequens, ut in tenebris ipse fuerit, antequam faceret lucem, cum tenebrae essent super abyssum, antequam diceret: fiat lux, et facta est lux. sicut enim in nouo testamento utrumque de illo dicitur — nam et: deus lux est et tenebrae in eo non sunt ullae ibi legimus et: deus, qui dixit de tenebris lumen clarescere, claruit in cordibus nostris itidem ibi legimus — sic et in illis ueteribus libris et: candor est lucis aeternae dictum est de sapientia dei, quae utique facta non est, quia per illam facta sunt omnia, et de luce quadam, quae non nisi per illam fieri potest, hoc modo ibi dicitur: tu inluminabis lucernam meam, domine; deus meus inluminabis tenebras meas. sicut et ab initio, cum tenebrae essent super abyssum, dixit deus: fiat lux, et facta est lux; quam non fecisset nisi lucifica lux, quod est deus.

9. Sicut enim sibi sufficit ad aeternam beatitudinem et ex hac abundat ad faciendos beatos, ita sibi sufficit ad aeternam lucem et ex hac abundat ad faciendos inluminatos, nullius bonum cupiens, cum ipso fruatur omnis uoluntas bona, nullius malum timens, cum ipso deseratur omnis uoluntas mala, quia nec auget eum, qui eius dono beatus est, nec terret eum, qui eius iudicio miser est. talem deum, Manichaei, non

3 Gen. 1, 2 9 Gen. 1, 3 10 I Ioh. 1, 5 12 II Cor. 4, 6 14 Sap. 7, 26 16 Ioh. 1, 4 17 Ps. 17, 29

5 distingvunt M^2 6 inter luce *L* 9 et facta est lux (*exp. m. 1*) *C* 11 non sunt in eo ullę *b* 12 de (*s. l. m. 2*) *M*, *om. L* 13 itidem] et idem *LPSGM*^{1}*b* et item (t *s. exp.* d *a m. 2*) *M* 15 sapientiae *S* sapientia (e *er.*) *GM* que *C* 20 fiat (i *in ras.*) *L* 23 beatos—faciendos (*in mg. m. 1 adscr.*) *C*, *om. b* 24 habundat *C* 25 uolumtas *C* 28 manichei *LC*

colitis; longe ab illo facti estis, dum phantasmata uestra sectamini, quae cor uestrum uanum et uagum lucem istam caelestium corporum per carnis oculos hauriens uobis multiplici fictione dilatauit atque uariauit. lux ista, quamuis et ipsam deus fecerit, longe inconparabilis est etiam illi luci, quam fecit deus in mentibus piorum, quas a tenebris lucificat, sicut ab inpietate iustificat, quanto magis illi inaccessibili, quae ista omnia facit! nec omnibus inaccessibilis est; beati enim mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt. deus autem lux est, et tenebrae in eo non sunt ullae; inpii uero non uidebunt lumen, sicut dicit Esaias. talibus ergo est inaccessibilis illa lucifica lux, quae non solum illam spiritalem lucem in sanctorum mentibus, sed etiam istam corporalem fecit, non ad quam prohibeat accedere malos, sed quam facit oriri super bonos et malos.

10. Cum ergo essent tenebrae super abyssum, ille, qui erat lux, dixit: fiat lux. quae lux lucem fecerit, manifestum est; manifeste enim positum est: dixit deus. quam tamen lucem fecerit, non ita manifestum est: utrum illam, quae in mentibus angelorum est, id est ipsos tunc spiritus rationales deus fecerit, an corporalem quandam lucem. remotam etiam ipsam ab aspectibus nostris in sublimibus huius mundi locis, inter studiosos diuinarum scripturarum concorditer disputatur. quarto enim die fecit ista conspicua caeli luminaria. quae rursus utrum simul cum sua luce facta sint, an ex illa, quae iam facta erat, quodam modo accensa sit, similiter quaeritur. quaelibet sane lux facta sit, quando, cum essent tenebrae super abyssum, dixit deus: fiat lux, creatam tamen lucem

8 Matth. 5, 8 11 Es. 59, 9 sq. 15 cf. Matth. 5, 45

3 auriens *L* 4 dilatabit *LM*^{1} dilatauit (u *corr. ex b m. 2*) *M* 5 fecerat *S*^{1}*G* 7 inaccensibiliquę *C* 8 in omnibus *SG* inaccessibiles *C* 9 mundocordes *C* mundicordes *SMG* 11 esaias *C*^{1} 14 prohibe/at *S* fecit *S*^{1}*CGM* 17 que *C* 18 dixit autem *SG* 19 mentibus (e *in* i *corr. m. 1*) *L* 21 ipsam *om. L* 23 et inter *S* (et *s. l.*) *G* 24 luminaria cęli *b* 25 que *C* 26 quod ammodo *C*

a creatrice luce factam esse non dubitat, quisquis sanctas litteras pie legendo fit dignus, qui intellegat.

11. Nec ideo putandus est deus, antequam faceret lucem, in tenebris habitasse, quia spiritus dei superferebatur super aquas, cum praedictum fuisset: tenebrae erant super abyssum. abyssus namque est aquarum inaestimabilis profunditas. unde potest occurrere carnali prudentiae, uelut in his tenebris, quae erant super abyssum, habitauerit spiritus dei, de quo dictum est: ferebatur super aquas, non intellegenti, quemadmodum lux luceat in tenebris et tenebrae eam non conprehendant, nisi per dei uerbum fiat lux et dicatur eis: fuistis enim aliquando tenebrae; nunc autem lux in domino. quodsi rationales mentes per uoluntatem inpiam tenebrosae lucem sapientiae dei nusquam absentem conprehendere non possunt, quod ab ea longe sint adfectu, non loco, quid mirum, si spiritus dei, qui superferebatur super aquas, superferebatur etiam super aquarum tenebras, inconparabili quidem longinquitate, sed substantiae, non locorum?

12. Scio quidem istis quam surdis haec cantem; nec tamen despero, quod cantici mei ueritas inuentura sit aurem suam, quam dominus aperuerit, a quo sunt uera, quae dicimus. istos autem quales diuinarum scripturarum iudices patimur, quibus etiam displicet, quod deo placuerint opera sua, quem tamquam insolitam lucem miratum esse reprehendunt, quia scriptum est: et uidit deus lucem, quia bona est! adprobat enim opera sua, quia placent ei, quae fecit, et hoc est uidere, quia bona sunt. neque enim aliquid inuitus facere cogitur, ut quod ei non placet faciat, aut in aliquid faciendum inprudens labitur, ut factum esse displiceat. cur autem istis non displiceat, quod deus noster opus suum uidit, quia bonum

4 Gen. 1, 2 11 cf. Ioh. 1, 5 12 Ephes. 5, 8 25 Gen. 1, 4

4 superferæbatur *C* 6 inestima bilis *C* 11 prehendant *M* conphendant *L* fiant (n *s. l.*) *S* 12 enim *om. Pb* 14 conphendere *L* 15 sint (n *m. 1 superscr.*) *C* 18 longinquitate (m *er.*) *L* 21 aperuerit (e *ante* rit *in ras.*) *C* 29 quur *LC*

est, quandoquidem deus eorum cum membra sua mersit in tenebras, uelum contra se posuit? non enim quod fecit, uidit, quia bonum est; sed noluit uidere, quia malum est.

13. Miratum sane Faustus deum nostrum dixit, quod scriptum non est nec omnino est consequens, ut cum aliquis uidit, quia bonum est, etiam miratus dicatur. multa enim bona uidentes non miramur, tamquam praeter opinionem ita sint, sed tantummodo adprobamus, quod ita esse debuerint. uerumtamen ostendimus eis non in uetere testamento, cui malitiose calumniantur, sed in nouo, quod ut inperitos fallant accipiunt, deum esse miratum. Christum enim fatentur deum et hanc in laqueo suo uelut escam dulcissimam ponunt, qua Christo deditos capiant. deus ergo miratus est, cum Christus miratus est; sic enim scriptum est in euangelio, quod audita fide cuiusdam centurionis miratus est et ait discipulis suis: amen dico uobis, non inueni tantam fidem in Israhel. ecce nos ut potuimus, exposuimus „uidit deus quia bonum est" et melius fortassis exponunt ista meliores: exponant et isti, quare sit miratus Iesus, quod antequam fieret, praesciebat, et antequam audiret, utique nouerat. quamquam enim plurimum intersit, utrum uideat aliquis, quia bonum est, an etiam miretur, in hoc tamen est nonnulla similitudo, quia etiam Iesus lucem fidei miratus est, quam in corde illius centurionis ipse fecerat, qui est lumen uerum, quod inluminat omnem hominem uenientem in hunc mundum.

14. Quem posset certe aliquis inpius paganus ita calumniari et reprehendere in euangelio, sicut deum Faustus in uetere

15 Matth. 8, 10 25 cf. Ioh. 1, 9

3 sed—est *s. l. m. rec. C* 8 debuerat *C* debuerunt *b* 9 ueteri *b* 10 malitiosae *L* qd *corr. m. 2 L* ut *om. PSGMb* 11 deum *om. b* 12 uelut// ęscam *C* 14 euuangelio (u *m. 2 superscr.*) *C* audit afide *SG* 18 ista (a *corr. m. 1 ex* o) *C* 19 presciebat *S* 22 similitudo (li *s. l. a m. 1*) *S* 24 est uerum lumen *SG* uer. est lum. *M* 25 hunc (n *s. l.*) *C* 27 et *s. l. m. 2 M* repraehendere *L* ueteri *CLb*

testamento. diceret enim et ille inprouidum Christum non solum ex hoc, quod miratus est centurionis fidem, uerum etiam quod Iudam inter discipulos elegit, qui mandata eius non erat seruaturus, sicut reprehendit iste, cur praeceptum in paradiso datum fuerit homini non facturo. culparet etiam illud, quod scire non potuerit, quis eum tetigerit, quando tetigit fimbriam uestimenti eius, quae fluxum sanguinis patiebatur, sicut iste culpauit deum nescisse, ubi lateret Adam, credo quia dixerit: Adam, ubi es? sicut dixit Christus: quis me tetigit? dicēret et inuidum ac timentem, ne, si intrarent quinque aliae uirgines in regnum eius, uiuerent in aeternum; contra quas ita clausit, ut nec miserabiliter pulsantibus aperiret, uelut obliuiscens, quod ipse promiserat dicens: pulsate et aperietur uobis, sicut iste inuidiae timorisque arguit deum, quod ad uitam aeternam non admiserit peccatorem. diceret et adpetentem non pecudum, sed hominum sanguinem, quia dixit: qui perdiderit animam suam propter me, in uitam aeternam inueniet eam, sicut iste de sacrificiis animalium, quibus figuris promittebatur sacrificium sanguinis, quo redempti sumus, uoluit calumniari. reprehenderet et zelantem, quia cum ementes et uendentes de templo flagellando eiecisset, commemorauit euangelista de illo esse scriptum: zelus domus tuae comedit me, sicut iste accusauit zelantem deum, quod aliis sacrificari uetuisset. diceret irascentem in suos et in alienos: in suos quidem, quia dixit: seruus, qui scit uoluntatem domini sui et facit digna plagis, uapulabit multa; in alienos autem, quia dixit:

4 cf. Ioh. 6, 71 5 cf. Gen. 2, 16 sq.; 3, 6 9 Gen. 3, 9 Luc. 8, 44 sq. 12 cf. Matth. 25, 11 sq. 13 Matth. 7, 7 17 Matth. 10, 39 23 Ioh. 2, 15 sqq. 26 Luc. 12, 47

3 eligit LM^1 qui] quia SG 4 repraehendit L quur C 5 paradyso C 8 neściss& (*sup.* & *a m. 1* e) C 9 dixerat $CGSMb$ 11 alienae L 16 pecodum P 18 uita aeterna C 21 flagelándo CS 26 seruus—autem *(in ras.)* C non facit Cb, (non *add. m. 1*) P 27 uapulauit PSG multis b quia—uestris (*in mg. a m.* 1) C

si quis uos non receperit, excutite illis puluerem de calciamentis uestris; amen dico uobis, quia tolerabilius erit Sodomae in die iudicii quam illi ciuitati, sicut iste criminatur irascentem deum, nunc in alienos, nunc in suos, quos utrosque apostolus commemorat dicens: quicumque enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt; et quicumque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. diceret et trucidantem et effundentem multorum sanguinem ob leuia quidem uel nulla commissa. leue quippe aut nullum commissum pagano uideretur uel non habere in conuiuio nuptiarum uestem nuptialem, propter quod rex noster in euangelio iussit hominem ligatis manibus et pedibus proici in tenebras exteriores; uel nolle super se Christum regnare, propter quod peccatum ait: illos autem, qui noluerunt me regnare sibi, adducite et interficite coram me, sicut iste accusauit deum in uetere testamento, qui ei uisus est propter leuia uel nulla commissa hominum milia trucidare. iam uero illud, quod reprehendit Faustus minantem deum uenturum se esse cum gladio, quo non parceret nec iusto nec peccatori, quomodo paganus ille reprehenderet audiens apostolum Paulum dicere de deo nostro: quia filio proprio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, audiens et Petrum, cum de magnis tribulationibus sanctorum et interfectionibus loqueretur, ad tolerandum exhortantem et dicentem: tempus est, ut iudicium incipiat a domo domini; et si initium a nobis, qualis finis erit eis, qui non credunt domini euangelio? et si iustus quidem uix saluus erit, peccator et inpius ubi parebunt? quid enim iustius uno, cui tamen pater non pepercit? et quid euidentius, quod

1 Matth. 10, 14 sq. 5 Rom. 2, 12 13 cf. Matth. 22, 11 sqq. 14 Luc. 19, 27 21 Rom. 8, 32 25 I Petr. 4, 17 sq.

1 reciperit *SGM* 2 tollerabilius *C* 3 iuditii *C* ciuitate *(sup. e a m. 1* i) *C* 7 legem] lege *L* 16 ueteri *LCb* 17 *ante* uel nulla *eadem uocab. paene er.*) *C* 18 repraehendit *L* 25 iuditium *C* 26 inicium *C* 29 //unico *C*

nec iustis parcat emendans eos uarietate tribulationum, cum de hac aperte sit dictum: et si iustus uix saluus erit? non solum enim in uetere testamento scriptum est: quem enim diligit deus, corripit; flagellat autem omnem filium, quem recipit et: si bona percepimus de manu domini, mala quare non sustinemus? sed etiam in nouo: ego quem amo, arguo et castigo et illud: si enim nos ipsos diiudicaremus, a domino non iudicaremur; cum iudicamur autem, a domino corripimur, ne cum mundo damnemur. sed tamen si paganus in nouo testamento talia reprehenderet, qualia isti reprehendunt in uetere, nonne et ipsi ea defendenda susciperent? quod si facere possent, qua tandem uecordia hic talia reprehendunt, qualia ibi defendunt? si autem non possent, cur in uno tantum ac non potius in utroque testamento, quod non intellegentibus inpiis prauum uideretur, idem non intellegentibus piis rectum, sed tectum credi oportere concedunt?

15. An forte, quae de nouo testamento similia protulimus, ipsa quoque audent dicere falsa esse atque peruersa priuilegio illo suo diabolico, ut quicquid est in euangelio uel epistulis canonicis, quo adiuuari haeresim suam putent, id esse a Christo et apostolis dictum teneant atque suadeant, quicquid autem ex eisdem codicibus aduersus eos sonuerit, inmissum ab infalsatoribus ore inpudenti ac sacrilego non dubitent dicere? cui furori eorum auctoritatem omnium librorum extinguere atque abolere conanti iam supra, quantum suscepti operis ratio sinere uidebatur, non pauca respondi.

16. Nunc illud admoneo, ut cum insanas et sacrilegas

3 Prou. 3, 12 5 Ioh. 2, 10 7 Apoc. 3, 19 I Cor. 11, 31 sq.

1 iustis (i *s.* u *a m. 1*) *C* 3 ueteri *Lb* 4 omnē (ē *corr.* ex is *m. 1*) *L* 5 percipimus *L* 11 repraehenderet *et* repraeh. *L* ueteri *LCb* 13 reꝑhendunt *L* 14 quur *L* 16 idēst *(exp. m. 1) C* 19 audent (τ *s. l. et in mg. adscr.* ueritatem codicum) *M* 21 heresem *LCSG* putant *SG* 22 teneat *L* 23 iisdem *M* infalsitoribus *SG* 24 inprudenti *SG* 26 susceptio p ins (i *ras.*) *L*

fabulas suas christiani nominis pallio uelare contendant. uideant tamen, quando ista contra scripturas christianas disputant, non a nobis contra paganos tantum, sed etiam contra Manichaeos ueritatem codicum diuinorum testamenti utriusque defendi. et ista quidem, quae modo Faustus uelut indigna deo de nostris ueteribus litteris in sermone suo posuit, contra paganum et in euangelico uel apostolico sermone talia reprehendentem ita fortasse defenderem, ut paria de auctoribus eorum, sicut Paulus noster apud Athenienses fecit, commemorarem. inuenirem enim fortasse et in litteris eorum deum mundi creatorem ac fabricatorem et lucis huius institutorem, qui tamen antequam eam conderet, non iacebat in tenebris, et ex opere suo perfecto elatum esse gaudio — quod certe amplius est quam: uidit quia bonum est — et legis latorem, quam si homo sequeretur, suo bono faceret, si autem sperneret, suo malo: quem non ideo dicerent ignarum futuri, quia et futuris contemptoribus legem dedit. iam uero ideo inprouidum, quod aliquid interroget, nec hominem dicerent, in quorum libris multa non ob aliud interrogantur, nisi ut suis quisque responsionibus conuincatur, cum ille, qui interrogat, non solum sciat, quod sibi uult ab altero responderi, sed etiam illum hoc responsurum. inuidentem autem cuiquam deum, quod malos beatos fieri non sineret, si uellet dicere, plenos inueniret suorum libros de hac re ad diuinam prouidentiam pertinentes.

17. De sacrificiis uero nihil aliud mihi paganus obiceret, nisi cur apud eos illa reprehendamus, cum in nostris ueteribus libris talia sibi deus noster iussisse legeretur offerri. hic ego

9 cf. Act. 17, 28

1 uelare (a *in ras.*) *C* contendunt *C* 4 manicheos *LC* 6 nostri// *L* sermone (ne *m. 1 superscr.*) *C* 7 repraehendentem *L* 8 ista (*exp. m. 1*) *C* 9 commemorarem (*me m. 1 s. l. add.*) *C* 10 inuenirem*us* *SMGb* 13 elatum (e *corr. ex* &) *L* 15 quem (*in mg.* al. quam) *b* 17 inprouidendum *GS*[1] 18 docerent *b* 21 respondere *L* 27 quur *L* repraehendamus *L* 28 iussis& (& *in ras.*) *L* offerri (*pr.* f *m. 1 superscr.*) *C*

de uero sacrificio latius fortasse disserens demonstrarem id non deberi nisi uni uero deo, quod ei unus uerus sacerdos obtulit, mediator dei et hominum: cuius sacrificii promissiuas figuras in uictimis animalium celebrari oportebat propter commendationem futurae carnis et sanguinis, per quam unam uictimam fieret remissio peccatorum de carne et sanguine contractorum, quae regnum dei non possidebunt, quia eadem substantia corporis in caelestem conmutabitur qualitatem: quod ignis in sacrificio significabat uelut absorbens mortem in uictoriam. in eo autem populo haec rite celebrata sunt, cuius et regnum et sacerdotium prophetia erat uenturi regis et sacerdotis ad regendos et consecrandos fideles in omnibus gentibus et introducendos in regnum caelorum et sacrarium angelorum ad uitam aeternam. huius itaque ueri sacrificii sicut religiosa praedicamenta Hebraei celebrauerunt, ita sacrilega imitamenta pagani, quoniam quae immolant gentes, ait apostolus, daemoniis immolant, et non deo. antiqua enim res est praenuntiatiua immolatio sanguinis futuram passionem mediatoris ab initio generis humani testificans; hanc enim primus Abel obtulisse in sacris litteris inuenitur. non igitur mirum est, si praeuaricatores angeli, quorum duo maxima uitia sunt superbia atque fallacia, per hunc aerem uolitantes, quod uni uero deo deberi nouerant, hoc sibi a suis cultoribus exegerunt, a quibus dii putari uoluerunt dante sibi locum uanitate cordis humani, maxime cum ex desiderio mortuorum constituerentur imagines, unde simulacrorum usus exortus est, et maiore adulatione diuini honores deferrentur tamquam in caelum receptis, pro quibus se in terris daemonia

3 I Tim. 2, 5 10 cf. I Cor. 15, 50 sqq. 16 I Cor. 10, 22 20 cf. Gen. 4, 4 26 cf. Sap. 14, 15

1 uero] uetere *C* 2 deberi (i *s.* e *a m. 1*) *L* 3 prommissibas M^1 4 uictimis (is *ex* as) *C* 10 uictoria *S* uictoriam G^2 caelebrata *L* 14 ueri *C* 15 predicamenta *S* caelebrauerunt *L* 18 est *(in ras.) L* prenunciatiua *C* 20 ////litteris *(init. lin.) L* 24 quibus (i *s. l. a m. 1*) *L* 27 diferrentur *L*

colenda subponerent et sibi sacrificari a deceptis et perditis flagitarent. sacrificium ergo non solum cum iuste imperat uerus deus, sed etiam cum superbe exigit falsus deus, satis ostendit, cui debeatur. haec illi pagano, si esset difficilior ad credendum, etiam ipsa prophetia persuaderem, in qua tam longe ante conscripta sunt, quae nunc inpleta monstrarem. quodsi et hanc contemneret, hoc quoque agnoscerem potius quam mirarer, quandoquidem non omnes fuisse credituros in eiusdem prophetiae ueritate recolerem.

18. Si autem zelantem Christum uel deum ex utroque testamento mihi obiceret atque ipsum uerbum exagitaret, nihil aliud quam se omnium litterarum uel expertem uel neglegentem ostenderet. cum enim docti eorum discernant inter uoluntatem et cupiditatem, gaudium et laetitiam, cautionem et metum clementiam et misericordiam, prudentiam et astutiam, fiduciam et audaciam et multa in hunc modum, ita ut in his binis uerbis ea, quae priora posui, uirtutibus, quae autem posteriora, uitiis adponant: pleni sunt tamen libri eorum, cum abusione istorum nominum, quae proprie uitia significant, etiam uirtutes sic appellantur, cum uel cupiditas pro uoluntate uel laetitia pro gaudio uel metus pro cautione uel misericordia pro clementia uel astutia pro prudentia uel audacia pro fiducia ponitur. et quis omnia commemorare ualeat, quae ad similem licentiam mos locutionis usurpat? huc accedit etiam singularum quarumque linguarum sua quaedam proprietas. nam in ecclesiasticis litteris nusquam misericordiam in uituperatione

2 flagitarent] flagellarent *C* 3 superb*e (a *er.*) *S* superbae *G* superbae *LM* 4 essent difficiliora *M* 6 conscripta] quam scripta *C* 7 Q//d (uo *er.*) *C* potiusque *LPGSM* potiusq// *C* 9 eius *S* ueritate (m *er.*) *SG* ueritatem *b* 12 omnem *L* 14 laeticiam *C* 15 prudentiam (*s. l. s. exp.* puritiam) *G* fidutiam *L* 16 uinis M^1 diuinis *b* 17 priora (a *ex* e *corr. m. 1*) *L* 18 cum] *om. CPSMG* 19 propriae *L* uicia *C* 22 pro *ante* prud. *in ras. add. m. 2 S* prouidentia G^1 24 locutionis (lo *corr. ex* lu) *S* acce*dit *S* accendit *GL* singularem *LPM* singularumq: *SG* 25 quarunq: *PM* 26 uituperatione *LCb*

positam recolo. cui rei sermonis etiam cotidiani consuetudo concordat. Graeci duas res uicinas quidem, sed tamen distinctas uno nomine appellant, laborem et dolorem, nos eas singulis nominibus enuntiamus: sicut a nobis uno nomine appellatur uita, siue secundum quam dicimus „uiuit," quod exanime non est, siue secundum quam dicimus „bonae uitae homo est;" Graeci autem ista duo duobus quoque uocabulis significant. unde fieri potest, ut excepta uerborum abusione, quae in omnibus linguis late patet, aliqua etiam hebraeae linguae proprietate zelus in utroque ponatur, siue cum coniugis adulterio turbatus animus contabescit, quod in deum cadere non potest, siue cum seruandae pudicitiae coniugalis custodia diligens adhibetur, quod deum facere, cum plebem suam tamquam coniugem adloquitur, quam per multos falsos deos fornicari non uult, non solum sine dubitatione, uerum etiam cum gratiarum actione nobis utile est confiteri. hoc et de ira dei dixerim; neque enim perturbatur deus, cum infert iram, sed ira pro uindicta ponitur siue abusione siue aliqua praecedentis linguae proprietate.

19. De interfectis autem hominum milibus non miraretur, si dei iudicium non negaret: quod neque pagani negant, qui dei prouidentia istam uniuersitatem regi et administrari a summis usque ad ima concedunt. quodsi et hoc negaret, uel suorum auctoritate facilius uel aliquanto diutius certarum rationum disputatione conuinceretur, uel tamquam nimium durus et stolidus ipsi, quod esse non crederet, diuino iudicio relinqueretur. leuia porro uel nulla commissa, propter quae deus interfecerit homines, si expresse commemoraret, ostendere-

1 cottidiani *L* 2 (et 7) greci *LS* 3 eam *LPSGM* 4 enunciamus *CP*^{1} nuntiamus *LSGMb* 6 exanimae *L* 8 signant *C* excepta (c *in ras.*) *C* 9 hebreę *C* hebreae (e *med s. l.*) *S* 16 accione *C* 20 miraretur (re *s. l. a m. 1*) *C* 23 concidunt *L* negaret uel (ret uel *in ras.*) *C* 24 auctoritatem *PSG* auctoritate (m *er.*) *M* aliquando *S*^{1}*G*^{1} 25 disputationem *G*^{1}*S* disputatione (m *er.*) *M*, *(paene er.)* *L* 26 iuditio *C* 27 uel] siue *(in ras.)* *S* si uel *G* 28 commemoraret *(post.* o *in ras.)* *L*

mus nec nulla esse nec leuia. uelut quod exempli gratia posuimus de ueste nuptiali, demonstraremus, quantum esset nefas sacras nuptias adire quaerentem ibi gloriam non sponsi, sed suam, uel si quid forte aliud illa uestis meliore intellectu significare inueniretur; aut quod ante oculos regis interficiuntur, qui eum sibi regnare noluerunt, non in longo forte sermone nostro adpareret, non quemadmodum nulla culpa est hominis, si nollet sibi regnare quemquam hominem, ita nullam uel paruam esse culpam eum sibi nolle regnare, in cuius solius regno recte, beate semperque uiuitur.

20. Iam illud ultimum quod Faustus posuit insidians ueteribus libris tamquam uituperantibus deum, quod minetur gladium, quo nemini parcat, nec iusto nec peccatori, cum pagano exponeretur, quomodo accipiendum sit, fortassis nec nouo nec ueteri testamento resisteret, eique placeret similitudo euangelica, quae istis, qui se christianos haberi uolunt, aut non adparet ut caecis aut displicet ut peruersis. summus quippe ille uitis agricola aliter parat falcem sarmentis fructuosis, aliter infructuosis, tamen non parcit nec probis nec reprobis, illis purgandis, illis amputandis. nullus enim hominum est tanta iustitia praeditus, cui non sit necessaria temptatio tribulationis uel ad perficiendam uel ad confirmandam uel ad probandam uirtutem, nisi forte nec Paulum isti apostolum inter iustos numerant, qui quamuis humiliter et ueraciter sua praeterita peccata fateatur, tamen se ex fide Iesu Christi iustificatum gratias agit. an uero illi parcebat ille, quem uani non intellegunt dicentem: non parcam, nec iusto nec peccatori? audiant ergo ipsum: et ne magnitudine, inquit, reuelationum

2 cf. Matth. 22, 11 sqq. 6 cf. Luc. 19, 27 18 cf. Ioh. 15, 1 25 cf. I Tim. 1, 13 28 II Cor. 12, 7 sqq.

2 nuptiale G^1LSM^1 5 inuenitur C aut quod] atq: C 6 noluerint C^1 in *om.* C 7 quemammodum LS^1G 9 paruuam S 10 rectae G rectae LM beatae M beataeq: (a *exp. et* q: *superscr. m. 2*) L sēper/// (~ *add. m. 2*) L 12 inuituperantibus S inuituperantibus G 13 nemini (i *fin. a m. 1 s.* e) L 15 eiqu/e S eiquae G 16 habēri (i *ex* ē *corr. m.* 1) L

extollar, datus est mihi stimulus carnis angelus satanae, qui me colaphizet: propter quod ter dominum rogaui, ut auferret eum a me, et dixit mihi: sufficit tibi gratia mea; nam uirtus in infirmitate perficitur. ecce nec iusto parcebat, ut eius uirtutem in infirmitate perficeret, qui ei dederat colaphizantem angelum satanae, nisi dicitis, quod eum diabolus dederit. diabolus ergo agebat, ne magnitudine reuelationum Paulus extolleretur, et ut uirtus eius perficeretur. quis hoc dixerit? ab illo igitur traditus erat iustus colaphizandus angelo satanae, qui per eum tradebat et iniustos ipsi satanae; de quibus idem dicit: quos tradidi satanae, ut discant non blasphemare. iamne intellegitis, quomodo ille desuper non parcat nec iusto nec peccatori? an quia illic gladius nominatus est, amplius exhorrescitis? aliud est enim colaphizari, aliud occidi. quasi uero non diuersis mortium generibus prostrata sint martyrum milia aut hoc reuera persecutores in potestate haberent, nisi eis desuper data esset ab illo, qui dixit: non parcam nec iusto nec peccatori, cum ipse dominus martyrum, quia filio proprio non pepercit, apertissime Pilato dicat: non haberes in me potestatem, nisi data tibi esset desuper. has pressuras persecutionesque iustorum dicit idem Paulus exemplum esse iusti iudicii dei. quae sententia latius ab apostolo Petro manifestatur, sicut supra commemoraui, ubi ait tempus esse, ut iudicium incipiat a domo domini. et si initium, inquit, a nobis, qualis finis erit eis, qui non credunt dei euangelio? et si iustus uix saluus erit, peccator et

11 I Tim. 1, 20 19 Rom. 8, 32 20 Ioh. 19, 11 23 cf. II Thess. 1, 5 24 I Petr. 4, 17 sq.

2 colafizet *LPCSG* 3 michi *C* 5 nec] nunc *SG* 6 colafizantem *LCSG* 9 perfice r&ur *S* 10 colafizandus *LCSG* 13 nec *post* iusto *om. SG* 14 exhorrescitis (ex *in ras.*) *C* 15 colafizari *LSGC* colaphizare *b* quiasi *C* 16 sunt *CMS*^{1}*G* 18 essent *SG*, (n *er.*) *L* essent *M* 21 praessuras *L* 25 inicium *C* inquit *(s. exp.* d *m.* 1 t *scr.) L* 26 uobis *C*

inpius ubi parebunt? hinc enim intellegitur, quomodo non parcatur inpiis tamquam sarmentis praecisis ad conbustionem, quando iustis non parcitur propter perficiendam purgationem. nam et ipse Petrus testatur haec illius uoluntate fieri, qui in libris ueteribus ait: non parcam nec iusto nec peccatori. dicit enim et ipse: melius est bene facientes, si uelit spiritus dei, pati quam male facientes. cum ergo ex uoluntate spiritus dei patiuntur bene facientes, non parcitur iustis, cum autem male facientes, non parcitur peccatoribus; secundum illius tamen uoluntatem fit utrumque, qui ait: non parcam nec iusto nec peccatori, illum flagellando ut filium, illum puniendo ut inpium.

21. Ecce ostendi, quantum potui, nos non colere deuersatum ex aeterno in tenebris deum, sed eum, qui lux est, et tenebrae in eo non sunt ullae, atque in se ipso habitat lucem inaccessibilem, cuius lucis aeternae candor est coaeterna sapientia; nec lucis inopinatae admiratorem, sed lucis factae creatorem, ut subsisteret, adprobatorem, ut maneret; nec ignarum futuri, sed mandatorem praecepti et damnatorem delicti, ut aduersus inoboedientiam iuste prolata uindicta praesentes coherceret futurosque terreret; nec inprouidum nesciendo quaerentem, sed interrogando iudicantem, nec inuidum ac timentem, sed ab aeterna uita, quae iuste oboedienti datur, praeuaricatorem iuste prohibentem; nec sanguinis et adipis adpetentem, sed carnali populo congruis sacrificiis inpositis per quasdam figuras uerum sacrificium promittentem; nec liuida perturbatione, sed tranquilla bonitate zelantem, ne uni deo debens

6 I Petr. 3, 17 15 cf. I Ioh. 1, 5 16 cf. I Tim. 6, 16 17 cf. Sap. 7, 26

1 intelligitur *C* 2 sa r mentis (*corr. ex* sacramentis) *L* combustionem *L* 8 paciuntur *C* 13 uersatum *b* 16 ēst (st *s. l. add. m. 2*) *L* 19 precepti *C* 20 iustę *(, paene er.) L* prolatam *L* 21 coerceret *CSMG* neçsciendo *L* 23 que *C* preuaricatorem *C* 24 iustę *SG* iustąe *L* 26 libida *LP*^{1} licuita *S*^{1}*G* perturbatione (m *er.*) *S*^{2}

anima castitatem per multos falsos corrupta et prostituta turpetur; nec ira uelut humana turbide saeuientem, sed alia diuina seuere iusta retribuentem, quae non propter ulciscendi libidinem, sed propter iudicandi uigorem certo usu locutionis ira nominatur; nec ob leuia uel nulla commissa hominum milia perimentem, sed aequissimo examine per temporales mortalium mortes utilitatem timoris sui populis inponentem; nec sine ullo delectu caeca confusione iustos peccatoresque punientem, sed iustis salubrem correptionem propter perfectionem, peccantibus autem debitam seueritatem propter aequitatem distribuentem: unde uos adparet, Manichaei, suspicionibus uestris esse deceptos, cum male intellegendo scripturas nostras uel malos intellectores experiendo falsa de catholicis creditis ac sic relicta sana doctrina conuersi ad sacrilegas fabulas nimiumque peruersi et alienati a societate sanctorum nec ex nouo testamento corrigi uultis, unde talia proferimus, qualia in uetere arguitis. unde fit, ut aduersus uos sicut aduersus paganos utrumque testamentum defendere conpellamur.

22. Sed facite aliquem prorsus carnaliter ita desipientem, ut deum colat, non qualem colimus, qui unus et uerus est, sed qualem nos colere dicitis, qui uestris uel calumniis uel suspicionibus fictus est, nonne etiam iste meliorem colit quam uos? quaeso enim, aduertite et qualescumque oculos aperite; neque enim opus est magno acumine ingenii, ut hoc, quod dicam, perspici possit. omnes prudentes inprudentesque appello: audite, aduertite, iudicate. quanto enim melius deus uester ex aeternitate uersatus esset in tenebris quam coaeternam sibi et cognatam lucem mersisset in tenebras! quanto melius ex-

2 seuientem *CSG* seuientem (i *ex* e *a m.* 1) *L* alia (*m. 2 exp. et* lege *superscr.*) *S* 3 seuera *P* 6 per•imentem (i *in ras.* h *uid. er.*) *S* per imentem *G* perdimentem *M* examinac *S* 8 ullo (o *ex* u) *G* delecto (o *ex* u) *G* delectu (e *pr. in ras.*) *L* delectu (*corr. ex* dil.) M^2 delicto *Cb* 9 peccantibus (n *s. l.*) *L* 11 manichei *LC* 16 proferimus (ri *s. l. a m.* 1) *C* 17 ueteri *b* 22 suspitionibus *LC* 23 queso *C* 24 acumine *om. G* ingenii] et ingenti *S*, (& *s. l.*) *G* 28 cognitam *SGb* cognatam (i *mut. in* a *m.* 2) *LM* mersisset—melius *(in mg. add.) S* exhortam *G* exhortam *M*

ortam sibi nouam lucem ad fugandas tenebras miratus laudaret quam inruentes sibi ueteres tenebras nisi sua luce contenebrata euitare non posset! infelix, si perturbatus, crudelis, si securus hoc fecit. melius enim certe a se factam lucem uideret bonam quam a se genitam faceret malam: quae sic ab eo reppulit tenebras inimicas, ut ei fieret inimica. hoc enim culpae inputabitur damnandis in globo illis reliquiis, quod errare se a priore lucida sua natura passae sunt et inimicae lumini sancto extiterunt: quod antequam eis accideret, ex aeternitate, si nesciebant hoc sibi futurum, aeternas ignorantiae tenebras, si autem sciebant, aeternas timoris tenebras patiebantur. ecce uere pars et substantia dei uestri in suis tenebris ex aeternitate uersata est nec postea lucem nouam mirata est, sed alias tenebras alienas, quas semper timebat, incurrit. porro ipse deus, cuius illa pars erat, si eidem parti suae futurum tantum malum timebat, etiam ipsum occupauerant timoris tenebrae; si autem hoc futurum nesciebat, ignorantiae tenebris caecabatur; si autem hoc parti suae futurum sciebat et non timebat, peiores sunt tenebrae tantae crudelitatis quam uel ignorantiae uel timoris; neque enim habebat deus uester, quod in ipsa carne, quam non a deo, sed ab hyle factam dementissime creditis, sic laudat apostolus: si patitur unum membrum, conpatiuntur omnia membra. sed non accusamus: praesciebat, timebat, dolebat, sed quid faceret non habebat. in his ergo suae miseriae tenebris ex aeternitate uersatus est nec postea nouam lucem, quae ab illo tenebras fugaret, miratus est, sed alias tenebras, quas semper timuit, magno malo suae lucis expertus est. quanto melius, non dicam, praeceptum daret sicut deus, sed praeceptum acciperet sicut

22 I Cor. 12, 26

1 sibi exortam *C* 2 contenebratam *SG* contenebrata (m *er.*) *LM* 4 uideret *CM*^{2}: uidetur *S*^{1}*LGb* uideretur *P* uidet *S*^{2} 5 reppulit *L* 7 a *om.* *S*^{1}*G* 8 priori (e *in* i *corr.* *a m.* 1) *M* passe *L* 19 tenebre *S* 21 yle *C* 23 menbra *C* accusemus *C* 29 preceptum *C* aciperet *C*

homo, quod bono suo custodiret, malo suo contemneret, in utroque tamen motu animi libera uoluntate uteretur potius quam contra uoluntatem ad contenebrandam lucem suam ineuitabili necessitate premeretur! nam illud multo utique melius esset, ut praeceptum daret humanae naturae, quam peccaturam esse nesciret, quam naturam suam diuinam necessitate pressus peccare conpelleret. euigilate et dicite nobis, quomodo uincit tenebras, quem uincit necessitas. haec iam erat apud illum hostis maior, a qua uictus et iussus cum minore pugnauit. quanto melius nesciret, quo ab eius facie fugisset Adam, quam ipse primo a facie durae ac dirae necessitatis et postea a facie diuersae atque aduersae gentis quo fugeret non haberet! quanto melius naturae humanae inuideret uitam beatam quam naturam diuinam daret in miseriam, desideraret sanguinem et adipem sacrificiorum potius, quam ipse totiens etiam idolis mactaretur, mixtus adipi et sanguini omnium uictimarum, perturbaretur zelo, si illa sacrificia et diis aliis offerrentur, potius quam ipse ligatus non solum in omnibus frugibus, uerum etiam in omnibus carnibus per omnes aras omnibus daemonibus offerretur! quanto melius uel humana indignatione conmotus ac turbidus peccantibus et suis et alienis irasceretur, quam ipse non solum in omnibus irascentibus, sed etiam in omnibus timentibus turbaretur, in peccantibus omnibus coinquinaretur, in damnatis omnibus puniretur ubique ligatus ex illa sua parte, quam ad tale dedecus innocentem ipse damnauit, ut per illam uinceret, quod timebat, etiam ipse sub tam exitiosa necessitate damnatus, ut ei dam-

1 contempneret *L* contem*neret (p *er.*) *S* 4 præmeretur *L* 6 diuina *C* necessitate (m *er.*) *L*, *(exp. m. 2)* *S* necessitatem *G* 7 praessus *LM* 8 uicit *(bis)* *C* 9 aput *M* illū* (d *er.*) *S* iussus] iustus *S* 10 quãnto *C* quo *C* fatie *C* 11 faciae *L* dyrae *L* 12 a *om.* *LGSb* facie] facte *LM* aduersae (ad *s. l.*) *C* 15 sacrifitiorum *C* 18 oferrentur (r *pr. s. l.*) *C* 20 demonibus *C* doemonibus *S* offeretur *SG* oferretur (r *post s. l. a m.* 1) *L* 21 commutus *S*¹ ac *om.* *M* turpidus *L* turpibus (*corr.* ex turpidus) *M* 26 uinceret (n *s. l.*) *C*

nata pars eius posset ignoscere, si cum iam miser sit, uel humilis esset! nunc autem quis ferat reprehendi a uobis deum irascentem suis alienisque peccantibus, cum deus, quem fingitis, membra sua, quae coactus coegit ire in fauces peccati, postea damnet in globo? quod quidem cum faciet, ut dicitis, iram non habebit. sed miror, si frontem habebit inferendo in eos quasi uindictam, a quibus petere deberet ueniam et dicere: obsecro, ignoscite, membra mea estis; quando ego in uos istuc nisi uictus necessitate facere possum? scitis et uos, quod tunc, quando uos huc misi, horrendus hostis eruperat; quod autem nunc uos hic inligo, timeo, ne rursus erumpat. iam certe etiam illud fatemini multo melius esse hominum milia ob nullam uel leuem culpam temporali morte interficere quam membra sua, id est membra dei, substantiam dei et plane deum et in peccati uoraginem tradere et poenae sempiternae conligatione damnare. si enim esset illis membris peccandi uel non peccandi liberum arbitrium — quamquam de substantia dei, quae uere substantia dei est ac per hoc omnino incommutabilis, quemadmodum hoc dicatur, non inuenitur; deus enim omnino peccare non potest, sicut negare se ipsum non potest; homo autem potest peccare et deum negare, sed si nolit, non facit — si ergo istis membris dei uestri uelut animae humanae ac rationali esset, ut dixi, peccandi uel non peccandi liberum uoluntatis arbitrium, recte fortasse pro grauibus criminibus illo globi subplicio plecterentur. nunc autem libertatem uoluntatis illas particulas habuisse dicere non potestis, quam totus deus ipse non habuit, quia si eas non mitteret in peccatum, totus a tenebrarum gente peruasus pec-

20 cf. II Tim. 2, 13

2 repraehendi *L* 3 alienisq: (i *pr. corr. m.* 1 *ex* e) *L* 4 coniecit (ni *s. l. a m.* 1 *G*) *SG* coegit irae *LPM* 8 ergo *S* 9 istud *b* 11 eruper& *C* 12 irrumpat *b* 15 poenae (o *s. l. m. rec. add.*) *C* 16 sempiterna *C* 19 quemammodum *LSG* 23 peccandi (n *s. l.*) *C* 24 arbritrium *C* 25 globo *Lb* plecterentur (n *s. l. add. m. rec.*) *C* 27 quia (i *s. l. a m.* 1) *C*

care cogeretur: quod si cogi non posset, peccauit, cum eas eo misit, ubi cogi possent. et ideo magis ipse illo uelut parricidali culleo dignus, qui hoc fecit libero imperio, quam illae, quae obtemperando illuc ierunt, ubi recte uiuendi arbitrium liberum perdiderunt. si autem ad peccandum et ipse inuasus atque possessus cogi posset, nisi per suae partis primo flagitium, deinde subplicium sibi prouidisset nullaque fuit in deo uestro nec in eius partibus libera uoluntas, non se fingat iudicem, sed agnoscat reum, nec quia passus est, quod nolebat, sed quia se simulat iusta retribuere damnando eos, quos nouit malum passos esse potius quam fecisse: quod ad hoc tantum simulat, ne uictus inueniatur, quasi aliquid prosit alicui misero, si felix aut fortunatus uocetur. nempe iam et hoc melius erat, ut deus uester sine ullo aequitatis examine hominibus nec iustis nec peccatoribus parceret — quod in reprehensione dei nostri Faustus nihil intellegens ultimum posuit — quam in membra sua sic saeuiret, ut parum sit, quod ea inexpiabiliter uenenanda hostibus obtulit, nisi etiam falso crimine iniquitatis accuset. quae ideo merito dicit pendere tam inmane ac sine fine subplicium, quod errare se a priore sua lucida natura passa sunt et inimica lumini sancto extiterunt. unde, nisi quia, ut ipse dicit, ita erant inuiscerata primae auiditati principum tenebrarum, ut originem suam recolere seque ab hostili natura discernere non ualerent? ergo animae huiusmodi nihil mali ipsae fecerunt, sed innocentes tantum malum perpessae sunt. quo faciente nisi illo primitus, qui, ut a se in tantum malum

1 quod (d *s. l. add. m. rec.*) *C* quo *Lb* ea seo (o *s. l. add. m. rec.*) *C* ea se omisit *b* 3 dignus erat (erat *superscr. m. rec.*) *C* librero *C* ille *LC* 4 qui *C* 5 prodiderunt *(corr. m. 1) C* 6 p// (er *uid. er.*) *C* prima *LM*¹*b* flagium *S* 7 nullaque *C*: nulla *LSMGb* 9 nec] non *b* 10 iusta] ista *C* 11 passus *Lb* 13 fortunatos *SG* 15 repraehensione *L* 17 se*uiret (r *er.*) *LS* seruiret *GP*² seuiret *C* se*uir&** (*corr. ex* seruir&ur) *M* 18 optulit *C* 20 supplitium *C* lucide *P* se *post* sua *C* 21 passę *CSGb* passae *LMP* qui *b* quia nisi *C* 22 princip*um (i *er.*) *LM* principium *SG* 25 ipse *L* tantum *om. C* perpæssae *S* 26 primitus] premitur *b*

procederent, imperauit? peiorem ergo expertae sunt patrem quam hostem. pater enim eas ad tantum malum misit; hostis autem tamquam bonum adpetiuit cupiens perfrui, non nocere: ille sciens nocuit, ille nesciens. sed deus infirmus atque inops aliter sibi consulere non ualebat, prius aduersus hostem inprobum et post aduersus inclusum. saltem ergo non accuset eas, quarum oboedientia tutus est, quarum morte securus est. si enim coactus est proeliari, numquid et calumniari? nam quando se errare a priore sua lucida natura passae sunt et inimicae lumini sancto extiterunt, ad hoc utique ab hoste coactae sunt, cui si resistere non ualuerunt, innocentes damnantur; si autem ualuerunt nec uoluerunt, quid adhuc tam fabulose inducitis naturam mali, cum a propria uoluntate sit origo peccati? hoc enim certe sua culpa, non ui aliena fecerunt, quod, cum possent malo resistere, noluerunt. quod enim si facerent, bene facerent, si autem non facerent, grauiter inmaniterque peccarent, si potuerunt et non fecerunt, utique noluerunt. si ergo noluerunt, uoluntatis crimen est, non necessitatis. a uoluntate igitur initium peccati; unde autem initium peccati, inde initium mali uel faciendi contra iustum praeceptum uel patiendi secundum iustum iudicium. proinde nulla causa est, cur quaerentes, unde sit malum, inrueritis in huius erroris tam magnum malum, ut naturam tot bonis abundantem naturam mali diceretis et in natura summi boni ante commixtionem naturae mali horrendum necessitatis malum poneretis. et huius enim erroris uestri causa superbia est, quam non habebitis, si nolitis. sed uos dum uultis illud,

4 nocuit ille nesciens *om. SG* 5 inprobum *S* 6 saltim *LSG* non *(s. l. m. 1) C* 8 namsi (si *s. l. m. rec. uid. add.) C* 10 luminis *LMb* lumini (s *er. m. 2) S* hoc (o *corr. m. 2 ex* u) *S* huc *G* hostɛ (s *add. s. l. m. 2) C* 11 uoluerunt *C* 13 fabulosae *LGMS*[1] appropria *S* adpropria *G* a*ppria (d *er.) LM* 14 ui] ut *SG* 15 enim *om. C* 16 non] et non *C* 21 preceptum *L* iuditium *C* 22 quur *LC* in rueritis *L* inrueritis (*s.* n r *add.*) *G* 24 in naturam *b* 25 natura *L*

quo inruistis, quoquo modo defendere, aufertis originem peccati a uoluntatis arbitrio et ponitis in uana et falsa fabula naturam mali. ac per hoc restat, ut dicatis etiam illas animas in horribili globo aeterna conligatione damnandas non uoluntate, sed necessitate inimicas lumini sancto extitisse talemque deum uestrum iudicem constituatis, apud quem nihil prodesse possitis eis, quarum causam demonstrata necessitate defenditis, et talem regem, a quo fratribus uestris, filiis et membris illius, quorum inimicitias aduersus uos et ipsum non uoluntate, sed necessitate extitisse perhibetis, nec indulgentiam inpetrare ualeatis. o inmanissimam crudelitatem! nisi quod conuertitis uos ad ipsius defensionem, ut eum quoque ista quod necessitate faciat excusetis. si ergo possetis inuenire alterum iudicem, qui liber uinculo necessitatis moderator existeret aequitatis, istum certe in illo globo non forinsecus figeret, sed cum ipso terribili hoste intus includeret. cur enim non iuste prior sit ad poenam damnationis, qui prior est ad crimen necessitatis? quanto ergo melius eligeretis deum in conparatione peioris, non qualem colimus, sed qualem nos colere uel fingitis uel putatis, qui sine ullo aequitatis examine, sine ulla distinctione damnationis et disciplinae non parceret in seruis suis nec iusto nec peccatori, potius quam non parceret membris suis uel innocentibus, si necessitas crimen non est, uel illi obtemperando factis nocentibus, si et necessitas crimen est, ut ab illo in aeternum damnarentur, cum quo uel simul absolui, si post uictoriam respiraret libertas, uel simul damnari debuerunt, si et post uictoriam tantum saltem ualeret necessitas, ut aliquid ualeret et aequitas. sicut autem deum, non illum uerum et summum, quem colimus, sed alium nescio quem

1 inruistis (s pr. *s. l. a m.* 1) *L* inruistis (*s.* n *add.* r) *S* 2 fabulọsa *SG* fabulosa *LPMb* 5 luminis *GSMb* lumini (s *er.*) *L* sancti *b* 6 constituatis (n *s. l.*) *C* prode ēē *L* 7 demonstrata (n *s. l.*) *L* 10 nec (*s. l. m.* 1) *L* 13 faciat (c *corr. ex* t) *C* possitis *b* 15 figeret (g *s. l. a m.* 1) *S* 16 quur *LC* 18 comparationem *GMS*^{1} 20 sine ulla distinctione *om. SG* distinctionis damnatione *LPMb* 21 disciplina G^1S **seruis *L* 22 iusto nec] iussione *L* 27 saltim *L*

falsum confingitis, quem nos colere uel arbitramini uel calumniamini, qui tamen etiam ipse multo est melior deo uestro — ambo enim non sunt et a uobis ambo finguntur — sed meliorem fingitis eum, quem tamquam nostrum accusatis, quam eum, quem uestrum adoratis.

23. Sic et patriarchas et prophetas non tales uituperatis, quales honorantur a nobis, sed quales libris nostris non intellectis maleuola uanitate finxistis: quos tamen etiam ipsos quales fuisse suspicamini, parum est, si dicam uestris electis omnia Manichaei mandata seruantibus, nisi etiam ostendam ipso deo uestro esse meliores. quod non adgrediar demonstrare, nisi prius sanctos patres nostros patriarchas et prophetas a criminationibus uestris adiuuante me domino aduersum corda carnalia perspicua ratione defendero. et uobis quidem, Manichaei, sic respondere sufficeret, ut etiam uitia, quae putatis, nostrorum laudibus uestrorum praeponenda doceremus, addentes ad cumulum confusionis uestrae, ut etiam deus uester longe peior inueniretur hominibus, quales nostros patres fuisse iactatis. sic ergo, ut dixi, uobis respondere sufficeret. sed quoniam nonnulli etiam praeter uestra uaniloquia sua sponte conmouentur uitam prophetarum in uetere testamento conparantes uitae apostolorum in nouo testamento nec ualentes discernere consuetudinem temporis illius, quo promissio uelabatur, a consuetudine temporis istius, quo promissio reuelatur, eis magis respondere conpellor, qui uel temperantiam suam audent praeferre prophetis uel nequitiae suae quaerunt patrocinia de prophetis.

24. Qua in re hoc primum dico illorum hominum non tantum linguam, uerum etiam uitam fuisse propheticam totum-

2 est *(add. m. 2)* *C* melior (i *s. l. a m. 1)* *L* 3 non *om. b* 4 eum quem] eumque *b* eumq: *L* 7 intellegitis et *S*, (& *s. l.*) *G* 8 maliuola *PSGMb* 10 manichei *LC* 15 uita (t *m. rec. superscr.*) *C* quę C^1 (*corr. m. rec. in* quā) 21 ueteri *LC* 23 discernere (r *pr. s. l.*) *C* temporalis *Lb* uelabitur C^1 24 a consuetudine—eis *om. b* 26 querunt *C*

que illud regnum gentis Hebraeorum magnum quendam, quia et magni cuiusdam, fuisse prophetam. quocirca, quod ad eos quidem adtinet, qui illic erant eruditi corde in sapientia dei, non solum in his, quae dicebant, sed etiam in his, quae faciebant, quod autem ad ceteros ac simul omnes illius gentis homines, in his, quae in illis uel de illis diuinitus fiebant, prophetia uenturi Christi et ecclesiae perscrutanda est. omnia enim illa, sicut dicit apostolus, figurae nostrae fuerunt.

25. Sic autem isti in quibusdam factis, a quorum altitudine longe sunt, reprehendunt tamquam libidinem prophetarum, sicut nonnulli etiam sacrilegi paganorum reprehendunt tamquam stultitiam uel potius tamquam dementiam Christi, quia tempore anni non congruo poma quaesiuit in arbore, aut puerilis cuiusdam fatuitatis adfectum, quod inclinato capite digito scribebat in terra et, cum hominibus interrogantibus respondisset, rursus hoc facere coepit. nihil enim sapiunt nec intellegunt in magnis animis quasdam uirtutes uitiis paruorum animorum esse simillimas nonnulla specie, sed nulla aequitatis conparatione. similes autem sunt, qui in magnis ista reprehendunt, pueris inperitis in schola, qui cum pro magno didicerint nomini numeri singularis uerbum numeri singularis esse reddendum, reprehendunt latinae linguae doctissimum auctorem, quia dixit: pars in frusta secant. debuit enim, inquiunt, dicere: secat. et quia norunt religionem dici, culpant eum, quia geminata l littera dixit: relligione patrum. unde

8 I Cor. 10, 6 13 cf. Matth. 21 16 cf. Ioh. 8 23 Verg. Aen. I 212 25 Verg. II 715

1 hebreorum *S* quedam (~ *super* e *exp.*) *C* 4 *(et* 6) his] iis *M* 7 p̣raęscrutanda *S* praescrutanda *GL* prescrutanda *M* 10 longę *C* reṗhendunt *LC* 11 (et 20) reṗhendunt *LC* 12 quia *(in ras.) L* 14 affectum *(corr. ex* adf.) *SM* 17 paruorum *(pr.* r *s. l.) C* 18 animorum *om. C* speci*e *S* spetie *C* 20 scola *LSGM* 22 repræhendunt *L* 23 frustra *L* frustra *C* 24 inquiunt *(s. l. m. 1) C* 25 .l. littera *C*: littera *LPSGMb* religionẽ *Lb* relligionem *(pr.* l *s. l.) G*

non absurde fortasse dicatur in genere suo, quantum distant schemata et metaplasmi doctorum a soloecismis et barbarismis inperitorum, tantum distare figurata facta prophetarum a libidinosis peccatis iniquorum . ac per hoc sicut puer in barbarismo reprehensus si de Uergili metaplasmo se uellet defendere, ferulis caederetur, ita quisquis cum ancilla suae coniugis uolutatus Abrahae factum, quod de Agar prolem genuerit, in exemplum defensionis adsumpserit, utinam non plane ferulis, sed uel fustibus coercitus emendetur, ne cum ceteris adulteris aeterno subplicio puniatur. minimae quidem illae res, istae autem magnae sunt, nec ad hoc inde ducta similitudo est, ut schema sacramento et soloecismus adulterio coaequetur . uerumtamen proportione sui cuiusque generis quod in illis locutionum quibusdam uirtutibus seu uitiis peritia uel inperitia, hoc in his morum quamuis longe in diuerso genere uirtutibus seu uitiis sapientia uel insipientia ualet.

26. Quapropter ne in quaeque laudanda uel uituperanda, accusanda uel defendenda, cohercenda uel relaxanda, damnanda uel absoluenda, adpetenda uel uitanda temere inruamus, in quibus omnibus peccata seu recte facta uersantur, prius quid sit peccatum considerare debemus, tunc deinde inspicere facta sanctorum libris conscripta diuinis, ut si qua et ipsorum peccata inuenerimus, ob quam utilitatem sint etiam ipsa condita litteris memoriaeque mandata diligenti, quantum possumus, ratione uideamus. quae autem reppererimus stultis seu maliuolis uideri peccata esse, quae non sunt, nec tamen in eis eminent aliqua exempla uirtutum, haec quoque intueamur,

1 absurdae *L* indicatur *C* 2 soloecismis (oe *in ras.*) *S* solicismis *LPG* solecismis (e *corr. ex* i) *M* barbarissimis *SG* 4 barbarismo (m *in ras.*) *S* 5 repraehensus *LC* uergili *LS* uirgilii M^2Cb bergilii G^1M^1 6 cederetur *LC* ancilla (i *s. l. a m. 1*) *L* 7 uolutatus (n *er.*) *C* factatum *G* 8 assumpserit *L* 9 uel] fel G^1 10 minime *L* 11 est similitudo *C* 12 sacramento (o s. *exp.* a *a m. 1*) *G* soloecismus (o *s. l. a m. 2*) *S* solecismus *G* solicismus *LM* 17 quę que *C* 18 cohercenda S^1 coercenda *C* 19 irruamus S^2 23 inueniremus G^2LM^2 25 reppererimus *S* repperimus *Lb*

quam ob causam illis inserta sint litteris, quas ad utilitatem uitae praesentis regendae et futurae adipiscendae conditas salubriter credimus. porro autem quaecumque in factis sanctorum elucent documenta iustitiae, nullus uel inperitorum dubitat debuisse conscribi. de illis ergo potest esse quaestio, quae uel inaniter scripta uideri possunt, si nec recte facta adparent nec peccata sunt, uel etiam perniciose, si peccata esse conuincuntur, ne ualeant ad imitationem, siue in ipsis libris reprehensa non sint et ideo putari etiam possint non esse peccata, siue illic quoque reprehensa sint, sed sub facili spe ueniae committantur, quia et in sanctis inuenta sunt.

27. Ergo peccatum est factum uel dictum uel concupitum aliquid contra aeternam legem. lex uero aeterna est ratio diuina uel uoluntas dei ordinem naturalem conseruari iubens, perturbari uetans. quisnam igitur sit in homine naturalis ordo, quaerendum est. constat enim homo ex anima et corpore, sed hoc et pecus. nulli autem dubium est animam corpori naturali ordine praeponendam. uerum animae hominis inest ratio, quae pecori non inest. proinde sicut anima corpori, ita ipsius animae ratio ceteris eius partibus, quas habent et bestiae, naturae lege praeponitur; inque ipsa ratione, quae partim contemplatiua est, partim actiua, procul dubio contemplatio praecellit. in hac enim et imago dei est, qua per fidem ad speciem reformamur. actio itaque rationalis contemplationi rationali debet oboedire siue per fidem operanti, sicuti est, quamdiu peregrinamur a domino, siue per speciem, quod erit, cum similes ei erimus, quoniam uidebimus eum, sicuti est, effecti etiam in spiritali corpore ex gratia eius aequales angelis eius recepta stola

25 cf. II Cor. 5, 6 27 cf. I Ioh. 3, 2 28 cf. Matth. 22, 30

2 presentis *C* regen dae *S* 7 pernitiose *CS* perniciosae *LMG* 8 nec *C* 9 reꝑhensa *LC* 10 sed *om. LCSGMb* facile G^1 12 factum—contra *in lit. C* 13 aliquid S^1 18 preponendam *C* 21 lo̩nge *C* inquae L^1 22 praece̩llit (pr. l *s. l. add. m. 2*) *L* 24 rationabilis (bi *m. 2 superscr.*) *L* contemplationis *Pb* rationalis *P om. b* 25 quā̩diu *C* 26 per *(s. l. m. 2) C* spetiem *C*

prima immortalitatis et incorruptionis, qua induetur hoc mortale et corruptibile nostrum, ut absorbeatur mors in uictoria iustitia perfecta per gratiam, quia et sancti ac sublimes angeli habent contemplationem et actionem suam; id enim sibi agendum inperant, quod ille, quem contemplantur, iubet, cuius aeterno imperio liberaliter, quia suauiter, seruiunt; nos uero, quorum corpus mortuum est propter peccatum, antequam uiuificet deus et mortalia corpora nostra per inhabitantem spiritum eius in nobis pro modulo infirmitatis nostrae secundum aeternam legem, qua naturalis ordo seruatur, iuste uiuimus, si uiuamus ex fide non ficta, quae per dilectionem operatur, habentes in conscientia bona spem repositam in caelis immortalitatis et incorruptionis et ipsius perficiendae iustitiae usque ad quandam ineffabiliter suauissimam saturitatem, quam in ista peregrinatione oportet esuriri ac sitiri, quamdiu per fidem ambulamus, non per speciem.

28. Quapropter hominis actio seruiens fidei seruienti deo refrenat omnes mortales delectationes et eas cohercet ad naturalem modum meliora inferioribus ordinata dilectione praeponens. si enim nihil delectaret inlicitum, nemo peccaret. peccat ergo, qui delectationem inliciti relaxat potius quam refrenat. est autem inlicitum, quod lex illa prohibet, qua naturalis ordo seruatur. utrum autem sit aliqua rationalis creatura, quam nihil possit inlicitum delectare, magna quaestio est. quodsi est, non in eo genere factus est homo nec illa natura angelica, quae in ueritate non stetit, sed in eo genere ista rationalia facta sunt, ut inesset eis possibilitas frenandi

2 cf. I Cor. 15, 53 sq. 9 cf. Rom. 8, 10 sq. 12 cf. Gal. 5, 6 16 cf. II Cor. 5, 7

1 immortalitatis L^2 2 incorruptibile S^1G 6 quia (a *s. l.*) *C* 7 uiuicet *C* 10 si (*s. l. m. 2*) *M*, (*add. m. 2*) *L*, *om. SG* 12 constientia *C* immortalitatis L^2 13 perfitiendae *C* 14 ineffabiliter (a *corr. ex* e) *C* 15 fidē (~ *add. m. 2*) *L* 16 spetiem *C* 18 cohercet L^1S^1 coeret *C* 23 ṇa||rationalis *C* 24 quā (m *er.*) *L* delectari *b* questio *C* 27 refrenandi *C*

delectationem ab inlicito, quam non frenando peccauerunt. magna est itaque et humana creatura, quandoquidem per eam possibilitatem instauratur, per quam si uoluisset, nec cecidisset. magnus ergo dominus et laudabilis ualde, qui condidit eam. condidit enim et inferiores, quae non possunt peccare: condidit et meliores, quae nolunt peccare. bestialis enim natura non peccat, quia nihil facit contra aeternam legem, cui sic subdita est, ut eius particeps esse non possit. rursus angelica sublimis natura non peccat, quia ita particeps est legis aeternae, ut solus eam delectet deus, cuius uoluntati sine ullo experimento temptationis obtemperat. homo autem, cuius propter peccatum temptatio est uita super terram, subdat sibi, quod habet commune cum bestiis, subdat deo, quod habet commune cum angelis, donec iustitia et inmortalitate perfecta atque percepta ab istis exaltetur, illis aequetur.

29. Mortales autem delectationes usque ad reparandam seu custodiendam istam mortalem salutem siue uniuscuiusque hominis siue ipsius humani generis uel excitandae uel relaxandae sunt; ultra si prolapsae fuerint et contra temperantiae rationem hominem non se regentem abripuerint libidines, erunt profecto inlicitae ac turpes et dignae doloribus emendari. quodsi etiam perturbatum rectorem in tantam uoraginem perditae consuetudinis mergant, ut uel inultas fore credens confessionis et paenitentiae neglegat medicinam, qua correctus emergat, uel peiore morte cordis contra illam aeternam prouidentiae legem blasphemum eis patrocinium defensionis adhibeat atque ita

4 cf. Ps. 47, 2 12 cf. Iob. 7, 1

1 refrenando *SMGC* 3 cęecidisset *(exp. m. 2)* *L* 4 ualde] nimis *b* 7 legem *(s. l. m. 1)* *C* 9 angłaca *C* 10 uoluntati (s *er.*) *L* 11 temptationis (p *s. l.*) M^2 optemperat *C* 13 subdat—commune *(in marg. infer.)* *S* 14 don& C^1 iustitiae *L* et *om.* *L* immortalitate L^2 18 rexandae *S* 19 si ultra *SM* ultra si *G* 20 arripuerint *b* 23 inultas (i *in ras.*) *L* 24 neglecat L^1 medicinā (~ *add. m. 2)* *L* correctus (c *s. exp.* p *a m. 1)* *C* 25 peiorem *SG* 26 patrociniium *(exp. m. 1)* *C*

diem fungatur extremum, non iam emendatione, sed damnatione dignum lex illa inreprehensibilis censet.

30. Aeterna ergo lege consulta, quae ordinem naturalem conseruari iubet, perturbari uetat, uideamus quid peccauerit, id est, quid contra istam legem fecerit pater Abraham in his, quae uelut magna crimina Faustus obiecit. habendae, inquit, prolis insana flagrans cupidine et deo, qui id iam sibi de Sara coniuge promiserat, minime credens, cum pelice uolutatus sit. insana uero iste Faustus criminandi cupiditate caecatus et haeresis suae nefas prodidit et Abrahae concubitum nesciens erransque laudauit. sicut enim lex illa aeterna, id est uoluntas dei creaturarum omnium conditoris conseruando naturali ordini consulens, non ut satiandae libidini seruiatur. sed ut saluti generis prospiciatur. ad prolem tantummodo propagandam mortalis carnis delectationem dominatu rationis in concubitu relaxari sinit: sic e contrario peruersa lex Manichaeorum, ne deus eorum, quem ligatum in omnibus seminibus plangunt, in conceptu feminae artius conligetur, prolem ante omnia deuitari a concumbentibus iubet, ut deus eorum turpi lapsu potius effundatur quam crudeli nexu uinciatur. non igitur Abraham prolis habendae insana cupiditate flagrabat, sed Manichaeus prolis deuitandae insana uanitate delirabat. proinde ille naturae ordinem seruans nihil humano concubitu agebat, nisi ut homo nasceretur; iste peruersitatem fabulae obseruans nihil in quolibet concubitu timebat. nisi ne deus captiuaretur.

31. Ubi autem Faustus in facto Abrahae uelut conscientiam

1 emendatioñe (e *fin. s. l. add. m. 2*) *L* 2 inreꝑhensibilis *C* irreꝑhensibilis *L* censeat *SMG* 3 aeterna. Ergo *LGb* c̃sulta (c̃ *s. l.*) *C* ꝺ habraham *C* abraam pater *b* 7 qui id] quid *L* quod G^1S quiid *(pr.* i *s. l. a m. 2) M* 8 sarra *L* 10 heresis *CSG* heresi (s *er.*) *L* sua (e *er.*) *L* 12 illa *om. Pb* 14 prospiciatur (ci *corr. ex* cu) *L* 15 del&ationem *G* 16 concubitus *L* relaxari (x *in ras.*) *L* 17 manicheorum *L* 18 faeminae *GS* 19 debitari *L* 21 uincatur *b* (*in mg.* al. uinciatur) 22 manicheus *LC* 27 conscientiã (ã *corr. m. 1 ex* e) *C*

culpat uxoris, ibi uero malo quidem animo et intentione uituperandi, sed tamen nesciens et nolens utrumque conlaudat. neque enim conscientiam suam flagitio coniugis miscuit, quo ille suam libidinem turpi et inlicita uoluptate satiaret, sed etiam illa naturali ordine filios uolens seque sterilem sciens ancillaris uteri fecunditatem in usum iuris sui potestate licita uindicauit, non cedens uiro concupiscenti, sed iubens oboedienti. neque hoc inordinata superbia. quis enim nescit uxorem marito tamquam domino debere seruire? sed quod ad membra corporis adtinet, quibus sexus ipse distinguitur, apostolus dicit: similiter et uir sui corporis potestatem non habet, sed mulier, ut cum in ceteris actibus ad humanam pacem pertinentibus mulier uiro debeat seruitutem, huius unius rei, qua sexus utriusque carnali sorte discernitur et carnali conmixtione concernitur, similem in se habeant potestatem uir in uxorem ut uxor in uirum. prolem igitur, quam de se habere Sara non poterat, de ancilla habere uoluit, ex eo tamen semine, ex quo et de se, si posset, habere debebat. numquam hoc faceret mulier, si in corpore uiri carnali concupiscentia teneretur; zelaret enim potius pelicem, non faceret matrem. nunc uero propterea sic propagandi uoluntas pia fuit, quia concumbendi uoluntas libidinosa non fuit.

32. Illud sane defendi non potest, si Abraham, sicut Faustus obiecit, minime credens deo, qui sibi iam prolem de Sara promiserat, de Agar suscipere uoluit. sed apertissime falsum est; nondum hoc promiserat deus. recenseant scripturae illius superiora, qui uolunt, inuenient semini Abraham iam fuisse

7 cf. Gen. 16, 2 sqq. 11 I Cor. 7, 4

1 intentione (*corr. ex* contentione) *C* 2 nolens et nestiens *C* 3 quod *SG* quo (d *er.*) *LM* 4 saciaret *C* 5 ordine (e *ex* i) *S* 6 potestate (s *s. l.*) *C* 7 uendicauit (uen *corr. ex* uin *m. 2*) *Mb* 12 cęteris *L* 14 et—concernitur *(in mg. m 1 adscr.) C* 16 ut] et *b* pro$\overset{\text{le}}{///}$ (lē *add. m. 2*) *L* habere *(s. l. m. 1) C* 17 sarra *L* 18 si *(s. l. m. 2) LP*^{3} sedębeata (se *s. l.*) *G* sed beata *S* debebat (b *s. l. m. 2 add.*) *L* debeat *CM* 22 uoluptas *C* 24 sarra *L*

promissam terram et innumerabilis multitudinis abundantiam, nondum tamen fuisse patefactum, quomodo illius seminis esset futura propagatio, utrum ex carne Abrahae, si de se ipse generaret, an ex uoluntate, si aliquem forte adoptaret; deinde si de carne ipsius, utrum ex Sara, an ex alia prorsus, nondum manifestatum fuit: legant, inquam, qui uolunt, et inuenient Faustum aut falli inprudenter aut fallere inpudenter. itaque Abraham cum sibi uideret non nasci filios et tamen semini suo factam promissionem teneret, primo de adoptione cogitabat. hoc indicat, quod cum deo loquens ait de uernaculo suo: hic heres meus erit, tamquam diceret: quia de me ipso mihi semen non dedisti, in isto conple, quod meo semini promisisti. si enim semen cuiusque non appellaretur, nisi quod de eius carne nasceretur, nec nos appellaret apostolus semen Abrahae, qui certe originem carnis ab illo non ducimus, sed imitatione fidei semen eius facti sumus credentes in Christo, cuius caro ex illius carne propagata est. tunc ergo Abraham audiuit a domino: non hic erit heres tuus; sed qui exiet de utero tuo, ipse erit heres tuus. iam tunc adoptionis cogitatione sublata cum de se ipso semen speraret Abraham, restabat incertum, utrum ex Sara, an ex alia: quod illi deus occultare uoluit, donec prius ex ancilla uetus testamentum figuraretur. quid ergo mirum, si uidens Abraham sterilem uxorem cupientem sibi prolem, quam parere ipsa non potuit, ex famula sua et ex marito prouenire, non suae carnali cupiditati cessit, sed coniugali potestati obtemperauit, credens hoc Saram ex dei nutu uoluisse, qui iam ex se ipso illi heredem promiserat, sed ex qua femina non praedixerat?

1 cf. Gen. 12, 3 15 cf. Gal. 3, 29 18 Gen. 15, 3 sq.

1 innumerabilis (i *fin. s.* e) *S* habundantiam *C* 6 manifæstatum *C* manifestum *b* 7 inueniant *L* falli *in ras. C* 10 bernaculo M^1 11 heris *L* erit h. m. *C* 13 appellaretur/// *L* appællaretur *S* 14 de *om. SG b* 19 heres (h *s. l. m. rec. add.) C* tunc *ed. Maurina:* nunc *lib. b* 20 adobtionis *M* 26 sed *om. b* obtemperauit (b *ex* p *corr. m. 1*) *C* 27 sarram *L* ex *(s. l.) G*

frustra igitur Faustus ad obiciendum hoc crimen insanus insiluit tamquam infidelem Abraham infideliter arguens. cetera enim caecitate non credendi nec ualuit intellegere, hoc autem libidine calumniandi neglexit et legere.

33. Quod autem iustum et fidelem uirum matrimonii sui infamissimum nundinatorem appellans auaritiae ac uentris causa duobus regibus Abimelech et Pharaoni diuersis temporibus Saram coniugem suam sororem mentitum, quia erat pulcherrima, in concubitum adserit uenditasse, non ore uere- dico a turpitudine separat honestatem, sed ore maledico totum uertit in crimen. hoc enim Abrahae factum lenocinio simile uidetur, sed non ualentibus ex illius aeternae legis lumine a peccatis recte facta discernere: quibus et constantia pertinacia uideri potest et uirtus fiduciae uitium putatur audaciae et quaecumque similiter obiciuntur quasi non recte agentibus a non recte cernentibus. neque enim Abraham flagitio consensit uxoris eiusque uendidit adulterium, sed sicut illa famulam suam non libidini mariti permisit, sed officio generandi ultro intulit nequaquam turbato ordine naturali, ubi eius potestas erat, iubens potius oboedienti quam cedens concupiscenti: sic et ipse coniugem castam et casto corde sibi cohaerentem, de cuius animo, ubi pudicitiae uirtus habitabat, nullo modo dubitabat, tacuit uxorem, dixit sororem, ne se occiso ab alienigenis atque inpiis captiua possideretur, certus de deo suo, quod nihil eam turpe ac flagitiosum perpeti sineret. nec eum fides ac spes fefellit; namque Pharao territus monstris multisque propter eam malis adflictus, ubi eius uxorem diuinitus didicit, inlaesam cum honore restituit; Abimelech autem somno commonitus et edoctus similiter fecit.

29 cf. Gen. 12 et 20

1 frustra (s *s. l. m.* 1 *add.*) *C* obitiendum *C* 7 abimelec *L* 8 sa*ram (r *er.*) *C* 9 uendicasse *b* ueridico *SG* 12 aeterne *S* 14 audatiae P^1C 15 rectę *M* 17 eiusqu*e (a *er.*) *L* 18 libidinem LS^1G libidine (m *er.*) *M*,*b* marito *b* offitio *C* 20 cedens *(s. l. m. 2) C* 21 coherentem *LSG* 22 pudicitie *C* 23 tacuit: uxorem dixit *b* 26 pharao (n *er.*) *S* farao *M* 27 ęą ēē *C* 28 illesam *C* abimelec *LM* somnio (i *s. l.*) *S*, (*m.* 1 ?) *L*

34. Nonnulli quidem non calumniosi et maledici sicut Faustus, sed eisdem libris honorem debitum deferentes, quos iste uel non intellegendo reprehendit uel reprehendendo non intellegit, cum hoc Abrahae factum considerarent, uisum est eis, quod a firmitate fidei subdefecerit atque titubauerit et timore mortis sicut dominum Petrus, ita iste negauerit uxorem. quod si ita necesse esset intellegi peccatum hominis agnoscerem; nec ideo cuncta eius merita deleta atque oblitterata censerem, sicut nec illius apostoli, quamquam culpa non sit aequalis negare uxorem et negare saluatorem. nunc uero cum habeam, quod intellegam, ne hoc intellegam, nulla causa cogor temeritate labi ad reprehendendum, quem nemo conuincit timore lapsum fuisse ad mentiendum. neque enim utrum eius uxor esset interrogatus, non esse respondit, sed cum ab eo quaereretur, quid ei esset illa mulier, indicauit sororem, non negauit uxorem: tacuit aliquid ueri, non dixit aliquid falsi.

35. An usque adeo desipimus, ut hic Faustum sequamur, qui ait sororem mentitum quasi genus Sarae alicunde didicerit, cum id sancta scriptura non aperuerit? puto iustum esse, ut in ea re, quam nouerat Abraham, nos autem non nouimus, patriarchae potius credamus loquenti, quod scit, quam Manichaeo criminanti, quod nescit. cum igitur Abraham eo tempore uiueret in rebus humanis, quo quidem iam fratres ex utroque aut ex altero uel altera parente natos necti coniugio non licebat, filios autem fratrum aliosque longinquiore gradu generis

6 cf. Matth. 26, 70 sqq.

3 reꝑhendit *LCS* repraehendendo *L* reꝑhendendo *C* 4 hęc abrahae factum *PM*[1]*G*[1] hęc abrahae facta *SG*[2] 5 subdefecerit (*m. 2* sub *exp* et suę *superscr.*) *S*[1] tituuauerit *M*[1] 6 a timore *S* ita *(in ras.) L* istę *L*[1] negauit *Lb* negarit *C* negauerit *SMG* 8 cunc‖cuncta *S* deleꝛta (c *er.*) *M*, (*sec.* e s. *l.*) *L* oblitterata *(post.* ꝛ *s. l.) C* 11 abeam *C* nec *SG* 12 reꝑhendendum *CSG* quąm *C* 13 enim *(s. l. m.* 1*) C* 15 esset ei *SG* 18 sarrae *L* aliçunde *S* aliunde *b* 19 id] hoc *b* 21 patriarcae *L* manicheo *LC* 22 non scit *C* 24 altero *(in ras.) C* altera *s. l. C*

consanguineos nulla lege, nulla potestate prohibita consuetudo iungebat, quid mirum, si sororem suam, id est ex patris sui sanguine procretam habebat uxorem? nam hoc ipse reddenti sibi eam regi dixit de patre esse sororem, non de matre: ubi certe ut sororem mentiretur, nullo iam timore cogebatur, quando ille uxorem eius esse didicerat et eam diuinitus territus cum honore reddebat. fratres autem siue sorores generali nomine consanguineos uel consanguineas solere apud ueteres appellari scriptura testatur. nam et Tobias dicit deo, cum oraret, antequam misceretur uxori „et nunc, domine, tu scis, quoniam non luxuriae causa accipio sororem meam," cum esset illa non ex concubitu eiusdem patris nec ex eodem matris utero, sed ex eadem stirpe cognationis exorta; et Loth frater Abrahae dicitur, cum patruus eius esset Abraham: ex qua uocabuli consuetudine etiam fratres domini uocantur in euangelio, non utique quos Maria uirgo pepererat, sed ex eius consanguinitate omnes propinqui.

36. Dicet aliquis: „cur non potius ita de deo suo praesumpsit Abraham, ut fateri non timeret uxorem? neque enim deus ab illo mortem non poterat repellere, quam timebat, eumque cum coniuge sua ab omni pernicie in illa peregrinatione tutari, ut nec uxor eius, quamuis esset pulcherrima, adpeteretur ab aliquo nec propter illam ipse necaretur." poterat sane hoc efficere deus; quis ita sit demens, ut hoc neget? sed si interrogatus Abraham illam feminam indicasset uxorem, duas res tuendas committeret deo, et suam uitam et coniugis pudicitiam. pertinet autem ad sanam doctrinam: quando habet,

10 Tob. 8, 9 14 cf. Tob. 6, 11; 7, 2 cf. Gen. 13, 8 15 cf. Gen. 11, 31 17 cf. Matth. 12, 46

1 prohibita$_{**}$ (re *uid. er.*) *L* 2 ex *(s. l. m. 1) C* 8 sanguineas *C* solere apud *(in ras.) L om. C* 11 luxoriae *L* 13 ex eadem] eadem *C* styrpe *C* 16 uirgo *(s. l. m. 1) C* pepererat (re *s. l. add. m. 2) L* 17 ex *om. C* propinqvi (*ex* q: *corr. m. 2*) *L* 18 quur *LC* 19 neque] nūquid *b* 21 perniciąe *SM*^{2} pernitie *C* peregrinatione (ne *s. l. m. rec. add.*) *L* 25 indicaret *Eug. (ed.* Knöll *p.* 298) 26 res$_{**}$ *L* 27 ut quando *b*

quod faciat homo, non temptare dominum deum suum. neque enim et ipse saluator non poterat tueri discipulos suos, quibus tamen ait: si uos persecuti fuerint in una ciuitate, fugite in aliam. cuius rei prior exemplum praebuit. nam cum potestatem haberet ponendi animam suam nec eam poneret, nisi cum uellet, in Aegyptum tamen infans portantibus parentibus fugit. et ad diem festum non euidenter, sed latenter ascendit, cum alias palam loqueretur Iudaeis irascentibus et inimicissimo animo audientibus nec tamen ualentibus in eum mittere manus, quia nondum uenerat hora eius: non cuius horae necessitate cogeretur mori, sed cuius horae oportunitate dignaretur occidi. qui ergo palam docendo et arguendo et tamen inimicorum rabiem ualere in se aliquid non sinendo dei demonstrabat potestatem, idem tamen fugiendo et latendo hominis instruebat infirmitatem, ne deum temptare audeat, quando habet, quod faciat, ut quod cauere oportet euadat. neque enim et apostolus Paulus desperauerat adiutorium protectionemque diuinam fidemque perdiderat, quando per murum in sporta submissus est, ut inimicorum manus effugeret. non ergo in deum non credendo sic fugit, sed deum temptando sic fugere noluisset, cum sic fugere potuisset. proinde cum inter ignotos propter excellentissimam pulchritudinem Sarae et eius pudicitia et mariti uita esset in dubio nec utrumque tueri posset Abraham, uerumtamen unum horum posset, id est uitam, ne deum suum temptaret, fecit quod potuit; quod

1 cf. Deut. 6, 16 3 Matth. 10, 23 6 cf. Ioh. 10, 18 7 cf. Matth. 2, 14 10 cf. Ioh. 7, 10 et 30 19 cf. Act. 9, 25

1 temptet *b* suum (s *in ras.*) *L* 3 una* ciuitate* (m *er.*) *LS* unam ciuitatem *G* unam ciuitatem *W* *Eug. b* 4 prebuit *C* 6 egyptum *C* infans tamen *C* 7 fugit (i uid. *corr. ex* u) *L* 8 iudeis *CS* 11 opportunitate *SMG* 15 homines *L* ne] ut *b* non aud. *b* 17 protectionemqu*e (a *er.*) *L* 18 fidemqu*e (a *er.*) *L* 19 sporta (m *er.*) *L* summissus *L* submissus C^1 effugær& *C* 20 temptando (*m. 2* ndo *exp. et* ret *superscr.*) L^1 temptaret *b* 21 si fugere *b* cum sic] cum si* (c *er.*) *L* 22 pulcritudinem *C* sarrae *L*

autem non potuit, illi commisit. qui ergo se hominem occultare non ualuit, maritum se occultauit, ne occideretur; uxorem deo credidit, ne pollueretur.

37. Quamquam scrupulosius disputari possit, utrum illius mulieris pudicitia uiolaretur, etiam si quisquam carni eius conmixtus foret, cum id in se fieri pro mariti uita nec illo nesciente, sed iubente permitteret, nequaquam fidem deserens coniugalem et potestatem non abnuens maritalem, sicut ille adulter non fuit, quando uxoris obtemperans potestati de ancilla prolem generare consensit sed propter uim principiorum, quia non ita duobus uiris uiuis ad concumbendum femina subditur, sicut duae feminae uni uiro, multo uerius et honestius illud accipimus, quod pater Abraham nec temptauit deum, quando uitae suae quantum potuit homo consuluit et sperauit in deum, cui pudicitiam coniugis commendauit.

38. Iam uero in hac re gesta atque in diuinis libris posita fideliterque narrata quem non delectet etiam factum propheticum perscrutari et sacramenti ostium pia fide studioque pulsare, ut aperiat dominus et ostendat, quis tunc in illo figurabatur uiro et cuius sit uxor, quae in hac peregrinatione atque inter alienigenas pollui macularique non sinitur, ut sit uiro suo sine macula et ruga? in gloria quippe Christi recte uiuit ecclesia, ut pulchritudo eius honori sit uiro eius, sicut Abraham propter Sarae pulchritudinem inter alienigenas honorabatur; eique ipsi, cui dicitur in Canticis canticorum: o pulchra inter mulieres, ipsius pulchritudinis merito reges offerunt munera,

25 Cant. 1, 7

4 scrupulosius (us *ex* os) *S* scripulosius G^1 5 quis *C* 7 sciente *SG* 9 optemperans (p *ex b*) *C* ancilla (m *er.*) *L* 10 principiorum—uiris *(m. 2 add.) S, (s. l. m. 2) C* 11 qua *b* femina] una femina *S* (una *m. 2 add.*) 12 fęeminae *L* multo (o *s.* a *scr. m. 1*) *L* 16 atque] quae *b* 17 narrata est *b* del&& (de *s. l.*) *S* 18 praescrutari *LSMG* 20 peregrinatiõ *L* 22 gloriam *Maur.* 23 honor *L* 24 sare *S* sarrae *L* 25 pulcra *LG* 26 pulchritudinis *(m. 2 uid. exp.) C* reges *S*

sicut Sarae obtulit rex Abimelech plus in ea mirans formae decus, quod amare potuit et uiolare non potuit. est enim et sancta ecclesia domino Iesu Christo in occulto uxor. occulte quippe atque intus in abscondito secreto spiritali anima humana inhaeret uerbo dei, ut sint duo in carne una: quod magnum coniugii sacramentum in Christo et in ecclesia commendat apostolus. proinde regnum terrenum saeculi huius, cuius figuram gerebant reges, qui Saram polluere permissi non sunt, non expertum est nec inuenit ecclesiam coniugem Christi, id est, quam fideliter illi tamquam principio uiro suo subdita cohaereret, nisi cum uiolare temptauit et diuino testimonio per fidem martyrum cessit correptumque in posterioribus regibus honorauit munere, quam correptioni suae subdere in prioribus non eualuit. nam quod tunc in eodem rege prius et posterius figuratum est, hoc in isto regno prioribus et posterioribus regibus adinpletum.

39. Cum autem dicitur de patre esse sororem Christi ecclesiam, non de matre, non terrenae generationis, quae euacuabitur, sed gratiae caelestis, quae in aeternum manebit, cognatio commendatur. secundum quam gratiam genus mortale non erimus accepta potestate, ut filii dei uocemur et simus. neque enim hanc gratiam de synagoga matre Christi secundum carnem, sed de deo patre percepimus. hanc uero cognationem terrenam, quae ad mortem temporaliter generat uocans in aliam uitam, ubi nullus moritur, negare nos Christus docuit,

7 cf. Ephes. 5, 31 21 cf. I Ioh. 3, 1

1 sarrae *L* abimel&h *G* abimælech *S* abimelec *L* ea (m *er.*) *L* eam *G* 5 inheret *LC* 8 figuram (g *corr. ex* c) *S* sarram *L* 10 principi& (&?) *C* praecipuo *b* 11 cohereret *L* et] ut P^1SGM, (ut *ex* et *m. 1*) *L*, *om. b* diuino enim (enim *s. l. a* m. *3*) *Pb* 12 gessit *SMG* correctumque *SGMCb* correctumquae *L* 13 corruptioni *GSb* corruptionis *LM*, (s *er.*) *C* 18 matre (m *s. exp.* p *a m. 1*) *C* euacuabitur (abi *s. ras.*) *S* 19 cognitio *SG* cognatio (a *ex* i *m. 2*) *L*, (a *s.* i) *M* 20 gnus *C* 21 filii (i *fin. s. l.*) *S* 22 sinagoga *LSM* 23 carnem (r *s. l. m. 2 add.*) *C* de *om. SG* 24 temporaliter (al *s. l.*) *S*

non fateri, cum discipulis ait: ne uobis dicatis patrem in terra; unus est enim pater uester, qui in caelis est. cuius rei praebuit exemplum, quando et ipse dixit: quae mihi mater aut qui fratres? et extendens manum super discipulos ait: hi sunt fratres mei. et ne quisquam in hoc uocabulo terrenam cognationem cogitaret, adiunxit: et quicumque fecerit uoluntatem patris mei, ipse mihi frater et mater et soror est, tamquam diceret: de deo patre hanc cognationem appello, non de synagoga matre. ad aeternam quippe uitam nunc uoco, ubi inmortaliter natus sum, non ad temporalem, unde ut uocarem mortalis effectus sum.

40. Quod ergo ecclesia cuius uxor sit occultatur alienigenis, cuius autem soror, non tacetur, haec interim causa facile occurrit, quia occultum et difficile ad intellegendum est, quomodo anima humana uerbo dei copuletur siue misceatur siue quid melius et aptius dici potest, cum sit illud deus, ista creatura. secundum hoc enim sponsus et sponsa uel uir et uxor Christus et ecclesia dicuntur. qua uero cognatione sint fratres Christus et omnes sancti gratia diuina, non consanguinitate terrena, hoc est de patre, non de matre, et effabilius dicitur et capacius auditur. nam et inter se omnes sancti per eandem gratiam fratres sunt; sponsus autem ceterorum societati nullus illorum est. proinde Christum quamuis excellentissimae iustitiae atque sapientiae, tamen hominem multo facilius et procliuius alienigenae crediderunt, non quidem falso, quod homo esset, sed quomodo etiam deus esset, ignorauerunt. hinc et Hieremias: et homo, inquit, est, et qui agnoscit

1 Matth. 23, 9 3 Matth. 12, 48 sqq. 27 Hier. 17, 9

3 prebuit *C* 5 quisquam (s *m. 1 superscr.*) *C* 6 uocabvlo (v *s. exp.* o) *S* adiunxit (xit *in ras.*) *C* 9 sinagoga *LS* sinagoga (~ *super.* a *er.*) *M* 10 ubi—uocarem *(in mg. infer.) S* 11 ut] & G^1 13 non facile *C* 16 quid *P* postest (est *s. l.*) *S* 18 et *om. S* 21 capatius *C*, (*alt.* a *s. l. a m. 1*) *L* 22 societate *b* 23 quamuis] quam SP^1G, (*s.* a *m. 1* e *scr.*) *L* quamquã P^3Mb excellentissime *LSM* 27 et homo—eum (eã *S*) *in marg. infer.*) *SG* agnoscet *C*

eum? et homo est, quia proditur, quod frater est. et quis agnoscit eum? quia occultatur, quod sponsus est. haec de patre Abraham aduersum inpudentissimam et inperitissimam et calumniosissimam Fausti uocem satis dicta sunt.

41. Loth autem frater eius iustus et hospitalis in Sodomis et ab omni Sodomitarum contaminatione purus atque integer ex illo incendio, quod erat similitudo futuri iudicii, meruit saluus euadere, typum gestans corporis Christi, quod in omnibus sanctis et nunc inter iniquos atque inpios gemit, quorum factis non consentit et a quorum conmixtione in saeculi finc liberabitur, illis damnatis subplicio ignis aeterni. sicut autem aliud genus hominum in eius uxore figuratum est, eorum scilicet, qui per gratiam dei uocati retro respiciunt, non sicut Paulus, qui ea, quae retro sunt, obliuiscitur et in ea, quae ante sunt. extenditur. unde et ipse dominus, nemo, inquit, inponens manum super aratrum et respiciens retro aptus est regno caelorum. nec illud exemplum tacuit, quo nos tamquam sale condiret, ut non fatui neglegeremus, sed prudentes caueremus hoc malum. unde et illa, ut hoc admoneret, in statuam salis conuersa est. nam cum praeciperet, ut se quisque perseuerantissima anteriorum intentione ab iis, quae retro sunt, eriperet, mementote, inquit, uxoris Loth. sic etiam in ipso Loth, quando cum eo filiae concubuerunt, non illud, quod cum a Sodomis liberatus est, sed aliud aliquid figuratum est. nam tunc ille ipse Loth futurae legis uidetur gestasse personam, quam quidam ex illa procreati et sub lege positi male intellegendo quodam modo inebriant

15 cf. Phil. 3, 13 Luc. 9. 62 22 Luc. 17, 32

4 sint *Cb*, (i *ex* u *m. 3*) *P* 7 iuditii *C* 11 supplitio *C* autem *er. L* 14 qui ea] quia *SG* quia (a *er. M*) ea *LM* obliuiscitur (a *in* i *corr.*) *S* 16 et *(m. 2 add.) S*, *om. LCMGb* 18 quo (o *s. l.*) *C* quod *LSG* 19 ammoneret *LC* 21 his *LCb* 23 Sic *inc. c.* 42 *in b* ipso (i *m. 1 supersc.*) *C* 24 est *om. b* 25 futurae *in ras. C* 26 personam (o *s. exp.* a) *S* quidã (a *ex* e *corr. m. 1*) *C* 27 inebriantes atque *b*

eaque non legitime utendo infidelitatis opera pariunt. bona est enim lex, ait apostolus, si quis eam legitime utatur.

42. Nec ideo tamen hoc factum uel ipsius Loth uel eius filiarum iustificamus, quia significauit aliquid, quod futuram quorundam peruersitatem praenuntiaret. aliud enim illae, ut hoc facerent, intenderunt, aliud deus, qui hoc fieri permisit, ut etiam inde aliquid demonstraret manente recto iudicio suo super peccatum hominum tunc praesentium et uigilante prouidentia sua pro significatione futurorum. proinde illud factum cum in sancta scriptura narratur, prophetia est: cum uero in illorum uita, qui hoc commiserunt, consideratur, flagitium est.

43. Nec rursus tanta reprehensione atque accusatione res digna est, quantam in eam Faustus inimicus et caecus euomuit. consulitur enim aeterna lex illa ordinem naturalem conseruari iubens, perturbari uetans, et non ita de hoc facto iudicat, ac si ille in filias nefaria libidine exarserit, ut earum incestato corpore fruerctur aut eas haberet uxores, sed nec de illis feminis, ac si in sui patris carnem execrabili amore flagrassent. ratio quippe iustitiae non tantum, quid factum sit, uerum etiam, quare factum sit, intuetur, ut ex causis suis facta pendentia libramento aequitatis examinet. cum igitur illae ad conseruationem generis prolem quaererent, qui utique in eis humanus erat et naturalis adfectus, nec se crederent inuenire posse alios uiros uelut exusto illa conflagratione orbe terrarum — neque enim discernere poterant, quousque ignis ille saeuierit — miscere se patri uoluerunt. potius quidem numquam esse matres quam sic uti patre debuerunt; uerumtamen

1 I Tim. 1, 8

2 ea *Cb* 4 quia (a *s. l.*) *S* 5 pronuntiaret *LSMG* ille *C* 7 iuditio *C* 8 pectū (?) *C* uigilantem *SG* 11 quia *S* 12 reprachensione *L* 13 cecus *L* 14 illam *L* illam *G* illa (m *er.*) *M* illum *b* 15 uetans (s *s. exp.* t *a m. 1*) *C* de *(s. l. m. 1) L* 17 corporae *S* 18 carnem patris *b* 21 libramento *(post* t um *er. et* o s. *l. add.) S* ille *LC* 22 quia *C* 23 posse inuenire *C* 24 exusto* (s *er.*) *C* 25 seuierit *LCS* se*uierit (r *er.*) *G*

multum interest, quod ea causa usae sunt, quam si concupiscentia tam funestae uoluptatis uterentur.

44. Ab illo autem opere ita patrem abhorrere sentiebant, ut id se inpleturas esse non crederent, nisi eius ignorantiam procurarent. namque, ut scriptum est, inebriauerunt eum et se nescienti miscuerunt. quapropter culpandus est quidem, non tamen quantum ille incestus, sed quantum illa meretur ebrietas. nam et hanc lex aeterna condemnat, quia cibum ac potum ad ordinem naturalem non nisi gratia conseruandae salutis admittit. quamuis ergo inter ebriosum et ebrium plurimum intersit — nam nec ebriosus semper est ebrius nec quisquis aliquando ebrius consequenter ebriosus est — tamen in homine iusto huius ipsius etsi non ebriositatis, at certe ebrietatis causa quaerenda est. quid enim tandem cogebat, ut filiabus suis crebra uina miscentibus aut fortasse nec mixta crebro porrigentibus consentiret aut crederet? an ad hoc filias nimiam tristitiam fingentes ita uoluit consolari, ut illius destitutionis et materni luctus dolor de cogitatione mentis ebriae fugaretur, etiam ipsas tantundem bibere existimans et aliqua fraude agentes ne biberent? sed etiam talem tristibus suis adhibere consolationem quomodo uirum iustum decuerit, non uidemus. an aliqua Sodomitarum arte pessima etiam paucis poculis patrem sic inebriare potuerunt, ut illud peccatum cum ignorante uel potius de ignorante conmitterent? sed mirum, si hoc scriptura diuina tacuisset uel seruum suum deus sine aliquo uoluntatis eius uitio perpeti sineret.

45. Nos tamen scripturas sanctas, non hominum peccata

6 cf. Gen. 19

3 abhorrere (h *s. l. add. m. 1*) *C* aberrore L^1 5 Namque *inc. c.* 44 *in b* 8 condempnat *C* 9 gratiam *L* 10 ammittit LM^1 13 at (t *s. l.*) *S* ad G^1 14 cogebat ut] cogebaꝫ ut *Cb* cogebatur *LSMG* 16 por rigentibus (o *et* g *s. l.*) *S* consentire—credere *S* consentir& aut creder& (*corr. m. 2*) *G* consentire* aut credere* (τ *utrimque er.*) *M* 17 tristiciam *S* destitutionis *S* destinationis *C* 19 uiuere *L* existimans** *L* 20 uiuerent *L* 22 sodomitorum *S* 25 diuina scr. *C*

defendimus, sic autem de huius facti purgatione satagimus, quasi hoc deus noster aut fieri iusserit aut factum adprobauerit aut ita iusti homines in illis libris appellentur, ut si uoluerint peccare, non possint. cum ergo in litteris, quas isti reprehendunt, deus huic facto nullum iustitiae testimonium perhibuerit, qua dementia temeritatis hinc illas litteras accusare contendunt, cum aliis earum locis apertissime inueniantur diuinis praeceptis ista prohiberi? unde in illa re gesta de opere filiarum Loth narrata ista sunt, non laudata. quaedam uero enuntiato iudicio dei, quaedam tacito narrari oportuit, ut quando promitur, quid inde iudicauerit deus, instruatur nostra inperitia; quando autem tacetur, uel exerceatur peritia, ut, quod alibi didicimus, recolamus, uel excutiatur pigritia, ut, quod nondum nouimus, inquiramus. deus ergo, qui nouit et de hominum opere malo facere opera bona, gentes, quas uoluit, ex illo semine propagauit, non scripturas suas propter hominum peccata damnauit. prodidit quippe ista, non fecit, et cauenda admonuit, non proposuit imitanda.

46. Mirabili sane inpudentia Faustus Isaac quoque filium Abrahae criminatus est, quod Rebeccam, quae uxor erat, sororem finxerit. genus enim Rebeccae non tacitum est, et eam per notissimam propinquitatem sororem eius fuisse manifestum est. ut autem taceret uxorem, quid mirum aut quid prauum, si imitatus est patrem, cum eadem iustitia defendatur, qua pater eius de simili obiecto inculpatus inuentus est? quae igitur pro Abraham, quod ad hanc rem adtinet, aduersus cri-

21 cf. Gen. 26, 7 23 cf. Gen. 24

1 sic] non sic *M* purɋgatione (u *pr. s. l.* g *ex* c *corr.*) *S* 3 appellentur (el *s. exp.* le) *S* 5 repraehendunt *L* 6 hinc (n *s. l. L* 8 preceptis *C* prohiberi (i *fin. corr. ex* e) *SM* unde—opere *(in mg. infer.) S* 10 iuditio *C* 13 excutiatur (τ *s. exp. m.*) *S* 15 opere hom. malo *C* 18 ammonuit *LSMG* imit. propos. *G* proposuit (*alt.* p *s. l.*) *S* 19 filium quoque *C* 20 rebecca *L* 21 finxerat *b* rebecchae *L* 22 notissiman *S* propinquitatem (n *s. l.*) *SG* 23 praɹuum *(pr.* r *s. l.)G* 24 pat⁎rē *S* iustitiae S^1G qna (a *corr. ex* e) *S* 25 inculpatus (l *s. l.*) *L*

minantem Faustum diximus, eadem etiam pro Isaac filio eius ualent. quae recensere non est difficile; nisi forte studiosorum aliquis quaerat, in cuius figurae sacramento accipiendum sit, quod rex alienigena Rebeccam uiri sui coniugem tunc esse cognouit, quando eum cum illa ludentem uidit: quod non cognouisset, nisi cum coniuge ille sic luderet, quomodo cum ea, quae coniux non esset, ludere non deceret. quod cum sancti coniugati faciunt, non inaniter faciunt, sed prudenter; descendunt enim quodam modo ad feminei sexus infirmitatem, ut aliquid blanda hilaritate uel dicant uel faciant, non eneruantes, sed temperantes uirilem uigorem: quod tamen ei, quae uxor non est, qui dixerit aut fecerit, turpis est. uerum hoc, quod ad mores humanitatis pertinet, dixerim, ne quisquam durus et sine adfectu id ipsum pro crimine obiciat sancto uiro, quod cum coniuge sua luserit. tales enim homines inhumani si aliquem grauem uirum ludicrum aliquid garrientem pueris etiam paruulis uiderint, quo eorum lacteum sensum adfabili et nutritoria facilitate permulceat, tamquam delirantem reprehendunt, obliti unde creuerint, aut ingrati, quod creuerint. quid autem sibi uelit in sacramento Christi et ecclesiae, quod tantus patriarcha cum coniuge luserit coniugiumque illud inde sit cognitum, uidet profecto, quisquis, ne aliquid errando in ecclesiam peccet, secretum uiri eius in scripturis sanctis diligenter intuetur, et inuenit eum maiestatem suam, qua in forma dei aequalis est patri, paulisper abscondisse in forma serui, ut eius capax esse humana infirmitas posset eoque modo se coniugi congruenter aptaret. quid enim absurdum, immo quid non conuenienter futurorum praenuntiationi ad-

1 l. XXII 33 sqq. 25 cf. Phil. 2, 6 sq.

2 ualentq: *L* ualentqe (e *fin. s. l.*) *M* recensere *(in ras.* n *s. l.) S* 4 rebeccham *LM* uiri sui (*utrimque* i *s. exp.* o) *S* 7 coniunx *C* 11 rigorem *SG*: uigorem *LCPM* tamen] autem *LCPSGM* 13 nec *GSMb* 15 luserat *b* enim *(s. l. m. 1) C* 17 uiderit *CLGM* uiderint (n *s. l.*) *S* 18 delirantem (a *ex* e *corr. m. 2*) *C* 19 reprae-hendunt *L* reꝑhendunt *SC* 21 lvserit (v *s. exp.* e *a m.* 1) *C* 24 magestatem (*s.* g *add.* i) *S*

commodatum, si propheta dei carnale aliquid lusit, ut eum caperet adfectus uxoris, cum ipsum uerbum dei caro factum sit, ut habitaret in nobis?

47. Iam uero filio eius Iacob quod pro ingenti crimine quattuor obiciuntur uxores, generali praelocutione purgatur. quando enim mos erat, crimen non erat; et nunc propterea crimen est, quia mos non est. alia enim sunt peccata contra naturam, alia contra mores, alia contra praecepta. quae cum ita sint, quid tandem criminis est, quod de pluribus simul habitis uxoribus obicitur sancto uiro Iacob? si naturam consulas, non lasciuiendi, sed gignendi causa illis mulieribus utebatur; si morem, illo tempore atque in illis terris hoc factitabatur; si praeceptum, nulla lege prohibebatur. nunc uero cur crimen est, si quis hoc faciat, nisi quia et moribus et legibus hoc non licet? quae duo quisquis contempserit, etiamsi tantummodo causa generandi uti possit feminis pluribus, peccat tamen et ipsam uiolat humanam societatem, cui necessaria est propagatio filiorum. sed quia homines aliter se habentibus iam moribus et legibus non possunt delectari uxorum multitudine nisi libidinis magnitudine, ideo errant et putant haberi omnino non potuisse uxores multas nisi flagrantia concupiscentiae carnalis et sordidae uoluptatis. conparantes enim non alios, quorum animi uirtutem prorsus nosse non possunt, sed, sicut ait apostolus, semet ipsos sibimet ipsis non intellegunt. et quia ipsi etiamsi unam habuerint, ad eandem non solum generandi officio ducti uiriliter accedunt, sed saepe coeundi stimulo uicti eneruiter pertrahuntur, quasi ueraciter sibi uidentur conicere, quam maiore huiuscemodi

3 cf. Ioh. 1, 14 5 cf. Gen. 29 . 30 25 cf. II Cor. 10, 12

2 capæret *S* 5 quatuor *G* praeloquutione *C* 7 sunt enim *SMG* 13 preceptum *C* 14 quur *LC* 16 tantammodo *S* uti (u *in ras.*) *L* 18 propagatio (pa *s. l.*) *S* 20 multitudinem *SG* multitudinem *L* multitudine (m *er.*) *M* errant *(pr.* r *s. l.) C* 21 nisi// *C* 22 sordide *S* 23 prorsus *(pr.* r *s. l.) C* 26 eam *C* offitio *C* 27 sepe *C* coeundi (co *s. l.*) *S* 28 huiuscemodi (s *s. l.*) *C*

morbo per multas alii captiuentur, quando se uident in unam temperantiam non posse seruare.

48. Uerum nos eis, qui hanc uirtutem non habent, ita de sanctorum uirorum moribus iudicium committere non debemus, sicut de ciborum suauitate ac salubritate iudicare febrientes non sinimus, potiusque illis sanorum sensu et praecepto medicamine quam ex eorum aegritudinis adfectione alimenta praeparamus. proinde isti si uolunt non falsae atque adumbratae, sed uerae ac solidae pudicitiae capere sanitatem, diuinae scripturae tamquam libris medicinalibus credant non frustra tam magnum honorem sanctitatis tributum quibusdam uiris etiam plures uxores habentibus, nisi quia fieri potest, ut imperator carnis animus tanta temperantiae potestate praepolleat, ut genitalis delectationis motum insitum naturae mortalium ex prouidentia generandi leges inpositas non permittat excedere. alioquin possunt isti maledici potius calumniatores quam ueredici iudices etiam sanctos apostolos accusare, quod non caritate generandi filios uitae aeternae, sed cupiditate laudis humanae populis tam multis euangelium praedicauerint. neque enim deerat illis euangelicis patribus per omnes Christi ecclesias fama praeclara tot linguis laudantibus conparata; immo uero tanta aderat, ut maior hominibus ab hominibus honor et gloria deferri non debeat. hanc in ecclesia gloriam peruersa uoluntate Simon perditus concupiuit, quando ab eis pecunia uoluit caecus emere, quod illi diuina gratia eademque gratuita meruerunt. huius auidus gloriae fuisse intellegitur, quem se uolentem sequi dominus in euangelio reuocat dicens: uulpes foueas habent et uolucres caeli diuersoria;

26 cf. Act. 8, 18 sqq. 28 Matth. 8, 20

1 una *(uirg. er.)* M^2b 4 iuditium *C* 5 sed sicut *SG* 6 medicantium *C* 7 egritudinis *LSG* 8 adumbrate *L* 9 uere *LC* 10 frustra (s *s. l. m.* 1 *superscr.*) *C* 15 impositas *(s. l. m. 2 add.) M* excaedere *SG* 17 ueridici L^2CMGb 18 caritate] uoluntate *b* 19 euuangelium *C* predicauerint *C* 21 ecclesiā L^1 22 ab omnib' hominibus *b* 23 ecclesiam *(exp. m. 2) L* gloriā (~ *exp. m. 2*) *L* 24 peruersam L^2 symon *LC* 27 euuangelio *C*

filius autem hominis non habet, ubi caput suum reclinet. uidebat enim eum dolosa simulatione tenebrosum et uentosa elatione iactatum non habere fidei locum, ubi se inclinantem doctorem humilitatis exciperet, quia in discipulatu Christi non illius gratiam, sed suam gloriam requirebat. hoc amore gloriae corrupti erant, quos Paulus apostolus notat, quod per inuidiam et contentionem non caste Christum adnuntiarent; quibus tamen praedicantibus gaudet apostolus sciens fieri posse, ut, dum illi sectantur humanae gloriae cupiditatem, tamen his auditis fideles nascerentur, non ex eorum inuida cupiditate, qua se uolebant uel aequari uel anteponi apostolicae gloriae, sed per euangelium, quod etiamsi non caste, tamen adnuntiabant, ut de malo illorum deus operaretur bonum; sicut fieri potest, ut homo ad concubitum non ingrediatur uoluntate generandi, sed luxuriandi libidine rapiatur et tamen nascatur homo, bonum dei opus de fecunditate seminum, non de turpitudine uitiorum. sicut ergo sancti apostoli auditoribus admirantibus doctrinam suam condelectabantur non auiditate consequendae laudis, sed caritate seminandae ueritatis: ita sancti patriarchae coniugibus excipientibus semen suum miscebantur non concupiscentia percipiendae uoluptatis, sed prouidentia propagandae successionis; ac per hoc nec illos ambitiosos multitudo populorum nec illos libidinosos multitudo faciebat uxorum. sed quid de uiris loquar, quibus excellentissimum testimonium diuina uoce perhibetur, cum ipsas feminas satis eluceat nihil aliud in concubitu adpetisse quam filios? quippe ubi se minime parere uiderunt, famulas suas dederunt uiro suo, ut illas matres facerent carne, ipsae fierent uoluntate.

8 cf. Phil. 1, 15 sqq.

2 dolosa (s *er.*) *M* simolatione (*corr.* ex imolatione) *M* 3 haber& L^1 7 contemtionem (*m. 1 exp. ex* m *fec.* n) *C* 8 predicantibus *C* 9 illi (s *er.*) *C* sectantur (n *s. l.*) *C* 11 inuidia *(exp. m. 2) L* 12 euuangelium *C* 13 operatretur *C* 15 luxoriandi L^1 16 bonum] bonus *SG* 17 ergo (*in ras.*) *C* 22 prouidentia/ (e *er.*) *S* 28 suas *om. C* carnae *L*

49. Nam et illud, quod mendacissima criminatione Faustus obiecit, habuisse inter se uelut quattuor scorta certamen, quaenam eum ad concubitum raperet, ubi hoc legerit nescio, nisi forte in corde suo tamquam in libro nefariarum fallaciarum, ubi uere ipse scortabatur, sed cum serpente illo, de quo apostolus timebat ecclesiae, quam uirginem castam cupiebat uni uiro exhibere Christo, ne, sicut Euam deceperat astutia sua, sic et illorum mentes a Christi castitate auertendo corrumperet. ita enim huic serpenti amici sunt isti, ut eum praestitisse potius quam nocuisse contendant. ipse plane Fausto persuasit pectori adulterato falsitatis semina infundens, ut has male conceptas calumnias ore inmundissimo pareret et stilo audacissimo etiam memoriae commendaret. nulla enim ancillarum uirum Iacob ab altera rapuit, nulla de illius concubitu cum altera litigauit. ideo magis ordo erat, quia libido non erat; et tanto firmius seruabantur coniugalis potestatis iura, quanto castius uitabatur carnalis cupiditatis iniuria. quod enim et ab uxore conducitur, ibi uera nostra manifestatur adsertio, ibi pro se aduersus maledicta Manichaeorum ipsa ueritas clamat. quid enim opus erat, ut eum altera conduceret, nisi quia ordo alterius erat, ut ad eam maritus intraret? neque enim ad aliam umquam accessisset, nisi eum conduxisset; sed utique iustis ad eam uicibus accedebat, de qua tot filios procreauerat et cui oboedierat, ut etiam de ancilla procrearet, et de qua postea non conducente procreauit. sed tunc Rachel noctem habebat in ordine, ut maneret cum uiro; tunc penes eam potestas illa erat, de qua per apostolum uox certe noui

9 cf. II Cor. 11, 2 sq.

2 scorta (sc *s. exp.* sch) *G* schorta *LM* 4 Nisi (ni *ex* ne) *S* fallatiarum *C* 5 schortabatur *L* 7 exhiberi *L* 10 prestitisse *C* fausti $P^{2}b$ 11 pectori] peccatori *S* p&catori *G* 12 *ore (h *er.*) *M* pareret—audacissimo (*in marg. m. rec.*) *C* 17 uitabatur] utebatur *b* 18 uero *LC* adsertio *S* 19 manicheorum *LC* 22 ad aliam (ad *s. l.*) *M* numquam $L^{1}CSMG$ 24 obędierat *C* 26 ordinem *L* tunc *om. C* 27 eam] quam *C*

testamenti non tacuit dicens: similiter et uir non habet potestatem sui corporis, sed mulier. ideo iam cum sorore pacta erat, cui facta debitrix eam tralegaret ad debitorem suum. nam hoc nomine id appellat apostolus: uxori, inquit, uir debitum reddat. cui ergo uir debitor erat, iam acceperat a sorore, quod elegerat uoluntate, ut ei daret, quod habebat in potestate.

50. Hic uero ille, quem Faustus tamquam inpudicum clausis uel potius extinctis oculis criminatur, si concupiscentiae, non iustitiae seruus esset, nonne per totum diem in uoluptatem illius noctis aestuaret, qua erat cum pulchriore cubiturus? quam certe amplius diligebat et pro qua bis septenarium annorum laborem gratuitum penderat. cum ergo iam die peracto in eius iret amplexus, quando inde auerteretur, si talis esset, qualem Manichaei nihil intellegentes opinantur? nonne placito contempto mulierum intraret potius ad speciosam suam, quae illi noctem ipsam non solum coniugis more, uerum etiam ordinis iure debebat? utereturque potius ipse potestate maritali, quia et uxor non habet potestatem corporis sui, sed uir, et pro eo tunc seruitutis illarum uicissitudo faciebat. coniugali ergo potestate multo uincibilius uteretur, si formae desiderio uinceretur. sed eo meliores feminae inuenirentur, si illae pro filiis concipiendis, ipse autem pro concubitus sui uoluptate certaret. itaque uir temperantissimus, ut plane uir, quia tam uiriliter feminis utebatur, ut delectationi

1 I Cor. 7, 3 sq.

1 non habet *post* corporis *legitur in* *C* 2 iam] iạm (*s. exp.* iam *a m.* 1 cū) *C* 3 deuitrix M^1 translegaret (ns *s. l. a m. 2*) *M* ita legaret *b* deuitorem M^1 6 elegerat (*corr.* ex *elig.*) *S* eligerat *LG* 8 uere *C* 9 ocvlis (v *sup.* o *a m.* 1) *L* 12 bis (*corr. ex* uis) I^2M uis (quauis) *b* septenorum *CS* 14 indie (*exp. m.* 1) *C* 15 manichei *LC* 16 spetiosam *C* 17 more (*m. eras.*) *L* 18 iurae *S* debebatur *C* uteretur *LMb* potestate (*m. er.*) *L* 20 s& M^1 illarum (ru *m. 2 superscr.*) *L* 22 femine *LS* 23 ille *LCP* concupiscendis *SG* concubitu suo *LSGb* concubitu suo (sup. suo *add. m. 2* sui) *M* 24 sui *om.* *C* 25 delectationi (i *fin. corr. ex* e) *SM*

carnali non subiceretur, sed dominaretur, magis quid deberet quam quid ei deberetur, adtendit; nec ad propriam uoluptatem sua potestate abuti uoluit, sed illius debiti redditor quam exactor esse maluit. unde consequens erat, ut ei redderet, quam pro se id accipere illa cui debebatur elegit: quo earum placito pactoque conperto cum repente atque inopinate a pulcherrima coniuge reuocaretur et ad minus decoram uocaretur, non ira excanduit, non tristitia nubilatus est, non eneruiter blandus, ut sibi potius Rachel noctem redderet, inter ambas sategit; sed maritus iustus et prouidus pater, cum illas prolis curam gerere uideret, et ipse nihil aliud de concubitu quaereret, earum uoluntati obtemperandum iudicauit, quae sibi singillatim filios optabant, suae nihil minui, cui ambae pariebant. tamquam diceret: uobis inter uos, ut uultis, cedite atque concedite, quaenam uestrum fiat mater; ego quid contendam, quando siue inde siue inde nascenti non erit alius pater? hanc profecto modestiam, hanc concupiscentiae cohercitionem et in conmixtione corporum coniugalium solum adpetitum posteritatis humanae, ut erat acutus Faustus, in illis litteris et intellegeret et laudaret, nisi eius ingenium detestabili secta deprauatum et quid reprehenderet quaereret et unam nuptialis conuentionis honestatem, qua mares et feminae liberorum procreandorum causa copulantur, hoc crimen maximum deputaret.

51. Nunc iam defensis patriarchae moribus refutatoque cri-

2 deberetur (re *s. l.*) S^2 debetur *LCGM* attendit *L* 5 illa (a *in ras.*) *C* 7 reuocaretur (ca *s. l. a m.* 1) *L* 8 ira* (s *er.*) *M* *canduit (s *er.*) *L* canduit *Mb* nubilatus (b *ex* u *corr. m* 2) *M* ineruiter *L* enerbiter GM^1 9 rachel] rata *b* 12 uoluntati (i *corr. ex* e) *S* optemperandum *C* que *C* 13 obtabant *L* suae] sibi *b* cui] cum *b* ambe *C* 15 fiat magis mater *b* ergo *C om. b* quid *om. b* contendat *b* 16 *pr.* siue inde] siue hinc (*a m.* 2) *C om. Pb* 17 coercitionem CS^2 cohercitationem (ta *s. l.*) *M* coertionem *b* 18 commixtionem *C* commixtione (m. *er.*) *L* 21 reφhenderet *C* repræhenderet *L* & quaereret *L* quereret G^2 et] ut *LPMG*^{1}*b* aut *S* 22 honestate *L* qua] ut *LCb* maris *L* masculus *C* mas // (*corr. ex* mares) *M* femina *LCM* 23 copulentur *C*

mine, quod nefarius error obiecit, de libero, ut possumus, mysteriorum secreta rimemur pulsemusque fidei pietate. ut nobis aperiatur a domino, quid rerum figurauerint quattuor istae uxores Iacob, quarum duae liberae, duae ancillae fuerunt. uidemus enim apostolum in libera et ancilla, quas habuit Abraham, duo testamenta intellegere. sed ibi in una et una facilius adparet, quod dicitur; hic autem duae sunt et duae. deinde ibi ancillae filius exheredatur, hic uero ancillarum filii simul cum filiis liberarum terram promissionis accipiunt: unde hic procul dubio aliquid aliud significatur.

52. Quamquam enim duas liberas uxores Iacob ad nouum testamentum, quo in libertatem uocati sumus, existimem pertinere, non tamen frustra duae sunt; nisi forte quia — id quod in scripturis aduerti et inueniri potest — duae uitae nobis in Christi corpore praedicantur: una temporalis, in qua laboramus, alia aeterna, in qua delectationem dei contemplabimur. istam dominus passione, illam resurrectione declarauit. admonent nos ad hoc intellegendum illarum etiam nomina feminarum. dicunt enim, quod Lia interpretatur „laborans," Rachel autem „uisum principium" siue „uerbum, ex quo uidetur principium." actio ergo humanae mortalisque uitae, in qua uiuimus ex fide multa laboriosa facientes, incerti quo exitu proueniant ad utilitatem eorum, quibus consulere uolumus, ipsa est Lia, prior uxor Iacob; ac per hoc et infirmis oculis fuisse commemoratur; cogitationes enim mortalium timidae, et incertae prouidentiae nostrae. spes uero aeternae contemplationis dei habens certam et de-

6 cf. Gal. 4, 22 sqq. 25 cf. Sap. 9, 14

1 libro *C*, (*in mg.*) *b* 2 rimemur *om. b* pulsemus. Quod *b* pietate] mysteriū *b* ut (t *s. l.*) *C* 4 iste *C* (et 8) ancille *C* 6 abraham] iacob *b* 10 dubio (*b corr. ex* u) *M* 12 quo] quod *L* 15 predicantur *C* 16 lauoramus M^1 17 passione (m *er.*) *L* 18 ammonent *L*, (n *s. l. a m.* 1) *M* 19 interp̄tatur *C* interpra&atur *L* 20 siue uerbum *in marg. add. S om. G* 21 humana *Lb* mortalisque (s *s. l. add. m.* 1) *L* 22 laboriosa opera *C Eug. b* 23 exitus *LSGM* 27 aeterne *C*

lectabilem intellegentiam ueritatis, ipsa est Rachel. unde etiam dicitur bona facie et pulchra specie. hanc enim amat omnis pie studiosus et propter hanc seruit gratiae dei, qua peccata nostra, etsi fuerint sicut phoenicium, tamquam nix dealbantur. Laban quippe interpretatur „dealbatio"; cui seruiuit Iacob propter Rachel. neque enim se quisquam conuertit sub gratia remissionis peccatorum seruire iustitiae, nisi ut quiete uiuat in uerbo, ex quo uidetur principium, quod est deus. ergo propter Rachel, non propter Liam. nam quis tandem amauerit in operibus iustitiae laborem actionum atque passionum? quis eam uitam propter se ipsam expetiuerit? sicut nec Iacob Liam, sed tamen sibi nocte subpositam in usum generandi amplexus et fecunditatem eius expertus est. dominus enim eam, quia per se ipsam diligi non poterat, primo ut ad Rachel perueniretur, tolerari fecit, deinde propter filios commendauit. ita uero unusquisque utilis dei seruus sub dealbationis peccatorum suorum gratia constitutus quid aliud in sua conuersatione meditatus est, quid aliud corde gestauit, quid aliud adamauit nisi doctrinam sapientiae? quam plerique se adepturos et percepturos putant statim, ut se in septem praeceptis legis exercuerint, quae sunt de dilectione proximi, ne cuiquam homini noceatur, id est: honora patrem et matrem, non moechaberis, non occides, non furaberis, non falsum testimonium dices, non concupisces uxorem proximi, non concupisces rem proximi. quibus quantum potuerit

4 cf. Es. 1, 18 6 cf. Gen. 29, 17 . 30 22 Ex. 20, 12 sqq.

2 facię *L* faciae *C* pulchras M^1 species *LSG* specię *C* pecies M^1 *Hanc inc.* c. 53 in *b* 4 fenicium *LSb* finicium *G* fenicium (e *corr. ex* i) *M* phenicium *C* dealbabuntur *C* 5 interp̄tatur *C* interpra&atur *L* 6 quisque *C* 7 (et 10) iusticię *C* 9 liam seruitur *b* 11 expetiuerat *b* 15 filios (s *in ras.*) *C* 17 conuersione *C* 18 gestabat *LSG* gestauit (u *corr. ex b*) *M* 20 septem (ptem *in ras; post* ptem *ras. quatt. litt.*) *M* preceptis *C* 22 ut non *b* 23 moechaberis (o *s. exp.* a) *S* mo*echaberis (b *ex* u *corr.*) *M* furaueris M^1 24 c̄cupisces (c̄ *s. l.*) *S* 25 non—proximi *om. b* concupisces (con *s. l. a m.* 1) *C*

obseruatis posteaquam homini pro concupita et sperata pulcherrima delectatione doctrinae per temptationes uarias quasi per huius saeculi noctes tolerantia laboris adhaeserit — uelut pro Rachel Lia inopinata coniuncta sit — et hanc sustinet, ut ad illam perueniat, si perseueranter amat, acceptis aliis septem praeceptis — ac si dicatur ei: serui alios septem annos pro Rachel — ut sit pauper spiritu, mitis, lugens, esuriens sitiensque iustitiam, misericors, mundi cordis, pacificus. uellet enim homo, si fieri posset, sine ulla tolerantia laboris, quae in agendo patiendoque amplectenda est, statim ad pulchrae atque perfectae sapientiae delicias peruenire; sed hoc non potest in terra morientium. hoc enim uidetur significare, quod dictum est ad Iacob: non est moris in loco nostro, ut minor nubat prius quam maior, quia non absurde maior appellatur, quae tempore prior est. prior est autem in recta hominis eruditione labor operandi, quae iusta sunt, quam uoluptas intellegendi, quae uera sunt.

53. Ad hoc ualet, quod scriptum est: concupisti sapientiam, serua mandata, et dominus praebet illam tibi; mandata utique ad iustitiam pertinentia; iustitiam autem, quae ex fide est, quae inter temptationum incerta uersatur, ut pie credendo, quod nondum intellegit, etiam intellegentiae meritum consequatur. quantum enim ualet, quod modo commemoraui esse scriptum: concupisti sapientiam, serua mandata, et dominus praebet illam tibi, tantum et illud ualere arbitror: nisi credideritis, non intellegetis, ut iustitia ad fidem, ad sapientiam uero intellegentia pertinere monstretur.

8 cf. Matth. 5, 3 sqq. 13 Gen. 29, 26 18 Eccl. 1, 33 26 Es. 7, 9

2 delectacione *C* 3 noctes (s *s. l.*) *G* noctem *Mb* adheserit *LC* 5 amata *b* 6 semptem *C* preceptis *C* eius *S* ei// (us *er.*) *M* 7 pro] propter *C* sis *b* 8 iusticiam *C* 11 delitias *SG* 12 τ**ra *S* 13 *alt.* est *s. l. m. 2 L* 14 absurdae *LSG* 17 quam—sunt (*in marg. m. rec. adscr.*) *C* 18 sapientia *L* 20 iusticiam (*bis*) *CS* 24 sapientia *L* 25 prebet *C* 26 intellegitis *LSG* iusticia *C*

proinde in his qui flagrant ingenti amore perspicuae ueritatis, non est inprobandum studium, sed ad ordinem reuocandum, ut a fide incipiat et bonis moribus nitatur peruenire, quo tendit. in eo quippe, quod uersatur, uirtus est laboriosa; in eo uero, quod adpetit, luminosa sapientia. „quid opus est," inquit, „credere, quod non mihi ostenditur manifestum? aliquod uerbum prome, quo uideam rerum omnium principium. id enim est, in quod maxime ac primitus inardescit, si ueri studiosus est animus rationalis". cui respondeatur: pulchrum est quidem, quod desideras, et amari dignissimum, sed prius nubit Lia et postea Rachel. ardor ergo iste ad id ualeat, ut ordo non recusetur, sed potius toleretur, sine quo non potest ad id perueniri, quod tanto ardore diligitur. cum autem peruentum fuerit, simul habebitur in hoc saeculo non solum speciosa intellegentia, sed etiam laboriosa iustitia. quamlibet enim acute sinceriterque cernatur a mortalibus incommutabile bonum, adhuc corpus, quod corrumpitur, adgrauat animam et deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. ad unum ergo tendendum, sed propter hoc multa ferenda sunt.

54. Itaque duae sunt uxores Iacob liberae; ambae quippe sunt filiae remissionis peccatorum, hoc est dealbationis, quod est Laban. uerumtamen una amatur et altera toleratur. sed quae toleratur, ipsa prius et uberius fecundatur, ut, si non propter se ipsam, certe propter filios diligatur. labor enim iustorum maximum fructum habet in eis, quos regno dei generant inter multas temptationes et tribulationes praedicando euangelium, et eos, propter quos sunt in laboribus abundan-

17 Sap. 9, 15

1 fraglant *M* 3 enitatur *C* 6 ostenditur. Manifestum *sqq. SG* 8 est inquit quod *b* ueri] uel *LSGMb* 9 racionalis *C* 14 seculo *C* 15 iusticia *C* 16 acusate (*exp. m. 2*) *L* 18 inhabitacio *C* 21 itaquae *C* libere *L* 24 que *C* 27 predicando *C* 28 eos (*sed* o *exp. et* i *superscr.*) *C* quos] quod *LSG* sint *b* habundantius *C*

tius, in plagis supra modum, in mortibus saepius, propter quos habent foris pugnas, intus timores, gaudium et coronam suam uocant. nascuntur eis autem facilius atque copiosius ex illo sermone fidei, quo praedicant Christum crucifixum; et quicquid humanitatis eius citius humana cogitatione percipitur et infirmos etiam Liae oculos non perturbat. Rachel autem clara aspectu mente excedit deo et uidet in principio uerbum deum apud deum et uult parere et non potest, quia generationem eius quis enarrabit? proinde uita, quae studio contemplationis conpetit, ut ea, quae carni sunt inuisibilia, non infirmis oculis mentis per ea, quae facta sunt, intellecta conspiciat et sempiternam dei uirtutem ac diuinitatem ineffabiliter cernat, uacare uult ab omni negotio et ideo sterilis adfectando quippe otium, quo studia contemplationis ignescunt, non contemperatur infirmitati hominum, qui in uariis pressuris sibi desiderant subueniri; sed quia et ipsa procreandi caritate inardescit — uult enim docere, quod nouit, neque cum inuidia tabescente iter habere — uidet sororem labore agendi atque patiendi filiis abundantem et dolet potius currere homines ad eam uirtutem, qua eorum infirmitatibus necessitatibusque consulitur, quam ad illam, unde diuinum et incommutabile aliquid discitur. hic dolor figuratus uidetur in eo, quod scriptum est: et zelauit Rachel sororem suam. proinde quia liquidus purusque intellectus de illa substantia, quae corpus non est ac per hoc ad carnis sensum non pertinet, uerbis carne editis exprimi non potest, eligit doctrina sapientiae per quas-

1 cf. II Cor. 11, 23 2 cf. II Cor. 7, 5 3 cf. Phil. 4, 1 4 cf. I Cor. 1, 23 7 cf. II Cor. 5, 13 8 cf. Ioh. 1, 1 Es. 53, 8 13 cf. Rom. 1, 20 18 cf. Sap. 6, 25 23 Gen. 30, 1

1 frequentius et (*post* saepius) *b* 3 autem eis M^2b 4 predicant *C* cristum *C* 7 uidit *L* 8 deum] dñi *b* uult (t *s. l. add. m. 2*) *C* 9 enarrauit *LCSG* enarrabit (b *corr. ex* u) *M* 12 ac diuinitatem *om. Lb* 16 desiderant *S* caritate* (m *er.*) *L* 17 cum] cum (c *ex* e *corr.*) *L* eam S^1G eum *M* enim *b* inuidi a'tabescente *M* 19 habundantem *C* 21 qđ *G* aliqđ *S* 25 uerbis (bis *s. l. s. exp.* bum) *S* 26 elegit S^1G

libet corporeas imagines et similitudines utcumque cogitanda insinuare diuina quam ab officio talia docendi cessare, sicut elegit Rachel ex uiro suo et ancilla suscipere liberos quam sine filiis omnino remanere. Bala quippe interpretari dicitur „inueterata," hanc habuit ancillam Rachel. de uetere quippe uita carnalibus sensibus dedita corporeae cogitantur imagines, etiam cum aliquid de spiritali et incommutabili substantia diuinitatis audiur.

55. Suscipit et Lia de ancilla sua filios amore habendae numerosioris prolis accensa. inuenimus autem Zelpham eius ancillam interpretari „os iens". quapropter in praedicationem fidei euangelicae quorum os eat et cor non eat cum in scripturis aduerterimus, haec intellegitur ancilla Liae. scriptum est enim de quibusdam: populus hic labiis me honorat; cor autem eorum longe est a me. et talibus apostolus dicit: qui praedicas non furandum, furaris; qui dicis non moechandum, moecharis. uerumtamen ut etiam per hanc condicionalem libera illa uxor Iacob laborans filios heredes regni suscipiat, ideo dominus dicit: quae dicunt, facite; quae autem faciunt, facere nolite. unde in labore uinculorum uita apostolica, siue, inquit, occasione siue ueritate Christus adnuntietur, et in hoc gaudeo, sed et gaudebo, tamquam et ancilla pariente de prole numerosiore laetata.

14 Es. 29, 13 16 Rom. 2, 21 sq. 19 Matth. 23, 3 21 Phil. 1, 18

4 balâ *SG* ba*la (*corr. ex* ualla) *M* interp̄tari *CSG* interpra&ari *L* 6 corporae *C* concitantur *b* 9 suscepit *SM*, (e *corr. ex* i) *G* abundae *L* abunde *b* abundę *SMG* 10 numerosiorisq: *SGM* 11 interpra&ari *L* interp̄tari *CS* iens (e *exp. et* a *superscr. m. 2*) *C* hians *b* (*ap. Eusebium:* πορευόμενον στόμα; *ap. Hieronymum: ambulans os; cf. Lagarde Onomast. sacr. p.* 11, 28. 191, 60) predicationē (predica *in ras.*) *M* praedicatione *CSG* 12 eat (e *exp. et* i *superscr. m. 2*) *L* hiat *b* 13 intelligitur *L* ancillae (*exp. m. 2*) *S* ancillae *G* 17 mo//echandum *M* adulterandum *C* moecharis] adulteras *C* ut *s. l. S* 18 conditionale *S* 23 numero siore *C*

56. Est uero quidam Liae fetus ex beneficio Rachel editus, cum uirum suum secum debita nocte cubiturum acceptis a filio Liae mandragoricis malis cum sorore cubitare permittit. de hoc autem pomi genere opinari quosdam scio, quod acceptum in escam sterilibus feminis fecunditatem parit; ac per hoc putant omni modo institisse Rachel, ut hoc a filio sororis acciperet cupiditate pariendi: quod ego non arbitrarer, nec si tunc concepisset. nunc uero cum post Liae duos alios ab illa nocte partus dominus eam prole donauerit, nihil est, cur de mandragora tale aliquid suspicemur, quale in nulla femina experti sumus. dicam ergo quid sentiam: dicent hinc forte meliora doctiores. cum enim haec mala ipse uidissem et propter istum ipsum sacrae lectionis locum id mihi obtigisse gratularer — rara enim res est —, naturam eorum diligenter, quantum potui, perscrutatus sum, non aliqua a communi sensu remotiore scientia, quae docet uirtutes radicum et potestates herbarum, sed quantum mihi et cuilibet homini renuntiabat uisus et olfactus et gustus. proinde rem conperi pulchram et suaueolentem, sapore autem insipido; et ideo cur eam mulier tantopere concupiuerit, ignorare me fateor, nisi forte propter pomi raritatem et odoris iucunditatem. cur uero ipsam rem gestam sancta scriptura tacere noluerit, quae non utique talia desideria muliercularum nobis pro magno insinuare curaret, nisi aliquid in eis magnum quaerere commoneret, nihil amplius conicere ualeo, quam quod ex illo communi sensu mihi sug-

1 Ex utero quidem liae feçta (*corr. m. 1*) sed benef. rach. edita *C* (*in mg. m. rec.* est uero quidam *sqq.*) fetus] faetus (e *corr. ex* c) *L* filius *b* fructus (*corr. ex* faetus *aut* factus) *S* factus *M* faetus *G* 3 cubare *CSMG* 5 escam *C* par& *LSMG* 6 hoc *om. S* 7 arbitrarer (er *ex* et *a m.* 1) *C* nec si] nisi *b* 9 quur *C* 10 aliquid (i *fin. s. l.*) *S* 11 sentio *S*, (o *sup. exp.* unt) *G* 12 mala haec *C* mala (a *sup.* e *m. 2 superscr.*) *L* 15 açcommuni *S* conmuni *M* 18 suaue olentem *Cb* 19 *initio lin.* //// Et ideo *C* quur *LC* 21 iocunditatem (u *mut. in* o) *GMb* iucunditatem (o *in* u *mut.*) *C* uero] ergo *b* 23 pro magno nobis *C* 24 querere *C* cõmoneret *L* 25 ualeo (*corr. ex* uolo) *S* ualeo (o *sup.* &) *G*

geritur, ut illo mandragorico pomo figurari intellegam famam bonam: non eam, quae confertur, cum laudant hominem pauci iusti atque sapientes, sed illam popularem, qua etiam maior et clarior notitia conparatur, non ipsa per sese expetenda, sed intentioni bonorum, qua generi humano consulunt, perne-
cessaria. unde dicit apostolus: oportet etiam testimonium habere bonum ab eis, qui foris sunt: qui licet parum sapiant, reddunt tamen plerumque labori eorum, per quos sibi consulitur, et splendorem laudis et odorem bonae opinionis. nec ad istam gloriam popularem primi perueniunt eorum, qui sunt in ecclesia, nisi quicumque in actionum periculis et labore uersantur. propterea Liae filius mala mandragorica inuenit exiens in agrum, id est honeste ambulans ad eos, qui foris sunt; doctrina uero illa sapientiae, quae a uulgi strepitu remotissima in contemplatione ueritatis dulci delectatione de-
figitur, hanc popularem gloriam quantulamcumque non asse-
queretur nisi per eos, qui in mediis turbis agendo ac suadendo populis praesunt, non ut praesint, sed ut prosint, quia, dum isti actuosi et negotiosi homines, per quos multitudinis ad-
ministratur utilitas, et quorum auctoritas populis cara est, testimonium perhibent etiam uitae propter studium conqui-
rendae et contemplandae ueritatis otiosae, quodam modo mala mandragorica per Liam perueniunt ad Rachel; ad ipsam uero Liam per filium primogenitum, id est per honorem fecundi-
tatis eius, in qua est omnis fructus laboriosae atque inter incerta temptationum periclitantis actionis: quam plerique bono ingenio praediti studioque flagrantes quamuis idonei

6 I Tim. 3, 7

1 mandrogorico *S* 2 que *C* laudanᵗ (n *s. l.*) *S* 3 qua// *SM* 6 etiam] iam *ł&iam* (*ł&iam s. l.*) *M* 8 sapiunt (u *corr. ex* a) *G* sapiunt *S* 9 consuliᵗ (~ *a m. rec.*) *C* sp*lendorem *S* 11 actionē *C* 13 fori (s *add. m. 2*) *C* 16 quantulumque *LCSMG* 18 presint *L* 21 perhibente littera uitę *b* 22 quē* admodv (v *sup. exp.* o *a m. 2*) *M* 23 liam (li *in ras. uoluit* aliam *scrib.*) *C* 26 certa *L* tentationum *L* quod *b* 27 studioque *S* fraglantes *M*

regendis populis esse possint, tamen uitant propter turbulentas occupationes et in doctrinae otium toto pectore tamquam speciosae Rachel feruntur amplexum.

57. Sed quia bonum est, ut etiam haec uita latius innotescens popularem gloriam mereatur, iniustum est autem, ut eam consequatur, si amatorem suum administrandis ecclesiasticis curis aptum et idoneum in otio detinet, nec gubernationi communis utilitatis inpertit, propterea Lia sorori suae dicit: parum est tibi, quod uirum meum accepisti, insuper et mandragorica filii mei uis accipere? per unum uirum significans eos omnes, qui cum sint agendi uirtute habiles et digni, quibus regimen ecclesiae committatur, ad dispensandum fidei sacramentum illi accensi studio doctrinae atque indagandae et contemplandae sapientiae se ab omnibus actionum molestiis remouere atque in otio discendi ac docendi condere uolunt. ita ergo dictum est: parum est tibi, quod accepisti uirum meum, insuper et mandragorica filii mei uis accipere? ac si diceretur: parum est, quod homines ad laborem rerum gerendarum necessarios in otio detinet uita studiorum, insuper et popularem gloriam requirit?

58. Proinde ut eam iuste conparet, inpertit Rachel uirum sorori suae illa nocte, ut scilicet qui uirtute laboriosa regimini populorum adcommodati sunt, etiamsi scientiae uacare delegerant, suscipiant experientiam temptationum curarumque sarcinam pro utilitate communi, ne ipsa doctrina sapientiae, cui uacare statuerunt, blasphemetur neque adipiscatur ab inperitioribus populis existimationem bonam, quod illa poma significant, et quod necessarium est ad exhortationem discentium.

1 possint (n *s. l. a m. 1*) *L* euitant *C* turbolentas *S* 2 occupationes (*pr.* c *s. l.*) *S* 3 f*ruuntur (*pr.* u *s. l. corr. m. 2*) *L* amplexu (~ super u *del. m. 2*) *L* 6 ea *b* 10 mandragoriam *S* mandragori*ā (c *er.* et ~ sup. a *add.*) G^2 13 indagendae *LSGM* 16 parum ne *b* 17 mandragoriça *S* 22 sorori (s *er.*) *L* noctę *L* quo *SGML*^{1}*b* 23 delegerẽt *b* 24 temptationem *SG* curarumque (r *alt. sup. exp.* t *superscr. uid.*) *C* 26 adi*piscatur *C* 27 ęxistimationem *C*

sed plane ut hanc curam suscipiant, ui coguntur. satis et hoc significatum est, quod cum ueniret de agro Iacob, occurrit ei Lia eumque detinens ait: ad me intrabis: conduxi enim te pro mandragoris filii mei, tamquam diceret: doctrinae, quam diligis, uis conferri bonam opinionem? noli defugere officiosum laborem. haec in ecclesia geri, quisquis aduerterit, cernit. experimur in exemplis, quod intellegamus in libris. quis non uideat hoc geri toto orbe terrarum, uenire omnes ex operibus saeculi et ire in otium cognoscendae et contemplandae ueritatis tamquam in amplexum Rachel; et excipi de trauerso ecclesiastica necessitate atque ordinari in laborem tamquam Lia dicente: ad me intrabis? quibus caste mysterium dei dispensantibus, ut in nocte huius saeculi filios generent fidei, laudatur a populis etiam illa uita, cuius amore conuersi spem saeculi reliquerunt, et ex cuius professione ad misericordiam regendae plebis adsumpti sunt. id enim agunt in omnibus laboribus suis, ut illa professio, quo se conuerterant, quia tales rectores populis dedit, latius et clarius glorificetur, tamquam Iacob non recusante noctem Liae, ut Rachel pomis suaueolentibus et clare nitentibus potiatur: quae aliquando et ipsa praestante misericordia dei per se ipsam parit, uix tandem quidem, quia perrarum est, ut „in principio erat uerbum et uerbum erat apud deum et deus erat uerbum“ et quicquid de hac re pie sapienterque dicitur, sine phantasmate carnalis cogitationis et salubriter uel ex parte capiatur.

59. Haec de tribus patribus, Abraham, Isaac et Iacob, quo-

3 Gen. 30, 14 sqq. 22 Ioh. 1, 1

1 satis. Et hoc *b* 5 diffugere *C* 6 quisquis (alt. quis *s. l.*) *S* 8 hoc geritur toto orbi *Pb* ł homines *C* 9 ex] ab *CPSGMb* 10 et *om. b* 11 transuerso *M* atque—dicente *om. SG* labore *L* 14 generant *b* *post* gen. *habetur in C* ụł diei etiam (e *in ras.*) *C* etiam.. *L* in illa *SGMb* 15 ad] et *b* 16 pleuis M^1 plebem *b* 19 recusantẽ *SGb* recusantem (*exp. m. 2*) *LM* (m *er.*) 20 suaue olentibus *LCb* potiaṫ (~ *m. 2 add.*) *L* 21 prestante *C* 24 sapienter que *C* diciṫ (~ *add. m. 2*) *L* 25 phantasmatae *L*

rum se deum appellari uoluit deus, quem catholica ecclesia colit, aduersus Fausti calumnias dicta suffecerint. de quorum trium hominum meritis atque pietate et longe remota a iudicio carnalium altitudine prophetiae non est nunc disserendi locus: tantum ab his criminibus, quibus eos maledica et ueritatis inimica lingua pulsauit, defendendi fuerint in hoc praesenti opere nostro, ne contra scripturas sanctas et salubres aliquid sibi dicere uiderentur, qui eas peruersa et aduersa mente legerunt, dum petulantibus conuiciis insectantur eos, qui illic cum tanto honore praedicantur.

60. Ceterum Loth frater, id est consanguineus Abrahae, nequaquam istis conparandus est, de quibus deus dicit: ego sum deus Abraham et deus Isaac et deus Iacob, nec in eorum numero deputandus, quibus illa scriptura usque in finem perhibet iustitiae testimonium, quamuis inter Sodomitas pie casteque uersatus, hospitalitatis etiam meritis commendatus ab illius terrae incendio liberatus sit et eius posteris terra possessionis propter Abraham, qui patruus eius fuerat, dono dei data sit. haec nobis merita in illis libris laudanda proponuntur, non ebrietas, non incestus; sed cum hominis eiusdem et recte factum et peccatum scriptum inuenimus, aliud insinuatur imitandum, aliud praecauendum. porro si peccatum Loth, cui perhibitum est, antequam peccaret, iustitiae testimonium, non modo non decolorat diuinitatem dei uel scripturae illius ueritatem, uerum etiam laudandam diligendamque commendat, quod tamquam speculi fidelis nitor admotarum sibi personarum non solum, quae pulchra atque integra, uerum etiam quae deformia uitiosaque sint, indicat: quanto magis

12 Ex. 3, 6 19 cf. Gen. 19 20 cf. Deut. 2, 9 24 cf. Sap. 10, 6

1 appellare *b* 2 sufficerent S^1Gb sufficerint ML^1 4 prophetiae (i *s. l.*) *S* prophetae *M* 5 habbis (h *exp. et* h *superscr.* m. *rec.*) *C* 6 fuerant *Pb* 7 et *om. b* 9 conuitiis *L* 12 dñs dicit *b* 15 (et 23) iusticiae *C* 22 ali*ud *C* 25 diligendamquę (sed ˌ *paene er.*) *S* 26 nitorem S^2 nitoræm *G* nitor (r *s. l. quae litt. er. sit dub.*) *L* admotarum (ad *m. 2 superscr.*) *L* ad notarum (n *corr. ex* m) *SM* 28 sint L^1 (*s. exp.* i *scr. m. 2* u)

factum Iudae, quod cum sua nuru concubuit, nihil omnino adfert, unde auctoritas sancta culpetur! quae in illis libris fundata persistens non tantum paucissimorum Manichaeorum calumniosas argutias, uerum etiam gentilium tot tantorumque populorum horrendas inimicitias diuino iure contemnit, quos paene iam totos a nefaria superstitione simulacrorum ad unius dei ueri cultum christiano imperio subiugauit edomito orbe terrarum non uiolentia bellici certaminis, sed inuictae potentia ueritatis. ubi enim litterarum illarum laudatus est Iudas? quid de illo boni scriptura illa testata est, nisi quod in prophetia Christi, qui ex eius tribu praenuntiabatur in carne uenturus, benedictione patris sui prae ceteris commendatus eminuit?

61. Ceterum ad id, quod eum Faustus fornicatum commemorauit, addimus nos aliud, quod fratrem suum Ioseph in Aegyptum uendidit. numquid cuiusquam membra distorta deprauant lucem, quae cuncta demonstrat? sic nec cuiuspiam malefacta malam scripturam faciunt, qua prodente legentibus innotescunt. consulta quippe aeterna lex illa, quae ordinem naturalem conseruari iubet, perturbari uetat, non nisi propagationis causa statuit hominis concubitum fieri, et hoc non nisi socialiter ordinato conubio, quod non peruertat uinculum pacis et ideo prostitutio feminarum non ad substituendam prolem, sed ad satiandam libidinem propositarum diuina atque aeterna lege damnatur. omnem quippe dehonestat emptorem turpitudo uenalis; ac per hoc Iudas etsi grauius peccasset, si nurum sciens cum ea concumbere uoluisset — si enim uir et uxor,

1 cf. Gen. 38, 13. 18 13 cf. Gen. 49, 8 sqq. 16 cf. Gen. 37, 26 sqq.

3 manicheorum *LC* 5 inimiticias *C* contempnit *LS*, (p *s. l.*) *M* 6 poene *C* pene *L* ane faria (*ex* sane) *M* simulachrorū (r *pr.* s. *l.*) *C* 7 et domito *b* 8 potentiae *Lb* 9 ueritatis (ti *s l.*) *S* 16 menbra *C* 17 lucem *om. b* nec (c *s. l. m. 1 superscr.*) *C* 19 illa *om. b* 20 perturbari (b *ex* u *corr.*) *M* 21 et] ex *b* 22 sotialiter *L* obstinato *b* 24 satiendam S^2 satiendam *G* 25 emptorem (p *s. l. a m. 2*) *LM*

sicut dominus dicit „non iam duo, sed una caro“ est, non aliter nurus est deputanda quam filia — tamen eum, quantum in ipso erat, deformiter cum meretrice cubasse non dubium est. at illa, quae socerum fefellit, non carnis eius concupiscentia nec meretriciae mercedis cupiditate peccauit, sed ex ipso sanguine prolem requirens, ex quo duobus iam fratribus nupta tertio quoque denegato habere non potuit, patri eorum socero suo fetandum corpus fraude subiecit pignore mercedis accepto, quod non ad ornamentum, sed ad testimonium reseruauit. melius quidem sine filiis remaneret quam sine iure matrimonii mater fieret; longe tamen alia intentione peccauit, quod filiis suis patrem prouidit socerum suum, quam si eum sibi concupisset adulterum. denique cum iussu eius produceretur ad mortem et uirgam, monile atque anulum protulisset dicens ab eo se grauidatam, cuius pignora illa essent, ubi ea, quae dederat, ille cognouit, istam magis quam se iustificatam esse respondit, quod ei filium suum maritum coniungere noluisset, qua destitutione conpulsa illo modo potius quam nullo modo posteritatem non aliunde quam ab eadem stirpe conquireret. in qua sententia non eam iustificatam, sed eam magis quam se iustificatam dicens nec ipsam laudauit, sed in sui conparatione praeposuit, desiderium scilicet habendae prolis, quo ducta illa se socero subposuerat, minus culpans quam libidinosi concubitus ardorem, quo ipse uelut ad meretricem uictus intrauerat: sicut quibusdam dicitur: iustificastis Sodomam, id est tantum peccastis, ut uobis Sodoma conparata iusta uideatur. quamquam etiamsi haec mulier non in peioris facti conparatione minus culpata, sed omnino a socero laudata intellegatur — quae tamen con-

1 Matth. 19, 6 26 Ezech. 16, 52

4 ad L^1 fefellit (*m. 2 corr. ex* refellit) *S* refellit *G* 5 meretriciae (i *sec. s. l.*) *S* 8 fętandum *S* 10 remanere *L* quam sine *om. C* 13 concubisset L^1 produceretur (*corr. m. 1 ex* procederetur) *C* 15 pignera *SGMb* 17 iustificatum L^1b 20 stirpe (i *corr. ex* y) *L* 25 ad *s. l. S* intrauit *C*

sulta illa aeterna lege iustitiae, quae naturalem ordinem perturbari uetat, non utique tantummodo corporum, sed maxime ac primitus animorum, quia in procreandis filiis ordinatam societatem non custodiuit, merito culpabilis inuenitur — quid mirum, si peccatrix a peccatore laudatur?

62. Quod ita nobis Faustus uel ipsa Manichaea peruersitas arbitratur aduersum, quasi nobis in illius scripturae ueneratione dignoque praeconio uitia hominum, quae illa commemorat, necesse sit adprobare; quin potius necesse est, ut, quanto illam religiosius accipimus, tanto fidentius illa culpemus, quae per eius ueritatem certius culpanda didicimus. ibi enim fornicatio et omnis inlicitus concubitus diuino iure damnatur, ac per hoc, cum talia quorundam facta commemorat, de quibus eo loco suam taceat sententiam, iudicanda nobis permittit, non laudanda praescribit. quis enim nostrum in ipso euangelio non detestatur Herodis crudelitatem, cum de Christi natiuitate sollicitus tot infantes iussit occidi? at hoc factum ibi non uituperatur, sed tantum narratur. sed ne hoc Manichaei uesana inpudentia falsum esse contendant, quia et ipsam Christi natiuitatem, qua Herodes perturbatus est, negant, ipsorum Iudaeorum inmanitatem et caecitatem legant, quemadmodum illic tantummodo narretur, non uituperetur, et tamen ab omnibus detestetur.

63. Sed, inquiunt, iste Iudas, qui cum sua nuru concubuit, inter duodecim patriarchas conputatur. quid enim? et ille Iudas, qui dominum tradidit, nonne inter duodecim apostolos numeratus est et cum eis unus ex eis ad praedicandum

12 cf. Ex. 20, 14 . 17 17 cf. Matth. 2, 16 25 cf. Gen. 25, 22 sqq.

3 q3 (*m.* 2 ia *superscr.*) *S* 4 Quid *inc. c.* 62 *in b* 6 manichea *L* 7 ueneratiõ *L* 9 approbare G^2 10 fidentius (fid *in ras.*) *L* culpæmus *S* 11 culpanda** *L* 14 iudicanda (n *s. l. corr. ex* iudicata) *G* 15 praescripsit *L* 16 detestatur (de *s. l. a m.* 2) *LSM* detestaт (~ *add. m. rec.*) *C* 17 ad L^1 aт (d *in* t *mut.*) L^2MG 18 manichei *LC* 19 q3 (*m.* 2 ia *superscr.*) *S* et *om. SG* ipsam *(s. l. G)* etiam *SG* 20 negant (a *exp. et* e *superscr. m.* 2) *S* iudeorum *C* 21 quemammodum *L* 25 XII *SG*

euangelium diabolus missus est? sed adhuc respondent et dicunt: ille post tale facinus laqueo suo peremptus et apostolorum numero exemptus est; iste autem post hanc turpitudinem inter fratres suos ab illo patre, cui tam magnum testimonium deus perhibet, praecipue benedictus et supra omnes laudatus est. quin immo hinc expressius adparet non ad ipsum, sed ad Christum, qui ex eius tribu praenuntiabatur in carne uenturus, illam pertinere prophetiam, et ideo magis flagitium eius diuina scriptura tacere non debuit, sicut non tacuit, ut in uerbis patris eius, quibus post illud dedecus ita laudatur, quia ipse non agnoscitur, alius requiratur.

64. Quamquam Faustus dente maledico hoc ipsum intellegatur mordere uoluisse, quod Christus a nobis ex eius tribu uenisse praedicatur, maxime quia in generationibus patrum eius, quas Matthaeus euangelista commemorat, etiam Zara, quem Thamar ipsa ex illo conceptu peperit, inuenitur. nam si stirpem Iacob, non Christi generationem uellet reprehendere, habebat magis primitiuum Ruben, qui paternum torum nefaria libidine uiolauit: qualem fornicationem apostolus nec in gentibus dicit auditam. quod factum etiam ipse pater Iacob, cum eos benediceret, super caput eius accusando et detestando non tacuit. hoc ergo crimen potius Faustus obiceret, ubi non error ex habitu meretricio, sed omnino uoluntaria contaminatio paterni lectuli adparet, nisi et ipsam Thamar plus odisset, quod illo concubitu nihil aliud quam parere cuperet, quam si

1 cf. Matth. 10, 2 sqq.; Ioh. 6, 71 sq. 3 cf. Matth. 27, 5 6 cf. Gen. 49, 8 sqq. 16 cf. Matth. 13; Gen. 38, 30 19 cf. Gen. 35, 22 20 cf. I Cor. 5, 1 22 cf. Gen. 49, 3 sq.

5 super *b* 6 expressius (i *s. l.*) *S* 7 prenuntiabatur *C* 10 eius patris *SG* *ante* laudatur *om.* ita *SG* 11 qȝ (*m.* 2 ia *superscr.*) *S* requiratur (re *corr. ex* de *m. 1*) *C* 14 generationib' (b' *s. l. add. m.* 2) *S* 15 matheus *SCL* 17 generatione *S* reꝑhendere *LC* 18 primitiuum (alt. u *s. l.*) *C* thronum L^1 torum *C* th*orum L^2 19 nefari alibidine *C* 21 caput (t *s.* d *m. 1 superscr.*) *C* detestando (de *s. l. add. m.* 2) *S* 23 meretritio *LM* 25 concubitu (b *ex* p *corr. m. 1*) *C*

sola libidine carnalis uoluptatis arsisset, et Christi progenitores culpando incarnationi eius fidem derogari uoluisset, ignorans miser uerissimum et ueracissimum saluatorem non solum loquendo, sed etiam nascendo magistrum extitisse. fideles enim eius uenturi ex omnibus gentibus etiam exemplo carnis ipsius discere debuerunt parentum suorum iniquitates sibi obesse non posse. proinde sponsus ille suis congruens inuitatis, qui uocaturus erat ad nuptias bonos et malos, etiam nasci uoluit de bonis et malis, ut prophetiam paschae, qua praeceptus est manducari agnus acceptus ex ouibus et capris tamquam iustis et iniustis, ad se praefigurandum praecessisse firmaret. documenta quippe dei et hominis ubique conseruans parentes et bonos et malos propter conuenientiam humanitatis non spreuit, partum autem uirginis propter miraculum diuinitatis elegit.

65. Inaniter ergo Faustus in se ipsum potius dente sacrilego saeuiens sanctam scripturam, quam totus iam mundus merito ueneratur, accusat: quae, ut supra dixi, tamquam speculi fidelis nitor nullius accepit adulandam personam, sed et laudanda et uituperanda hominum facta uel ipsa iudicat uel legentibus iudicanda proponit, nec solum homines ipsos uel uituperabiles uel laudabiles intimans, uerum etiam quaedam in uituperabilibus laudanda et in laudabilibus uituperanda non tacens. neque enim quia uituperabilis homo erat Saul ideo non est laudabile factum eius, quod gustatum de anathemate tam diligenter scrutatus, tam seuere uindicare conatus est oboediens deo, qui hoc fieri prohibuerat, uel quod pythones

8 cf. Matth. 22, 10 10 cf. Ex. 12, 3 sqq. 26 cf. I Reg. 14, 24 sqq.

2 incarnationis *b* derogare *SG* 10 capris (a *in* i *corr.*) *S* 11 praefigurandam *SG* praecessis se *C* 12 hominibus *L* et *ante* bonos *om. SG* 14 partū (*pr.* r *s. l. add.* et *alt. exp. m.* 2) *LM* 16 seuiens (r *uid. er.*) *L* seruiens *G* seuiens *C* 17 ueneratur (u *corr. ex b*) *M* dixi (τ *er.*) *S* dixit *G* dixi (*ort. ex* dix̃ ~ *er.*) *M* 18 accepit L^1 adolandam L^1 adulando L^2 22 uituperabilius L^1SMG laudabilius L^1SGM 24 anathemate (ę *fuit*) *S* 25 conatus (co *ex* ca *corr.*) *S* 26 obaediens *C* prohibuerat (o *in ras;* hi *s. l. a m. 1*) *L* phytones *GSb* phythones (h *superscr. m.* 2) *LM* phythones *C*

et uentriloquos de regno suo deleuit, aut quia laudabilis erat Dauid, ideo peccata eius, quae deus quoque arguit per prophetam, uel adprobanda uel imitanda sunt. sicut nec in Pontio Pilato uituperandum est, quod aduersus accusationes Iudaeorum innocentem dominum iudicauit, nec in Petro laudandum est, quod eundem dominum ter negauit, uel unde ab ipso satanas appellatus est, quod non sapiendo, quae dei sunt, eum uoluit a passione, hoc est a nostra salute reuocare, paulo ante ergo dictus beatus, paulo post dictus est satanas. sed quid in illo obtinuerit, apostolatus eius et martyrii corona testatur.

66. Sic itaque et regis Dauid legimus peccata, sed legimus etiam recte facta. in quo autem praeualuerit, aut unde quid uicerit, satis in promptu est non maliuolae caecitati, qua in sanctos libros et uiros Faustus inruebat, sed religiosae prudentiae, qua et auctoritas diuina et merita humana possunt cerni atque discerni. nam legant isti et uideant in Dauid plura deum redarguisse quam Faustum; sed ibi est et paenitentiae sacrificium, ibi est illa inconparabilis mansuetudo usque ad inmanissimum et atrocissimum inimicum, qui, quotiens illi est in manus fortissimas datus, totiens ab illo est de manibus piissimis dimissus inlaesus. ibi memorabilis humilitas sub flagello dei et ceruix regia dominico iugo ita subdita, ut armatus et comitatus armatis amara ex inimici ore

1 cf. I Reg. 28, 3 3 cf. II Reg. 12, 1 sqq. 6 cf. Matth. 26, 70 sqq. 9 cf. Matth. 16, 22 sq. 18 cf. II Reg. 12 . 24 22 cf. I Reg. 24 . 26

2 ꝑpropheta̅ *S* 3 approbanda S^1 4 iudeorum *C* 8 salute nostra *SG* 9 be|| beatus *C* 10 in *(s. l. m. 2) LM om. GSb* 13 recta *SG* aut] aut (a *s. l. a m. 2) LG* ut *M* et *Cb* 14 impromptu* (s *er.*) *SM* promptu* (~ *sup.* u *er.*) *L* 16 auctoritas// (*corr. ex* auctoritatis) *M* diuina (i *post. s. l. a m. 1) L* 19 sacrifitium *C* 20 adtrocissimum (*exp. m. 2*) *L* adtrocissimum *SMG* 21 manus (*s. l. add. m. 1* s) *C* 22 piissimis (u *in* i *corr. m. 2*) *L* illesus *C* inlesus (, *add. m. 2*) *L* memorabilis (mo *in ras.*) *C* 23 sufflagello *C* dominico (co *ex* ca *corr.*) *S*

conuicia patientissime sustineret suumque comitem accensum iracundia, quod talia rex eius audiret et iam iamque in conuiciatoris caput dextera ultrice pergentem modestissime refrenaret, regali suae iussioni diuini timoris pondus adiciens et dicens meritis suis hoc redditum superno iudicio, quo ille iniuriosus missus esset, ut in eum talia iacularetur obprobria. ibi in gregem sibi commissum tanta dilectio pastoralis, ut pro eis ipse uellet mori, quando populo numerato peccatum elationis eius sic puńire placuit deo, ut eundem numerum minueret morte multorum, cuius multitudine cor regis fuerat superbia pertemptatum: in quo occulto iudicio deus, apud quem non est iniquitas, et, quos nouerat indignos hac uita, subtraxit huic uitae et in illo, qui de hominum copia se extulerat, tumorem animi humani eiusdem copiae diminutione sanauit. ibi tam religiosus dei timor sacramentum Christi in sancta unctione seruabat, ut cor eius pia sollicitudine trepidauerit, quando exiguam particulam de ueste ipsius Saulis latenter abscidit, ut haberet, unde illi fidem faceret, quam nollet eum, cum posset, occidere. ibi tam prudens in filios et tanta clementia, ut cum innocentem puerum, pro quo aegrotante multis lacrimis et humilitatis sordibus sese abiciens dominum fuerat deprecatus, mortuum non luxerit, idem iuuenem filium parricidali furore praecipitem, qui et paternum cubile stupris nefariis maculauerat et contra patrem scelestum bellum gerebat, et uellet conseruatum et fleret occisum, ani-

6 cf. II Reg. 16

1 conuitia *SG* patientissimąe *L* patientissimæ *S* patientissimę *M* 3 modes*tissimąe (*exp. m.* 2) *L* modestissimąe *C* refren& *SG* 5 qd (d *s. l.*) *SG* ille (*s. l.*) *S* 6 opprobria (b *exp. et* p *superscr. m.* 2) *L* 10 multitudinem (*exp. m.* 2) *L* superbia fuerat *C* 11 supbia (b *ex* u *corr.*) *M* pertemptatum (p *s. l*) *S* 12 hac] ac *C* 14 tumore *G* tumorē (~ *add. m.* 2) *L* timore *b* 15 reliosus *S* 18 faceret uł qđ quā nollet *C* 19 tanta pru*dentia cā prudens *sqq. C* 21 ęgrotante *L* multis///lacrimis *S* 22 deṕcatus *LCSG* idem L^1 24 stupris (s *add. in ras. m.* 2) *L* scelestṽ (ṽ *s. exp.* e) *S* 25 bell& M^1

mae scilicet tantis criminibus inuolutae sempiternas praeuidens poenas, quibus euadendis eum per paenitentiam corrigendum uiuere cupiebat humiliatum. haec et alia multa laudanda et imitanda in illo sancto reperiuntur uiro, si non peruersus animus eam scripturam, quae de illo loquitur, perscrutetur, maxime si mente subdita et pia et plane fideli sequamur sententiam dei, qui eius nouerat occulta cordis, ubi in conspectu eius, qui falli non potest, ita placuit, ut etiam filiis suis imitandus ab illo proponeretur.

67. Quid enim aliud quam cordis eius profunda cernebat spiritus dei, quando correptus per prophetam dixit „peccaui“ continuoque ad hoc unum uerbum audire meruit, quod acceperit ueniam? ad quam rem nisi ad sempiternam salutem? neque enim praetermissa est in illo secundum dei comminationem flagelli paterni disciplina, ut et confessus in aeternum liberaretur et adflictus temporaliter probaretur. haud uero mediocre fidei robur fuit, aut paruum mitis et oboedientis animi indicium, cum audisset a propheta, quod sibi deus ignouisset, et tamen quae fuerat comminatus consequenter euenissent, non se dicere prophetae deceptum esse mendacio nec murmurare aduersum deum, quasi falsam peccatorum eius indulgentiam pronuntiauerit. intellegebat enim uir alte sanctus et non contra deum, sed ad deum leuans animam suam, nisi dominus esset confitenti paenitentique propitius, quantum poenarum aeternarum eius essent digna peccata; pro quibus cum temporalibus emendationibus ureretur, uidebat erga se et manere ueniam et non neglegi medicinam. cur autem Saul per Samu-

3 cf. II Reg. 18

1 inuolutę (, *add. m.* 2) *L* 2 euandendis *C* 4 repperiuntur *S* repperiuntur L^2G 6 et *ante* plane *s. l. a m. 1 L* 8 po͞test (est *add. m.* 2) *S* 10 cernebat *s. l. G* cernæbat L^1 11 correctus *Lb* 12 continuoq' (q' *s. l.*) *S* acciperet *C* 16 liber&ur L^1SGM liberar&ur (ra *s. l. a m.* 2) *L* afflictus L^2 haud *b* 17 robor L^1 20 mendatio *C* 21 aduersus *SGMb* falso SG^2 23 ad dn̄m̄ *S* 24 paenarum CS^1 26 ureretur] uereretur G^1b uerberaretur S^2G^2 uęreretur L^2P^3 u*reretur (e *er.*) *M* 27 quur *LC*

helem correptus, cum diceret etiam ipse „peccaui,“ non meruit audire, quod Dauid, quod ei dominus ignouisset? num personarum acceptio est apud deum? absit. sed in simili uoce, quam sensus humanus audiebat, dissimile pectus erat, quod diuinus oculus discernebat. quid talibus docemur exemplis nisi regnum caelorum intra nos esse et de intimis nostris deum colere nos debere, ut ex abundantia cordis os loquatur, non autem ut populus labiis eum honoret, cor autem eorum longe sit ab eo, neque iudicare aliter audeamus de hominibus, quorum interiora uidere non possumus, quam deus, qui hoc potest et falli aut corrumpi non potest, cuius euidentissimam sententiam de Dauid cum diuinae scripturae contineat tam sublimis auctoritas, multum ridenda uel potius dolenda est aliter sentiens humana temeritas? eis quippe diuinis libris de antiquis uiris credendum est, qui tam longe futura dixerunt, quae praesentia nunc uidentur.

68. Quid aliud in euangelio discimus, cum eadem uox Petri auditur confitentis Christum filium dei, quae etiam daemoniorum paria uerba, sed longe inpari corde emittentium? proinde in simili uoce fides Petri laudatur, daemoniorum immunditia cohibetur. a quo, nisi ab illo, qui non aure humana, sed diuina mente radices internas uocum illarum nosset inspicere et sine ulla falsitate discernere? quam multi enim et alii homines dicunt Christum filium dei uiui nec tamen Petri meritis conparantur, non solum illi, qui dicturi sunt in illo die: domine, domine et audituri: discedite a me, sed etiam illi, qui segregabuntur ad dexteram, in quibus plu-

1 I Reg. 15, 24 3 cf. Gal. 2, 6 6 cf. Luc. 17, 28 7 cf. Matth. 12, 34 9 cf. Matth. 15, 8 18 cf. Matth. 16, 16 19 cf. Luc. 8, 28 26 Matth. 7, 22 sq. 27 cf. Matth. 25, 33

1 ipsi *C* 2 dauid (uid *in ras.*) *L* numquid *C* 5 doceremur *SGM* docereṃur L^2P^3 6 celorum *C* 7 cordis *s. l. S* os (*sup.* s ~ *del. m.* 2) *L* loquatur (a *corr. ex* i) *G*, (a *sup. exp.* i) *S* 8 eum *om. LSGMb* ẹum ṃẹ (*sed* labiis *antepos.*) *C* 13 ridenda] rienda C^1 17 aliud *C* (*m. rec. superscr.* scil. quam duo genera confessionum) 18 petri] patris (s *s. l. a m.* 2) *C* 22 interna suocum L^1

rimi nec umquam Christum uel semel negauerunt nec eius pro nostra salute passionem inprobauerunt nec gentes iudaizare coegerunt, et tamen Petro, qui haec fecit, sedenti in duodecim sedibus et non solum duodecim tribus, uerum et angelos iudicanti inpares adparebunt? ita etiam multi nullius adpetentes uxorem, nullum maritum adpetitae usque ad mortem persequentes tamen Dauidicum meritum, cum iste illa fecisset, apud deum habere non possunt. tantum interest, quid cuique in se ipso quantumque displiceat, ut penitus exstirpetur, et quid pro eo fructiferum et opulentum ingenti feracitate consurgat, quia et agricolae plus placent agri, qui spinis etiam magnis eradicatis centenum proferunt, quam qui nullas umquam spinas habuerunt et uix ad tricenum perueniunt.

69. Sic et Moysen famulum dei fidelissimum in tota domo eius, ministrum legis sanctae et mandati sancti, iusti et boni, cui apostolus adtestatur — nam eius haec uerba sunt, quae commemoraui — ministrum etiam sacramentorum, non iam praestantium salutem, sed adhuc promittentium saluatorem, quod et saluator ipse confirmat dicens: si crederetis Moysi, crederetis et mihi; de me enim ille scripsit — unde suo loco, quantum satis uisum est, contra inpudentes Manichaeorum calumnias disseruimus — hunc ergo Moysen famulum dei uiui, dei ueri, dei summi, fabricatoris caeli et terrae, non de alieno, sed de nihilo, non premente necessitate, sed adfluente bonitate, non per sui membri poenam, sed per sui uerbi potentiam, hunc, inquam, Moysen, humilem in recusando tam magnum ministerium, subditum in suscipiendo, fidelem

3 cf. Gal. 2, 14 16 cf. Hebr. 3, 5; Rom. 7, 12 19 Ioh. 5, 46 27 cf. Ex. 4, 10

4 XII (*bis*) *SG* 5 angelos (u *corr. in* o) *SG* 7 dauiticum *LC* 9 extirpetur *C* 12 proferunt (pro *ex* p *corr. m.* 2) *L* proferunt *SG* centenũpro ferunt *M* 13 tricenum (e *in* i *corr. m.* 2) *L* 15 sancti *om. C* 18 prẹstantium (*add. m.* 2) *L* 19 quod et] et quod *SG* (et 20) crediderit*is L* 21 manicheorum *LC* 24 nichilo (chi *m rec. superscr.*) *C* p̃mente *LC* 25 affluente L^2 menbri *C*

in seruando. strenuum in exequendo, in regendo populo uigilantem, in corrigendo uehementem, in amando ardentem, in sustinendo patientem, qui pro eis, quibus praefuit, deo se interposuit consulenti, obposuit irascenti: hunc itaque talem ac tantum uirum, absit a nobis, ut ex maledico Fausti ore pensemus, sed ex ore plane ueredici dei. qui ueraciter hominem, quem fecerat, nouerat, quandoquidem etiam peccata hominum, quae ipse non facit, et in diffitentibus ut iudex agnoscit et in confitentibus ut pater ignoscit. ex ore omnino eius Moysen seruum eius et amamus et admiramur et quantum possumus imitamur, cum simus longe illius meritis inferiores, etiam nullo Aegyptio uel occiso uel expoliato, nullo bello gesto, quorum ille aliud futuri indole defensoris, alia inposito imperio dei fecit.

70. Ut interim omittam, quod cum percussisset Aegyptium, quamquam illi deus non praeceperit, in persona tamen prophetica ad hoc diuinitus fieri permissum est, ut futurum aliquid praesignaret, unde nunc non ago, sed omnino tamquam nihil significauerint facta illa discutio consultaque illa aeterna lege reperio non debuisse hominem ab illo, qui nullam ordinatam potestatem gerebat, quamuis iniuriosum et inprobum occidi. uerumtamen animae uirtutis capaces ac fertiles praemittunt saepe uitia, quibus hoc ipsum indicent, cui uirtuti sint potissimum adcommodatae, si fuerint praeceptis excultae. sicut enim et agricolae quam terram uiderint quamuis inutiles,

15 cf. Ex. 2, 12

1 in *ante* exeq. *s. l. m.* 2 *G* in *s. l. m.* 2 *L* 2 corregendo L^1 uehaementem *M* amando (do *s. l. sup. exp.* rem) *C* 4 tantum ac talem *C* 5 maledicto M^1 6 ueridici L^2SMG 7 quandoquidēm (m *s. l. add. m.* 2) *L* 8 fecit *Lb* diffidentibus (d *sup.* ț *superscr. m.* 2) *L* 13 aliam L^1 14 imposito L^2 15 percussit *S* aegyptium (i ? *l. a m. 1*) *C* 16 praeciperit L^1M^1 praeciperet *b* prophetica (ti *in ras.*) *L* 17 adhuc *b* 20 repperio L^2 quia *S*, (a *s. l.*) *G* nullā (~ *add. m.* 2) *L* 22 animae (ae *paene euan.*) *C* fertiles praemitt. (*in mg.* al. ferales permittunt) *b* 24 exculptae (*exp. m.* 2) *L* exculpatę *SG* exculptę *b* 25 sicut] sic *CSGM* quam] cū *C* inutilē *Lb*

tamen ingentes herbas progignere, frumentis aptam esse pronuntiant, et ubi filicem aspexerint, licet eradicandam sciant, ualidis uitibus habilem intellegunt, et quem montem oleastris siluescere aspexerint, oleis esse utilem cultura accedente non dubitant: sic ille animi motus, quo Moyses peregrinum fratrem a ciue inprobo iniuriam perpetientem non obseruato ordine potestatis inultum esse non pertulit, non uirtutum fructibus inutilis erat, sed adhuc incultus uitiosa quidem, sed magnae fertilitatis signa fundebat. ipse denique per angelum suum diuinis Moysen uocibus euocauit in monte Sina, per quem liberaretur ex Aegypto populus Israhel, eumque miraculo uisionis in rubo flammante et non ardente uerbisque dominicis ad frugem oboedientiae praeparauit: qui etiam Saulum ecclesiam persequentem de caelo uocauit, prostrauit, erexit, inpleuit, tamquam percussit, amputauit, inseruit, fecundauit. illa namque Pauli saeuitia, cum secundum aemulationem paternarum traditionum persequebatur ecclesiam, putans officium deo se facere, tamquam siluestre erat uitium, sed magnae feracitatis indicium. hinc erat illud Petri, cum euaginato gladio uolens defendere dominum aurem persecutoris abscidit: quod factum dominus satis minaciter cohibuit dicens: reconde gladium; qui enim gladio usus fuerit, gladio cadet. ille autem utitur gladio, qui nulla superiore ac legitima potestate uel iubente uel concedente in sanguinem alicuius armatur. nam utique dominus iusserat, ut ferrum discipuli eius ferrent, sed non iusserat, ut ferirent. quid ergo incongruum, si Petrus post hoc peccatum factus est pastor ecclesiae, sicut Moyses

13 cf. Ex. 3, 4 15 cf. Act. 9, 4 17 cf. Gal. 1, 14 21 Matth. 26, 51 sq.

2 felicem L^1b; *sed b in marg. exhib.* al. silerem 3 habilem *om. b* 4 siluaescere (a *s. l. a m. 1*) *L* accẹndente *C* 5 frēm (m *add.*) *S* 6 ciui *C* improbo (in *corr. in* m et i *s. l. add. m. 2*) *L* 8 magnae & *L* magna& *Mb* magne *S* 10 syna *LSMG* 14 celo *C* prostrauit (*pr.* r *s. l.*) *C* implicuit *SG* 15 fęcundauit *L* 17 persequæbatur *SG* 18 siluestrae *M* siluestrę *L* uicium *CL* 22 ille] hic *C* 23 superiori *b*

post percussum Aegyptium factus est rector illius synagogae? uterque enim non detestabili inmanitate, sed emendabili animositate iustitiae regulam excessit, uterque odio inprobitatis alienae, sed ille fraterno, iste dominico, licet adhuc carnali, tamen amore peccauit. resecandum hoc uitium uel eradicandum, sed tamen tam magnum cor tamquam terra frugibus. ita ferendis uirtutibus excolendum.

71. Quid ergo iam de expoliatis Aegyptiis Faustus obicit nesciens, quid loquatur? quod faciendo Moyses usque adeo non peccauit, ut non faciendo peccaret. deus enim iusserat, qui utique nouit non solum secundum facta, uerum etiam secundum cor hominis, quid unusquisque uel per quem perpeti debeat. carnalis itaque adhuc ille populus erat et rerum terrenarum cupiditate occupatus, Aegyptii uero sacrilegi et iniqui; nam et auro illo, hoc est dei creatura male utentes ad creatoris iniuriam, suis idolis seruiebant et homines peregrinos labore gratuito iniuste ac uehementer adflixerant. digni ergo erant et isti, quibus talia iuberentur, et illi, qui talia paterentur . et forte secundum suas uoluntates et cogitationes Hebraei magis permissi sunt facere ista quam iussi; sed eis deus permissionem suam per famulum suum Moysen innotescere uoluit, quando mandauit, ut diceret. fieri autem potest, ut sint aliae causae occultissimae, cur hoc illi populo diuinitus dictum sit: sed diuinis imperiis cedendum obtemperando, non resistendum est disputando. apostolus dixit: quis enim cognouit sensum domini? aut quis consiliarius eius fuit? siue ergo ista sit causa, quam dixi, siue alia quaelibet

10 cf. Ex. 3, 21 sq.; 11, 2; 12, 35 sq. 25 Rom. 11, 34

1 synagoge *C* 3 improbitatis (m *ex in fec. et* i *s. l. add. m.* 2) *L* 12 quod *S* 13 debebat *Cb*, (*sec.* b *s. l.*) *M* debebat (*exp. m. 1*) *L* 14 aegyptii (*pr.* i *s. l. a m. 1*) *L* 17 laborare (*exp. m.* 2) *L* 18 et (e *corr. ex* u) *M* 19 paterentur (a *corr. ex* e) *M* uoluntess& L^1 uoluntatess& L^2 20 hebrei *L* 21 mosen *CSG* 23 quur *LC* hoc (h *s. l.*) *C* illi *om. SG* 24 cędendum *L* optemperando *C* 27 *pr.* siue] si *SG* alia] aliqua C^1SGb

in secreta et abdita dispositione dei lateat, cur hoc per Moysen illi populo dixerit, ut ab Aegyptiis sibi commodanda peterent, quae auferrent, hoc tamen confirmo nec frustra nec inique dictum esse nec licuisse Moysen aliter quam deus dixerat facere, ut penes dominum esset consilium iubendi, penes famulum autem obsequium peragendi.

72. Sed deus, inquit, uerus et bonus nullo modo talia iussisse credendus est. immo uero talia recte non iubet, nisi deus uerus et bonus, qui et solus nouit, quid cuique iubendum sit, et solus neminem quicquam incongruum perpeti sinit. ceterum ista inperita et falsa bonitas cordis humani contradicat et Christo, ne deo bono iubente inpii mali aliquid patiantur, cum dicturus est angelis: colligite primum zizania et alligate fasciculos ad conburendum. qui tamen hoc ipsum inoportune facere uolentes seruos prohibuit dicens: ne forte cum uultis colligere zizania, eradicetis simul et triticum. ita solus deus uerus et bonus nouit, quid, quando, quibus, per quos fieri aliquid uel iubeat uel permittat. poterat etiam ista humana non bonitas, sed plane uanitas eidem domino contradicere, cum desiderio noxio daemonum in porcos ire uolentium petentiumque permisit, praesertim quia Manichaei non solum porcos, uerum etiam minuta et abiecta animalia hominum animas habere crediderunt. qua uanitate inprobata et abiecta illud tamen constat dominum nostrum Iesum Christum dei unicum filium ac per hoc deum

13 Matth. 13, 29 sq. 21 cf. Matth. 8, 31 sq.

1 quur *LC* 2 commendanda *b* 3 auferrent (*pr.* r *s. l. a m. rec.*) *C* 4 mosen *C* 5 iubendo *GL*^{1}*M*^{1} iubendo (do *in ras.*) *S* penes] poenas *G* paenes *M* penes (*in ras.*) *S* 7 uerus—deus (*in marg. infer.*) *S* 8 iussisse *C*^{1} est *om. L* 12 iubentem (*exp. m.* 2) *L* iubente (m *er. corr.* b *ex* u) *M* 13 zyzania *SG* 14 alligate ea fasciculis *S* 15 inopportune *GM* importune *Sb* inoporture *C* 16 zyzania *S* 17 uerus deus *C* 19 uanitas] bonitas (o *in ras.*) *L*^{1}*P*^{1}*SMG* 20 daemonum—uolentium petentiumque *scripsi*: daemonum—uolenti petentique *SMG*, (i *in* pet. *sup.* e *a m. 1*) *L* daemonem—uolentem petentemque *C* daem.—uolentem petenti *b* 22 manichei *C*

uerum et bonum mortem pecorum alienorum perniciem qualiumcumque animantium et graue damnum hominum desiderio daemonum concessisse. quis autem dementissimus dixerit, quod eos ab hominibus non potuisset excludere, etiamsi eorum noxiae uoluntati nec porcorum exitium praestare uoluisset? porro si spirituum damnatorum et igni aeterno iam destinatorum quamuis saeua et iniqua cupiditas a creatore atque ordinatore omnium naturarum occulto quidem, sed ubique iusto moderamine in id, quo se inclinauerat, relaxata est, quid absurdum est. si Aegyptii ab Hebraeis, homines inique dominantes ab hominibus liberis, quorum etiam mercedis pro eorum tam duris et iniustis laboribus fuerant debitores, rebus terrenis, quibus etiam ritu sacrilego in iniuriam creatoris utebantur, priuari meruerunt? quod tamen si Moyses sua sponte iussisset, aut hoc Hebraei sua sponte fecissent, profecto peccassent; quamquam illi non quidem hoc faciendo, quod uel iusserat uel permiserat deus, sed tamen talia fortasse cupiendo peccauerunt. quod autem hoc facere diuina dispensatione permissi sunt, illius iudicio iusto bonoque permissi sunt, qui nouit et poenis uel cohercere inprobos uel erudire subiectos et praecepta ualidiora dare sanioribus et quosdam medicinales gradus infirmioribus ordinare. Moyses uero nec cupiditatis arguendus est in illis rebus desideratis nec contumaciae in diuinis imperiis quibuscumque contemptis.

73. Quaedam enim facta lex illa aeterna, quae ordinem naturalem conseruari iubet, perturbari uetat, ita medio quodam loco posuit hominibus, ut in eis usurpandis merito reprehendatur audacia, in exequendis autem oboedientia iure laudetur.

1 et bonum *om. L* morte *LC* mor ꝛepe /// corum (*corr. ex* peccatorum) *M* *ante* pernic. *add.* seu *S* perneciem *SG* 2 daesiderio *C* 5 exitum *C* prestare *LC* 6 s̄pm̄ *L*¹ 7 seua *S* 8 occulto (o *ex* a *corr. m. 2*) *L* sed (d *s. l. m. 2 add.*) *C* utique *C* iuste *LGM* iustę *S* 9 quo] quoḍ (*exp. m. 2*) *L* quod *PSGMb* se *om. LPSGMb* 10 aegyptii (i *fin. add. m. 2*) *L* hebreis *LC* 14 moses *C* 15 hebrei *LC* 17 peccauerunt (*sup.* u e *add. m. rec.*) *C* 20 paenis *L* cohercere *S* 22 moses *C* 23 contumatiae *S* 27 reꝑhendatur *LCSG*

tantum interest in ordine naturali, quid a quo agatur, et sub quo quisque agat. Abraham si filium sponte immolaret, quid, nisi horribilis et insanus, deo autem iubente, quid, nisi fidelis et deuotus adparuit? quod usque adeo ipsa ueritas clamat, ut eius uoce deterritus Faustus, cum in ipsum Abraham, quid diceret, unguibus et dentibus quaerens usque ad calumniosum mendacium perueniret, hoc tamen reprehendere non auderet, nisi forte non ei ueniret in mentem factum ita nobile, ut et non lectum nec quaesitum animo occurreret, ut denique tot linguis cantatum, tot locis pictum et aures et oculos dissimulantes feriret. quapropter si in occidendo filio spontaneus motus execrabilis, deo autem iubente obsecundans famulatus non solum inculpabilis, uerum etiam laudabilis inuenitur: quid Moysen, Fauste, reprehendis, quod expoliarit Aegyptios? si te inritat uelut humana facientis inprobitas, diuina terreat iubentis auctoritas. an talia fieri uolentem etiam ipsum deum uituperare paratus es? redi ergo retro, satanas; neque enim sapis, quae dei sunt, sed quae sunt hominum. atque utinam hoc sicut Petrus audire dignus fuisses atque id, quod in deo sensu infirmo reprehendis, postea praedicasses, quemadmodum ille glorioso praeconio postea gentibus adnuntiabat, quod ei primo, cum dominus uellet fieri, displicebat.

74. Quamobrem si iam tandem intellegit humana duritia atque in rebus rectis uoluntas praua atque peruersa plurimum interesse, utrum aliquid humana cupiditate uel temeritate admittatur, an dei pareatur imperio, qui nouit, quid, quando,

4 cf. Gen. 22, 10 17 Matth. 16, 23

4 deuotus et fidelis *C* quo *C*^{d} adō *C*$^{ad\ eo}$ 5 deterritus (r *pr. s. l. a m. rec.*) *C* in *om. LSGMP*^{1} 7 rephendere *LC* 8 uenerit *C* 9 et *om. C* 10 linquis *L*^{1} cantatum (c *in ras.*) *L* 11 dissimulantis *C* 12 exęcrabilis *C* iuuente *M*^{1} ob secundans *C* 14 (et 20) rephendis *LCSG* expoliar& *ML*^{1} 15 uelud *C* inprouitas *M*^{1} 21 quemammodnm *L* 24 si* *C* intellegit *C*^{1} 26 ammittatur *L*^{1}*M*^{1}

quibus permittat aut iubeat, quid cuique facere patique conueniat, nec bella per Moysen gesta miretur aut horreat, quia et in illis diuina secutus imperia non saeuiens, sed oboediens fuit, nec deus, cum iubebat ista, saeuiebat, sed digna dignis retribuebat dignosque terrebat. quid enim culpatur in bello? an quia moriuntur quandoque morituri, ut domentur in pace uicturi? hoc reprehendere timidorum est, non religiosorum. nocendi cupiditas, ulciscendi crudelitas, inpacatus atque inplacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi et si qua similia, haec sunt, quae in bellis iure culpantur, quae plerumque ut etiam iure puniantur, aduersus uiolentiam resistentium siue deo siue aliquo legitimo imperio iubente gerenda ipsa bella suscipiuntur a bonis. cum in eo rerum humanarum ordine inueniuntur, ubi eos uel iubere tale aliquid uel in talibus oboedire iuste ordo ipse constringit. alioquin Iohannes, cum ad eum baptizandi milites uenirent dicentes: et nos quid faciemus? responderet eis: arma abicite, militiam istam deserite, neminem percutite, uulnerate, prosternite; sed quia sciebat eos, cum haec militando facerent, non esse homicidas, sed ministros legis, et non ultores iniuriarum suarum, sed salutis publicae defensores, respondit eis: neminem concusseritis, nulli calumniam feceritis, sufficiat uobis stipendium uestrum. sed quia Manichaei Iohannem aperte blasphemare consuerunt, ipsum dominum Iesum Christum audiant hoc stipendium iubentem reddi Caesari, quod Iohannes dicit debere sufficere militi. reddite,

21 Luc. 3, 14 26 Matth. 22, 21

1 conueniat (t *s. l. add. m. 2*) *LM* 2 Nec *inc. c.* 74 *b* 3 seuiens *L* 4 seuiebat *LSG* 5 dignosque (al. indignosque) *b* 6 donentur *S*, (m *in* n *mut.*) *G* dominentur *b* 7 rephendere *LCSG* religiosorum (or *s. l. a m. 2*) *LM* 8 impacatis (*sup.* i *add. m. 1* u) *C* 11 plerumque ita culpantur ut *sqq. b* uiolentiam (*pr.* i *s. l. a m. 1*) *C* 14 tale (e *add. m. 2*) *L* 15 ipse ordo *C* 17 miliciam *C* 18 percuttete *M* uulnerate prosternite *om. L* 19 eos *om. SG* *ante* cum *add. m. 2* si *L* cum] si (*s. l.*) *M* 23 stipendium (i *s. l.*) *L* manichei *LC* 24 aperte iohannem *C* consueuerunt *SGMb*

inquit, Caesari, quae Caesaris sunt, et deo, quae dei sunt. et ad hoc enim tributa praestantur, ut propter bella necessario militi stipendium praebeatur. merito et illius centurionis dicentis: et ego homo sum sub potestate constitutus habens sub me milites; et dico huic: uade, et uadit, et alio: ueni, et uenit, et seruo meo: fac hoc, et facit, fidem laudauit, non illius militiae desertionem imperauit. et de iustis quidem iniustisque bellis nunc disputare longum est et non necessarium.

75. Interest enim, quibus causis quibusque auctoribus homines gerenda bella suscipiant; ordo tamen ille naturalis mortalium paci adcommodatus hoc poscit, ut suscipiendi belli auctoritas atque consilium penes principem sit, exequendi autem iussa bellica ministerium milites debeant paci salutique communi. bellum autem, quod gerendum deo auctore suscipitur, recte suscipi dubitare fas non est uel ad terrendam uel ad obterendam uel ad subiugandam mortalium superbiam, quando ne illud quidem, quod humana cupiditate geritur, non solum incorruptibili deo, sed nec sanctis eius obesse aliquid potest; quibus potius ad exercendam patientiam et ad humiliandam animam ferendamque paternam disciplinam etiam prodesse inuenitur. neque enim habet in eos quisquam ullam potestatem, nisi cui data fuerit desuper. non est enim potestas nisi a deo siue iubente siue sinente. cum ergo uir iustus, si forte sub rege homine etiam sacrilego militet, recte possit illo iubente bellare ciuicae pacis ordinem seruans — cui quod iubetur,

4 Matth. 8, 9 sq. 23 cf. Rom. 13, 1

1 caesaris (s *a m. 1 s. l.*) *C* 2 et *om. b* prestantur *C* prẽstantur (ẽ *add. m. 2*) *L* 3 necessario (v̄ *m. 2 superscr.*) *L* 4 homo (*pr.* o *s. l.*) *S* 6 alii *PCb* uenit (t *s. l. a m. 1*) *C* 8 et] sed *Cb* 12 poscit (c *sup.* ꝑ *m. 1*) *C* suscipiendi (i *sup.* o *a m.* 1) *L* 13 principes *SGM* principe L^1 exsequendi (s *a m.* 2 *s. l.*) *L* 14 salutique] saluti *SG* 17 opterendam *C* 24 iubente (b *ex* u *corr.*) *M* sinente (*corr. m.* 2 *ex* senecte) *M* 25 homiñe (e *add. m.* 2) *L* militat *SG* possit (c *er.*) *G* possit (*m.* 2 *corr. ex* poscit) *P* 26 cui] cum id *C*

uel non esse contra dei praeceptum certum est uel utrum sit, certum non est, ita ut fortasse reum regem faciat iniquitas imperandi, innocentem autem militem ostendat ordo seruiendi — quanto magis in administratione bellorum innocentissime deuersatur, qui deo iubente belligerat, quem male aliquid iubere non posse nemo, qui ei seruit, ignorat.

76. Si autem propterea putant non potuisse deum bellum gerendum iubere, quia dominus postea Iesus Christus, ego, inquit, dico uobis non resistere aduersum malum; sed si quis te percusserit in maxillam tuam dexteram, praebe illi et sinistram, intellegant hanc praeparationem non esse in corpore, sed in corde; ibi est enim sanctum cubile uirtutis, quae in illis quoque antiquis iustis nostris patribus habitauit sed eam rerum dispensationem ac distributionem temporum ordo poscebat, ut prius adpareret etiam ipsa bona terrena, quibus et humana regna et ex hostibus uictoriae deputantur, propter quae maxime ciuitas inpiorum diffusa per mundum supplicare idolis et daemonibus solet, non nisi ad unius dei ueri potestatem atque arbitrium pertinere. unde et uetus testamentum secretum regni caelorum tempore oportuno aperiendum promissionibus terrenis operuit et quodam modo umbrosius opacauit. ubi autem uenit plenitudo temporis, ut nouum testamentum reuelaretur, quod figuris ueteris uelabatur, euidenti testificatione iam demonstrandum erat esse aliam uitam, pro qua debet haec uita contemni, et aliud regnum, pro quo oportet omnium terrenorum regnorum

8 Matth. 5, 39

1 preceptum *L* certum *s. l. m. 1 C* 4 diuersatur *b* 7 deum] dm̄ *LC* 9 aduersus *GSMb* 11 illam *C* sinistram] aliam *b* intellegant (i *a m. pr.*) *C* 13 quae] q : L^1 15 apparerent *S* appareret (*corr. ex* appararet) *M* 17 quae] q : L^1 21 opportuno *M* 22 modu *C* 24 testificatione (e *s. l. add. m.* 2) *L* 25 deberet (re *s. l.*) *G* deberet *S* contempni *C* 26 aliud (~ *supra* u *er. et* d *s. l. a m.* 2) *L* aliud (d *sup. exp.* m *a m.* 2) *SM* alium *G* oporteret re *s. l. G,S*

aduersitatem patientissime sustineri. proinde per quorum confessiones, passiones et mortes hoc deo placuit adtestari, martyres appellantur, qui latine testes interpretantur: quorum numerus tantus effloruit, ut, si eos Christus, qui de caelo Saulum uocauit et ex lupo factum ouem in medio luporum misit, congregatos uellet armare atque adiuuare pugnantes, sicut Hebraeos patres adiuuit, quae gentes resisterent? quae regna non cederent? sed ut praeclarissimum testimonium ueritati perhiberetur, qua iam docendum erat non propter temporalem in hac uita, sed propter aeternam post hanc uitam felicitatem deo esse seruiendum, ea quae uulgo infelicitas dicitur pro illa felicitate subeunda fuerat et ferenda. itaque in plenitudine temporum filius dei factus ex muliere, factus sub lege, ut eos, qui sub lege erant, redimeret, factus ex semine Dauid secundum carnem mittit discipulos uelut oues in medio luporum et monet, ne timeant eos, qui corpus occidunt, animam autem non possunt occidere, promittit etiam ipsius corporis renouandam integritatem usque ad capilli reparationem, Petri gladium reuocat in uaginam, aurem inimici praecisam reparat ad pristinam formam, dicit se legionibus angelorum imperare potuisse ad delendos inimicos, nisi calix bibendus esset, quem paterna uoluntas dedisset, bibit praecedens, propinat sequentibus, uirtutem patientiae suo reuelat praecepto, suo confirmat exemplo. propter quod deus illum suscitauit a mortuis et donauit ei nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine Iesu omne genu flectatur, caelestium, terrestrium et infernorum, et omnis lingua

5 cf. Act. 9 14 cf. Gal. 4, 4 sq. 15 cf. Rom. 1, 3 18 cf. Matth. 10, 16 . 28 . 30 22 cf. Matth. 26, 52 sq.; Luc. 22, 51 et 42; Ioh. 18, 11 24 Phil. 2, 9 . 11

1 pacientissime *C* sustinere *SML*^{1}*G* 2 attestari *L*^{2} 3 interpra&antur *L* interp̄tantur *CSG* 5 lupo (o *ex* u m. 1 *corr.*) *L* 6 adiuuare (*b in* u *corr.*) *M* 7 hebreos *C* 9 qua] qui *M* quia *SG* quaę *P*^{2} 15 medium *M* 16 et *om. C* 19 precisam *C* pręcisum *b* 22 bibit] uiuit *L*^{1} 23 reuelat (*corr. m.* 2) *S* 25 ei] illi *SG* nom̄ *L*

confiteatur, quia dominus Iesus in gloria est dei patris. regnauerunt hic ergo patriarchae et prophetae, ut ista regna deum dare et auferre ostenderetur, non hic regnauerunt apostoli et martyres, ut regnum caelorum desiderandum potius panderetur. illi regia bella gesserunt, ut tales quoque uictorias adpareret dei uoluntate praestari, isti non resistendo interfecti sunt, ut potiorem esse docerent uictoriam pro fide ueritatis occidi. quamquam et illic prophetae nouerant mori pro ueritate, sicut ipse dominus dicit: a sanguine Abel usque ad sanguinem Zachariae, et id posteaquam coepit inpleri, quod sub figura Salomonis — qui latine interpretatur „pacificus“ — de domino Christo — ipse est enim pax nostra — in psalmo prophetatum est: et adorabunt eum omnes reges terrae, omnes gentes seruient illi, christiani quoque imperatores plenam gerentes fiduciam pietatis in Christo de inimicis sacrilegis, qui spem suam in sacramentis idolorum daemonumque posuerant, gloriosissimam uictoriam perceperunt, cum apertissimis notissimisque documentis, de quibus nonnulli iam scriptum memoriae commendarunt, illos fallerent uaticinia daemoniorum, hos firmarent praedicta sanctorum.

77. Si autem hoc mirum istis uanis uidetur, quod aliud tunc deus praecepit dispensatoribus ueteris testamenti, ubi noui gratia uelabatur, aliud praedicatoribus noui testamenti, ubi ueteris obscuritas reuelabatur, adtendant ipsum dominum Christum mutantem, quae dixerat, et aliud dicentem: quando misi uos, inquit, sine sacculo et pera et calciamentis, numquid aliquid defuit uobis? at illi dixerunt: nihil.

9 Matth. 23, 35 12 cf. Ephes. 2, 14 13 Ps. 71, 11 25 Luc. 22, 35 sqq.

3 auferre (*pr.* r *s. l. a m. 1*) *L* 5 reges *CSGM* regi L^1 6 prestari *LC* 8 ueritatem (*exp. m. 1*) *L* 10 id] ideo *C* cepit *C* 11 qui] quod *SGML*^{1}*b* interpra&atur *LS* 14 seruiunt M^1 et christiani *SGMb*, (er *in ras.*) *L* 15 fidutiam *SM* 17 demonumque *C* 18 de] et *SG* 20 demoniorum *C* 24 reuelatur *C* adtendant (*sup.* d *add.* t) *PS* attendunt M^1 25 q: L^1 q̃ L^2 26 inquid *L* saculo *S*

dixit ergo eis: sed nunc qui habet sacculum, tollat similiter et peram; et qui non habet, uendat tunicam suam et emat gladium. isti certe, si ista diuersa in testamentis singulis inuenirent, uetere et nouo, etiam hoc clamarent duo sibi testamenta esse contraria. quid ergo nunc respondebunt, cum idem ipse dicit: antea misi uos sine sacculo et pera et calciamentis, et nihil uobis defuit; nunc autem qui habet sacculum, tollat similiter et peram, et qui habet tunicam, uendat et emat gladium? iamne intellegunt, quemadmodum nulla inconstantia praecipientis, sed ratione dispensantis pro temporum diuersitate praecepta uel consilia uel permissa mutentur? nam si dicunt certi mysterii gratia hoc de tollendo sacculo et pera et emendo gladio locutum fuisse, cur non admittunt certi mysterii gratia eundum unum deum tunc prophetas gerere bella iussisse, nunc apostolos prohibuisse? neque enim in eo, quod ex euangelio commemorauimus, uerba tantum domini fuerunt, sed et obtemperantium quoque discipulorum facta secuta sunt. nam et tunc sine sacculo et pera ierunt et nihil eis defuit, sicut eius interrogatio et eorum responsio declarauit. et nunc dixerunt ei, cum de gladio emendo iussisset: ecce sunt hic duo gladii. et ille respondit: sufficit. hinc et Petrus armatus inuentus est, cum aurem persecutoris abscidit: ubi spontanea eius cohercetur audacia, quia non ut iussus fuerat ferrum tollere, ita iussus fuerat et ferire. latebat certe domini uoluntas, cur arma portari praecepisset, quibus eos uti no-

21 cf. Luc. 22, 38 . 50

4 ueteri *CSb* uetero G^1 6 dicit antea: Misi *b* 7 saculo *C* calceamentis *M* defuit uobis *SG* 8 sacculum *om. L* 10 quemammodum *M* inconscientia L^1SMGb precipientis *C* 14 loquutum *L* quur *L* ammittunt L^1 gratia* *L* 21 emendo** (iu *er. uid.*) *L* emendẹndo *SG* //iussisset (di *er.*) *M* 22 illi *C* 24 coercetur *SMG* audatia *C* non *om. SG* ut] ut (*s. l. a m. 1*) *L* ut (*sup. exp.* non) *G* sičiussus (ič *s. l.*) *M* fuerat] non fuerat *SG* 26 quur *LC* portare (*sup.* e *a m. 1* i) *Lb* precepisset *C*

luisset. uerumtamen ad illum cum ratione praecipere, ad istos autem sine retractatione praecepta facere pertinebat.

78. Calumniosa ergo inperitia Moyses reprehenditur, quod bella gesserit, qui minus reprehendi debuit, si sua sponte gereret, quam si deo iubente non gereret; ipsum uero deum, quod talia iusserit, audere reprehendere uel deum iustum et bonum talia iubere potuisse non credere hominis est, ut mitius loquar, cogitare non ualentis diuinae prouidentiae per cuncta summa atque ima tendenti nec nouum esse, quod oritur, nec perire, quod moritur, sed in suo singula quaeque ordine siue naturarum siue meritorum uel cedere uel succedere uel manere; hominum autem rectam uoluntatem diuinae legi coniungi, inordinatam uero cupiditatem diuinae legis ordine coherceri, ut nec bonus aliud quam praecipitur uelit, nec malus amplius quam permittitur possit, ita sane, ut non inpune possit, quod iniuste uoluerit. ac per hoc in omnibus, quae humana infirmitas horret aut timet, sola iniquitas iure damnatur; cetera sunt uel tributa naturarum uel merita culparum. fit autem homo iniquus, cum propter se ipsas diligit res propter aliud adsumendas et propter aliud adpetit res propter se ipsas diligendas. sic enim, quantum in ipso est, perturbat in se ordinem naturalem, quem lex aeterna conseruari iubet. fit autem homo iustus, cum ob aliud non adpetit rebus uti, nisi propter quod diuinitus institutae sunt, ipso autem deo frui propter ipsum seque et amico in ipso deo propter eundem ipsum deum. propter deum enim amat amicum, qui dei amorem amat in amico. siue autem iniquitas siue iustitia, nisi esset in uoluntate, non esset in potestate. porro si in potestate non esset, nullum praemium, nulla poena iusta esset: quod

2 retractione *C* 3 rep̄henditur *LCS* quod* *L* 4 rep̄hendi *C* 6 iusserat *SG* rep̄hendere *LCS* 10 queque *C* 12 coniungi (n *s l. add. m.* 2) *L* 13 coherceri *L* coerceri *SMG* 17 uel horret *b* domn*atur *L* do‖min̄atur *et in mg.* do*matur *S* dominatur *CG* dam*natur (*corr. ex* dominatur) *M* 20 adsumendas (*s.* d *a m.* 2 s) *L* 22 quæm *C* 26 enim** *L* 27 iusticia *C* 29 premium *CSG* poena (o *s. l.*) *S* poena (a *corr. in* o) *L*

nemo sapit, nisi qui desipit. ignorantia uero et infirmitas, ut uel nesciat homo, quid uelle debeat, uel non omne, quod uoluerit, possit, ex occulto poenarum ordine uenit et illis inscrutabilibus iudiciis dei, apud quem non est iniquitas. proditum est enim nobis peccatum Adam fideli eloquio dei; et quia in illo omnes moriuntur, et quia per illum peccatum intrauit in hunc mundum et per peccatum mors, ueraciter scriptum est. et quia ex hac poena corpus corrumpitur et adgrauat animam et deprimit terrena habitatio sensum multa cogitantem, uerissimum nobisque notissimum est, et quia de hac iusta poena non liberat nisi misericors gratia, certum est. et hinc apostolus gemebundus exclamat: infelix ego homo! quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. sed quae sit distributio iudicantis et miserantis dei, cur alius sic, alius autem sic, occultis fit causis, iustis tamen. non tamen ideo nescimus omnia ista iudicio aut misericordia dei fieri, licet in abdito positis mensuris et numeris et ponderibus, quibus omnia disponuntur a deo creatore omnium, quae naturaliter sunt, nec auctore, sed tamen ordinatore etiam peccatorum, ut ea, quae peccata non essent, nisi contra naturam essent, sic iudicentur et ordinentur, ne uniuersitatis naturam turbare uel turpare permittantur, meritorum suorum locis et condicionibus deputata. quae cum ita sint et cum per hoc secretum iudiciorum dei motusque humanarum uoluntatum eisdem prosperitatibus alii corrumpantur, alii temperanter utantur, et eisdem aduersitatibus alii deficiant, alii proficiant, cumque ipsa humana mortalisque uita temptatio sit super terram: quis homi-

4 cf. Rom. 9, 14 8 cf. Rom. 5, 12 sqq. 10 cf. Sap. 9, 15 12 Rom. 7, 24 sq. 20 cf. Sap. 11, 21 28 cf. Iob. 7, 1

2 uelle] uel *SG* 3 paenarum L^1 4 apud (d *ex* t) *S* 8 (et 11) pęna *C* adgrauat (*s.* d *a m.* 2 g) *L* 11 liberant (*exp. m.* 2) *L* 12 gemibundus *SMG* homo *om. C* 13 liberabit (b *ex* u *corr. m.* 2) *LC* 15 miserentis *SMG* quur *LC* 17 iuditio *C* 19 q : L^1 20 auctore* (s *er. et* u *exp. m.* 2) *L* 22 neç *L* nec *b* 25 iuditiorum *C* 26 temperanter (er *s. l. a m.* 2) *L* et *om. C*

num nouit, cui prosit aut obsit in pace regnare uel seruire uel uacare uel mori, in bello autem imperare uel pugnare uel uincere uel occidi? cum hoc tamen constet et cui prodest non nisi per diuinum prodesse beneficium et cui obest non nisi per diuinum obesse iudicium.

79. Quid ergo insilimus in temerarias reprehensiones atque utinam hominum et non dei? seruierint dispensatores ueteris testamenti idemque praenuntiatores noui testamenti peccatores occidendo, seruierint dispensatores noui testamenti idemque expositores ueteris testamenti a peccatoribus moriendo, deo tamen uni utrique seruierunt per diuersa et congrua tempora docenti bona temporalia et a se petenda et propter se contemnenda, molestias temporales et a se posse inperari et propter se debere tolerari. quid ergo crudele Moyses aut mandauit aut fecit, cum commissum sibi populum sancte zelans et uni uero deo subditum cupiens posteaquam cognouit ad fabricandum et colendum idolum defluxisse mentemque inpudicam prostituisse daemonibus, in paucos eorum uindicans gladio, quos deus ipse, quem offenderant, alto et secreto iudicio feriendos uoluisset inferri, et in praesenti salubriter terruit et disciplinam in posterum sanxit? nam eum nulla crudelitate, sed magna dilectione fecisse quod fecit, quis non in uerbis eius agnoscat orantis pro peccato eorum et dicentis: si dimittis illis peccatum, dimitte; sin autem, dele me de libro tuo? conparans ergo unusquisque pie prudens illam

23 Ex. 32

2 uiuere uacare (*corr. uid. m. 1*) *L* bello (o *in ras.*) *L* autem uel *C* 3 prodest nisi diuinum iudicium (*ceteris om.*) *SG* 5 iuditium *C* 6 insilímus *C* reꝑhensiones *L* 7 (et 9) seruierunt *C* 8 iidemque *M* prenuntiatores *CS* 9 dispensatores *om. SG* 12 contempnenda *C* 13 molestias (sti· *s. l. a m. 1*) *L* possere (e *fin. et* ꝛ *s. l. a m. 2*) *L* impetrari *b* 16 uer*o *L* 18 daemonibus (a *s. exp.* o) *S* daemonibus G^1 demonibus *C* 20 inferri] mox feriri *b* praesenti* (s *er.*) *L* presenti *C* 21 in *s. l. m. 2 L* in posterum *s. l. S* 22 dilectioñe (e *s. l. add. m. 2*) *L* 25 comparans L^2 pi̯e L^2

caedem et hanc precem uidet profecto apertissime, uidet, quantum malum sit animae per simulacra daemonum fornicari, quando sic saeuit, qui sic amat. sic plane et apostolus non crudeliter, sed amabiliter tradidit hominem satanae in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die domini Iesu. tradidit et alios, ut discerent non blasphemare. legunt scripturas apocryphas Manichaei a nescio quibus sutoribus fabularum sub apostolorum nomine scriptas: quae suorum scriptorum temporibus in auctoritatem sanctae ecclesiae recipi mererentur, si sancti et docti homines, qui tunc in hac uita erant et examinare talia poterant, eos uera locutos esse cognoscerent. ibi tamen legunt apostolum Thomam, cum esset in quodam nuptiarum conuiuio peregrinus et prorsus incognitus, a quodam ministro palma percussum inprecatum fuisse homini continuam saeuamque uindictam. nam cum egressus fuisset ad fontem, unde aquam conuiuantibus ministraret, eum leo inruens interemit manumque eius, qua caput apostoli leui ictu percusserat, a corpore auulsam secundum uerbum eiusdem apostoli id optantis atque inprecantis canis intulit mensis, in quibus ipse discumbebat apostolus. quid hoc uideri crudelius potest? uerum quia ibi, nisi tamen fallor, hoc etiam scriptum est, quod ei ueniam in saeculo futuro petiuerit, facta est conpensatio beneficii maioris, ut et apostolus, quam carus deo esset, per hunc timorem commendaretur ignotis et illi post hanc uitam quandoque finiendam in aeternum consuleretur. utrum illa uera sit aut conficta narratio, nihil mea nunc interest. certe enim Manichaei, a quibus illae scripturae, quas canon ecclesiasticus respuit, tamquam uerae

5 cf. I Cor. 5, 5 6 cf. I Tim. 1, 20

1 p̄cem *L* uidet profecto (*in mg.*) *G* apertissimeque *b* 2 demonum *C* 3 seuit *C* planae (a *exp. m. 2*) *L* 6 apochryphas *SG* apocriphas *C* apochryfas *LM* 7 manichei *LC* a quibus (a *add. m. 2*) *S* 9 æcclesiae *C* 11 esse locutos *C* 14 inp̄catum *C* 15 seuamque *L* seuã *s. l. M* 19 inp̄cantis *L* 23 et] ei *b* 27 manichei *LC* 28 æcclesiasticus *C* uere *L*

atque sincerae acceptantur, saltem hinc coguntur fateri uirtutem illam patientiae, quam docet dominus dicens: si quis te percusserit in maxillam tuam dexteram, praebe illi et sinistram, posse esse in praeparatione cordis, etiamsi non exhibeatur gestu corporis et expressione uerborum, quandoquidem apostolus palma percussus potius deum rogauit, ut iniurioso homini in futuro saeculo parceretur, in praesenti autem illa iniuria non inulta relinqueretur, quam uel praebuit ferienti alteram partem aut ut iterum feriret admonuit. tenebat certe interius dilectionis adfectum et exterius requirebat correctionis exemplum. siue hoc uerum sit siue confictum, cur nolunt credere tali animo famulum dei Moysen idoli fabricatores et adoratores gladio prostrauisse, cum et in eius uerbis satis adpareat ita huiusmodi peccato eum ueniam deprecatum, ut nisi inpetraret, deleri se uellet de libro dei? et quid simile ignotus homo palma percussus et deus ex Aegypti seruitute liberans per diuisum mare traiciens, fluctibus persequentes inimicos operiens, idolo sibi praelato derelictus atque contemptus? si autem poenas ipsas conparemus, quid simile ferro interimi et a feris trucidari atque laniari? quandoquidem iudices publicis legibus seruientes maioris criminis reos bestiis subrigi quam gladio percuti iubent.

80. Restat in maledicis et sacrilegis reprehensionibus Fausti, quibus nunc respondeo, quod locutus dominus ad Osee prophetam dixit: accipe tibi uxorem fornicariam et fac filios de fornicaria. in qua scriptura sic excaecatum est inmundum cor eorum, ut nec apertissima uerba euangelica intellegant domini dicentis ad Iudaeos: meretrices et publicani praecedent uos in regno caelorum. quid enim

2 Matth. 5, 39 25 Osee, 1, 2 28 Matth. 21, 31

3 prebe *S* 5 expressiõ *L* 8 inultra (*exp. m. 2*) *C* 9 ammonuit *LSMG* 11 correptionis *C* 14 ita] iã *L*^{2} 15 dẽpcatum *LC* delere *C* 19 pẽnas *C* 21 publices *L*^{1} 23 rẽphensionibus *LC* 24 respondeḃo *S* oseae *LSM* oseę *G* 26 excecatum *L* 27 apertissi *S* 28 iudeos *C*

aduersum clementiae ueritatis, quid inimicum fidei christianae, si meretrix relicta fornicatione in castum coniugium commutetur? et quid tam incongruum et alienum a fide prophetae, quam si non crederet omnia peccata inpudicae dimissa esse in melius commutatae? itaque cum meretricem propheta fecit uxorem, et ad uitam corrigendam mulieri consultum est et figurae sacramentum, de quo mox loquemur, expressum. sed quis non uideat, in hoc facto quid potius Manichaeorum offendat errorem? scilicet, quia solent dare operam meretrices, ne grauidae fiant. proinde istis fornicaria magis permanens placebat, ut deum ipsorum non ligaret, quam unius uiri facta uxor ut pareret.

81. De Salomone autem quid dicam, nisi quia grauius ipsius fidelis et sanctae scripturae testimonio redarguitur quam petulantibus et nugacibus Fausti conuiciis? illa enim de illo et quid boni prius habuisset et quid mali faciendo bonum, in quo primum fuerat, reliquisset, ueraciter fideliterque locuta est; iste autem oculis clausis uel potius extinctis non quo lumine manifestante ducebatur, ibat, sed quo maliuolentia praecipitante ferebatur, inruebat. hoc ipso enim magis insinuauerunt sancti libri religiosis lectoribus et electoribus suis, quam caste habuerint sancti uiri plures uxores, quod Salomon, qui eas non illo modo, sed magis ad libidinem quam ad propaginem habuit, inprobatus est et reprehensus his uerbis, ut appellaretur amator mulierum et inde ad profundum idolatriae lapsus atque demersus eadem ueritate personam nullius acceptante proderetur.

82. Nunc ergo iam pertractatis personis omnibus, per quas Faustus putauit scripturas ueteris testamenti esse culpandas,

18 cf. III Reg. 3; 11; Eccl. 47

1 clementiæ* *L* christiane *L* 4 inpudice *L* 5 commutate *LC* 7 loqueremur *SG* 8 manicheorum *LC* 10 grauide *LC* 14 sancte *L* 15 conuitiis *C* 17 relinquisset *SGM* relinquisset (*exp. m.* 2) *L* 20 insinuauerint *C* 24 reṗhensus *L* 26 ueritatem (*exp. m.* 2) *L* accepit ante *L* 28 pertractatis (ta *s. l. a m. 1*) *C*

redditoque suo cuique sermone congruo, quo uel defensi sunt homines dei aduersus haereticorum carnaliumque calumnias uel reprehensis hominibus tamen scriptura laudabilis uenerabilisque monstrata est, uideamus deinceps ex ordine, quo eos homines Faustus accusando commemorauit, quid etiam significent ipsa facta hominum, quid prophetiae gerant, quae futura praenuntient: quod iam fecimus de Abraham et Isaac et Iacob, quorum se deus ita dici uoluit, tamquam solorum esset deus, qui deus est uniuersae creaturae, non frustra utique tantum eis tribuens honorem, nisi quia nouerat in eis, quod solus etiam perfecte summeque nosse poterat, sinceram praecipuamque caritatem, et quia in eis tribus patribus quodam modo consummauit magnum ac mirabile sacramentum futuri populi sui, quod per liberas genuerunt non solum in libertatem, sicut per Saram et Rebeccam et Liam et Rachel, uerum etiam in seruitutem, sicut per eandem Rebeccam natus est Esau, cui dictum est: eris seruus fratris tui, et per ancillas non solum in seruitutem, sicut per Agar, uerum etiam in libertatem, sicut per Balam et Zelpham. ita enim et in populo dei et per spiritales liberos nascuntur non solum in laudabilem libertatem, quemadmodum illi, quibus dicitur „imitatores mei estote sicut et ego Christi," uerum etiam in damnabilem seruitutem, sicut per Philippum Simon et per carnales seruos nascuntur non solum in damnabilem seruitutem, qui eos imitantur, uerum etiam in laudabilem libertatem, quibus dicitur: quae dicunt, facite; quae

8 cf. Ex. 3, 5 15 cf. Gen. 21, 1 sq.; 25, 21 cf. Gen. 29; 30 17 Gen. 27, 40 18 cf. Gen. 16, 15 19 cf. Gen. 30 22 I Cor. 4, 16 23 cf. Act. 8, 13 26 Matth. 23, 3

1 sermone (~ *sup.* n *er. et* e *s. l. add. m.* 2) *L* 2 hereticorum *LCS* 3 rep̄hensis *L* 7 ///praenuntient *L* isáác *C* 9 creature *C* 11 perfectę *CSG* perfectae *L*^{2} perfectae summaeque *M* precipuamque *C* 15 sarram *LG* sarram *S* 16 eandem (n *s. l. add. m.* 2) *L* rebeccham *M* 18 seruitute *C* 19 libertate *C* ba•lā *L* enim] etiam *SG* 20 liberos] libros *L*^{1}*SG* uiros *L*^{2} 21 quemammodum *SG* 23 philippum (li *s. l.*) *S* phylippum *LC* 24 dampnabilem *C*

autem faciunt, facere nolite. hoc magnum sacramentum quisquis in dei populo prudenter agnouerit, unitatem spiritus in uinculo pacis usque in finem quibusdam cohaerendo, quosdam tolerando custodit. fecimus hoc et de Loth, quid eius laudandum, quid culpandum scriptura narrauerit, quid intellegendum de tota illa re gesta significauerit, demonstrantes.

83. Sequitur, ut Iudae factum consideremus, quod cum sua nuru concubuit, quid significauerit futurorum. sed prius praeloquendum est, ne quemquam paruae considerationis offendat, quod de quibusdam malis operibus hominum in scripturis sanctis quaedam non mala, sed bona futura significantur. seruat enim ubique diuina prouidentia uirtutem bonitatis suae, ut, quemadmodum ex adulterorum concubitu formatur et nascitur homo, de hominum opere malo bonum opus dei — sicut in praecedenti sermone iam diximus de fecunditate seminum, non de turpitudine uitiorum — ita in scripturis propheticis non tantum bona hominum, uerum etiam et mala facta narrantibus, quoniam prophetica est ipsa narratio, significetur aliquid de malis operibus hominum etiam futurorum bonorum non peccantis opere, sed scribentis. neque enim Iudas, cum ad Thamar concupiscentia uictus intraret, hanc suae libidinis intentionem gerebat, ut inde aliquid significaretur, quod ad salutem hominum pertineret, sicut nec Iudas ille, qui dominum tradidit, hoc intendit, ut aliquid inde gereretur, quod ad eandem salutem hominum pertineret. porro si de tam malo opere Iudae illius tam bonum opus dominus fecit, ut eiusdem suae passionis sanguine nos redimeret, quid mirum, si propheta eius, de quo ipse ait: de me enim ille scripsit, ex malo facto Iudae istius boni aliquid significauit, ut suo ministerio nos doceret? ea quippe hominum facta sancto spiritu

6 cf. Gen. 19 8 cf. Gen. 38 15 l. XXII 48 28 Ioh. 5, 46

2 unitatis S^2 unitatis *GM* unitatẽs (s *exp.* et *uirg. add. m.* 2) *L* 3 coherendo *C* 9 preloquendum *C* quenquam *C* prauae *CMS*^{2} 10 hominũ (ũ *sup.* ẽ *a m. 1*) *L* 17 hominum bona *C* 19 futvrorum (v *sup.* o *a m. 1*) *L*

disponente atque inspirante collegit propheta narrator, quorum interpositio non uacaret a praesignatione rerum, quas intenderat prophetare. ad significanda autem aliqua bona nihil interest, facta illa, quibus ea significantur, seu bona seu mala sint. quid enim mea interest, cum uolo aliquid legendo cognoscere, utrum ex minio reperiam scriptos nigros Aethiopes et ex atramento candidos Gallos? uerumtamen, si non scripturam, sed picturam talem uiderem, sine dubitatione reprehenderem. ita in factis hominum, quae ad imitandum uitandumue proponuntur, magis interest, bonane an mala sint. quae autem ad significandum scribuntur siue dicuntur, nihil refert in moribus facientium, quam laudem reprehensionemue mereantur, si modo habent aliquam rei, de qua agitur, necessariam praefigurandi congruentiam. sicut enim Caiphas in euangelio, quantum ad eius noxium perniciosumque animum pertinebat, quantum denique ad ipsa uerba, si in eis uoluntatem dicentis adtendas, quibus agebat, ut iustus iniuste necaretur, utique mala erant, tamen magnum bonum illo nesciente significabant, quando ait: expedit, ut unus moriatur et non tota gens pereat, dictumque de illo est: hoc autem a se non dixit, sed cum esset pontifex, prophetauit, quia oportebat Iesum mori pro gente: ita factum Iudae secundum illius libidinem malum fuit, sed illo nesciente magnum bonum significauit; a se ipso quippe malum fecit, sed non a se ipso bonum significauit. hoc autem, quod necessario praeloquendum putaui, non ad hoc tantummodo Iudae factum sed etiam ad cetera ualeat, si qua occurrerint mala opera hominum, quibus bonum aliquid a narrante prophetatum est.

19 Ioh. 11, 50 sq.

2 ad presignationē *C* a praesignationē *L* 6 repperiam *SG* repperiam (*exp. m.* 2) *L* 8 uidérem *C* reꝑhenderem L^2C reꝑhenderim L^1 10 magni *Cb* 11 dicuntur (i *corr. ex* u) *S* 12 reꝑhensionemue *LC* 13 qua de *C* "qua" de *L* 14 ęuangelio *C* 17 attendas *L* iniustę *C* 21 pontifex (n *ex* m) *L* 24 ipse *SG* 27 cętera *C* 28 a (*s. l. m. 1*) CL^2

84. In Thamar ergo nuru Iudae intellegitur plebs regni Iudaeorum, cui de tribu Iuda reges tamquam mariti adhibebantur. merito nomen eius „amaritudo“ interpretatur; ipsa enim domino fellis poculum dedit. duo autem genera principum, qui non recte operabantur in plebe, unum eorum, qui oberant, alterum eorum, qui nihil proderant, significantur in duobus filiis Iudae, quorum unus erat malignus uel saeuus ante dominum, alter in terram fundebat, ne semen daret ad fecundandam Thamar. nec sunt amplius quam duo genera hominum inutilia generi humano: unum nocentium, alterum praestare nolentium et, si quid boni habent in hac terrena uita, perdentium tamquam in terram fundentium. et quoniam in malo prior est, qui nocet, quam ille, qui non prodest, ideo maior dicitur malignus ille et sequens, qui fundebat in terram. nomen quoque maioris, qui uocabatur Er, interpretatur „pellicius,“ qualibus tunicis induti sunt primi homines in poenam damnationis suae dimissi ex paradiso. sequentis autem nomen, qui uocabatur Aunan, interpretatur „maeror eorum.“ quorum? nisi quibus nihil prodest, cum habeat, unde prodesse possit atque id perdat in terra. maius porro malum est ablatae uitae, quod significat pellis, quam non adiutae, quod significat maeror eorum. deus tamen ambos occidisse dictus est: ubi figuratur regnum talibus hominibus abstulisse. tertius uero filius Iudae, quod illi mulieri non iungitur, significat tempus,

4 cf. Matth. 27, 34 5 Gen. 38, 7 17 cf. Gen. 3, 21

1 ego *C* plebs (b *ex* p) *C* 2 iudeorum *C* 3 (et 15) interpra&atur *L* interp̄tatur *CSG* 4 poculum (c *in ras.*) *L* 6 significabantur *b* 7 seuus *L* 8 alter (r *in ras.*) *S* 11 prestare *LC* 12 terra *L* 14 dicitur ille *C* ille *om. C* ille & *S* ille & (*in marg* illex) *G* sequens] seuiens *b* 15 er *LCSG* her (h *s. l. a m.* 2) *Mb* 16 poena *LSG* pęna *C* 17 autem *om. L* 18 aunan *Eug.* autnam *LSG* autnan *l* onas (*l* onas *s. l. a m. 3*) *P* onas *b* aunā *C* autnam (τ *paene er.*) *M* interprætatur *L* meror *LC* 19 habeant (n *s. l.*) *LM*^{2} possint (n *s. l. a m.* 2) *M* 20 perdant (n *s. l.*) *LM*^{2} maivs (v *s. l.*) *M* 21 adivtae (d *et* v *s. l. a m.* 2) *L* adiutae (d *s. l. a m.* 2) *M* 22 meror *LC*

ex quo reges plebi Iudaeorum coeperunt de tribu Iuda non fieri. et ideo erat quidem filius Iudae, sed eum maritum Thamar non accipiebat, quia erat eadem tribus Iuda, sed iam populo inde nemo regnabat. unde et nomen eius, id est Selo, interpretatur „dimissio eius." non pertinent sane ad hanc significationem uiri sancti et iusti, qui licet illo tempore fuerint, ad nouum tamen pertinent testamentum, cui prophetando scienter utiles fuerunt, qualis Dauid fuit. eo sane tempore, quo iam Iudaea coeperat reges ex tribu Iuda non habere, non est conputandus Herodes maior in regibus eius tamquam maritus Thamar; erat enim alienigena nec ei sacramento illo mysticae unctionis tamquam coniugali foedere cohaerebat, sed tamquam extraneus dominabatur: quam potestatem a Romanis et a Caesare acceperat. sic et eius filii tetrarchae, quorum erat unus Herodes patris nomine appellatus, qui cum Pilato in passione domini concordauit. isti ergo alienigenae usque adeo non deputabantur in regno illo mystico Iudaeorum, ut ipsi Iudaei publice clamarent frendentes aduersus Christum: nos non habemus regem nisi Caesarem. neque hoc uerum nisi illa uniuersali dominatione Romanorum; quippe etiam Caesar rex erat non proprie Iudaeorum; sed ut Christum negarent et hunc adularent, ideo se tali uoce damnarunt.

85. Illo ergo tempore, quo iam de tribu Iudae regnum defecerat, ueniendum erat Christo, uero saluatori domino nostro, qui non obesset multumque prodesset. sic enim fuerat prophetatum: non deficiet princeps ex Iuda neque dux de femoribus eius, donec ueniat cui repromissum est.

16 cf. Luc. 23, 12 19 Ioh. 19, 15 26 Gen. 49, 10

1 (et 17, 21) iudeorum *C* cęperunt *C* 4 & (*s. l. m. 1*) *C* sela (*corr. ex* selo *m. 2*) *Mb* 5 interp̄tatur *C* 7 pertinent (t *s. l. a m. 1*) *L* 9 cęperat *LC* tribu (u *add.*) *L* 12 fędere *C* coherebat *C* 14 thetarchae (*alt.* h *s. l.*) *LSM* thetarcae *G* 17 mistico *L* 18 iudei *C* publicę *C* aduersum *SGM* 19 neque enim *b* 21 propriae *L* 22 hunc L^1 huic *C* advlarent (v *sup.* o *a m. 1*) *LM* adolarent *SG* 24 saluatori (i *ex* e) *S* 27 repromissum] repositum *C*

et ipse expectatio gentium. iam isto tempore omne quoque magisterium Iudaeorum et mystica — unde christi uocabantur — unctio ipsa defecerat secundum prophetiam Danihelis. tunc uenit cui repositum erat, expectatio gentium, et unctus est sanctus sanctorum oleo exultationis prae participibus suis. natus est enim Herodis maioris tempore, passus est autem minoris Herodis tetrarchia. huius itaque uenientis ad oues, quae perierant domus Israhel, figuram gessit ipse Iudas, cum iret ad tondendas oues suas in Thamna, quod interpretatur „deficiens.“ iam enim defecerat princeps ex Iuda et omne magisterium atque unctio Iudaeorum, ut ueniret cui repositum erat. uenit autem cum suo pastore Odollamite, cui nomen erat Iras; et interpretatur Odollamites „testimonium in aqua.“ cum hoc plane testimonio dominus uenit, habens quidem testimonium maius Iohanne, sed tamen propter oues infirmas hoc testimonio est usus in aqua. nam et ipse Iras, quod nomen illius pastoris fuit, interpretatur „fratris mei uisio.“ uidit omnino fratrem suum Iohannes, fratrem secundum semen Abrahae, secundum cognationem Mariae matris eius et Elisabeth matris suae eundemque dominum et deum suum, quia, sicut ipse ait, ex plenitudine eius accepit. uidit omnino et ideo in natis mulierum maior illo non exsurrexit, quia ex omnibus praenuntiantibus Christum ipse uidit, quod multi iusti et prophetae cupierunt uidere et non uiderunt; salutauit

5 cf. Dan. 9, 24 sqq. cf. Ps. 44, 8 6 cf. Matth. 2, 1 7 cf. Luc. 23, 7 . 46 8 cf. Matth. 15, 24 15 cf. Ioh. 5, 36 21 cf. Ioh. 1, 16 22 cf. Matth. 11, 11 24 cf. Matth. 13, 17

1 est expectatio *SMG* quoque] quippe *b* 2 mistica *L* 3 unctio (o *sup.* a) *S* 5 pre *C* 6 maioris herodis *C* herodis (e *in* i *a m.* 2) *L* 7 th&arcia *L* tetarchia *CS* thetarchia (*exp. et* h *s. l. a m.* 2) *G* thetarchia (*post.* h *s. l. a m.* 2) *M* 8 que *C* 10 deficerat *L* 11 iudeorum *C* 12 odolamite *SG* odolamitae *Lb* odollamitae (*pr.* l *l.*) *M* 13 hiras *b* interptatur *C* odolam *SG* odolamites *L* 16 testimoniū *L* hiras *b* 19 habrahae *C* helisabeth *C* 20 sue *C* 22 exurrexit *C* 23 prenuntiantibus *C*

ex utero. agnouit perfectius ex columba et ideo tamquam Odollamites uere testimonium perhibuit in aqua. uenit autem dominus ad oues tondendas, hoc est exonerandas sarcinis laboriosis, ex quibus ecclesiae laudatae in canticis canticorum dentes essent uelut grex detonsarum.

86. Iam Thamar habitum mutet; nam et „commutans" interpretatur Thamar. sed in ea prorsus nomen amaritudinis maneat, non illius amaritudinis, in qua domino fel ministrauit, sed illius, in qua Petrus amare fleuit; nam et Iuda latine „confessio" est. confessioni ergo amaritudo misceatur, ut uera paenitentia praesignetur. hac paenitentia fecundatur ecclesia in omnibus gentibus constituta. oportebat enim Christum pati et resurgere tertia die et praedicari in nomine eius paenitentiam et remissionem peccatorum per omnes gentes incipientibus ab Hierusalem. nam et ipse habitus meretricius confessio peccatorum est. typum quippe iam ecclesiae gerit Thamar ex gentibus euocatae, sedens cum hoc habitu ad portam Aenan uel Enaim, quod interpretatur „fontes." cucurrit enim uelut ceruus ad fontes aquarum peruenire ad semen Abrahae; illic a non agnoscente fetatur, quia de illa praedictum est: populus, quem non cognoui, seruiuit mihi. accepit in occulto anulum, monile et uirgam: uocatione signatur, iustificatione decoratur, glorificatione exaltatur. quos enim praedestinauit, illos et uocauit; quos autem uocauit, illos et iustificauit; et

1 cf. Luc. 1, 44 2 cf. Luc. 3, 21 sq. 5 cf. Cant. 4, 2 9 cf. Matth. 26, 75 12 Luc. 24, 46 sq. 21 cf. Ps. 17, 44 24 Rom. 8, 30

1 perfectius (i *s. l. a m.* 2) *L* 2 odolamites *LSG* odollamites (*pr.* l *s. l.*) *M* 3 tondendas (o *ex* u) *L* exhonerandas *C* 4 æcclesiae *C* laudate *L* 7 interp̄tatur *SG* 8 amaritudinis *om. C* 9 in illius *SG* iudas (s *paene er.*) *SC* iuda *LGM* 11 presignetur *C* æcclesia *C* 13 predicari *C* 14 poenitentiam *S* pa̧enitentiam *G* 16 Typpū *C* 17 euocate *L* 18 habitū *L* portę *L* portā** M^2 aenan *GL* M^1 ęnan *C* enan M^2b ęnaim *C* enaim *LSGMb* 21 fętatur *SG* 22 monilae *LM* monilæ *G* 23 iustificatiōn *L* 24 praedistinauit L^1SG predestinauit *C*

quos iustificauit, illos et glorificauit. sed haec, ut dixi, adhuc in occulto, ubi fit et conceptio sanctae ubertatis. mittitur autem promissus haedus tamquam meretrici, haedus exprobratio peccati, per eundem Odollamitam tamquam increpantem et dicentem: generatio uiperarum. sed non eam inuenit peccati exprobratio, quam mutauit confessionis amaritudo. post uero iam publicis signis anuli, monilis et uirgae uicit temere iudicantes Iudaeos, quorum iam personam Iudas ipse gestabat, qui hodieque dicunt non hunc esse populum Christi nec habere nos semen Abrahae; sed prolatis certissimis documentis nostrae uocationis, iustificationis, glorificationis sine dubio confundentur et nos magis quam se iustificatos esse fatebuntur. enucleatius haec et membratim quodam modo articulatimque scrutarer atque dissererem, quantum intentionem meam dominus adiuuaret, nisi me ab hac laboriosiore diligentia finiendi huius operis, quod plus quam uellem iam prolixum est, cura prohiberet.

87. Nunc peccatum Dauid quid in prophetia significauerit, quanta possum breuitate perstringam. nomina quippe ipsa interpretata satis ostendunt, quid etiam hoc factum praefigurauerit. Dauid interpretatur „manu fortis“ siue „desiderabilis:“ et quid fortius leone illo de tribu Iuda, qui uicit mundum? et quid desiderabilius illo, de quo propheta dicit: ueniet desideratus omnibus gentibus? Bersabee interpretatur „puteus satietatis“ siue „puteus septimus;“ quamlibet autem harum nominis huius interpretationum in id, quod dicere in-

5 Matth. 3, 7 18 cf. II Reg. 11 22 cf. Apoc. 5, 5 23 Agg. 2, 7

3 hedus *(bis)* *L* 4 odolamitam *SG* odollamitem *CM* 6 mutauit *s. l. m.* 2 *C* 7 publicatis (*m. 3 ex* publicis) *Pb* munilis *L* 9 hodieque (h *s. l.*) *SM* hodiequae *L* 10 habrahae *C* 13 fatebantur L^1 etnucleatius *C* menbratim *C* 16 diligentia (li *ex* le *a m. 1*) *L* 19 possum// (us *er.*) *SG* possumus *LM* 20 prefigurauerit *C* 21 interpra&atur *L* 22 qui (d *er.*) *L* quis (s *ex* d) *G* fortior *LMGSb* 24 bersabeae *LSG* Bersabee *C* 25 qualibet *L* 26 interpretationē *SG* interptationum *C*

tendimus, adsumamus, satis congruit. nam et in canticis canticorum sponsa illa ecclesia est, quae uocatur puteus aquae uiuae. et huic puteo septenarii numeri nomen in spiritus sancti significatione coniungitur propter rationem pentecostes, quo die de caelo missus spiritus sanctus uenit. de septimanis enim constare eundem festum diem Tobiae quoque scriptura testatur. ad XLVIIII autem, quod est septies septeni, unum additur, quo unitas commendatur. in hac ratione uiuit apostolica illa sententia: sufferentes inuicem, in dilectione studentes seruare unitatem spiritus, in uinculo pacis. dono itaque spiritali, hoc est septenario, facta est ecclesia puteus satietatis, quia factus est in ea fons aquae salientis in uitam aeternam, quem qui habuerit, non sitiet in aeternum. iam uero qui fuerit maritus eius, quid aliud quam diabolum nominis huius interpretatione significat? huius erant pessimo coniugio deligati omnes, quos gratia dei liberat, ut ecclesia sine macula et ruga saluatori proprio copuletur. Uria namque interpretatur „lux mea dei.“ Chetteus autem „abscisus,“ siue quod in ueritate non stetit, sed a luce sua superna, quam de deo habebat, superbiae merito abscisus est, siue quod cadendo ueris uiribus perditis transfigurat se tamen in angelum lucis, audens adhuc dicere: „lux mea dei est.“ ergo iste quidem Dauid grauiter sceleratequeque peccauit; quod scelus eius etiam per prophetam deus arguit increpando et ipse abluit paenitendo. uerumtamen ille desiderabilis omni-

2 Cant. 4, 15 5 cf. Act. 2, 1 sqq. 7 cf. Tob. 2, 70 9 Ephes. 4, 2 sq. 12 Ioh. 4, 14 17 cf. Ephes. 5, 27 19 cf. Ioh. 8, 44 22 cf. II Cor. 11, 14

1 adsumamus C^1 3 septinarii L . 4 significatiõ L 5 decęlo C 7 quadraginta nouem GM septem b 8 ratiõ L illa apostolica C 10 unitate L 11 spirituali C æcclesia C 13 quem] quam SG habuerit] biberit M 14 uriam Iam S^2 15 huius] sui $CSMG$ interp̃tatiõ L cuius M 17 æcclesia (*pr.* c *s. l. a m. 1*) C 18 urias b chetteus LSG hettheus C chettaeus M cetheus b autem *om. SMG* 25 penitendo L ueruntamen C

bus gentibus adamauit ecclesiam super tectum se lauantem, id est mundantem se a sordibus saeculi et domum luteam spiritali contemplatione transcendentem atque calcantem, et inchoata cum illa primae conuentionis notitia post ab ea penitus separatum diabolum occidit eamque sibi perpetuo conubio copulauit. oderimus ergo peccatum, sed prophetiam non extinguamus; amemus illum Dauid, quantum amandus est, qui nos a diabolo per misericordiam liberauit; amemus et istum Dauid, qui tam graue in se uulnus iniquitatis paenitentiae humilitate sanauit.

88. Iam de Salomone quid dicam? quem uehementer arguit sancta scriptura atque condemnat nihilque de paenitentia eius uel in eum indulgentia dei omnino commemorat. nec mihi prorsus occurrit, quid saltem in allegoria boni significet haec eius flenda submersio, nisi forte quis dicat mulieres alienigenas, quarum amore exarserat, significare ecclesias electas de gentibus. posset hoc fortasse non absurde intellegi, si illae propter Salomonem desererent deos suos et colerent deum eius. cum uero ipse propter illas offendit deum suum et coluit deos earum, non est, quid inde boni coniectare possimus. nec tamen nihil arbitror significare, sed malum, sicut de uxore filiabusque Loth diximus. adparet enim in persona huius Salomonis mira et excellentia et mira subuersio. quod igitur in illo diuersis temporibus extitit, prius bonum et posterius malum, hoc in ecclesia in isto adhuc saeculo simul uno tempore ostenditur. nam bono illius bonos ecclesiae, malo autem illius malos ecclesiae significatos puto, tamquam

12 cf. III Reg. 11

1 æcclesiam (pr. c *s. l. a m. 1*) *C* lauantem (u *corr. ex* b) *LM* 2 seculi *C* 3 spirituali *C* contemplatione (m *er.*) *L* 4 inchoata (h *s. l. a m.* 2) *LMG* noticia *C* pęnitus *C* 5 copulauit conubio *C* 12 paenitentia S^1 13 indulgentia (in *in ras;* dulg. *ex* diligentia *m.* 2 *corr.*) *L* 14 saltim *L* allegoriă *L* 15 subuersio *ed. Maurina* 16 ęcclesias *C* 17 absurdę *L* intelligi *C* ille *CS* 20 coniectari *GLMSb* 23 et *pr. om. Cb* mira** (er *er.*) *M* 25 æcclesia *C* saetulo *L* 26 æcclesiae *C* 27 æcclesiae (*pr.* c *s. l. a m. 1*) *C*

in unitate unius areae, sicut in illo uno homine, bonos in granis, malos in palea, ut in unitate unius segetis bonos in tritico, malos in zizaniis. si quid hinc sane his, quae de illo scripta sunt, diligentius pertractatis siue mihi siue hoc doctioribus atque melioribus aliud probabilius elucere potuerit, nunc tamen non eam rem ita dimisimus, ut intentionem nostram in alia properantem tamquam interrupta series contextionis inpediat.

89. De Osee autem propheta non a me opus est dici, quid illa iussio factumue significet, quod dixit dominus ad Osee: uade et accipe tibi uxorem fornicationis et fac filios de fornicatione, cum satis hoc ipsa scriptura demonstret, unde et quare sit dictum. sequitur enim: quoniam fornicans fornicabitur terra a domino. et abiit et accepit Gomer filiam Debeleim; et concepit et peperit ei filium. et dixit dominus ad eum: uoca nomen eius Iezrahel, quoniam adhuc modicum, et uisitabo sanguinem Iezrahel super domum Iuda et quiescere faciam et auertam regnum domus Israhel. et erit, in illa die conteram arcum Israhel in ualle Iezrahel. et concepit adhuc et peperit filiam. et dixit ei dominus: uoca nomen eius „absque misericordia," quia non addam ultra misereri Israhel, sed obliuione obliuiscar eorum; et domui Iuda miserebor et saluabo eos in domino deo suo, et non saluabo eos in arcu et in gladio et in bello et in equis et in equitibus. et ablactauit eam, quae erat absque misericordia, et concepit et peperit filium. et dixit ei dominus: uoca nomen eius „non populus meus," quia uos non po-

3 cf. Matth. 3, 12; 13, 30 11 Os. 1, 2; 2, 1

1 unitatem *LSG* unitate (m *er.*) *M* sicut] sic *C* 2 segitis *M* 9 osęe *L* 11 oseae *L* oseę *C* fornicationis] fornicatione^{vm} (*uid. m. 2 corr.*) *C* 15 debelē *C* debelein *SMG* debelaim *b* 16 ei *om. C* 17 iezahel *C* 18 isrł *LCM* israhel *GS*^{1} iudā *L* iudam *C* iuda *SMG* 20 uallem *C* iezahel *C* 26 ęquis *C*

pulus meus, et ego non ero uester deus. et erit numerus filiorum Israhel quasi arena maris, quae sine mensura est et non numerabitur; et erit in loco, ubi dictum est eis: non populus meus uos, dicetur eis, filii dei uiui. et congregabuntur filii Iuda et filii Israhel et ponent sibimet caput unum et ascendent de terra, quia magnus dies Iezrahel. dicite fratribus uestris „populus meus“ et sorori uestrae „misericordiam consecuta.“ cum ergo iussi et facti huius figuram ipse dominus per eandem scripturam euidenter aperiat cumque apostolicae litterae hanc prophetiam conpletam in noui testamenti praedicatione testentur: quis est, qui audeat dicere non propterea iussum et factum, propter quod se iussisse et prophetam fecisse ipse in sanctis litteris qui iussit exponit? ait enim apostolus Paulus: ut notas faceret diuitias gloriae suae in uasa misericordiae, quae praeparauit in gloriam; quos et uocauit nos, non solum ex Iudaeis, uerum etiam ex gentibus . sicut et Osee dicit: uocabo „non plebem meam plebem meam“ et „non dilectam dilectam“ et erit in loco, ubi dictum est eis: non populus meus uos, ibi uocabuntur filii dei uiui. hoc ergo de gentibus prophetatum Paulus ostendit. unde et Petrus scribens ad gentes propheta quidem ipso non nominato prophetiam tamen eius uerbis suis inserit dicens: uos autem genus electum, regale sacerdotium, gens sancta, populus adquisitionis, quo uirtutes eius adnuntietis, qui de tenebris uos uocauit in illud admirabile lumen suum: qui aliquando non populus, nunc autem populus dei; quorum aliquando non misertus est, nunc autem miseretur. hinc euidenter adparet, quod

15 Rom. 9, 23 sqq. 25 I Petr. 2, 9 sq.

1 deus] deus (*s. l. m. 2*) *M; om. CGSb* 6 ponet *L* 7 iezahel *C* 9 consecútæ *C* 12 est *om. SG* 17 gloria *C* 18 iudeis *C* oseae *L* 20 *sec.* dilectam *om. L*^{1} 26 quo] ut *b* 27 qui (i *sup.* o *a m. 1*) *L* ammirabile *LSGM*

per prophetam dictum est: et erit numerus filiorum Israhel quasi arena maris, quae sine mensura est et non numerabitur, et quod consequenter adiunctum est: et erit in loco, ubi dictum est eis „non populus meus uos," dicetur eis, filii dei uiui, non omnino de illo Israhel esse dictum, qui est secundum carnem, sed de illo, de quo apostolus gentibus dicit: uos ergo Abrahae semen estis secundum promissionem heredes. sed quoniam et de illa Iudaea multi crediderunt et credituri sunt — nam inde erant et apostoli, inde tot milia, quae in Hierusalem apostolis sociata sunt, inde ecclesiae, de quibus ad Galatas dicit: eram autem ignotus facie ecclesiis Iudaeae, quae sunt in Christo, unde et lapidem angularem in psalmis appellatum dominum sic interpretatur, quod duos parietes in se ipso coniunxerit, circumcisionis uidelicet et praeputii, ut duos conderet in se unum nouum hominem, faciens pacem, et conmutaret utrosque in uno corpore deo, per crucem interficiens inimicitias in semet ipso, et ueniens euangelizaret pacem his, qui longe, et his, qui prope, id est gentibus longe et Iudaeis prope; ipse est enim pax nostra, qui fecit utraque unum — merito et iste propheta filios Iuda ponens pro Iudaeis et filios Israhel pro gentibus, et congregabuntur, inquit, filii Iudae et filii Israhel pariter et ponent sibimet caput unum et ascendent de terra. huic itaque prophetiae tam manifeste ipso rerum effectu declaratae quisquis contradicit, non

1 Gal. 3, 29 11 cf. Act. 2, 14; 4, 4 12 Gal. 1, 22 14 cf Ps. 117, 22 16 Ephes. 2, 11 sqq.

2 harena (h *s. l. m. 1*) *L* 8 estis *om. b* 9 iudę *L* iudae *SG* iudaei *Mb* 10 quęm (, *add. et* m *exp. m. 2*) *L* que (m *er.*) *M* 11 æcclesiae *C* galathas *C* 12 facię *C* iudę L^1 iudeae *CSG* 14 interṗtatur *CSG* 15 praepucii *S* 16 in unum *Cb* 17 communicaret *S* commu||niṫaret *G* 18 inimicicias *SG* 19 ęuangelizaret *C* euangelizare *b* iis (*bis*) *b* 20 ēst (st *s. l. add. m. 2*) *L* iudeis *C* 25 manifestę *S* 26 effecto ML^1

solum propheticis, uerum etiam apostolicis litteris nec solum quibuslibet litteris, uerum etiam rebus impletis et clarissima luce perfusis inpudentissime contradicit. aliquid ergo fortassis diligentioris requirebat intentionis Iudae factum, ut haec fornicaria, quae significat ecclesiam de gentilium superstitionum prostitutione collectam in habitu mulieris illius, quae Thamar appellata est, posset agnosci; hic autem cum ipsa scriptura se aperiat cumque apostolorum consonantibus litteris inlustretur, quid hic ulterius inmoramur ac non iam uidemus, quod restat de famulo dei Moyse, quid etiam ipsa significent, quae Faustus obiecit?

90. Quod enim fratrem defendens occidit Aegyptium, cuiuis facillime occurrit iniuriosum nobis in hac peregrinatione diabolum a domino Christo nobis defensis occidi. quod uero in arena obruit interemptum, manifestum est eius iam morticinam praesentiam in eis latere, qui non habent stabile fundamentum. unde ecclesiam dominus super petram aedificat et eos, qui audiunt uerbum eius et faciunt, conparat prudenti uiro, qui aedificat domum suam super petram, ne temptationibus cedat et corruat; illos autem, qui audiunt et non faciunt, conparat stulto aedificanti super arenam, cuius temptata domus ruina fit magna.

91. Quod uero expoliauit Aegyptios iussu domini dei sui, nihil nisi iustissime iubentis, quid praefigurauerit, iam in quibusdam libris, quos de doctrina christiana praenotaui, quantum mihi tunc occurrit, me recolo posuisse, quod auro et argento et ueste Aegyptiorum significatae sint quaedam

15 cf. Ex. 2, 12 22 cf. Matth. 7, 24 sqq. 23 cf. Ex. 3, 22; 11, 2; 12, 35 sq. 25 de doctr. chr. 2, 40

3 inprudentissime *SG* aliqui *C* 4 requirebat diligentioris *C* 5 (et 17) æcclesiam *C* 6 prostitutionem *L* 7 posset] non posset *S*, (non *s. l.*) *G* poscit *b* 9 immoramur (mur *s. l. a m. 1*) *S* 12 cuius *C* 16 presentiam *C* stabilem *L* 19 suam *om. b* 20 cedat *C* 22 domo *S* domos (o *corr. ex* u) *G* 23 sui *om. C* 24 prefigurauerit *C* 25 prenotaui *C* pnotaui L^1 27 *pr.* et *om. LC* significate *L*

doctrinae, quae in ipsa consuetudine gentium non inutili studio discantur. sed siue hoc significet siue illud, quod ex ipsis gentibus animae pretiosae tamquam uasa aurea et argentea cum suis utique corporibus — quod uestes significant — adiungunt se populo dei, ut simul de hoc saeculo tamquam de Aegypto liberentur: siue hoc ergo siue illud siue aliquid aliud hinc fuerit figuratum, certum est tamen eis, qui has litteras pie legunt, non frustra neque sine praenuntiatione futurorum esse illa iussa, facta, conscripta.

92. Iam porro de bellis, quae per Moysen gesta sunt, nimis longum est omnia pertractare. satis ergo sit, quod de illo bello gesto cum Amalech iam superius in hoc ipso opere, quo Fausto respondeo, quantum satis pro suscepto negotio uidebatur, quid prophetiae praemitteret, quid mysterii contineret, exposui. nunc illud uideamus, in quo crudelitatis uitium solent obicere Moysi uel inimici harum litterarum uel expertes omnium litterarum: quod quidem Faustus non expresse posuit, cum diceret, quod crudelia multa et mandarit et fecerit. sed quia noui, quid maxime et inuidiose iactare consueuerint, ideo ipse hoc commemoraui superiusque defendi, ne quicquam in eo facto esse criminis uel ipsi Manichaei, qui corrigi uellent, uel quisquam alius inperitorum aut inpiorum putaret. nunc autem quid etiam propheticae significationis habuerit, requirendum est, quod ex eis multos, qui sibi absente ipso idolum fabricauerunt, sine ulla cuiusquam necessitudinis distinctione iussit interimi. facile est, ut in-

12 cf. Ex. 17, 8 sqq. 26 cf. Ex. 32

1 consuetudi|| (*in fin. lin;* i *post add.*) *C* 3 prætiosae *L* praeciosae *S* praetiosae *GM* 4 utique] itaque L^1 utique (*corr. ex* itaque *a m. 1*) *C* 5 ut *om. b* 8 piąe *S* prenuntiatione *C* 14 premitteret *C* 16 uicium *CL* 17 expertes (*corr. ex* expartes) *C* 18 expresso *GS* expresse (ex *s. l.*) *M* quod *om. LSG* mandaret L^1M^1 19 quid (*s. l. m. 2*) *L* maxima L^1 inuidiosae *L* 20 consueuerit *b* ipse (e *in ras. a m.* 2) *S* ipso M^1G ipsū M^2 superiusque] superius *SG* 21 nec *C* manichei *LC* 23 putarent *LSMGb* 26 interimi (i *med. ex* e m. 1) *L* intellægatur *L*

tellegatur hominum illorum interemptionem significare uitiorum talium, qualibus illi ad eandem idolatriam defluxerunt. in talia quippe uitia saeuire nos iubet psalmus, cum dicit: irascimini et nolite peccare. in talia uitia saeuire nos iubet apostolus, cum dicit: mortificate membra uestra, quae sunt super terram, fornicationem, inmunditiam, luxuriam, concupiscentiam malam et auaritiam, quae est idolorum seruitus.

93. Sed quid sibi uelit, quod prius fecit, ut ipsum uitulum igne conbureret minutatim concideret et in aquam spargeret et potum populo daret, maiorem intentionem perscrutandae significationis inquirit. si enim tabulas, quas digito dei, hoc est operatione spiritus sancti, scriptas acceperat, ideo fregit, quia indignos eos, quibus eas legeret, iudicauit, si denique, ut ab eis ille uitulus penitus aboleretur, incendit eum, contriuit, in aqua sparsit atque submersit, ut quid et potum hoc populo dedit? quem non excitet factum hoc ad inquirendam et intellegendam propheticam significationem? occurrat ergo iam intentis mentibus tamquam diaboli corpus in uitulo, id est homines in omnibus gentibus, quibus ad haec sacrilegia caput, hoc est auctor, est diabolus, aureum propterea, quia uidentur idolatriae ritus uelut a sapientibus instituti. de quibus dicit apostolus: quoniam cognoscentes deum non sicut deum glorificauerunt aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis, et obscuratum est insipiens cor eorum, dicentes esse se sapientes stulti facti sunt et inmutauerunt gloriam incorruptibilis

3 Ps. 4, 5 5 Col. 3, 5 23 Rom. 1, 21 sqq.

1 uiciorum *L* 2 talium insecutionum (insecutionum *m. 3 in mg. adscr.*) *Pb* talia (a *fin. s. l. a m. 1*) *L* 3 nos seuire *C* 5 menbra *C* membra (*in marg. m. 2 add.*) *L* 6 luxoriam *L* 7 concvpiscentiam (v *s.* o *a m. 1*) *L* 9 sibi (bi *s. l.*) *M* si *L* 10 ignē *C* minutatimque *SMG* 13 acciperat L^1 14 legeræt *C* 15 eum] eumque *S*, (q' *s. l.*) *G* 22 idolatrie *L* idolatrieritus M^1 24 aut gratias egerunt *om. C* 26 dicentes enī (enī *s. l. add. m. 2*) *L* se esse *Cb*

dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis et uolucrum et quadrupedum et serpentium. ex hac quasi sapientia iste uitulus aureus, qualia solebant Aegyptiorum etiam ipsi primates et tamquam docti homines adorare figmenta. hoc ergo uitulo significatum est omne corpus, id est omnis societas gentilium idolatriae deditorum. hanc sacrilegam societatem dominus Christus illo igne conburit, de quo in euangelio dicit: ignem ueni mittere in terram, ut, quoniam non est, qui se abscondat a calore eius, dum in eum credunt gentes, igne uirtutis eius diabolica in eis forma soluatur. totum deinde corpus illud comminuitur, id est ab illa malae conspirationis conflatione discissum uerbo ueritatis humiliatur et comminutum in aquam mittitur, ut eos Israhelitae, id est euangelii praedicatores, ex baptismo in sua membra, hoc est in corpus dominicum, transferant. quorum Israhelitarum Petro de ipsis gentibus dictum est: macta et manduca. si macta et manduca, quare non etiam: concide et bibe? ita ille uitulus per ignem zeli et aciem uerbi et aquam baptismi ab eis potius, quos absorbere conabatur, absorptus est.

94. Si ergo haec quoque loca scripturarum, de quibus eisdem scripturis calumniantur haeretici, perscrutata et quodam modo interrogata, quanto uidentur obscuriora, tanto mirabiliores in se mysteriorum thesauros latere respondent: quanto magis inpiorum blasphema ora obmutescere omnino debent, cum oppilantur apertissima ueritate, contra quam praefocato spiritu quid mussitent non inueniunt et malunt miseri mani-

8 Luc. 12, 49 9 cf. Ps. 18, 6 16 Act. 10, 13

2 uoluchrum *C* quadrupedium *C* 4 etiam quam S^1G 6 sotietas *C* 7 sotietatem *C* ignē *L* comburit *L* 8 euangelio *C* 12 male *LSG* 13 humiliatur (li *s. l. a m.* 2) *S* aquā (~ *add. m.* 2) *L* aqua *CSMG* 14 predicatores *C* baptisma *SG* baptismo (o *corr. ex* a) *M* menbra *C* 17 si macta et manduca *om. LSGMb* bibe (*corr. m.* 2 *ex* uiue) *L* 19 absorber& *L* absortus *L* 21 calumpniantur *C* heretici *LCSG* 24 ommutescere LM^1 ommitescere *C* commutescere *SG* 25 opilantur *SG* profocato $LSGM^1$ prefocato (e *s. l.*) M^2 prouocato *b* 26 misitent L^1 musitent L^2SGMb

festatione eius suas fauces obturari quam suauitate pectus inpleri! Christum igitur sonant haec omnia; caput illud, quod iam ascendit in caelum, et hoc corpus eius, quod usque in finem laborat in terra, scribentium litteras uere sacras omnis parturiuit intentio, nec esse quicquam credendum est librorum propheticorum contextione narratum, quod non significet aliquid futurorum, nisi quae ideo posita sunt, ut ex eis quodam modo religentur ea, quae illum regem populumque eius siue propriis siue figuratis locutionibus rebusue praenuntient. sicut enim in citharis et huiuscemodi organis musicis non quidem omnia, quae tanguntur, canorum aliquid resonant, sed tantum chordae, cetera tamen in toto citharae corpore ideo fabricata sunt, ut esset, ubi uincirentur, unde et quo tenderentur illae, quas ad cantilenae suauitatem modulaturus et percussurus est artifex: ita in his propheticis narrationibus, quae de rebus gestis hominum prophetico spiritu deliguntur, aut aliquid iam sonant significatione futurorum aut, si nihil tale significant, ad hoc interponuntur, ut sit, unde illa significantia tamquam sonantia conectantur.

95. Has autem rerum gestarum allegoricas narrationes si nolunt haeretici, sicut a nobis exponuntur, accipere uel etiam nihil eas, nisi quod proprie sonant, significare contendunt, non est luctandum cum hominibus, qui dicunt: „non sapit palato meo, quod sapere dicis tuo“, dum tamen ea, quae diuinitus praecipiuntur, aut mores pietatemque formare aut aliquid figurate significare uel credantur uel intellegantur aut utrumque potius quam neutrum; dum tamen et ipsa, quae figurate dicta uel facta intelleguntur, ad eosdem mores bonos

1 opturari *LC* 3 iam *om. C* 4 omnes *LSG* 5 quicquam (c *s. l. a m.* 2) *LC* 9 figuratis (*in mg. a m.* 2) *L* pronuntient *L* pronuncient *Cb* 10 cytharis *LSG* 11 canorum (r *corr. ex* n) *S* 12 cordę *G*, (*add. m.* 2) *L* chordae (h *s. l. a m.* 2) *S* chorde (h *s. l.*) *M* cętera *C* cythare *L* cytharę *CSG* 13 uincerentur S^1GM 15 que *C* 16 diliguntur L^1 17 sonænt (a in æ *mut. m.* 2) *C* 18 sit] si *C* 20 narratiónis L^1 22 propriae *L* proprię *C* 25 precipiuntur *C* 26 figuratę *C* 28 intellegantur *LSGb*

pietatemque referantur. ac per hoc etiam si Manichaeis uel quibusque aliis de his figuris rerum gestarum noster displicet intellectus uel ratio uel opinio, illud sufficiat, quod patres nostri, quibus deus perhibet bonae uitae atque in suis praeceptis oboedientiae testimonium, ea ueritatis regula defenduntur, quae nisi prauis et distortis cordibus displicere non possit, et quod ea scriptura, cui peruersitas erroris illius inimica est, in quibuslibet hominum factis, quae uel laudauit uel arguit uel tantum narrata nobis iudicanda proposuit, ipsa inculpabilis uenerabilisque persistit.

96. Quid uero utilius atque salubrius pie legentibus uel audientibus illas sacras litteras consuli ac prospici potuit, quam ut non solum in eis laudabiles homines ad imitandum et reprehensibiles ad cauendum proponerentur, uerum etiam quaedam bonorum declinationes et lapsus in malum siue inde idem denuo correcti in uiam redeant siue inreuocabiles maneant, et rursus quaedam malorum mutationes et prouentus in bonum siue perseueraturi siue in pristina iterum relapsuri: ut neque iusti in superbiam securitate extollantur nec iniqui contra medicinam desperatione obdurentur? at illa, quae neque ad imitandum neque ad cauendum facta hominum pertinent et tamen in sancta scriptura reperiuntur, aut ad illam conexionem posita sunt, quibus occasionibus ad res necessarias ueniatur, aut eo ipso, quo uidentur superflua, satis admonent in eis quaeri oportere mysticae alicuius significationis oraculum. neque enim de his libris loquimur, in quibus nulla uel pauca ac non multa apertissima prophetico spiritu praenuntiata iam quoque ipsis rebus inpletis auctoritatem diuinam fidelissima et praeclarissima ueritatis luce testantur, ut omnino de-

1 manicheis *LCSG* 4 nostros *PCSGMLᵛb* nrī (i *a m.* 2 *s exp.* os *superscr.*) *L* bone *SG* preceptis *C* 5 obędientiae *C* 14 rep̄hensibiles *L* 15 lapsus (s *fin. s. l. add. m.* 2) *L* lapsum *Mb* 16 i//ridem *M* id ē *b* 17 prouectus *C* 22 repperiuntur L^2 24 ammonent *LSMG* 25 queri *C* mystice *L* 28 fide*lissima *L* 29 lucę *C*

sipiat, quisquis eos superflue uel quasi fatue locutos aliquid putat, quibus non solum omnia hominum ingeniorumque subdita uidet, uerum etiam hoc ab eis praedictum legit perfectumque cognoscit.

97. Numquidnam ergo, si quisquam legens factum Dauid, cuius eum domino arguente ac minante paenituit, inde sibi ad peccandum fomitem praebeat, illa scriptura culpanda est? ac non tanto seuerius ille damnandus, quanto potius ad se uulnerandum aut occidendum abuti uoluit ea re, quae ad sanandum liberandumque conscripta est? quia enim homines in peccatum lapsi uel superbia neglegunt paenitentiae medicinam uel recipiendae salutis ueniaeque promerendae diffidentia penitus pereunt, de tanto uiro exemplum propositum est, quo sanentur aegroti, non quo hi, qui sani sunt, saucientur. neque enim medicinae uitium est, si uel insani se ipsos uel maligni alios ferramentis medicinalibus perimant.

98. Sed tamen patres nostri patriarchae atque prophetae, quibus tam inlustre testimonium sanctitatis atque pietatis ea scriptura perhibet, quam saluti generis humani diuinitus dispensatam non negat, nisi quisquis aut eam nescit aut omnem sensum rationalis considerationis amisit, etiamsi libidinosi et crudeles fuissent, sicut eos Manichaeorum error uel potius furor accusat: nonne etiam sic non dico electis eorum, sed ipso etiam deo illorum demonstrarentur esse meliores? nonne melius est cum pelice uolutari uirum cum femina quam esse sincerissimam lucem et miscendo se tenebris inquinari? ecce homo auaritiae ac uentris causa uxorem suam sororem mentitus in aliorum concubitum uendidit: quanto ille peior et execrabilior est, qui naturam suam ad libidinem desiderantium simulando coaptatam gratis eis polluendam corrumpendamque

1 superfluę *C* fatuę *C* 5 numq:nam L^1 ergo (r *s. l. a m. 1*) *C* 6 minante (a *corr. m. 1 ex* e) *C* poenituit (o *s. l. a m.* 2) *S* penituit *LG* 12 accipiende *C* uenieque *L* 14 ęgroti *L* 15 uicium *LS* 16 perhimant (h *s. l.*) *C* 17 hi patres *C* 18 inlustræ *L* inlustrae *M* 19 salutis (*exp. m.* 2) *L* 22 manicheorum *LCSG* 23 nonne] non *GLSMb* 27 auaricię *C* 29 libinē *C*

subiecit! iam cum filiabus qui etiam sciens concubuerit, nonne minus mali perpetrat, quam qui membra sua omnium talium peiorumque turpitudinum libidinibus miscet? quid enim tale ab inmundis flagitiosisque committitur, ubi non deus uester, Manichaei, turpitudinibus omnibus polluatur? denique si uere Iacob, ut ait Faustus, inter quattuor uxores foeda concupiscentia tamquam hircus erraret nullam propaginis curam gerens, sed lasciuae solius uoluptatis: quanto minus miser esset deo uestro, qui non solum in ipso et in eius quattuor uxoribus omne illud dedecus luxuriae pateretur, omnibus eorum corporibus motibusque concretus, sed in ipso hirco, quem uiro illi sordidus conparauit, omnem illum genitalem motum caloremque perpetitur et ubique turpi condicione permixtus in capro inflammatur, in capra seminatur, in haedo generatur! ac per hoc etsi Iudas non tantum fornicator sed etiam sciens nurus suae nefarius incestator existeret, in illius quoque incesti libidine deus uester haereret, sorderet, arderet. Dauid autem iniquitatis paenituit, quod uxorem adamauerit alienam uirumque eius mandarit occidi; at uero deum uestrum quando paenitebit, quod a tartareo genere masculino ac feminino principum tenebrarum adamatus eorum libidini sua membra concessit nec maritum, cuius coniugem adamauerat, sed suos filios in membris daemonum, a quibus daemonibus ipse fuerat adamatus, occidit? sed etsi non paenituisset Dauid nec iustitiae sanitatem tali medicina recepisset, etiam sic isto deo Manichaeorum melior extitisset. iste quippe uno ipso facto putemus et aliis talibus quotquotlibet quam multa

2 menbra *C* 5 manichei *L* manihei C^1 6 feda *C* 7 hyrcus *LSG* 8 lasciue *C* lasciuę (, *add. m.* 2) *L* 9 IIII^{or} *C* 10 luxoriae *LM*^{1} 11 hyrco *L* 12 sordidus] sordibus *SG*, (d *ex* b) *M* genitalĕ (~ *add. m.* 2) *L* 13 motumque *SG* 14 hedo *LCSG* 17 incesti (i *fin. ex* e *corr. m.* 1) *L* hereret *LC* 18 penituit *L* paenituit S^1 pnituit C^1 adamauerat *SGM* 19 mandar& L^1b ad L^1 20 penitebit *L* feminino (i *alt. s.* o *a m.* 1) *L* 21 mbra *C* 23 menbris *C* demonum *C* demonibus *C* 24 penituisset *LC* 26 manicheorum *LCSG* ex*titisset (s *er.*) *L* iuste *b* 27 quodquodlibet *SG* quodlibet *b*

unus homo posset admittere; ille autem in omnibus omnium talibus factis commixtione illa membrorum suorum turpari polluique conuincitur. et Osee propheta accusatur a Fausto: qui si meretricem turpi concupiscentia captiuatus adamasset atque duxisset — animas certe amborum, et lasciui amatoris et obscaenae meretricis, partes et membra naturamque dei uestri esse praedicatis — illa ergo meretrix — quid enim ambiam uerbis et non plane dicam? — illa meretrix esset deus uester. neque enim potestis dicere, quod seruata atque incorrupta suae sanctitate naturae illi meretricio corpori non ligatus, sed praesentatus incideret, sed et inquinatissima esse ista membra dei uestri et ob hoc magna purgatione indigere fatemini. illa ergo meretrix, de qua hominem dei audetis arguere, deus uester esset, etiamsi non esset in melius casto coniugio commutata; aut si non uultis, particulam certe dei uestri, licet minimam, non negatis illam animam meretricis. hoc ergo iam melior deo uestro, quoniam ipsa una meretrix esset, ille autem condicione suae illius commixtionis uniuerso generi tenebrarum in omnibus meretricibus prostituitur, in omnibus denique maribus ac feminis late uarieque fornicantibus et sese corrumpentibus uolutatur, soluitur, inligatur, rursus in eorum fetibus uolutandus, soluendus, ligandus, donec ad ultimum globum pars inmundissima dei uestri tamquam inexpiabilis meretrix perducatur. haec scilicet mala, has turpitudines, haec dedecora a membris suis deus uester amouere non potuit et hostis inmanis necessitate conpulsus ad ista peruenit; neque enim potuit interimere iniuriosum atque uiolentum suis uel ciuibus uel partibus saluis. quanto ergo ille melior, qui occiso Aegyptio fratrem defendit inlaesum, quem mirabili

1 ammittere *LS¹M¹G* 2 commixtionē illā *PSG* illa (m *er.*) *LM* menbrorum *C* turbari *L* 3 oseę *C* os*ęe (a *er.*) *L* 4 si (*add. in mg. m.* 2) *L* 6 obscene *L* obscęnę *C* 7 predicatis *C* ergo] enim *CSMG* 8 non *s. l. m.* 2 *L* 11 et *om. SGM* menbra *C* 18 conditione (*sub.* e *er.*) *C* sua *Lb* commixtiones *L¹S¹GM* 22 earum *b* fętibus *S* 25 menbris *C*

uanitate Faustus arguit et deum suum mirabiliore caecitate non respicit! quanto melius ipse uasa aurea et argentea abstulisset de gente Aegyptiorum, quam eius membra depraedaretur gens tenebrarum! et tamen cum bellum tam miserum ipse gessisset, cultores eius famulo dei nostri obiciunt, quod bella gesserit, in quibus semper cum suis omnibus uictor de hostibus triumphauit, qui captiui uel captiuae Moyse belligerante de populo Israhel duci potuerunt: quod et deus uester si potuisset, utique fecisset. hoc ergo non est malos arguere, sed felicioribus inuidere. quae autem crudelitas Moysi, quod in populum, qui grauiter in deum peccauerat, gladio uindicauit? cuius tamen peccati ueniam se pro illis etiam diuinae uindictae offerens deprecatus est. uerumtamen si et hoc non misericorditer, sed crudeliter fecisset, etiam sic melior deo uestro esset. neque enim quemquam suorum innocentium et oboedientium, si ad hostis cuneum disrumpendum missus fuisset et captiuatus, ullo modo eum postea, si uicisset, ipse damnaret: quod facturus est deus iste de sua parte, quam configet in globo, quia oboediuit iubenti, quia in hostiles cuneos pro salute regni eius proposita sua morte processit. sed in hac, inquit, serie saeculorum iam malis permixta atque concreta non obtemperauit praeceptis. quaeramus, quare. si propria uoluntate, uera culpa et iusta poena; sed iam si uoluntas est rea, nulla est ad peccandum natura contraria, et ideo Manichaeorum omnis conuicta est et euersa fallacia. si autem ab hoste obpressa quo missa est, si alieno malo superata, cui resistere non ualuerat, iniqua poena et magna crudelitas. sed ad excusandum profertur dei necessitas. talem colant deum, qui nolunt colere deum. sane, quod fatendum est, etiam ipsi cultores

1 mirabili ore *C* 3 ęgyptiorum *C* menbra *C* depredarentur *C* 4 gentes *C* 10 que *C* 13 dep̄catus *LS* 16 obędientium *C* 17 disrumpendum *(exp. m. 2) L* eum] cum *Lb* 18 quod *(m. 2 o exp. et* i *superscr.) M* 19 obędiuit *C* 20 iubenti (*b corr. ex* u) *M* quia (i *s. l.*) *M* 21 setulorum *C* 24 pena *C* 25 manicheorum *LCS* 26 conuincta G^1 fallatia *CS* 28 pęna *C*

eius, quamuis talem deum colendo sint pessimi, mèliores tamen illo sunt, quia saltem sunt; ille autem nihil est nisi fictio falsitatis et cogitatio uanitatis. sed iam cetera Fausti arguta deliramenta uideamus.

LIBER UICESIMUS TERTIUS.

1. FAUSTUS dixit: Disputanti mihi aliquando quidam ex numerosa plebe respondens ait: accipis Iesum de Maria natum? cui ego: quemnam, inquam, dicis Iesum? nam plures in Hebraismo fuerunt Iesus: unus quidem Naue filius, discipulus Moysi; alter uero filius Iosedech sacerdotis magni; item alius, qui dictus est filius Dauid; alius uero filius dei . quemnam ergo istorum de Maria natum quaeris ex me utrum accipiam? utique, inquit, filium dei. cui ego: et quo auctore quoue magistro docente istud accipiam? at ille, Matthaeo, inquit. cui rursum ego: quid enim Matthaeus scripsit? et ille: liber generationis Iesu Christi filii Dauid, filii Abraham, et cetera. tum ego: putaueram, inquam, quia esses dicturus liber generationum Iesu Christi filii dei, et me paraueram ad praescribendum; sed quia nunc fideliter capitulum memorasti, admonendus tantum es, ut id, quod recitasti, consideres. neque enim Matthaeus hic se dei filii generationem scribere fatetur instituisse, sed filii Dauid.

2. Ut ergo huic interim dicenti credam, filius Dauid erit mihi de Maria natus; adhuc de dei filio in hoc omni genera-

10 cf. Ex. 33, 11; Eccl. 46, 1 cf. Agg. 1, 1 11 cf. Rom. 1, 1 sqq. cf. Marc. 1, 1 15 Matth. 1, 1

2 saltim *L* nihil* (i *uid. er.*) *C* 3 finctio *LP* finctio *SGM* 4 deliramta (~ *supra* m *er.*) *C* 6 *Cap.* XLIIII *LPSMG* aliquando mihi *C* 7 *ante* ait *lit. 6 litt. C* 8 hebreismo *LCSMb* 9 hiesus *LSMG* 10 iosadae *L* iosædæc *S* iosædec *G* ioiade *Cb* iosade *M* 14 mattheo *L* matheo *CSG* 15 cui rursum ego *om. SG* (et 21) mattheus *L* matheus *C* 18 generationis *G* · fili *L (sic. et v. 21 et 22)* dei et (i *et* et *in ras.*) *L* 20 tantum *om. SG* es* (τ *er.*) *PM* ē *L* 24 adhoc *C*

tionis textu nulla fit mentio usque ad baptismum scilicet frustraque calumniam uos ingeritis scriptori, tamquam dei ille filium in utero mulieris incluserit. at uero hic clamitat, ut uidetur, et inscriptione ipsa sua se prorsus ab hoc sacrilegio uindicat Dauid filium perhibens ex illa stirpe oriundum se scripsisse, non filium dei. nam Iesum quidem eum, qui sit filius dei, si scriptoris huius mentem propositumque consideres, non tam ille de Maria uirgine uult nos accipere procreatum quam factum aliquando per baptismum apud fluenta Iordanis. illic enim dicit baptizatum a Iohanne eum, quem Dauid in exordio filium designauit, factum aliquando esse filium dei post annos dumtaxat secundum Lucae fidem ferme triginta, ubi et uox tunc audita est dicens ad eum: filius meus es tu; ego hodie genui te. uides ergo id, quod ante annos triginta, ut huic uidetur, de Maria natum est, non esse ipsum filium dei, sed id, quod de baptismo postea factum est ad Iordanem, id est hominem nouum tamquam in nobis eum credimus ad deum ex gentilitatis errore conuersi: quod ipsum tamen nescio utrum satis cum ea fide faciat, quam uos catholicam nominatis; sed interim sic Matthaeo uidetur, si sunt ipsius haec. neque enim usquam in parturitionibus Mariae dictum legitur illud: filius meus es tu, ego hodie genui te, aut: hic est filius meus dilectissimus, in quo bene conplacui, sed in expiatione eius apud Iordanem. quod si et tu credas ita, ut scriptum est, eris iam quidem Matthaeanus — sic enim mihi dicendum est — catholicus uero nequaquam. nam catholicam fidem

12 cf. Matth. 3, 16 sq. 13 Luc. 3, 22 sq.

2 ingeri*tis (s *er.*) *M* 3 at] ad *L* 4 uide*tur (a *er.*) *S* 5 uendicat *b* styrpe *L* 7 dei filius *C* si sic *b* 9 apud (d *corr. ex* t) *S* 10 illic (*corr. ex* illuc) *P* dicit] dicens (ens *in ras.*) *S* 12 luce *L* 13 XXX *S* 23 genui te (*add. m. 2*) *S om. G* 26 iam] tam *M* Matthaeanus] mathianus *C* matheanus *b*, *om. LSGM* mihi matheianus dicendus est *S* mihi matheanus dicendus est *G* mathianus matthianus *M*) mihi dicendum est *LPM*

nouimus; quae tanto longe abest ab hac professione Matthaei, quanto procul est et a uero, siquidem symbolum uestrum ita se habeat, ut credatis in Iesum Christum filium dei, qui sit natus ex uirgine Maria . uestrum ergo est de Maria accipere filium dei, Matthaei ab Iordane, nostrum ex deo . ac per hoc tam uobis Matthaeus, si haec eius pro certo sunt, contrarius est in professione ista sua quam nobis, nisi quod paulo prudentior uobis inuentus est, ut ortum ex femineo sexu Dauid filio ascriberet magis quam filio dei. quapropter de duobus uos unum fateri oportet: aut hunc non esse Matthaeum, qui haec uidetur adserere, aut uos non tenere apostolicam fidem.

3. Nos uero quamuis de hac sententia nemo prorsus deiciat ex deo accipiendi filium dei, tamen ut multum inprudentiae concedamus, ut adigamur et falsis credere, ex Iordane nobis erit factus Iesus dei filius quam natus ex utero mulieris. quamquam nec ipse quidem ille, quem Maria peperit, si ullus erat, recte Dauid filius appelletur, nisi eum constet ex patre Ioseph seminatum. quod quia negatis, illud etiam fateamini necesse est ne ipsum quidem esse Dauid filium, quoniam quidem generatio ab Abraham usque ad Dauid et a Dauid Ioseph adusque deducitur — per omnes scilicet Hebraeorum patres —. ex quo quia Iesus conceptus non est, ut legitur, nec filius erit Dauid longeque demens est, qui quem sine coitu Ioseph de Maria natum dicturus erat, hunc in principio posuerit esse filium Dauid. cum ergo ne ipse quidem, qui sit ex Maria genitus, Dauid recte filius appellaretur, quia non sit natus ex Ioseph, quanto magis filius dei!

4. Proinde nec uirginis ipsius origo ex hac tribu fuisse monstratur, unde constat esse Dauid — dico autem Iudam,

1 professiõ *L* matthei *L* mathei *CS* 2 simbolum *L* 5 iordane (m *er.*) *L* 6 mattheus *L* matheus *CSG* 8 hortum *L* 9 adscriberet *LCSG* 10 mattheum *L* matheum *CSG* 13 inpudentiae *C* 18 iosepho *C* 20 ab *om. SPG*, (*s. l. m. 1*) *C* 21 iosephum *C* hebreorum *LCS* 23 longequi *L* 24 cohitu *L* iosephi *C* 26 appellatur *C* 27 iosepho *C*

de quo Iudaei reges — sed ex tribu Leui, unde sacerdotes: quod ipsum palam est, quia eadem patrem habuerit sacerdotem quendam nomine Ioachim, cuius tamen in hac generatione nulla usquam habita mentio est. quomodo ergo ad hanc Dauiticae cognationis prosapiem Maria pertinere dicetur, in qua eam nec patrem habere uideas nec maritum? ac per hoc nec ille Dauid filius erit, quisquis ex eadem nascitur, nisi eius hanc genetricem sic admoueas Ioseph, ut eius aut filia probetur aut coniux.

5. AUGUSTINUS respondit: Fides catholica eademque apostolica est dominum nostrum et saluatorem Iesum Christum et filium dei esse secundum diuinitatem et filium Dauid secundum carnem: quod ita probamus ex euangelicis et apostolicis litteris, ut nemo possit contradicere probationibus nostris, nisi qui ipsis litteris contradicit, non sicut sibi Faustus iste proposuit nescio quem pauca uerba dixisse et contra eiusdem Fausti uersipelles astutias nulla postea testimonia protulisse. quod ego cum fecero, nihil ei quod respondeat remanebit nisi illud, quo uim manifestissimae ueritatis in scripturis sanctis expresse inludere atque euitare conatur, ut falsa illa et diuinis codicibus inmissa respondeat. quam dementiam furiosamque praesumptionem et audaciam iam superius in hoc opere, quantum sufficere uisum est, refutaui; nec eadem repetere oportet, ut modum sermonis etiam cogitemus. quid igitur opus est dispersa per scripturas omnes quaerere atque colligere testimonia, quibus contra istum probemus in libris maximae diuinaeque auctoritatis eundem dici filium dei unigenitum semper deum apud deum, qui dicitur etiam filius Dauid propter acceptam formam serui ex uirgine Maria coniuge Ioseph?

1 iudei *SG* iuda*i *L* 3 iohachim *L* 4 nullam *L* 5 prosapiem *M*¹ 8 genitricem *CSGMb* ammoueas *LS*¹*M*¹*G* 9 coniunx *C* 10 *Cap.* XLV *LPSMG* Agustinus *L* eademquae *SMG* eademquạe (a *m. 3 exp.*) *P* 11 est] confitetur *b* 17 uersipellæs *C* uersipellis *b* 18 eis *S*¹*GLPMb* ei* (s *er.*) *C* respondeant *b* 19 manifestissime *SGM* 20 expressę *C* 21 respondeant *C* respondeant *b* 22 audatiam *C* 23 ui*sum (s *er.*) *C* 26 maxime *LS* 27 diuineque *L*

nunc interim, quia de Matthaeo uoluit disputare nec a me totus Matthaei liber huic sermoni inseri potest, legat qui uoluerit et uideat, quemadmodum Matthaeus eum, quem parentes eius enumeraturus dicit filium Dauid, narrando usque ad passionem resurrectionemque perducat nec alium quam ipsum dicat a uirgine Maria de spiritu sancto conceptum et natum. cui rei adhibet et testimonium de propheta: ecce uirgo accipiet in utero et pariet filium et uocabunt nomen eius Emmanuhel, quod est interpretatum „nobiscum deus.“ eundemque baptizatum a Iohanne audisse de caelo: hic est filius meus dilectus, in quo mihi conplacui, de quo dictum erat iam ex partu uirginis „nobiscum deus.“ nisi forte uisum sit Fausto minus esse, quod dictus est deus quam quod dictus est filius dei. ex hoc enim conicere conatus est Matthaeo non esse uisum, quod filius dei factus sit nisi ex baptismo, quia ibi facta est uox de caelo: hic est filius meus, cum idem euangelista etiam superius adhibuerit diuinum ex propheta testimonium, ubi ipse partus uirginis appellatus est „nobiscum deus.“

6. Hunc sane miserum delire garrulum debemus intueri atque obseruare non praetermittentem, ubi potuerit, lectori uaniloquiorum suorum etiam de scripturarum testimoniis nebulas offundere falsitatis . sicut de Abraham dixit, quod deo non crediderat de Sara sibi filium promittenti, quando cum ancilla concubuit, cum scriptura testetur nondum illi partum Sarae fuisse promissum; uel quod uxorem suam sororem mentitus sit, cum genus Sarae nusquam in illis litteris legerit, quibus de hac re fides habenda est; et de filio eius Isaac,

7 Es. 7, 14; Matth. 1, 23 11 Matth. 3, 17 26 cf. Gen. 16, 4; 17, 17 28 cf. Gen. 12, 13; 20, 2 . 12 .

1 mattheo *L* matheo *CSG* 2 matthei *L* mathei *CSG* 8 uocabitur *b* 11 dilectus *om. SG* 12 ex] ea *L* 14 dictū *C* est *(alt.) om. C* 15 mattheo *L* matheo *C* 19 ipse *om. SG* 20 delirogarrulum *S* delero G^1 delere *LPb* dolere (o *in ras.*) *M* 22 nebulam *C* 23 offendere *C* effundere *LPSGMb* 24 sarra *S* sarra *LGM* 26 (et 27) sarrae *S* sarrae *LG*

quod etiam ipse Rebeccam falso dixerit sororem suam, cum genus eius ibi aperte scriptum sit; et de Iacob, quod cotidie certamen esset inter quattuor eius uxores, quaenam illum de agro uenientem prior ad concubitum raperet: quod illic omnino nusquam legisse conuincitur. ecce qualis homo mendaces diuinorum librorum scriptores se odisse gloriatur, qui etiam de euangelio tantae auctoritatis culmine omnibus noto mentiri sic audet, ut non Matthaeum, ne apostolici nominis pondere conprimatur, sed nescio quem alium sub Matthaei nomine uelit putari scripsisse de Christo, quod non uult credere et quod calumniosa uersutia refutare conatur.

7. Sic ergo de caelo dictum est super aqua Iordanis: hic est filius meus dilectus, in quo mihi conplacui, quemadmodum dictum est et in monte. neque enim quia et ibi de caelo uox ipsa sonuit, filius dei ante non fuit, quandoquidem ex utero uirginis ille accepit formam serui, qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse aequalis deo. denique ipse apostolus Paulus alio loco apertissime dicit: cum autem uenit plenitudo temporis, misit deus filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, mulierem scilicet more locutionis hebraicae feminam appellans. ipse est ergo filius dei, qui et dominus Dauid secundum diuinitatem, et idem ipse filius Dauid ex semine Dauid secundum carnem. quod si nobis credere non prodesset, non hoc tam adtente idem apostolus Timotheo commendaret dicens: memor esto Christum Iesum resurrexisse a mortuis ex semine Dauid secundum euangelium meum.

2 cf. Gen. 26, 7; 24 12 cf. Matth. 17, 5 16 Phil. 2, 6 sq. 19 Gal. 6, 4 26 II Tim. 2, 8

1 ip*se *L* rebeccham *L* dixerat *C* 2 est *C* cottidie *LS* 4 prior (*ex* proor *m. 1*) *L* illuc *b* 6 scriptores (*corr. ex* scriptorsese) *S* 7 euangelico *CM* 8 matheum *CSG* nominis* (s *er.*) *L* culminis C^1 9 mathei *CSG* matthei *L* 12 aquam *Cb* 13 quemammodum *L* 17 rapina *L* 18 idem ipse *Cb* 21 hebræicae *L*

contra quod euangelium quisquis aliud adnuntiauerit, ut anathema sit, magna cura fideles admonuit.

8. Quid ergo iam moueat sancti euangelii sectatorem, quod sine concubitu Ioseph Christus natus ex uirgine filius tamen Dauid appellatur, cum generationum seriem non usque ad Mariam. sed usque ad Ioseph Matthaeus euangelista perducat? primo quia mariti eius fuerat propter uirilem sexum potius honoranda persona; neque enim quia concubitu non permixtus ideo non maritus, cum ipse Matthaeus narret ab angelo Mariam coniugem ipsius appellatam, qui narrat, quod non ipsius concubitu, sed de spiritu sancto conceperat. quodsi non Matthaeus apostolus ista uera, sed aliquis alius sub eius nomine, sicut Manichaei putant, ea falsa conscriberet, itane sibi etiam ipse in rebus apertissimis et tam de proximo contextis contraria loqueretur, ut quem diceret Dauid filium de Maria uirgine sine cuiusquam uiri concubitu natum, eiusdem parentes gradatim enumerans usque ad eum sine aliqua ratione perduceret, quem non commixtum Mariae ipse dixisset? si enim alius enumeraret progeneratores Christi a Dauid usque ad Ioseph dicens eum filium Dauid, et alius eum sine ullius uiri concubitu ex uirgine Maria natum diceret nec eum filium Dauid appellaret, nec sic continuo putare deberemus eos sibi haec contraria locutos fuisse, ut uel ambo uel unus eorum falsitatis conuinceretur. cogitare enim deberemus fieri potuisse, ut ambo uera dicerent, ut et Ioseph maritus Mariae diceretur habens eam coniugem continenter non concubitu, sed adfectu, non commixtione corporum, sed copulatione, quod est carius, animorum, et ideo non debuisse uirum uirginis matris Christi

2 cf. Gal. 1, 8 sq.

2 ammonuit *LSMG* 3 iam *om. SG* sectatores *SG* 6 (et 9) matheus *C* mattheus *L* 7 qui amariti *C* maritus *b* 11 mattheus *LC* matheus *SG* 12 aliquid *L* 13 Manichaei] matthei *L* manichei *C* itane *s. l. m. 1 C* 17 rationē *L* 20 ullius (i *s. l. a m. 1*) *L* 21 maria uirgine *b* 22 sibi] qui sibi *b* 23 loquutos *C* 26 concubitum *L* affectum *L*

separari a serie parentum Christi, et ipsam Mariam aliquam de stirpe Dauid uenam sanguinis ducere, ut caro Christi etiam ex uirgine procreata sine Dauid semine esse non posset. cum uero unus idemque narrator utrumque dicat, utrumque commendet, et uirum Mariae Ioseph et Christi uirginem matrem et Christum ex semine Dauid et Ioseph in serie progeneratorum Christi ex Dauid: quid restat, ut credat, qui mauult diuino euangelio quam haereticorum fabulis credere, nisi et Mariam non fuisse extraneam a cognatione Dauid et eam Ioseph coniugem non frustra appellatam propter ordinem sexus et animorum confoederationem, quamuis ei non fuerit carne commixtus, et Ioseph potius propter dignitatem uirilem ab ordine generationum illarum non fuisse separandum, ne hoc ipso uideretur ab illa femina separatus, cui eum coniungebat mentis adfectus, et ne homines fideles Christi id, quod sibi coniuges carne miscentur, tam magnum in coniugio deputarent, ut sine hoc coniuges esse non crederent, sed potius dicerent fidelia coniugia multo familiarius se adhaerere membris Christi, quanto potuissent imitari parentes Christi?

9. Nos ergo credimus etiam Mariam fuisse in cognatione Dauid, quia scripturis eis credimus, quae utrumque dicunt, et Christum ex semine Dauid secundum carnem et eius matrem Mariam non cum uiro concumbendo, sed uirginem. quisquis itaque dicit Mariam ad consanguinitatem Dauid non pertinuisse, manifestum est, quod istarum scripturarum tam excellenti auctoritati obluctetur. ipse ergo conuincat non eam pertinuisse ad semen Dauid et hoc ostendat non ex quibuscumque litteris, sed ecclesiasticis, canonicis, catholicis. aliae

22 cf. Rom. 1, 3 II Tim. 2, 8 23 cf. Matth. 1, 18 Luc. 1, 27

6 seriæ *S* progeneratorem *LSMG* 7 quam uult *P* quemnam uult *C* qui uult *b* 8 hereticorum *LCSG* 11 confederationem *LSMG* quamuis] quando *S* quamdo (do *s. l.*) *G* quamuis (s *ex* i *m. 1*) *L* 12 comixtus *SG* 14 hoc (*s. l. a m. 2 ut uid.*) *C* ipso (o *corr. ex* e *m. 2 ut uid.*) *L* coniungebat (n *s. l.*) *S* 18 adherere *LSG* menbris *C*

quippe apud nos non habent ad has res ullum pondus auctoritatis; ipsae sunt enim, quas recipit et tenet ecclesia toto orbe diffusa, quae per illas est etiam prophetata et quemadmodum promissa, sic reddita. ac per hoc illud, quod de generatione Mariae Faustus posuit, quod patrem habuerit ex tribu Leui sacerdotem quendam nomine Ioachim, canonicum non est, non me constringit. sed etiamsi hoc crederem, ipsum potius Ioachim dicerem aliquo modo ad Dauid sanguinem pertinuisse et aliquo modo ex tribu Iuda in tribu Leui fuisse adoptatum, uel ipsum uel eius aliquem progeneratorem, uel certe in tribu Leui ita natum, ut de stirpe Dauid consanguinitatem aliquam duceret: sicut fieri potuisse idem Faustus fatetur, ut Maria de tribu Leui esset, quam tamen constat traditam uiro, qui fuerit de stirpe Dauid, id est de tribu Iuda, et dicit ita potuisse accipi Christum filium Dauid, si Maria filia Ioseph fuisset. proinde si filia Ioseph nupsisset in tribu Leui, non absurde diceretur etiam filius Dauid, quisquis de illa et in tribu Leui natus fuisset.. ita si mater illius Ioachim, quem patrem Mariae Faustus commemorat, de tribu Iuda et genere Dauid nupsit in tribu Leui, non inmerito et Ioachim et Maria et filius Mariae etiam sic ex Dauid semine ueraciter perhibentur. hoc ergo potius uel tale aliquid crederem, si illius apocryphae scripturae, ubi Ioachim pater Mariae legitur, auctoritate detinerer, quam mentiri euangelium, in quo scriptum est et Iesum Christum filium dei saluatorem nostrum ex semine Dauid secundum carnem et per uirginem Mariam procreatum. sufficit ergo nobis, quod scripturae, quae hoc dicunt et quibus credimus, ab inimicis suis de nulla possunt falsitate conuinci.

2 ipse *L* 3 *post* diffusa n *er. L* illa *C* propheta *C* 4 generatione (*pr* ne *m. rec. superscr.*) *C* 8 sanguine *L* 10 *prim.* uel *s. l. C*[1] progeneratorem (em *in ras. ex* um) *C* 12 fieri *om. SG* 15 accipe *PM* accipere *b* *post* Dauid *leg.* fuisse *in LPSMGb* si—fuisset *om. LPSMGb* 16 iosephi P^3C nupsisset] **nupsisset (in *er.*) *M* innupsisset *SG* 22 perhiberentur (re *s. l.*) *M* 23 apocriphae *LSMG* apochryph *C* 25 et *om. Cb*

10. Non mihi ergo uicissim dicat: etsi ego non ostendo Mariam non fuisse de cognatione Dauid, tu quod inde fuerit ostende. hoc enim ostendo clarissimo plane atque fortissimo documento, quod scriptura confirmatissimae auctoritatis et Christum dicit ex semine Dauid et eius matrem sine ullius concubitu uirginem Mariam. quam uero sibi Faustus cuiusdam quasi turpitudinis uisus est uerecundissimus detestator, cum diceret: frustra uos calumniam ingeritis scriptori, tamquam dei ille filium in utero mulieris incluserit! non plane catholica fides, quae Christum dei filium natum secundum carnem credit ex uirgine, ullo modo eundem dei filium sic in utero mulieris includit, quasi extra non sit, quasi caeli et terrae administrationem deseruerit, quasi a patre recesserit, sed uos, Manichaei, corde illo, quo nihil potestis nisi corporalia phantasmata cogitare, ista omnino non capitis, quomodo dei uerbum, dei uirtus atque sapientia et in se manens et apud patrem et uniuersam creaturam regens pertendat a fine usque ad finem fortiter et disponat omnia suauiter. in cuius dispositionis admirabili et ineffabili facilitate sibi etiam matrem in terra disposuit et propter seruos suos de corruptionis seruitute liberandos in ea formam serui, hoc est mortale corpus accepit, acceptum monstrauit monstratumque et morte prostratum resurrectione sursum erexit et tamquam templum solutum iterum aedificauit. uos tamen, qui haec credere quasi sacrilega formidatis, non membra dei uestri in utero uirginis, sed in uteris omnium feminarum carnalium ab elephantis usque ad muscas includitis. an ideo uobis uidetur uilior uerus

18 cf. Sap. 8, 1

4 confirmatissime *L* 13 amministrationem *LSMG* 14 manichei *LCS* quod *G* quod *L* quo (d *er.*) *M* 15 fantasmata *SG* 16 *pr.* et *om. Cb* 19 dispensationis *b* ammirabili *SGML* 20 terram *G* terra (m *er.*) *M*, (~ *supra* a *er.*) *S* corrupcionis *SG* coruptionis M^1 seruitutis *P* 21 ea] eam *LPM*G^2 eandem SG^1 *post* corpus *lit. quattuor uocab. C* 22 acceptumq : *C* 23 tamquam (t *s. l. s. er.* i) *M* 26 in *ante* uteris *om. L* elefantis *SG*

Christus, quia sic uerbum dicimus carnem factum in utero uirginali, ut nulla sui commutatione in natura propria inuiolabiliter permanens templum sibi hominem coaptarit, et ideo uobis carus est deus uester, quia tot uinculis carnium conligatus et inquinatus in illa parte, qua etiam in globo figendus est, sine causa subpetias deprecatur aut etiam penitus obpressus deprecari non sinitur?

LIBER UICESIMUS QUARTUS.

1. FAUSTUS dixit: Quid ita hominem negatis fieri a deo? non quidem nos omnifariam hominem a deo fieri pernegamus; sed quis et quando et quemadmodum fiat, hoc quaerimus, quoniam quidem sunt secundum apostolum homines duo, quorum alterum quidem interdum exteriorem uocat, plerumque uero terrenum, nonnumquam etiam ueterem, alterum uero interiorem et caelestem dicit ac nouum. horum ergo uter fiat a deo, quaerimus, quoniam quidem et natiuitatis nostrae tempora duo sunt: unum illud, quo nos inretitos carnalibus uinculis in lucem hanc natura produxit, alterum uero, cum ueritas nos ex errore conuersos ad se regenerauit initiatos ad fidem. quod tempus secundae natiuitatis in euangelio Iesu significans dicit: nisi quis natus fuerit denuo, non potest uidere regnum dei. quod cum Nicodemus parum intellegens haesitaret et qualiter id fieri posset, percunctaretur — neque enim posse hominem senem matris uterum introire

15 cf. Rom. 6, 7; I Cor. 15 II Cor. 4 Ephes. 3; 4 Col. 3

3 permanens (n *alt. m. 1 superscr.*) *C* coaptaret *S* 5 fingendus *SG* figendus (*g s. l.*) *M* 6 subspetias *C* depcatur *LSG* depraecatur *M* deprecatur *C* 7 depcari *C*

9 *Cap.* XLVI *LSPMG* 11 quemammodum (o *s. l. a m. 1*) *L* querimus *C* 14 uero (o *in ras.*) *C* 15 uter *C*: utrum *LSGMb* 17 duo sunt tempora *C* in*retitos *C* 18 hanc in lucem *C* naturam *GS*^{1} natura (m *er.*) *LM* cemueritas *S*^{1}*M*^{1} conueritas *PG* 19 nos] non *LS*^{1}*M*^{1}*PG* 20 iesus *SG* 21 natus] renatus *SG* 22 intelligens *C* 23 hesitaret *L* posse *G* posset (t *s. l. a m. 2*) *SM* percontaretur *GSCMb* 24 uterum matris *SMG*

et iterum nasci — Iesus ei respondens, nisi quis natus fuerit, inquit, ex aqua et spiritu, non potest uidere regnum dei. et sequitur: quod nascitur de carne, caro est; et quod nascitur de spiritu, spiritus est. quapropter si et natiuitas non ea sola est, qua in corpore gignimur, sed et illa alia, qua renascimur spiritu, non minor aeque cura est et hoc ipsum quaerere, in quanam earum nos faciat deus. modus quoque nascendi duplex est: unus ille furoris et intemperantiae proprius, quo sumus a generatoribus turpiter et per libidinem sati; alter uero honestatis et sanctimoniae, quo in Christo Iesu per spiritum sanctum sub bonorum doctrinis discipulati sumus ad fidem: unde omnis etiam religio et maxime christiana ad sacramentum rudes infantes appellat. quod et ipsum significans apostolus ait: filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Christus in uobis. quare iam non quaeritur, utrum deus hominem faciat, sed quando et quem et quemadmodum faciat. nam si cum in utero fingimur, ut fere gentibus placet et Iudaeis et ipsis uobis, tunc nos deus format ad imaginem suam et ueteres nos facit et per furorem ac libidinem creat — quod haud scio utrum diuinitati eius conueniat — si uero cum credimus et ad meliorem uitae conuertimur statum, tunc formamur a deo, ut fere Christo placet et eius apostolis et nobis: profecto et nouos nos facit deus et honeste facit ac pure. quo quid consentaneum quidue conueniens magis sanctae eius est ac uenerabili maiestati? quodsi et uos auctoritatem Pauli non sper-

1 Ioh. 3, 3 sqq. 14 Gal. 4, 19

5 gignitur *L* 6 qua] quae *L* minorequae M^1 minorę quae *G* ęquąe *S* 9 genitoribus *C* 10 sati] uersati *C* 11 ihm *L* 13 maximę (sed paene *er.*) *S* maximae *G* 16 quęritur *L* utrum hom. fac. deus *C* 17 si] siçut *S* sicut *G* 18 et *post* placet *s. l. m. 2 S, om. G* iudeis *SC* 20 haud] haut *C* haut (h *s l. a m. 2*) *SPM* aut *LS*^{1}*P*^{1}*M*^{1}*G* 24 nouos nos] bonos *b* faciat *C* 25 ac *om. LMb* uenerabili (u *ex* b *corr.*) *M* 26 quodsi et] quod si& (& *s. l. a m. 1*) *C* quod etsi *SLb*, (si *s. l.*) *G* spernetis *SG* spertinetis *M* ptinetis *L*

nitis, ex ipso uobis quemnam et quando et quemadmodum deus hominem faciat, ostendemus. dicit ad Ephesios: ut deponatis secundum priorem conuersationem ueterem hominem, qui corrumpitur per desideria erroris; renouamini autem spiritu mentis uestrae et induite nouum hominem, qui secundum deum creatus est in iustitia et sanctitate ueritatis. uides ergo, quando creatur homo ad imaginem dei, uides hic et hominem ostendi alterum et natiuitatem aliam et alium nascendi modum. nam cum „exuite uos et induite“ dicit, tempus utique credulitatis significat; cum uero hominem nouum a deo creari testatur, tum indicat ueterem nec ab ipso esse nec secundum eum formatum. et cum prosequitur dicens illum quidem fieri in sanctitate et iustitia et ueritate, tunc designat atque demonstrat alterum illum natiuitatis morem, quem dixi longe dissimilem huic, qui corpora nostra furiosis genitorum conplexibus seminauit quemque etiam ostendit ex deo non esse, cum illum solum monstrauit esse ex deo. necnon et ad Colossenses id ipsum denuo dicit: expoliate ueterem hominem cum actibus eius et induite nouum, qui renouatur in agnitione dei secundum imaginem eius, qui creauit eum in uobis. et hinc ergo non solum hominem nouum ostendit eum esse, quem deus faciat, sed quando etiam et quibus modis formetur, edocuit, id est in agnitione dei, quo significatur credulitatis tempus. et adhuc secundum imaginem, inquit, eius, qui creauit eum, ut ex hoc liqueat ueterem hominem nec imaginem esse dei nec ab ipso formatum. nam illud quidem, quod sequitur dicens: ubi non est masculus et femina, Iudaeus et Graecus, barbarus et Scytha,

2 Ephes. 4, 22 sqq. 19 Col. 3, 9 sqq.

1 quaenam S^1GM et quando *om. C* 7 (et 14) iusticia *C* 8 et *om. C* 10 exuitae *L* induitae *L* 16 complexibus *L* 17 ostendit] ostendit etiam *LSGM*^{1} (*m. 2* etiam *exp.*) 18 colosenses *CS* ipsut *L* ipsud *C* 19 uos ueterem *b* hominem *om. C* 20 eius] suis *SG* et *om. SMG* 24 quod *LPSGb* quo* (d *er.*) *M* significat *b* 29 grecus *CL* scyta *LCSG* scita *M*

magis ac magis ostendit natiuitatem hanc, quae nos mares fecit ac feminas, Graecos et Iudaeos, Scythas et barbaros, non eam esse, in qua deus operatur, cum hominem format, sed illam, quae nos omni exutos nationum uarietate sexusque et condicionis unum reddit ad instar eius, qui unus est, id est Christus: sicut idem rursum apostolus dicit: quotquot in Christo baptizati sunt, Christum induerunt; non est Iudaeus neque Graecus, non est masculus neque femina, non est seruus et liber, sed omnes in Christo unum sunt. ergo tunc fit homo a deo, cum fit unus ex multis, non cum ex uno est diuisus in multa. diuisit autem nos primus ortus, id est corporalis; secundus adunat, intellegibilis ac diuinus: eoque rectissime nos hunc quidem corporis naturae ascribendum putauimus, illum uero supernae maiestati. quapropter idem rursum apostolus ad Corinthios dicit: in Christo Iesu per euangelium ego uos genui et ad Galatas de semet ipso: cum placuit ei, qui me segregauit de utero matris meae, ut reuelaret filium suum in me, ut eum adnuntiarem in gentes, continuo non adquieui carni et sanguini. uides ergo ubique eum in hac altera natiuitate nostra, spiritali dumtaxat adseuerantem nos a deo formari, non in priore illa obscaena ac propudiosa, quae nos nihilo praestantius neque mundius animalibus ceteris in utero materno et concepit et formauit et genuit. qua de re animaduertere si uolueritis, inuenietis hac in parte nos non tam

6 Gal. 3, 27 sq. 15 I Cor. 4, 15 17 Gal. 1, 15 sq.

2 grecos *C* et] ac *C* scytas *LCSG* 4 uarietate,s exusq' S^2 uarietates exusq^{r} *G* sexusq/& (uae *er.*) *M* 5 reddit C^1 reddet *LSMGb* 6 rursus *M* quotquot (o *pr. in ras. et pr.* t *s. l.*) *C* 9 et] neque *b* 12 hortus *S* hortus *LG* *ortus (h *er.*) *M* intellegibilis (gi *s. l. m. 1 add. uid.*) *C* 14 adscribendum (*exp. m. 2*) *L* adscribendum *SG* putabimus *b* superne (, *add. m.* 2) *L* maiestati (i *post ex* e *a m. 1*) *L* 15 corintheos L^1 16 galathas *C* 17 complacuit L^1 19 annuntiarem S^1 gentes (*s.* tes *a m.* 2 *add.* tib') *M* 21 spiritalium S^2 spiritalium *LCGb* 22 priori *b* 23 prestantius *L* mundius (i *s. l. a m.* 2) *L* 25 inuenietis. Hac in p. *sqq. S* hac (h *s. l. add. m.* 2) *LM* ac *PG*

professione a uobis distare quam intellectu, siquidem uobis placuerit hoc ueteri et exteriori homini ac terreno tribuere, ut sit a deo formatus, nos uero contra caelesti hoc dederimus et interiori ac nouo homini deferamus neque id temere aut praesumptiue, sed a Christo discentes et eius apostolis, qui primi eadem in mundo docuisse monstrantur.

2. AUGUSTINUS respondit: Paulus quidem apostolus interiorem hominem per spiritum mentis, exteriorem uero in corpore atque ista mortali uita uult intellegi; non tamen utrumque horum simul duos homines eum dixisse aliquando in eius litteris legitur, sed unum, quem totum deus fecerit, id est et id, quod interius est, et id, quod exterius; sed eum ad imaginem suam non fecit nisi secundum id, quod interius est, non solum incorporeum, uerum etiam rationale, quod pecoribus non inest. non itaque unum hominem fecit ad imaginem suam et alterum fecit non ad imaginem suam, sed quia hoc utrumque, interius et exterius, simul unus homo est, hunc unum hominem ad imaginem suam fecit, non secundum id, quod habet corpus corporalemque uitam, sed secundum id, quod habet rationalem mentem, qua cognoscat deum et omnibus inrationalibus eadem rationis excellentia praeponatur. sed illud interius concedit Faustus a deo fieri. cum „renouatur," inquit, „in agnitionem dei secundum imaginem eius, qui creauit eum." hanc apostolicam plane agnosco sententiam: quare ipse alteram non agnoscit „deus posuit mem-

22 Col. 3, 10 25 I Cor. 12, 18

1 professione (m *er.*) *LM*, (m. *exp.*) *S* professionem *G* 2 homini* (s *er.*) *C* 3 econtra *C* dede**rimus *C* 4 deferamus L^1 timere *C* 5 praesumptiuę *L* presumptiue *C* 7 *Cap.* XLVII *LPSGM* Agustinus *L* 8 pro *(ex* per *corr. m. 2) LM* spū *L* mentis (e *in* i *corr.*) *P* exteriorem] ęt exteriorem L^2SG, (eт *er.*) *M* et exteriorem *b* 10 in *om. SG* 11 ēst (sт *s. l. add. m. 2*) *L* 12 est *post* int. *s. l. a m. 2 L* exterius est *C* 14 racionale *S* rationalē *Cb* peccoribus *S* 15 est *b* 19 que uitam *(s. l. m. rec.) C* 21 inrationabilibus (bi *s. l. a m. 1?*) *C* inrationabilibus *(exp. m. 2) L* 22 renouatur (u *corr. ex b*) *M* 23 inquid S^1G agnitione *CM* 25 menbra *SG*

bra, singulum quodque eorum in corpore prout uoluit?“ ecce deus etiam exterioris hominis effector ab eodem apostolo praedicatur: quare inde eligit, quod pro se putat, et tacet aut respuit, quod Manichaei fabulas amputat? item cum de terreno et caelesti homine dissereret idem Paulus inter mortalem inmortalemque discernens, inter id, quod in Adam sumus, et illud, quod in Christo erimus, ex ipsa lege, ex ipso libro et ex ipso loco adhibuit terreni, id est animalis corporis testimonium, ubi scriptum est, quod deus etiam terrenum hominem fecit. nam cum ageret, quomodo resurgent mortui et quo corpore uenient, cum dedisset similitudines de seminibus frumentorum, quod nuda grana seminentur et deus illis det corpus, quomodo uoluerit. unicuique seminum proprium corpus — ubi nihilominus Manichaei euertit errorem, qui et grana et herbas et omnes radices ac frutices gentem tenebrarum dicit creare, non deum et in eis formis atque generibus rerum deum potius credit alligari quam horum aliquid operari — cum ergo contra Manichaei sacrilegam uanitatem etiam ista dixisset, uenit ad carnium differentias. non omnis, inquit, caro eadem caro, inde ad corporum caelestium atque terrestrium, inde ad mutationem corporis nostri, qua fieri possit spiritale atque caeleste. seminatur, inquit, in contumelia, surget in gloria; seminatur in infirmitate, surget in uirtute; seminatur corpus animale, surget corpus spiritale. atque inde uolens ostendere originem corporis animalis, si est, inquit, corpus animale, est et spiritale; sic et scriptum est: factus est primus homo

19 I Cor. 15, 35 sqq.

3 elegit *C* 4 fabulas *M* 5 hominem L^1P^1 dissereret (*post.* re *s. l.*) *S* dissereret (*corr. ex* desereret) *P* 8 est (~ *supra* e *er. et* st *s. l. add. m. 2*) *L* 10 resurgunt *PSGML*^{1}*b* 11 similitudinem *C* 13 *ante* unicuique *s. l. add. m. 2* et *L* 14 (et 18) manichei *LC* 15 herbas (h *s. l.*) *S* 16 atq** (at *s. l.*) *M* 18 cum] con *G* 20 inquid $L^1S^1M^1G$ 22 celestę (*paene er.*) *SG* 23 surget (τ *ex* nt *m. 2*) *L* seminaτ (~ *add. m. rec.*) *C* 25 spiritalę *S* 27 spirituale *C* sic et] sicut *Cb* sič// (et *er.*) *M*

Adam in animam uiuentem. hoc autem in genesi scriptum est, ubi narratur, quomodo deus hominem fecerit et corpus, quod de terra formauerat, animauerit. ueterem autem hominem nihil aliud apostolus quam uitam ueterem dicit, quae in peccato est, in quo secundum Adam uiuitur: de quo dicit: per unum hominem peccatum intrauit in mundum et per peccatum mors; et ita in omnes homines pertransiuit, in quo omnes peccauerunt. ergo totus ille homo, id est et interiore et exteriore sui parte, inueterauit propter peccatum et poenae mortalitatis addictus est; renouatur autem nunc secundum interiorem hominem, ubi secundum sui creatoris imaginem reformatur, exuens se iniustitiam, hoc est ueterem hominem, et induens iustitiam, hoc est nouum hominem. tunc autem, cum resurget corpus spiritale, quod seminatur animale, etiam exterior percipiet caelestis habitudinis dignitatem, ut totum, quod creatum est, recreetur et totum, quod factum est, reficiatur illo recreante, qui creauit, et reficiente, qui fecit. quod breuiter explicat, ubi ait: corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem uita est propter iustitiam. si autem spiritus eius, qui suscitauit Christum a mortuis, habitat in uobis, qui suscitauit Christum a mortuis, uiuificabit et mortalia corpora uestra per habitantem spiritum eius in uobis. nam quis catholica ueritate instructus ignorat secundum corpus esse alios homines masculos, alias feminas, non secundum spiritum mentis, in quo renouamur secundum imaginem dei? uerumtamen quia utrumque deus fecit, rursum idem apostolus testis est, ubi dicit: neque mulier sine

1 cf. Gen. 2, 7 6 Rom. 5, 12 18 Rom. 8, 10 sq. 28 I Cor. 11, 11 sq.

1 genesim *(exp. m. 2)* *L* 9 est *(uirg. er. et* st *superscr. m. 2)* *L* 10 poenę *(, add. m. 2)* *L* poene *SG* 12 iniustitiă (∼ *add. m. 2*) *L* ¡niusticiam *C* 13 (et 20) i'sticiam *C* 18 u*bi (i *er.*) *L* 21 abitet L^1 22 uiuificabit (b *corr. ex* u) L^2PS^2M uiuificauit *G* 23 inhabitantem 28 apostulus P^1 testatus *SG*

uiro neque uir sine muliere in domino; sicut enim mulier ex uiro, ita et uir per mulierem; omnia autem ex deo. quid ad haec dicit inepta fallacia hominum alienatorum a uita dei per ignorantiam, quae est in illis propter caecitatem cordis eorum, nisi: in apostolicis litteris quod uolumus, uerum est, quod nolumus, falsum est? sic delirent Manichaei; et resipiscant et non sint Manichaei. a quibus si quaeritur — quoniam interiorem hominem renouari ad imaginem dei fatentur et hoc testimonium ultro etiam proferunt: tunc autem dicit Faustus quod deus faciat hominem, quando interior in dei agnitione renouatur — utrum eum ipse fecerit, qui reficit, ipse condiderit, qui renouat, respondebunt „ipse." cui responsioni eorum si adiciamus quaerentes, quando eum formauerit, quem nunc reformat, quaerent, ubi se abscondant, ne fabulae suae dedecus aperire cogantur. neque enim dicunt a deo formatum uel conditum uel institutum, sed de substantia eius partem prorsus eius aduersus hostes missam; nec peccato inueteratum, sed necessitate captiuatum et deformatum ab inimicis et cetera, quae iam taedet dicere. ibi enim et primum hominem commemorant, non quem dicit apostolus de terra terrenum, sed nescio quem suum proprium ex arca mendaciorum prosilientem: de quo Faustus tacet omnino, cum de homine sibi proposuerit quaestionem, timens, ne aliquo modo eis, contra quos disputat, innotescat.

5 cf. Ephes. 4, 18 21 cf. I Cor. 15, 47

3 dicit *om. SG* fallatia *CM* 6 delerent L^1S^1PG credant *(in ras. del.* delirent) *M* delyrant *b* 7 manichei *LC* sed resipiscant *b* 11 agnitionẽ (~ *add. m. 2) L* agnicione *S* agnitione (ne *add. m. rec.) C* utrum (rum *corr. m. 1) L* eum ẹụm *(exp. m. 2) L* 12 refecit *L* responderunt *G* 13 si*adiciamus (c *er. et* a *s. l. scr. m. 1) M* 14 nunc reformat *om. LSGPMb* 15 aperire] perire *LPMS¹Gb* perdere S^2G^2 17 prossus *S* 19 tedet *LCSG* 22 mendatiorum *C* prosilentem *GSPL¹M¹b* 23 questionem *G*

LIBER UICESIMUS QUINTUS.

1. FAUSTUS dixit: Deus finem habet aut infinitus est? si oratio uestra non fallit, quae dicit: deus Abraham et deus Isaac et deus Iacob, habet finem deus, nisi forte alter est hic, de quo perrogas, et alter, quem oratis; alioquin circumcisionis terminus, qui Abraham et Isaac et Iacob a gentium ceterarum societate dissignat, etiam dei ipsius circa eos terminat potestatem, cuius autem finita potestas est, et ipse non caret fine. denique ne antiquorum quidem hac oratione mentionem facitis, qui ante Abraham fuerunt, Enoch dico et Noe et Sem ac reliquos eorum similes, quos fuisse quidem iustos in praeputio non negatis, sed quia idem circumcisionis insigni carebant, ne ipsorum quidem uultis esse deum, sed solius Abrahae et seminis eius. igitur si est unus et infinitus deus, quid sibi uult haec inuocationis uestrae tam diligens et sollicita cautio, ut non contenti nominasse deum adiciatis et cuius, Abraham scilicet et Isaac et Iacob, tamquam in turba aliqua deorum erratura aut naufragium passura uestra oratione, nisi ad signum nauiget Abrahae? et haec quidem certa de causa Iudaeos orare haud absurdum est utpote circumcisos; sic enim circumcisionis se inuocare designant deum propter deos praeputii . uos uero cur hoc ipsum faciatis, parum intellego, cum minime geratis signum, quod habuerit Abraham, cuius uos uocatis deum. uere enim, quod intellegi datur, cognitionis

4 cf. Ex. 3, 15 7 cf. Gen. 17, 9 sqq. 10 cf. Gen. 5

2 *Cap.* XLVIII *LPSMG* 4 isáác *C* deus *om. C* nisi] nisi enim *SG* nisi (si *s. l.*) *M* aliter S^2 aliter *G* 5 alioquin] quin *SG* 7 sotietate *C* designat *S* 9 finem S^1G fine *(uirg. er.) M* ne] et *LMSGb* ac S^1G oratione *(uirg. er.) M* ratione (m *er.*) *L* 10 ante *om. C* fuerunt ante *C* enoc *LC* 11 sim*iles (l *er.*) *S* 12 preputio *C* circumcisionis (ci *corr.* ex ii) *L* 15 quod S^1G 18 de eorum *(exp. m. 2) L* 20 haut *SM*^{1}*G* circumcisos] circumcidi S^1G circumcisi L^1M^1CPb sic] si SL^1MG 22 quur *LM* quorsum *C* ipsum] suum *S* sum GL^1 *(m. 2 exp.)* ipsum (ip *s. l.* , *m. 1) M* 24 //inuocatis (et *uid. er.*) *C* intellegi C^1 datur (da *s. l. a m. 2*) *C* cognicionis *S*

mutuae causa, ne a se scilicet inuicem aberrarent, notas sibimet huiusmodi alternis inposuisse uidentur Iudaei ac Iudaeorum deus . atque ipse quidem eos circumcisionis obscaeno charactere signauit. quo, ubicumque terrarum fuerint, ubicumque gentium, per circumcisionem tamen ipsius esse noscantur; idem uero suum uicissim deum parentum suorum cognomine signauerunt, quo, ubicumque et ipse fuerit, in magna quamuis deorum frequentia, cum deus Abraham audierit et deus Isaac et deus Iacob, protinus se inuocari cognoscat. quod fere in multis fieri solet unum habentibus nomen, ut eorum nemo appellatus respondeat nisi audito cognomine. sic namque et pastor atque armentarius pecoribus notas inurunt, ne eorum quisque pro suo usurpet alienum. quibus quia et uos similiter facitis deum Abraham dicentes et deum Isaac et deum Iacob, non solum finem ostenditis habere deum, sed quod sitis etiam uos ab eodem alieni signi eius ac sacramenti expertes, quod est uirilium mutilatio, per quam idem suos agnoscit. quapropter hic si est deus, quem colitis, liquet ex hoc admodum, quod habeat finem. si uero infinitum deum esse uultis, huic uos ante renuntiare necesse est et oratione mutata erroris praeteriti uestri paenitudinem gerere. et hoc quidem dictum ita est, ut de uestro uos uicisse uideamur; alioquin summum et uerum deum utrum sit idem infinitus necne, si quaeritur, de hoc uero nos boni et mali contrarietas breuiter poterit edocere. quoniam quidem si non est malum, profecto infinitus est deus; habet autem finem, si malum est;

1 mutua *C* causă *GS*^{1} oberrarent *LC* 2 inposuitse *S*^{1}*G* iudei *C* 3 caractere *LCSMG* 5 gencium *C* noscan||cantur *S* noscantur *(m. 1 sec.* n *superscr.) C* 6 paremtum *C* 7 quod *SG* 8 frequencia *C* 9 inuocari// *C* 10 habentibus (e *ex* a) *C* ut] & *C* 11 res pondeat *C* 12 arm&arius *C* notas (o *ex* a *m. 1*) *C* 16 sitis] satis *LCPSGM* 17 motilatio *L*^{1}*S*^{1}*M*^{1}*G* 18 quapropter] qui propter *b* si *(s. l. m. 2) LS om. CMGb* est *er. M* colitis (i *pr. ex* u) *C* admodum ex hoc *C* 19 ammodum *LGS*^{1} 20 oracione *C* 23 summu et uerum deum *L*^{1} summus et uerus deus *L*^{2} 24 nos] uos *b* 25 malum est *SG*

constat autem esse malum . non igitur infinitus est deus; illinc enim esse mala accipiunt, ubi bonorum est finis.

2. AUGUSTINUS respondit: Absit, ut hoc uos quisquam interroget, qui uos nouit, aut de hac omnino re cum talibus disputet. prius enim estis a figmento carnalium corporaliumque cogitationum pia fide et quantulacumque ueritatis ratione mundandi, ut spiritalia quoquo modo et ex quantacumque parte cogitare possitis. quod quamdiu non potestis — haeresis quippe uestra nihil aliud nouit quam et corpus et animam et deum per locorum spatia uel finita uel infinita distendere, cum solum corpus talia occupet spatia uel spatiis talibus occupetur — consultius feceritis, si uos huic quaestioni non commiscueritis, ubi nec docere potestis aliquid ueri — sicut nec in ceteris — nec discere estis idonei, quod fortasse potestis in ceteris, si superbi litigiosique non sitis. cum enim quaeri coeperit, quomodo sit deus finitus, quem nullus locus capit, quomodo infinitus, quem totum filius nouit — quomodo finitus, inmensus; quomodo infinitus, perfectus; quomodo finitus, nullum habens modum; quomodo infinitus, modus omnium — omnis cogitatio carnalis euanescit; et si uult se fieri, quod nondum est, prius ex eo, quod est, erubescit. quapropter hoc, quod uobis proponitis de deo finito et infinito, melius tacendo finitis, donec a fine legis, quod est Christus, tam longe aberrare desinatis. de deo autem Abraham et Isaac et Iacob, cum ipse sit omnis creaturae uerus deus, cur illo nomine se populo suo insinuare uoluerit, iam, quantum sat erat, diximus. de circumcisione etiam in superioribus huius operis partibus contra calumnias inperitas

2 illic *b* 3 *Cap.* XLVIIII *LSGPM* Agustinus *L* 7 quomodo S^1M^1Gb et *om.* *GLSM* 8 quod] quod (d *s. l. a m. 1*) *L* quo S^1M^1PG quandiu *PMG* heresis *LC* 10 (et 11) spacia *S* 11 tali (a *add. s. l.*) *S* 12 cons*ulti*us (*corr. ex* constultiuus) *M* 13 commisceritis $LSGM^1b$ commiseritis *C* 16 coeperint GL^1S^1b cęperit *C* ceperint *P* iṇfinitus *S* 18 immensus L^2 20 si] si (e *in* i *corr. m. 2*) LM^1P 21 se uult fieri *SG* 22 nobis *b* 25 isáác *C* 26 quur *L* 27 circumcisioñ *L*

saepe respondimus. isti autem signum in parte corporis congrua diuinitus datum, quo carnis expoliatio figurata est, si quemadmodum dictum sit: omnia munda mundis, christiana, non haeretica mente cogitarent, nullo modo inriderent. sed quia uerum est et quod sequitur: inmundis autem et infidelibus nihil est mundum, sed polluta sunt eorum et mens et conscientia, ridentes eos et dicaciter insultantes leniter admonemus, si secundum ipsos circumcisio turpis est, non eos habere, quod ibi rideant, sed quod lugeant, quia deus eorum et illi particulae, quae praedicitur, et illi sanguini, qui destillat, inligatus et inquinatus admixtus est.

LIBER UICESIMUS SEXTUS.

1. FAUSTUS dixit: Iesus si natus non est, quomodo mortuus est? hoc iam sane coniectura est; coniecturis autem nemo, nisi quem probationes defecerint, utitur. respondebimus tamen etiam ad hoc nec aliunde quam de his, quae credere soletis, adferentes exempla: quae si uera sunt, confirmabunt et nos; si falsa, destruent et uos. dicis ergo: quomodo mortuus est Iesus, si homo non fuit? et ego abs te requiro: Helias quomodo mortuus non est, cum fuerit homo? an huic mortali praeter condicionem suam licuit ius inmortalitatis inuadere, Christo non licuit inmortali de morte, si necesse fuit, aliquid usurpare? et si Helias in aeternum uiuit contra naturam, Iesum ad triduum tantum cur non magis contra naturam mori potuisse concedas, praesertim cum etiam hoc non solum de Helia credatis, sed et de Moyse atque Enoch, quod sint inmortales et ipsi rapti cum corporibus suis in caelum? qua-

5 Tit. 1, 15

2 diuinius S^1G 3 christiana (m *er.*) *L* 4 heretica *LC* 7 leniter (r *sup. lit.*) *M* 8 ammonemus *LSM*^{1}*G* 9 ibi] sibi *SG* 10 qui destillat] quid est ille (illę *P*) *M*^{1}*S*^{1}*GPb* destilla *L*^{1} distillat *L*^{2} 11 mixtus *SG* admixtusq' est *M*

13 *Cap.* L *LPSMG* 15 probationis C^1 24 quur *L* 26 enoc S^1*LCMG*

propter si hoc argumento recte colligitur Iesum fuisse hominem, quia mortuus est, poterit eodem nihilominus argumento colligi et Heliam non fuisse hominem, quia mortuus non est. falsum est autem non fuisse Heliam hominem, quamuis inmortalis credatur; falsum aeque erit Iesum fuisse hominem, quamuis aestimetur mortuus. et si mihi uera dicenti uis credere, uterque eorum apud Hebraeos falsam traxit opinionem, Iesus de morte et de inmortalitate Helias; nam nec hic mortuus est nec ille non mortuus; sed uos quod uultis, creditis; quod non, redigitis ad naturam. quapropter si, quid naturae proprium sit, quaeritur, illa quidem nec inmortalem mori uult nec non mori mortalem. si uero potestatem in deo atque homine ad efficienda quae uelint quaerimus, magis puto Iesum mori potuisse quam non mori Heliam; maior enim potestas in Iesu quam in Helia. et si tu inpotentiorem contra naturae licentiam leuas in caelum consecrasque perpetuitati naturae et condicionis eius oblitus, ego Iesum potuisse mori, si uoluit, cur non concedam, etiamsi uere mortem illam fuisse et non mortis figuram consentiam? ut enim ab initio sumpta hominis similitudine omnes humanae condicionis simulauit adfectus, sic ab re non erat, si in fine quoque consignandae oeconomiae gratia fuisset uisus et moti.

2. Praeterea illud quoque commemorandum, quia, si quid cuique per naturam liceat quaeritur, circa omnia id quaeri debet, quae Iesus gessit, non circa mortem tantummodo ipsius nam et caecum a natiuitate lumen uidere natura non sinit.

2 argumenta *SG* 5 aequae *L* 6 estimetur (es *add. m. 2*) *L* 7 hebreos *L* falsum *GS*^{1} 11 quidem (i *sup.* e *a m. 1*) *L* quidam *G*^{1}*S* inmortalitatem *C* 13 adque *P* hominem *S* hominem *GP*, (m *er.*) *M* efficiendam *S*, (m *er.*) *M* efficiendam *PG* 16 perpetuitati (ti *ex* ta *a m.* 1) *M* 18 quur *L* etiam siuere *C* 20 inicio *C* similitudine (m *er.*) *L* 21 effectus *b* sic (c *s. l.*) *M* fine] fide *LPSGMb* fine (*utrum* n *an* d *sit dinosci nequit; in ras.*) *C* consignanda *LSMG* 22 echaecconomiae *L* eoeconomiae *G* ęǫ hąęc economiae *M* fuisset (t *add. m. 2*) *L*, (τ *ex* s) *M* 23 praeter *L* prąętęr *M* 24 queritur *G* 25 deberet *b* 26 natiuitate (m. *er.*) *L*

quod tamen Iesus potenter operatus uidetur erga huius generis caecos, adeo ut Iudaei ipsi exclamarent ab initio saeculi numquam fuisse uisum, ut aliquis aperuisset oculos caeci nati. manum aridam sanasse, uocem ac uerbum priuatis his per naturam redonasse, mortuis et in tabem iam resolutis corporibus compage reddita uitalem redintegrasse spiritum, quem non ad stuporem adducat et cogat quodam modo minime credere cogitantem quid liceat quidue non liceat per naturam? quae tamen omnia nos communiter facta ab eodem credimus christiani, non consideratione iam naturae, sed potestatis tantum et uirtutis dei. legitur id quoque, quod de supercilio montis iactatus aliquando a Iudaeis inlaesus abierit. qui ergo de sublimi monte praecipitatus mortuus non est, quia utique noluit, cur non potuerit etiam mori cum uoluit? et hoc quidem nunc a nobis ita responsum sit, quia uobis placet argumentari et arma temptatis aliena dialectice disputare uolentes; alioquin nobis nec Iesus mortuus est nec est inmortalis Helias.

3. AUGUSTINUS respondit: Quicquid de Enoch et de Helia et de Moyse scriptura sancta certis et magnis suae fidei documentis in summo culmine auctoritatis locata testatur, hoc credimus, non quod Faustus nos credere suspicatur. quid sit autem secundum naturam, quid contra naturam, homines, qui sicut uos errant, nosse non possunt. dici autem humano more contra naturam esse, quod est contra naturae usum mortalibus notum, nec nos negamus . sicut illud est, quod apostolus ait: si tu ex naturali incisus oleastro ei contra naturam

3 cf. Ioh. 9 27 Rom. 11, 24

1 erga *ed. Maur.*: ergo *lib. b* huius] ihs̄ *SG* 2 caecus P^1 a deo *b* iudei *C* 6 conpagem redditam S^1LPGMb 8 quiduae *L* 12 inlesus *C* 13 sublimi (i *fin in ras.*) *M* mon//re *M* precipitatus *C* 14 quur *L* etiam (ti *s. l.*) *C* 15 quia (i *s. l. add. m. rec.*) CL^1 16 dialecticę *LSG* dialectic*e (a *s. l.*; a *er.*) *M* 17 mortuus (*pr.* u *s. l.*) *L* 19 *Cap.* LI *LPSMG* Agr̄ *L* enoc *LCM* 21 locata] loca LS^1G^1, (ta *add. m. 1*) *M* 22 suscipiatur M^1

insertus es in bonam oliuam; id esse contra naturam dixit, quod est contra consuetudinem naturae, quam notitia humana conprehendit, ut oleaster insertus in olea non oleastri baccas, sed oliuae pinguedinem ferat. deus autem creator et conditor omnium naturarum nihil contra naturam facit; id enim erit cuique rei naturale, quod ille fecerit, a quo est omnis modus, numerus, ordo naturae. sed nec ipse homo contra naturam quicquam facit, nisi cum peccat, qui tamen subplicio redigitur ad naturam. ad naturalem quippe iustitiae ordinem pertinet, ut aut peccata non fiant, aut inpunita esse non ualeant . quodlibet horum sit, naturalis ordo seruatur, si non ab anima, certe a deo. uexant enim peccata conscientiam ipsique animo nocent, cum luce iustitiae peccando priuatur, etiamsi non consequantur dolores, qui uel corrigendis ingeruntur uel non correctis ultimi reseruantur. sed contra naturam non incongrue dicimus aliquid deum facere, quod facit contra id, quod nouimus in natura. hanc enim etiam appellamus naturam, cognitum nobis cursum solitumque naturae, contra quem deus cum aliquid facit, magnalia uel mirabilia nominantur. contra illam uero summam naturae legem a notitia remotam siue inpiorum siue adhuc infirmorum tam deus nullo modo facit quam contra se ipsum non facit. spiritalis autem eademque rationalis creatura, in quo gẽnere et anima humana est, quanto amplius illius incommutabilis legis lucisque fit particeps, tanto magis uidet, quid fieri possit quidue non possit; quanto autem remotior inde fuerit, eo magis miratur insolita, quo minus cernit futura.

1 esse] est *SG* 2 contra *om. SG* noticia *C* 3 conp̃hendit *L* oleas tribaccas *C* 4 bacas *L* olibe M^1 pinguitudinẽ *M* 6 cuiq* *M* re*i *LM* 7 natura* (e *er.*) *L* 9 (et 13) iusticiae *C* 12 conscientiam (s *s. l.*) *S* 13 peccando (o *in ras.*) *M* priuatur (ur *in ras.*) *M* priuantur *C* priuator *L* 17 nobimus M^1 18 *ante* appellamus *add.* nos *SG* naturam *om. L* 19 magna*lia (a *er.*) *M* 20 naturae (e *in ras. a m. 2*) *L* naturam *PM*S^1G^1 naturarum S^2G^2 21 noticia *C* 24 amplius *om. M* illius *(s. l. a m. 2) M* 25 quod S^1G^1 posset M^1 26 quid*ue (*corr. ex* quia due) *M* quidue non possit *(s. l. m. 2) C* inde remotior *C*

4. Ac per hoc quid de Helia factum sit, nescimus; hoc de illo tamen credimus, quod uerax scriptura testatur. illud sane scimus hoc de illo factum, quod dei uoluntas habet; quod autem dei uoluntas non habet, fieri de quoquam omnino non posse. proinde si mihi dicatur posse fieri, ut caro uerbi gratia huius uel illius hominis in corpus caeleste mutetur, concedo fieri posse, sed utrum futurum sit nescio et ideo nescio, quia quid habeat de hac re dei uoluntas, me latet; illud me tamen non latet sine dubio futurum, si hoc dei uoluntas habet. porro si audiam, quod aliquid futurum erat, sed deus fecit, ne fieret, fidissime respondebo: illud potius futurum erat, quod deus fecit, non illud, quod si futurum esset, hoc fecisset. nam deus, quod facturus erat, utique sciebat et ideo simul sciebat illud futurum non fuisse, quod ne fieret facturus erat; et procul dubio potius uerum est, quod scit deus quam quod opinatur homo. unde tam non possunt futura non fieri quam non fuisse facta praeterita, quoniam non est in dei uoluntate, ut eo sit aliquid falsum, quo uerum est. quapropter omnia, quae uere futura sunt, sine dubio fient; si autem facta non fuerint, futura non erant . ita omnia, quae uere praeterita sunt, sine dubio praeterierunt.

5. Quisquis itaque dicit: si omnipotens est deus, faciat, ut quae facta sunt, facta non fuerint, non uidet hoc se dicere: si omnipotens est, faciat, ut ea, quae uera sunt, eo ipso, quo uera sunt, falsa sint. potest enim facere, ut aliquid non sit, quod erat; tunc enim facit. ut non sit, quando id esse inuenerit, de quo fiat; uelut cum aliquem, qui coepit esse nascendo, faciat non esse moriendo; hoc enim factum inuenit, de quo fieret. quis autem dicat, ut id, quod iam non est, faciat non esse? quicquid enim praeteritum est, iam non est,

8 quid] quicquid *SG* 10 si audiam *om. SG* 11 illud—fecit *(in marg. sup.) S* 12 si *s. l. S* 16 tam] etiam *b* 17 uoluntate (m *er.*) *L* 19 uerae *S* 20 uerae *LM* preterita *C* 21 dubio quoq'// (ae *er. alt.* q *ex* u *fact. m. 2) L* dubioque *b* preterierunt *C* 22 ita *SG* 23 quae] q: L^1 facta *ante* non *om. SG* 25 sint (i *corr. ex* u) *S* 28 facit *b*

quod et si de ipso fieri aliquid potest, adhuc est, de quo fiat, et si est, quomodo praeteritum est? non ergo est, quod uere dicimus fuisse, sed ideo uerum est illud fuisse, quia in nostra sententia uerum est, non in ea re, quae iam non est. sententia quippe, qua dicimus aliquid fuisse, ideo uera est, quia illud, de quo dicimus, iam non est. hanc sententiam deus falsam facere non potest, quia non est contrarius ueritati. quodsi quaeras, ubi sit haec uera sententia, prius inuenitur in animo nostro, cum id uerum scimus et dicimus. sed si et de animo nostro ablata fuerit, cum id, quod scimus, obliti fuerimus, manebit ipsa ueritate. semper enim uerum erit fuisse illud, quod erat et non est; et ibi uerum erit iam fuisse, quod erat, ubi uerum erat, antequam fieret futurum esse, quod non erat. huic ueritati deus non potest aduersari, in quo est ipsa summa et incommutabilis ueritas, quo inlustratur, ut sit, quicquid in quorumque animis et mentibus uerum est. omnipotentem autem deum non ita dicimus, acsi eum etiam mori posse credamus, et quia hoc non potest, ideo non sit dicendus omnipotens. ille plane omnipotens uere solus dicitur, quia uere est et a quo solo est, quicquid aliquo modo est uel spiritale uel corporale, quia uniuersa creatura sua utitur, ut ei placet; placet autem illi secundum ueram incommutabilemque iustitiam, quod ipse sibi est, omnia mutabilia, cum ipse sit incommutabilis, mutans pro meritis siue naturarum siue factorum. numquid ergo dicturi sumus, quod Helias, cum esset creatura, mutari non posset uel in deterius uel in melius, aut eo modo non posset, qui esset humano generi insolitus, secundum dei omnipotentis uoluntatem? quis hoc stultissimus dixerit? cur ergo quod de illo in scri-

1 quod – prę̨teritum est *in marg. m. 1 add. C* et *om. C* 3 quia-quia *S* 7 qua *S* contrarius (s *add. m.* 2) *L* contrariū *b* 8 siqueras *C* 9 et si *b* 10 ablata (a *fin. ex* o) *S* 12 quod erat *(add. m.* 2) *M* 13 uerum *om. GS* 19 uere* (s *er.*) *C* 20 qua sola M^1 22 sua utitur] suauiter M^1 23 iusticiam *C* 24 sibi est incommutabilis omnia mutabilia commutans G^2S 25 seu* *C* 28 insolutus G^1 29 uel stultissimus *b* quur *L*

ptura ueracissima positum est, non eredamus? nisi putemus hoc solum posse facere deum, quod uidere consueuimus.

6. Sed si homo fuit, inquit, Helias et potuit non mori, cur Christus, cum homo non fuerit, non potuerit mori? tale est, ac si quisquam diceret: si potuit natura hominis in aliquid melius commutari, cur dei natura in deterius non potuerit? stulte, quia hominis est natura mutabilis, dei autem incommutabilis. possit enim et aliquis pariter insanissimus dicere: si homini potest donare, ut regnet in aeternum, cur non et sibi facere, ut damnetur in aeternum? non hoc, inquit, ego dico, sed triduanam saltem mortem dei aeternae uitae hominis compara. plane si sic acciperes triduanam mortem dei, ut caro in illo moreretur, quam de mortalium genere adsumpsit, uerum saperes; nam istam triduanam Christi mortem pro aeterna uita hominum factam ueritas euangelica praedicat. cum autem uelis triduanam mortem nulla mortali adsumpta creatura in ipsa diuina natura ideo non absurde credi, quia potest humana natura inmortalitate donari, profecto sic desipis, quomodo qui nec deum nosti nec dona dei. deinde quomodo illud, quod supra posui, non dicis ac sentis deum sibi non fecisse, unde damnetur in aeternum, quando pars illa dei uestri in globo in perpetuum configetur? an et hoc dicturus es, quia pars lucis lux est et pars dei deus non est? postremo ut sine ulla ratiocinatione ei plana fidei ueritate a nobis audiatis, cur Heliam hominem natum raptum esse diuinitus de terra credamus, Christum autem et ex uirgine uere natum et in cruce uere mortuum: haec ideo credimus, quia et illud

3 inquit fuit *in ras. S* inquid L^1 4 cur—mori *(in ras.) S* potuerit (u *s. l.*) *C* 6 deterius *(pars litt.* d *euan.) C* 7 stultae L_z hominis] omnis *M* est *(s. l. a m. 2) M* 9 cur—aeternum *(in mg. add. m.* rec.) *C* 10 ego inquit *C* inquid S^1G^1 11 aeternae—dei *om. SG* 12 sic (i *in ras.*) *P* reciperes *CM* 13 in illo] illa SG^2 moretur *C* 14 xpisti *C* 15 pro *s. l. C* aeterna (~ *sup.* a. *er.*) *L* aeternam *GM* uitam $L^1M^1G^1$ 18 immortalitati *b* 21 non *circinatione circumcl. m. rec. C* 24 planę *C* anobis *C* 25 quur *L*

de Helia et hoc de Christo sancta scriptura testatur, cui nemo pius nisi qui credit, nisi inpius nemo non credit. illud autem de Helia uos negatis, quia omnia simulatis; de Christo autem, quod nasci non potuerit et mori potuerit, nec uos dicitis, sed eius ex uirgine natiuitatem nullam, mortem autem in cruce falsam fuisse contenditis, hoc est etiam ipsam nullam, sed ad ludificandos humanos oculos simulatam, ad nihil aliud, nisi ut ab eis, qui ista crediderint, etiam uobis omnia mentientibus ignoscatur.

7. Quis autem uobis proponat, quod sibi quasi ex persona catholici Faustus proponit: Iesus si natus non est, quomodo mortuus est? nisi qui parum considerat ipsum Adam et natum non esse et tamen mortuum esse. si uoluisset ergo filius dei inde sibi humanam carnem ueramque formare, unde formauit et illi primo homini, quoniam omnia per ipsum facta sunt, quis eum non potuisse audeat adfirmare? si denique de caelesti uel aeria uel humida creatura corpus adsumptum uellet commutare in humanae carnis uerissimam qualitatem, in qua uiuere et mortalis homo posset et mori, hoc eum potuisse facere quis negaret, omnipotentem omnipotentis filium? non auderet. postremo si uoluisset de nullis elementis corporeis, quae per eum creata sunt, corpus adsumere, sed prorsus ex nihilo sibi creare ueram carnem, sicut per eum creata sunt cuncta, quae non erant: quis nostrum contradicere, quis nostrum fieri non potuisse contenderet? non ergo ideo credimus natum ex uirgine Maria, quod aliter in uera carne existere atque hominibus adparere non posset,

1 cf. IV Reg. 2, 11 Matth. 1, 25; 17, 50 16 cf. Ioh. 1, 3

2 *alt.* nisi] &nisi *C* credidit *C* 3 de–simulatis *(in marg. a m. 1) C* negastis *b* qui *SG*, (i *in ras.*) *M* 5 cruce (m *er.*) *L* 8 *post* qui *lit. duar. litt. in S* mentientibus (enti *s. l. a m.* 2) *LM*^{1}*G*^{1} 10 uobis *om. S* 11 catholica *b* non *s. l. M* 13 mortuum (r *in ras.*) *C* ergo si uoluisset *C* 14 sibi] si *M*^{1} ueramquae *M*^{1} 15 primo *(s. l. a m. 2) L* 17 aerea *L*^{2} ue*lumida (a *in ras.*) *M* 18 humane *L* 19 et uiuere ut *C* 20 quis *S*^{1}*G*^{1} negaret *M*^{1} negare *b* 21 auderet *S*^{1}*G*^{1} 22 corpvs (v *sup.* o *a m. 1) C* 24 quis nost. contrad. *in marg. S*

sed quia sic scriptum est in ea scriptura: cui nisi credideri-
mus, nec christiani nec salui esse poterimus. credimus ergo
ex Maria uirgine natum Christum, quia sic scriptum est in
euangelio; credimus crucifixum et mortuum, quia sic scriptum
est in euangelio; et uere natum et uere mortuum, quia
ueritas est euangelium. cur autem illa omnia in carne ex
utero feminae adsumpta pati uoluerit, summa consilii penes
illum est: siue quod utrumque sexum, quem creauerat, etiam
hoc modo commendandum honorandumque iudicauit adsumendo
formam uiri et nascendo de femina, siue aliqua alia causa.
quaenam illa sit, non temere dixerim; illud tamen fidenter
dicam nec aliter factum esse, quam euangelica ueritas docuit,
nec aliter fieri oportuisse, quam dei sapientia iudicauit. euan-
gelii fidem omnibus haereticorum disputationibus anteponimus;
consilium autem sapientiae dei supra omne consilium creaturae
cuiuscumque laudamus.

8. Tamen Faustus sibi ut credamus, hortatur dicens: et
si mihi uera dicenti uis credere, uterque eorum apud
Hebraeos falsam traxit opinionem, Iesus de morte et
de inmortalitate Helias, cum paulo post dicat: ut enim
ab initio sumpta hominis similitudine omnes humanae
condicionis simulauit adfectus, sic ab re non erat, si
in fine quoque consignandae oeconomiae gratia fuisset
uisus et mori. homo pessime ac fallacissime, quomodo tibi
ego credam quasi uera dicenti, cum Christum dicas mortem
potuisse mentiri? ergo ille mentiebatur, quando dicebat:
oportet filium hominis occidi et tertia die resurgere,
et tu non mentiris et dicis, ut tibi uera dicenti credamus?

27 Luc. 24, 7

3 Maria *om. SG* 4 credimus—euangelio *om. SG* 6 quur *L* 7 ad-
sumta M^1 9 conmendandum *SG* 14 hereticorum *LCSG* ante-
ponimus (mus *in ras.*) *C* 17 ut sibi *b* ut *om.* P^1 19 hebreos *LS*
post falsam *lit. duar. litt. in C* 20 imortalitate *C* 21 inicio *C* omnis *L*
22 effectus *b* rę *(sed ˛ paene er.) S* rē *G* 23 quoque *om. GCPSM,*
(s. l. m. 2 add.) L aeconomiae *LCGS*^{1} *economiae (a *er.*) *M* gratia*
(e *er.*) *L* fuisset (i *s. l.*) *CL*^{1} 25 ergo *L* 28 uera (e *s. l.*) *L*

ueracior ergo Petrus, quando ei dixit: absit, domine, non fiet istud. et unde meruit audire: redi retro, satanas. et ille quidem non hoc infructuose audiuit, qui eam postea ueritatem mortis Christi usque ad suam mortem correctus perfectusque praedicauit. uerum si ille, quia tantum putauit Christum non moriturum, audire meruit: satanas, tu quid mereris audire, qui non solum negas mortuum, sed etiam dicis mortem fuisse mentitum? sed ideo, inquit, mortem quoque simulasse credendus est, quia omnes humanae condicionis simulauit adfectus. quis enim tibi hoc contra euangelium concessurus est, quod omnes humanae condicionis simulauit adfectus? prorsus si dixit euangelista: dormiuit Iesus, si dixit: esuriuit, sitiuit, contristatus est, exhilaratus est et si quid aliud: omnia uera sunt, quae ita narrata sunt, ut non eum simulasse, sed plane fecisse uel exhibuisse conscripta sint sane non necessitate condicionis, sed magisterii uoluntate et diuina etiam potestate. nam homo plerumque etsi nolit, irascitur; etsi nolit, contristatur; etsi nolit, dormit; etsi nolit, esurit ac sitit: ille autem omnia ista, quia uoluit. sic etiam nascuntur homines atque patiuntur, non quia uolunt nec quod nolunt; ille autem etiam ista, quia uoluit. tamen uera haec et de illo fideliter ueraciterque conscripta sunt, ut quisquis euangelio eius crediderit, ueritate instruatur, non mendaciis inludatur.

LIBER UICESIMUS SEPTIMUS.

1. FAUSTUS dixit: Si natus non est Iesus, nec passus est; si autem passus est, ergo et natus est. non uobis expedit,

1 Matth. 16, 22 sq. 12 cf. Matth. 8, 24; 4, 2. 13 cf. Ioh. 19 Matth. 26, 37

2 fi& S^1 redi] uade *S, s. l. G* satana C^1 3 eam] eandem SG^2 8 inquid L^1G^1 10 effectus *b* 12 effectus *b* si *om. GLSMb* dix* *L* si *om. LSMG* 13 sitiuit *om. LCSGb* constristatus *G* exilaratus $L^1S^1M^1PG$ 14 quid aliud] qua talia P^3b 16 condicionis L^1 18 *fin.* nolit (i *in ras.*) *L* 19 hęc omnia ista fecit *b* 20 uolunt (*corr.* m. 1 ex uoluit) *G* 21 quod] quia SG^2 uolunt *CPMLGb* uoluit (i *ex* u) *M* 23 mendatiis *CM* 26 *Cap.* LII *LPSMG* 27 si autem passus est *om* M^1 nobis $SGML^1$

mihi credite, in his rebus consequentiam quaerere naturae; alioquin infirmabitur omnis uestra fides. nam et uos Iesum ex uirgine natum sine uiri coitu creditis et, si ex consequentibus priora probanda sunt, erit hoc falsum. poterit enim et uobis responderi in hunc modum, quia „si natus est ex femina Iesus, ergo et seminatus ex uiro est; si uero seminatus ex uiro non est, ergo nec natus ex femina est.“ potuit autem, ut uos creditis, nasci non satus; quare ergo non potuerit et pati non partus?

2. AUGUSTINUS respondit: Nemo tibi proponit, quod tibi proponis, nisi inperitus, quem decipis, non instructus, a quo conuinceris. nam Iesus et nasci potuit non satus et pati non partus; sed unum horum uoluit, alterum noluit. nasci enim non satus uoluit, pati autem non partus noluit, quia partus est passus. dicis mihi: unde scis? quia hoc in euangelio ueritatis lego. si autem tibi dicam: unde scis ista, quae dicis? Manichaei mihi obponis auctoritatem, dicis esse in euangelio falsitatem. ego autem Manichaeo ista dicenti non crederem nec si non mihi Christum mentitum esse laudaret. quod quidem in Christo non inuenit, sed quid ipse diligat prodit.

LIBER DUODETRICESIMUS.

1. FAUSTUS dixit: Sed non poterat mori, nisi natus esset. et ego respondeo: nec nasci poterat, nisi deus non esset; aut si potuit et deus esse et nasci, quare non et non nasci potuerit et mori? uides ergo utile satis non esse in his consequentiam quaerere aut argumentis adniti, cum de rebus agitur, quae pertineant ad Iesum; sed quaerendum potius est, quid ipse de se quidue apostoli sui de eodem praedicarint.

1 querere *C* 3 uirili *b* 6 et si *C* 9 et in euangelio *b* 10 *Cap.* LIII *LPSGM* Agustinus *L* tibi *s. l. m. 1 L* 12 conuinceris *M* 16 ista quae] itaq: *L* id qđ (*corr. ex* ita quae) *M* 17 manichei *LC* et in *C* 23 *Cap.* LIII *LPSGM* 25 non *post* quare *om. lib.* 26 poterit *SG* 29 apostolus *G* apostolis M^1 eius *(in ras.) S* sui (s *add. m. 2*) *M* praedicarint (in *in ras.*) *C* predicarent *b*

ipsaque adeo pertractanda genealogia est et uidendum, si sibi conueniat, non ex coniectura passionis natiuitatis eius exquirere ueritatem, quia et pati non natus potuit et natus minime pati praesertim ipsis uobis fatentibus deo esse inpossibile nihil: quod erit et ipsum falsum, si hoc constiterit non potuisse mori non natum.

2. AUGUSTINUS respondit: Iterum ac saepe tibi proponis, quod non audis ab eis, a quibus confutaris. nemo tibi dicit: non poterat mori, nisi natus esset, quia mortuus est Adam, quamuis natus non fuisset; sed dicitur tibi: natus est, quia hoc sanctum euangelium, non nescio quis haereticus loquitur; mortuus est, quia hoc in sancto euangelio, non in libro alicuius haeretici legitur. sed tu, qui prohibes argumentari, cum de rebus agitur, quae pertinent ad Iesum, et quaerendum censes, quid ipse de se quidue apostoli sui de eodem praedicarint, cum coepero Matthaei euangelium recitare apostoli eius, ubi narratio natiuitatis eius tota contexitur, continuo dices illam narrationem non esse Matthaei, quam Matthaei esse dicit uniuersa ecclesia ab apostolicis sedibus usque ad praesentes episcopos certa successione perducta. tu mihi quid contra lecturus es? aliquem forte librum Manichaei, ubi Iesus negatur esse natus ex uirgine. sicut ergo ego credo illum librum esse Manichaei, quoniam ex ipso tempore, quo Manichaeus uiuebat in carne, per discipulos eius certa successione praepositorum uestrorum ad uestra usque tempora custoditus atque perductus est: sic et istum librum credite esse Matthaei, quem ex illo tempore, quo Matthaeus ipse in carne uixit, non interrupta serie temporum ecclesia certa conexionis successione

1 ipsa quoque *C* 7 *Cap.* LV *LPSGM* Agustinus respd *L* 11 hereticus *LCSG* 13 heretici *LCSG* 15 de se *s. l. S* apostolissui *S* apostolis suide (s *add. m. 2; fuit* uide) *M* sui *in ras. G* 16 praedicarent *P* (et 18, 26) matthei *L* mathei *C* 21 (et 23) manichei *LC* 23 esse *(s. l. a m. 1) C* 26 sicut& P^3G sic//& (ut *er.*) *M* credit *SG* credite *(exp. m. 3) P* crede *b* 27 mattheus *L* matheus *C* 28 series LS^1GMb ecclesia L^1 certa] et certa $SGML^1b$ ex certa *C*

usque ad tempora ista perduxit. et dic mihi, cui libro potius credere debeamus: eiusne apostoli, qui Christo, cum adhuc in terra esset, adhaeserat, an nescio cuius Persae, qui tanto post natus est? sed alium forte proferes librum, qui nomen habeat alicuius apostoli, quem a Christo constat electum, et ibi Christum natum ex Maria non esse lecturus es. cum ergo necesse sit alterum horum librorum esse mendacem, cui nos potius censes fidem adcommodare debere? eine, quem illa ecclesia ab ipso Christo inchoata per apostolos prouecta certa successionum serie usque ad haec tempora toto terrarum orbe dilatata ab initio traditum et conseruatum agnoscit atque adprobat, an ei, quem eadem ecclesia incognitum reprobat, cum etiam proferatur ab hominibus ita ueracibus, ut Christum laudent esse mentitum?

3. Hic dicturus es: genealogia ipsa consideretur duorum euangelii librorum, utrum sibi conueniat. iam hinc alibi in hoc opere diximus, quod dicendum fuit. neque enim uos mouet, nisi quemadmodum duos patres potuerit habere Ioseph. quodsi cogitantibus non occurrisset unus, qui genuit, alius, qui adoptauit, nec sic facile debuistis aduersus tantam auctoritatem praeproperam proferre sententiam; nunc uero si uel admoniti cogitatis, quam hoc fieri potuerit, euangelio simpliciter credite et uos potius tam male ac peruerse argumentari desistite.

4. Quod autem putat quaerendum esse Faustus, quid de se Iesus ipse praedicauerit, cui non iustum uideatur? sed numquid hoc sciri potest nisi discipulis eius narrantibus? quibus si non creditur adnuntiantibus, quod de uirgine natus sit, quomodo eis fides habebitur adnuntiantibus, quid

1 cui] cuius *ed. Maur.* 3 cuius *ed. Maur.*: cui *lib. b* 5 contestat S^1G constaꝛ (re *er.*) *M* 6 non esse *(s. l. a m. rec.) C* 7 mendaciū *b* 8 cesses S^1G censꝛes *(exp. m. 3) P* 9 inchoata (h *s. l. a m. 1*) MP^3G^1 inchoata (o *s. l.*) *S* 10 tempore S^1G 15 hoc *SG* 18 quemāmodum *L* 22 quam hoc fieri hoc (*pr.* hoc post *add.*) *S* 23 malę *L* peruersę *L* 26 predicauerit *C* uideatur (a *s. l. a m. 1*) *S* 29 quod *SG*

de se ipse praedicauerit? si enim prolatae fuerint aliquae litterae, quae nullo alio narrante ipsius proprie Christi esse dicantur, unde fieri poterat, ut si uere ipsius essent, non legerentur, non acciperentur, non praecipuo culmine auctoritatis eminerent in eius ecclesia, quae ab ipso per apostolos succedentibus sibimet episcopis usque ad haec tempora propagata dilatatur multis in ea iam conpletis, quae ante praedicta sunt et usque in finem quae restant, sine dubio futuris atque uenturis? quia et illae litterae si proferrentur, utique considerandum erat, a quibus proferrentur: si ab ipso, illis primitus sine dubio proferri potuerunt, qui tunc eidem cohaerebant, et per illos etiam ad alios peruenire. quod si factum esset, per illas, quas commemoraui, praepositorum et populorum successiones confirmatissima auctoritate clarescerent. quis est ergo tam demens, qui hodie credat esse epistulam Christi, quam protulerit Manichaeus, et non credat facta uel dicta esse Christi, quae scripsit Matthaeus? aut si etiam de Matthaeo, utrum iste ipsa scripserit, dubitat, de ipso quoque Matthaeo non potius id credat, quod inuenit in ecclesia, quae ab ipsius Matthaei temporibus usque ad hoc tempus certa successionum serie declaratur, et credat nescio cui ex transuerso de Perside post ducentos uel amplius annos uenienti et suadenti, ut illi potius, quid Christus dixerit fecerit-que credatur, cum ipse apostolus Paulus post ascensionem domini de caelo uocatus, si non inueniret in carne apostolos, quibus communicando et cum quibus conferendo euangelium

25 cf. Act. 9

1 ipso *SG* praedicauerint *SG* 2 propriae *LSG* 3 potuerat *Lb* 4 auctoritati P^1 auctoritatis (c *s. l.*) *S* 5 minerent S^1G seminerent P^1 apostolos (o *fin. retract. m. 2*) *L* 6 usque *add. m. 2 L* 9 ille *G* proferentur C^1L^1 10 proferentur L^1 11 potuerint *SG* potuer̄ (~ *add. m. rec*) *C* coherebant *LG* 13 comme moraui *C* 15 epistolam *L* 16 protulitulerit *S* manicheus *LCS* 17 mattheus *LC* 18 mattheo *LC* ipe ipsa (τ *add. m. 2*) *C* ípsa ista *S* ipse ista *G* iste ista *b* debitat M^2 20 matthei *LC* 22 trans uerso *C* 23 sua denti *C* 24 ipso *S*

eiusdem societatis esse adpareret, ecclesia illi omnino non crederet? sed cum cognouisset eum hoc adnuntiantem, quod etiam illi adnuntiabant, et in eorum communione atque unitate uiuentem accedentibus etiam per eum talibus signis, qualia et illi operabantur, ita eum domino commendante meruit auctoritatem, ut uerba illius hodie sic audiantur in ecclesia, tamquam in illo Christus, sicut uerissime ipse dixit, locutus audiatur. et putat Manichaeus credi sibi debere ab ecclesia Christi loquenti contra scripturas tanta et tam ordinata auctoritate firmatas, per quas ei praecipue commendatum est, ut quisquis illi adnuntiauerit praeterquam quod accepit, anathema sit.

5. Sed rationem, inquit, profero, qua demonstrem scripturis illis non esse credendum. certe non argumentaris? et tamen in ipsa quoque argumentatione superaris. ad hoc enim redigitur omnis argumentatio tua, ut ad extremum credat anima ideo se in hoc mundo esse miseram, quia miseria sua deo suo subuenit, ne ille regno priuaretur, eiusque naturam atque substantiam usque adeo esse mutabilem, corruptibilem, uiolabilem, coinquinabilem, ut pars eius quaedam nec mundari ualeat et ab ipso, qui eam sciens innocentem de suis uisceribus nihilque apud se peccantem tantae contaminationi permiscuit, aeterno globi subplicio puniatur. iste finis est omnium argumentationum fabularumque uestrarum: quarum utinam sit finis, sed in corde et in ore uestro, ut aliquando tam execrandas blasphemias credere ac dicere desinatis. sed ex ipsis,

8 cf. II Cor. 13, 3 12 cf. Gal. 1, 8 sq.

1 eiusdem (s *s. l. a m. 2*) *L* sotietatis *C* apparet *L*^{1}*b* illo *L*^{1} 2 cognouissent *LCMG*, (n *in ras.*) *S* 4 accedentibus *G*^{1} 7 in *(add. m. 2) LM om. b* ei ipse *M* 8 manicheus *LC* 10 ei *(in ras. a m. 2) L* 13 inquid *S*^{1} *om. C* qua* (e *er.*) *L* 14 non] nunc non *M*^{2} non *er. L* argumentaris (gu *add. m. rec.*) *C* 15 enim *om. SG* redigitur (d *ex* g *fec. m. 1*) *C* 18 suo subuenit] subsubuenit *S* illa *LM*^{1} naturã (~ *add. m. 2*) *L* 20 quędam (ą *a m. rec.*) *C* 23 subplicio (b *ex* p) *C* suplicio *M* 24 argumentorũ *C* 25 finis (τ *mut. in* s) *C* 26 blaspheas *L*^{1}

inquit, litteris probo, quam eis non ubique credendum sit, quoniam contraria sibi loquuntur. cur non ergo dicis potius nusquam eis esse credendum tamquam inconstantibus seseque inpugnantibus testibus? sed hoc, inquit, eligo, quod consentaneum uideo ueritati. cui ueritati? fabulae scilicet tuae habenti in capite bellum dei, in medio contaminationem dei, in fine damnationem dei. et nusquam, inquit, creditur litteris sibimet aduersis atque contrariis. sed ideo tibi hoc uidetur, quia non intellegis; nam et quicquid protulisti, quod tale uideretur, demonstratum est, quam non intellegas, et quicquid protuleris, demonstrabitur. nulla ergo causa est, quare illis litteris tanta auctoritate praeditis non credamus; et plane ista maxima causa est, cur eos, qui aliud adnuntiant, anathememus.

LIBER UNDETRICESIMUS.

1. FAUSTUS dixit: Ergo magia erat, quod uisus ac passus est, si natus non est. eadem in te uicissim argumentatio retorquetur, ut magia et illud fuerit, quod utero portatus aut quod editus sit, si seminatus non fuit. extra legem naturae esse constat uirginem peperisse multoque magis inuentam etiam post partum uirginem. quare ergo et hoc praeter naturam non uis, ut contigerit, pati eum potuisse uolentem sine sorte natiuitatis? mihi crede; quantum ad rem adtinet, utrique in hoc naturae contraria profitemur sed hoc interest, quod nos honeste, uos turpiter; nos passionis eius rationem aliquam reddimus et probabilem; uos natiuitatis aut nullam

1 quam] nequaquam S^2 non ubique *om.* *SG* cred. sit] esse credendum *SG* sit—credendum *om.* *SG* 2 quoniam] quam *b* locuntur P^3 loquitur MP^1 quur *LC* ego P^1 potius *om.* *C* 3 numquam *L* 4 testibus *om.* *GSM* inquid P^1 5 fabule *SG* 7 nnem *SG* fine *(uirg. er.)* *M* inquid L^1 credatur *Lb* 9 intelligis *C* 10 intelligas *C* 13 quur *LCM* anathemamus M^1LSG 15 *Cap.* LVI *LPSMG* magia *S* 18 *post* legem quippe *leg. in G, (s. l.) S* 19 inuentū *(utrum* ū *an* ã *sit dub.) C* inuentam (a *ex* u *fec. m. 2) L* inuentū *b* 20 et *om.* *SG* 22 sorte (m *er.*) *L* utrumque hoc G^2S 23 contrarium G^2S

praestatis aut falsam; denique nos specie tenus passum confitemur nec uere mortuum; uos pro certo puerperium fuisse creditis et utero muliebri portatum. aut si non ita est, fatemini et uos, quia hoc etiam imaginarie sit factum, ut uideretur natus, et omnis nobis erit profligata contentio. nam illud quidem, quod saepe adfirmare soletis necessario eum esse natum, quia alias hominibus uideri aut loqui non posset, ridiculum est, cum multotiens, ut iam probatum a nostris est, angeli et uisi hominibus et locuti esse monstrentur.

2. AUGUSTINUS dixit: Non uobis dicitur magiam esse, ut qui natus non fuerit, moriatur; nam hoc in Adam factum esse iam supra commemorauimus; sed et si numquam factum fuisset, et dominus Christus ita uenire uoluisset, ut non ex uirgine adsumpta, sed tamen in uera carne adparens nos uera morte redimeret, quis eum non potuisse dicere auderet? sed illud melius erat, quod fecit, ut etiam de uirgine nasceretur et utrumque sexum, pro quo liberando mortuus erat, dignaretur etiam commendare nascendo, masculino suo corpore ex femina procreato contra uos ipsos maxime facto ipso loquens uosque subuertens, qui masculum et feminam non dei, sed diaboli opus esse praedicatis. sed illud est, quod magiae simile dicimini adserere, quod passionem mortemque eius specie tenus factam et fallaciter dicitis adumbratam, ut mori uideretur, qui non moriebatur. ex quo fit, ut eius quoque resurrectionem umbraticam, imaginariam fallacemque dicatis; neque enim eius, qui non uere mortuus est, uera esse resurrectio potest. ita fit, ut et cicatrices discipulis dubitantibus falsas ostenderet nec Thomas ueritate confirmatus, sed fallacia deceptus clamaret:

1 prestatis *L* spetietenus *C* specietenus *Lb* confatemur *GL*^{1}*S*^{1}*M*^{1} 2 uero *L*^{1} 3 ita non est *GSMb* 4 imaginaria *L*^{1} 5 profligata (*in mg. a m.* 2 destructa) *M* 6 sepe *SG* 7 alias] alio *SMG* 8 multi totiens *C* ut iam] etiam *b* 10 *Cap.* LVII *LPSGM* Agustinus *L* respondit *CSGP*^{3}*b* magia *b* 14 adsumpta *G*^{1}*M*^{1} 17 moriturus *ed. Maurina* 22 asserere *C* specietenus *CLb* 26 uere *C* sit *P* 27 et *om. SG* cacatrices (i *sup. pr.* a *m.* 1) *L* ostenderit *C* 28 fallatia *C*

dominus meus et deus meus. et tamen persuadere conamini lingua uos loqui uerum, cum Christum dicatis toto corpore fuisse mentitum. haec sunt, quae uobis obiciuntur, qui talem Christum uobis finxistis, cuius discipuli ueri non sitis, nisi mendaces uos quoque fueritis. non autem ideo magia uideri potest nata ex uirgine hominis caro, quia caro Christi sola ita nata est, sicut nec illa magia est, quia sola Christi caro die tertio resurrexit, numquam ulterius moritura. alioquin omnia miracula dei magica erunt, quia singulariter facta sunt; sed uere facta sunt uerumque ostenderunt, non oculos hominum praestigiis fallacibus inluserunt: quae quidem contra naturam plerumque appellantur, non quod naturae aduersentur, sed quod naturae modum, qui nobis est usitatus, excedant. repellat ergo dominus a paruulorum suorum mentibus, quod quasi admonendo Faustus persuadere conatus est, ut etiam nos imaginariam, non ueram natiuitatem Christi profiteamur atque ita inter nos omnis contentio finiatur, immo uero maneat nobis aduersus illos potius pro ueritate certamen quam cum illis in falsitate concordia.

3. Uerumtamen quaero ab eis, si nostra contentio terminatur, cum hoc dixerimus, cur hoc ipsi non dicunt? cur hoc ipsi mortem non ueram, sed imaginariam Christi adfirmant, natiuitatem autem non saltem talem, sed prorsus nullam dicere delegerunt? si auctoritatis euangelicae pondere erubuerunt et ideo non ausi sunt Christum non saltem imaginarie passum dicere, natiuitatem quoque eius eadem euangelica testatur auctoritas. etsi enim duo euangelistae ipsum partum

1 Ioh. 20, 28

3 que *C* 4 cuis *S* cui *G* 5 mandaces *S* 8 τcio (∼ *sup.* τ *er.*) *C* numqua multerius *C* 11 prestigiis *L* que *C* 13 usitatus (s *fin. in ras. a m. 2) L* 14 a *om. in SG* 16 uerā (∼ *add. m. 2) C* atque—finiatur *(in marg. add. m. rec.) C* 17 contentio (i *s. l.*) *L* 21 quur *L* quur *LM* hoc] hoc *(exp.) L*²*S*²*G*², *om. b* 24 auctoritatis] ueritatis *SG* pondera *SG* ponderi *L*¹*M*¹*Pb* 25 non *om. SG*¹ non saltem *om. SG*¹ saltim *L* imaginariae *LG*¹*C* 27 partem *P*¹

Mariae narrauerunt, nullus tamen euangelistarum tacuit, quod habuerit matrem Iesus. an ideo piguit etiam hoc praedicare simulatum, quia generationes alias Matthaeus. alias Lucas exequitur, unde uidentur non sibi conuenire? sed da hominem, qui non intellegat, putabit etiam in multis, quae ad Christi passionem pertinent, euangelistas sibi non conuenire; da uero, qui intellegat, et ubique conueniunt. an quia mortem simulare honestum est, natiuitatem autem etiam simulare turpe est? cur ergo nos hortatur hoc confiteri, quo possit nostra contentio profligari? unde ergo mihi uidetur natiuitatem Christi nec saltem sicut mortem simulatam, sed prorsus nullam praedicare uoluisse in consequenti sermone adparebit, ubi alteri respondebimus quaestioni.

4. Absit autem, ut sit in membris sanctorum etiam genitalibus aliqua turpitudo. dicuntur quidem inhonesta, quia non habent eam speciem decoris, quam membra, quae in promptu locata sunt. sed uidete, quid dicat apostolus, cum ex ipsa membrorum corporis nostri unitate atque conpage caritatem persuadet ecclesiae. multo magis, inquit, quae uidentur membra corporis infirmiora esse, necessaria sunt; et quae uidentur uiliora esse corporis, his abundantiorem honorem circumponimus; et quae inhonesta sunt nostra, abundantiorem honestatem habent; quae autem honesta sunt nostra, non opus habent; sed deus temperauit corpus ei, cui deerat, maiorem honorem dans, ut non essent scissurae in corpore. inlicitus itaque et temperantiae legibus non subiectus membrorum illorum usus est turpis, non ipsa membra, quae non solum in excellenti

1 cf. Matth. 1, 25 Luc. 2, 7 2 cf. Matth. 2, 11 Marc. 3, 32 Luc. 2, 33 Ioh. 2, 1 19 I Cor. 12, 22 sqq.

1 Mariae *om. SG* 2 predicare *C* 3 mattheus *LC* 5 putauit L^1 9 quur *LC* q** *M* 10 uideatur *SM* 11 saltim *L* 12 sermoñ *L* 18 compage *L* 20 menbra *SG* infirmiora (a *corr. ex* e) S^2 21 his G^2 habundantiorẽ (~ *add. m. 2*) *L* habundantiorem *CGMS*^{1} 22 in honesta *C* 26 scis surę *C* inlicitus M^1 28 turpis (b *in* p *mut. m. 1*) *C*

integritate caelibes et uirgines seruant, sed ipsi coniugati sancti patres ac matres sic eis generationi tantummodo consulentes utebantur, ut ille naturalis motus nullo modo turpis esset, qui non libidini, sed rationi seruiret. quanto magis ergo in sancta uirgine Maria, quae Christi carnem fide concepit, nihil habuerunt turpitudinis membra, quae nec humano licitoque conceptui, sed diuino tantum partui seruierunt? merito plane sic honestata, ut nobis Christum, quem cordibus integris credendo conciperemus et confitendo quodammodo pareremus, etiam corporaliter seruata integritate transfunderet. nullo modo enim Christus matrem nascendo faceret deteriorem, ut cui munus fecunditatis adtulerat, decus uirginitatis auferret. haec ueraciter, non fallaciter facta sunt; sed noua sunt, sed insolita sunt, sed contra naturae cursum notissimum sunt, quia magna, quia mira, quia diuina et eo magis uera, certa, firmata.

Et angeli, inquit, uisi et locuti sunt, quamuis nati non fuerint. quasi nos dicamus Christum, nisi nasceretur ex femina, nec uideri nec loqui potuisse. potuit, sed noluit; et hoc melius est, quod uoluit. hoc autem eum uoluisse ideo certum est, quia hoc fecit, qui nihil necessitate sicut deus uester faceret, sed omnia uoluntate. hoc uero eum fecisse ideo non dubitamus, quia non cuiquam haeretico, sed eius euangelio credimus.

LIBER TRICESIMUS.

1. FAUSTUS dixit: De uobis iam dudum Paulus scripsit, quia discedent quidam a fide intendentes spiritibus

26 I Tim. 4, 1 sqq.

1 celebes L^1 celibes S cęlibes G congugati *(sup.* g i *a m. 1) C* 2 sic eis] siccis (*in mg.* successionis) G 3 illę C modus b 4 libidini* L 8 honestate $GL^1S^1M^1$ 11 ut] & LC^1b 12 afferret $LSGMP^1$ avferret (v *sup. exp.* f *a m. 1*) CP^3 15 eo] ego L^1 ergo b 21 quia (i *s. l.*) S qui] quia $PSMG$ 23 heretico LC 25 *Cap.* LVIII $LPSMG$ 26 dęsce*dent (*corr. ex* descendent) SM descendent S^1M^1G descedent P

seductoriis, doctrinis daemoniorum, in hypocrisi loquentes mendacium, cauteriatam habentes conscientiam suam, prohibentes nubere, abstinentes a cibis, quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus. numquam plane tibi ego haec ab apostolo dicta esse consenserim, nisi antea confitearis ipse Moysen et prophetas doctrinas adtulisse daemoniorum et seductorii spiritus ac maligni fuisse interpretes, qui a porcina et ceteris carnibus, quas inmundas uocant, sollicite doceant abstinendum. de his ergo primo deliberandum uobis est et diu multumque cogitandum, haec quid debeant accipi, in deone ipsi haec, an in daemonio locuti uideantur. hac enim tenus aut et Moyses et prophetae nobiscum damnati erunt aut et nos cum illis absoluti. neque enim iusta haec nunc uestra sententia est, ut nos quidem, qui solum in plebe sacerdotale hominum genus censeamus a carnibus abstinere debere, daemoniorum doctrinae uideamur uobis assectatores; uestros uero prophetas atque ipsum adeo Moysen, qui primus non antistitibus solum, sed omni confuse hominum generi suilla interdixerit et leporina et hericina carne et sepiis ac lolliginibus ceterisque generibus piscium carentibus squama, non in spiritu seductorio hoc nec in doctrina daemoniorum, sed in deo potius et in sancto spiritu locutos esse arbitremini. igitur ut hoc tibi interim Paulum dixisse concedam, uictus tamen abs te non ante fuero, quam tu Moysen damnaueris et prophetas, ut quod ratione conuictus et ueritate numquam fortasse fecisses, id nunc uentris causa facere uidearis, blasphemare Moysen.

2. Est uero et aliud de tribus pueris apud uos in Danihele,

21 cf. Leu. 11, 6 sqq. 23 cf. Dan. 1, 12

1 seductoris L^1 demoniorum C hipocrisi S hypocrisi$_*$ (n *er.*) LG^2 hypocrisin C 10 est uobis SG 11 et ipsi C 12 demonio C hac] haec L^1S^1MGb tenus enim C tenus M^1 (*in mg.* tenemus) M aut et] autem Pb 13 dampnati CM 14 absoluit G^1 15 sacerdotale L^1 genus hominum C 18 antistibus L^1S^1MG 19 generi] coetui b 20 ericina C 25 damnaberis L^1 ratiõ L čuictus C 28 danihelo SGL^1

quo uehementer perinde confundemini, si istud constiterit a cibis abstinere daemoniorum esse religionem. illi enim non tantum ab interdictis lege sed etiam a concessis abstinuisse leguntur: quos uehementer mirari soletis et in martyribus numerare, cum sint et ipsi doctrinam adsecuti daemoniorum, si hoc esse apostoli testimonium constat. ad haec et Danihel ipse tribus hebdomadis dierum ieiunasse se perhibet et carnem non edisse nec bibisse uinum, dum exoraret pro populo suo. quid ergo? et hic in doctrina se daemoniorum magnificat et de seductorii spiritus commento gloriam captat?

3. De uobis uero quid dicam? id est de christianioribus apud uos, quorum nonnulli quidem porcina, plerique uero quadrupede omni, alii etiam cuncto animali penitus abstinent, fertque ob hoc in oculis eos omnis ecclesia et summa cum ueneratione suscipiens solum non deos existimat. nec uidetis, indociles, quia si hoc uerum et ab apostolo dictum testimonium est, daemoniorum et ipsi sunt ludificati doctrinis. quid uero et de illo dicemus, quod sane frustrari quis audeat aut abnegare, cum constet hoc inter omnes et aeque per orbem terrarum quotannis omni cum studio celebratur in conuentu catholico? dico autem quadragesimam. quam qui inter uos rite obseruandam putauerit, abstineat necesse est omnibus his, quae capitulum hoc a deo ad percipiendum nobis creata dicit et daemoniorum insuper doctrinam uocat abstinentiam praedictorum. quid ergo et uos, carissimi? ritune tunc daemoniorum uiuitis, cum haec a uobis passionis Christi celebrantur mysteria et seductorii spiritus fraude capimini et in hypocrisi

6 cf. Dan. 10, 2 sq.

1 p quod *b* 2 religio *b* 3 a lege *SG* 4 in martyribus (in *s. l.*) *S* immartyribus *M* 5 adsęcuti *SG* daemoniorum G^1S^2 demoniorum *C* 6 apostoli esse *C* 7 ebdomadis *LCSMG* 11 christianioribus (*tert.* i *s. l.*) *C* 12 aput *M* 14 ferque L^1 fereque *b* omnis eos *C* æcclesia *C* 15 existimant S^1G 17 est *om SG* demoniorum *C* 18 audeat (e *in ras.*) SG^2 20 quot annis *C* quodannis *Lb* omni L^1 (bus *add. m. 2*) 24 demoniorum *C* 26 passiones L^1 27 misteria *C*, mysterio S^2 etse ductorii *C* hypocrisi* (n *er.*) *L*

loquimini mendacium et cauteriatam habetis conscientiam uestram? quodsi horum nihil uos, nec nos igitur. quid ergo sibi uult capitulum hoc, aut a quo scriptum putabimus et contra quos, quod nec ueteris testamenti traditiones nec noui confirmet scita? siquidem hoc ab omnibus, ut ex uobis ipsis adparet, illud uero a quibusdam quamuis abstineri tamen docet, sententia uero haec uestra cunctam penitus carnalium ciborum abstinentiam daemoniorum uult esse doctrinas. cui si et uos creditis, eadem saepius dixero, damnate Moysen, renuntiate prophetis, ferte parem et de uobis ipsis sententiam, quia ut illi semper a quibusdam ciborum, sic uos interdum abstinetis ab omnibus.

4. Aut si Moyses uobis et prophetae, cum escas diiudicant, dei legem sancire uidentur et non daemoniorum; si Danihel in spiritu sancto obseruauit tres hebdomadas; si Ananias, Azarias et Misahel pueri diuinae mentis instinctu oleribus uti maluerunt et leguminibus; si denique in uobis quotquot abstinent, non a daemoniis inpulsi id faciunt; si quadragesima sine uino et carnibus non superstitiose a uobis, sed diuina lege seruatur: uidete, quaeso, uidete, ne summae dementiae hoc sit a Paulo dictum putare, quod daemoniorum doctrina sit abstinentia omnis ciborum, et prohibentes nubere, quemadmodum nec illud, quod dicit etiam uirgines dicare Christo daemoniorum esse doctrinas . quod uos perinde sine consideratione legentes ut cetera ad nos subinde respicitis nec uidetis hinc et uirgines uestras daemoniorum doctrina captas notari et uos esse antistites daemoniorum. qui certatim semper ad hanc eas incitetis professionem suasionibus uestris, ut paene iam maior in ecclesiis omnibus uirginum apud uos quam mulierum numerositas habeatur? quid ergo non et uos iam

1 loqui *b* habentes *Lb* 5 corfirment SG^2 scyta *L* 7 cuncta *L* paenitus *LM* 9 si et] etsi *C* sepius *SG* 10 ipsi *L* 15 ebdomadas *LCSMG* anpanias *L* 16 misael *CM* holeribus (h *s. l.*) *SMG* 17 quodquod (utrumq. d *in* t *a m.* 1) *C* 18 dęmonibus *b* 19 superstitiosae *S* superstitiosąe *G* 20 summe *C* 22 prohibere *M* 23 dicare S^1G^1

desistitis a talibus inceptis? quid in fraudem miseras inducitis filias hominum, si non in eis Christi uoluntas inpletur, sed daemoniorum? et tamen hoc nobis primo respondeatis uelim, utrum omnino uirgines facere doctrina sit daemoniorum, an solum per prohibitionem facere nubendi? si per prohibitionem, nihil ad nos; nam et ipsi tam stultum iudicamus inhibere uolentem quam nefas et inpium satis nolentem cogere; si uero fauere huic quoque proposito et non reluctari uolenti id quoque doctrinam putatis esse daemoniorum, taceo nunc uestrum periculum, ipsi iam timeo apostolo, ne daemoniorum doctrinam intulisse tunc Iconium uideatur, cum Theclam obpigneratam iam thalamo in amorem sermone suo perpetuae uirginitatis incendit. quid uero et de magistro ipso dicemus ac sanctimoniae totius auctore Iesu et huius ipsius professionis puellarum caelite sponso, qui in euangelio tria genera taxans spadonum, unum natiuum, alterum facticium, tertium uoluntarium, eis tamen palmam adtribuit, qui se ipsos, inquit, spadones fecerunt propter regnum caelorum, significans uirgines et pueros, qui nubendi ipsa a cordibus suis exsecta cupiditate spadonum uice in eius ecclesia semper tamquam in domo regia conuersentur? quid ergo? et hoc uobis doctrina uidetur esse daemoniorum et in seductorio spiritu dictum? et quis erit alius in deo loquens, si Paulus et Christus daemoniorum probantur fuisse sacerdotes? mitto enim ceteros eiusdem domini nostri apostolos, Petrum et Andream, Thomam et illum inexpertum Ueneris inter ceteros beatum Iohannem, qui per diuersa possessionem boni istius

18 Matth. 19, 12

1 incoeptis *M* incǫeptis *G* in$_{**}$eptis (co *er.*) *S* fraudem (r *ex l fact.*) *C* 5 *(pr.)* prohibitionẽ (∼ *add. m. 2) L* 8 fauere L^1M^1G 10 timeo (i *s. l. add. m. 2) L* 11 intullisse *C* teclam *LCSG* tedã *M* 12 amore *Cb* amorẽ (∼ *add. m. 2) L* 13 incedit $S^1L^1P^1M^1G$ decemus S^1G 14 sanctimonii *M* 15 celite LM^1 coelice *b* 16 tercium *C* 17 inquit *(exp. m. 2) L* 21 hec *b* 22 seductorii L^1 24 demoniorum *C* 25 eiusdem] eius S^1G 26 thoman *L* 27 baeatum *S* professionem (*corr. m. 3 ex* possessionem) *Pb*

inter uirgines ac pueros diuino praeconio cecinerunt formam nobis atque adeo uobis ipsis faciundarum uirginum relinquentes. sed hos quidem, ut dixi, praetereo, quia eos uos exclusistis ex canone facileque mente sacrilega uestra daemoniorum his potestis inportare doctrinas. num igitur et de Christo eadem dicere poteritis aut de apostolo Paulo, quem similiter ubique constat et uerbo semper praetulisse nuptis innuptas et id opere quoque ostendisse erga sanctissimam Theclam? quodsi haec daemoniorum doctrina non fuit, quam et Theclae Paulus et ceteri ceteris adnuntiauerunt apostoli, cui credi iam poterit hoc ab ipso esse memoratum, tamquam sit daemoniorum uoluntas et doctrina etiam persuasio sanctimonii? non ergo est interim, quod uos existimetis solis hortamentis uirgines facere et non prohibitione nubendi. nobis enim quoque hoc ipsum insitum est . et demens profecto ille, non tantum stultus putandus est, qui id existimet lege priuata prohiberi posse, quod sit publica concessum; dico autem hoc ipsum nubere. quapropter et nos hortamur quidem uolentes, ut permaneant, non tamen cogimus inuitos, ut accedant. nouimus enim, quantum uoluntas, quantum et naturae ipsius uis etiam contra legem publicam ualeat, nedum aduersus priuatam, cui respondere sit liberum „nolo." si igitur hoc modo uirgines facere sine crimine est, extra culpam sumus et nos; sin quoquo genere uirgines facere crimen est, rei estis et uos. iam qua mente aut consilio hoc aduersum nos capitulum proferatis, ego non uideo.

5. AUGUSTINUS respondit: Audi ergo, quod confiteris te non uidere, qua mente aut consilio hoc aduersum uos capitulum proferamus . non quod a carnibus abstineatis; nam

1 preconio *G* caecinerunt *M* cęcinerunt *C* cæcinerunt (a *exp. m. 2*) *L* 2 faciendarum *Cb* faciundarum L^1 3 hos] hoc *LSMG* 4 ex] a *b* canone *(in mg. add.) G* 5 doctrinas (o *in ras.*) *L* num] non *C* 9 teclam *LCSG* 13 solos *GCSP*^{1} 18 nos] hos *b* 19 permanant C^1 inuitas *Cb* 20 nouimus] nubimus *C* 22 igitur (i *init. s. l.*) *S* 24 quoq: *SG* 27 *Cap.* LVIII *LPSMG* Agustinus *L* te *om. C*

hoc a quibusdam et primi patres nostri fecerunt, sicut commemoras — non tamen ea damnandi, sed significandi gratia, quod non intellegitis, et unde iam quantum sufficere uidebatur, in superioribus partibus operis huius locutus sum — et christiani, non haeretici, sed catholici edomandi corporis causa propter animam in orationibus amplius humiliandam, non quod illa esse inmunda credant, non solum a carnibus, uerum a quibusdam etiam terrae fructibus abstinent, uel semper, sicut pauci, uel certis diebus atque temporibus, sicut per quadragesimam fere omnes, quanto magis quisque uel minus seu uoluerit seu potuerit. uos autem ipsam creaturam negatis bonam et inmundam dicitis, quod carnes diabolus operetur faeculentiore materia mali, ac per hoc eas tamquam inmundiora et truculentiora dei uestri uincula exhorrentes abicitis. auditoribus autem uestris, quos tamquam distinctos a genere sacerdotum dixisti, secundum ueniam haec edenda conceditis; sicut quibusdam concedit apostolus secundum ueniam non omnem concubitum coniugalem, etiam qui fit sola causa generandi, sed eum, qui fit per incontinentiam, sed tamen cum coniuge. neque enim conceditur secundum ueniam nisi peccatum. hoc uos de omni carnium cibo sentitis, hoc et ipsi ab haeresi uestra didicistis et uestros auditores docetis; sed illis, quod sit ignoscendum, propter quod uobis necessaria ministrant, ut dixi, conceditis, non dicentes non esse peccatum, sed peccantibus ueniam largientes; uos autem ab omni tali tamquam mala et inmunda contagione

20 cf. I Cor. 7, 5 sq.

1 a] in SG^2 5 catholica S^1G^1 catholice C^1 6 rationibus GL^1Sb humiliandū Mb humiliandā (a *in ras. ex* u) L 7 immunda L^2 carnibus *(in ras.)* SG^2 criminibus G^1 11 *alt.* seu *(s. l. a m. 2)* S 12 immundam L^2 13 feculentiore (r *ex* n *corr. uid.*) CP, (ore *in ras.*) L fetulentiore S fętulentiore G feculentiorem ateria$_*$ M^1 14 trutulentiora S 16 ueniā (~ *add. m. 2*) L hec C ąedenda (a *exp. m. 2)* L 18 coniugalem (i *s. l.*) C 20 com (*s.* o *a m. 1* u) L 22 heresi $LCSG$ conditores (*s.* con *a m. 1* au *add.*) S auditores (au *in ras.*) G 25 largi*entes S 26 mala (a *fin. in ras.*) C contagione C: cogitatione (m *er.*) LM, (m *exp.*) GP^3 cogitatione Sb

abstinetis . ac per hoc illud, quod sequitur ea uerba apostoli, quibus commemorationem huius capituli terminasti, ipsum est omnino, quod nos facit hoc testimonium uobis obicere: quod et tu, puto, sciebas, ut ea uerba primo non poneres et nobis in extremo diceres: qua mente aut consilio hoc aduersum nos capitulum proferatis, ego non uideo, cum hoc ipsum nostrum consilium tacere quam commemorare malueris. cum enim apostolus dixisset: abstinentes a cibis, quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, secutus ait: et iis, qui cognouerunt ueritatem, quoniam omnis creatura dei bona est, et nihil abiciendum, quod cum gratiarum actione percipitur; sanctificatur enim per uerbum dei et orationem. haec sunt, quae negatis; hoc animo, hac uoluntate, hac opinione ab escis huiusmodi temperatis, quod non significatione, sed natura malae et inmundae sint. qua in re creatorem earum sine dubio blasphematis; hoc est, quod pertinet ad doctrinam daemoniorum. nolite ergo mirari hoc de uobis tanto ante a sancto spiritu prophetatum.

6. Iterum si ad uirginitatem sic adhortaremini, quemadmodum hortatur apostolica doctrina — qui dat nuptum, bene facit, et qui non dat nuptum, melius facit — ut bonum esse nuptias diceretis, sed meliorem uirginitatem, sicut facit ecclesia, quae uere Christi est ecclesia, non uos spiritus sanctus ita praenuntiaret dicens: prohibentes nubere. ille enim prohibet, qui hoc malum esse dicit, non qui huic bono aliud melius anteponit. denique uos eum praecipue concubi-

8 I Tim. 4, 3 sqq. 21 I Tim. 7, 38 25 I Tim. 4, 3

5 mente* aut (aut *in ras.*) *C* 7 ipsū* (~ *add. m.* 2 *et* t *eras.*) *L* 10 his *LCSGb* 15 temperantis L^1 temperantes L^2 16 nature S^1G male (*s.* e *a m. 1* a) *S,C* inmunda *SG* inmunde *C* inmundæ (æ *ex* a *corr. m.* 2) *L* 18 demoniorum *C* hoc// *L* 20 hortaremini *b* 22 nuptum *om. S* fecit *C* 23 innuptias *(exp.* in *m.* 2*) L* diceris L^1 diceretis (ti *s. l.*) L^2 diceres *b* 24 ecclesiam P^2SG ecclesiam *M* 25 pronunciaret *C* 27 praecipuae *(exp. m.* 2*) L*

tum detestamini, qui solus honestus et coniugalis est et quem matrimoniales quoque tabulae prae se gerunt, liberorum procreandorum causa: unde uere non tam concumbere quam nubere prohibetis. concumbitur enim etiam causa libidinum, nubitur autem nonnisi filiorum. nec ideo nos dicatis non prohibere, quia multos uestros auditores in hoc oboedire nolentes uel non ualentes salua amicitia toleratis. illud enim habetis in doctrina uestri erroris, hoc in necessitate societatis. hinc est, quod paulo ante distuleram dicere, cur uobis mors Christi uisa sit uel fallax et simulata praedicanda et non etiam natiuitas. mortem quippe tamquam separationem animae, id est naturae dei uestri a corpore inimicorum eius, hoc est a figmento diaboli, praedicatis atque laudatis . ac per hoc rem dignam fuisse credidistis, quam Christus etsi non moriens, tamen mortem simulans commendaret. in natiuitate autem quia non solui, sed ligari potius deum uestrum creditis, hanc nec saltem fallaciter imaginatum Christum credere uoluistis, ita ut non sic uobis Maria displiceret, si concubuisset et non concepisset, quomodo displicet, quia non concubuit et tamen peperit. uidetis ergo multum interesse inter hortantes ad uirginitatem bono minori bonum amplius praeponendo, et prohibentes nubere concubitum propagationis, qui solus proprie nuptialis est, uehementius accusando; multum interesse inter abstinentes a cibis propter sacramenti significationem uel propter corporis castigationem et abstinentes a cibis, quos deus creauit, dicendo, quod eos deus non creauit. proinde illa doctrina est prophetarum et apostolorum, haec daemoniorum mendaciloquorum.

1 detestamini (*a sup.* i) *C* 3 uero *b* 5 uos *b* non *(s. l. a m. rec.) C* 7 amicitia (ia *in ras.*) *S* 9 hinc (c *s. l. add. m. rec.*) *C* quur *L* 11 natiuitatis (ti *exp. m. 2*) *L* 13 ac] hac *C* 16 solui* (s *uid. er.*) *C* 17 saltim *L* 18 sic *G* 21 prohibentes (h *s. l.*) *S* 22 propagationis (tio *s. l. add. m. 2*) *S* propriae *CSMG* propriae (a *exp. m. 2*) *L* 23 nubtialis *M* 24 sacramenti *C*: sacrată *LMGb*, *(in ras.) S*

LIBER UNUS ET TRICESIMUS.

1. FAUSTUS dixit: Omnia munda mundis, inmundis autem et coinquinatis nihil mundum; sed inquinata sunt eorum et mens et conscientia. hoc quoque ipsum, utrum uobis expediat a Paulo dictum credere, considerandum est; hactenus enim non tantum daemoniis exagitatos constitit Moysen et prophetas, cum tantas de ciborum differentiis tulerint leges, sed etiam quod inmundi ipsi fuerint et coinquinati mente atque conscientia sua, ut congrue in ipsos et illud cadere possit, quod sequitur: deum se scire profitentur. operibus autem negant. cui autem hoc magis conpetit quam prophetis atque Moysi, qui longe aliter uixisse probantur quam dei cognitoribus congruebat. ego tamen nunc usque praeter adulteria et fraudes et homicidia nihil aliud esse putaueram, unde conscientias pollutas habuisse uiderentur Moyses et prophetae; nunc autem hoc demonstrante capitulo scire iam datur etiam hinc eos inquinatae mentis fuisse, quia aliquid putauerint inquinatum. quorsum ergo talibus etiam nunc uos uisionem diuinae maiestatis contingere potuisse arbitramini, cum sit scriptum nisi eos, qui corde puri fuerint, deum uidere non posse? at uero hi etiam si casti ab inlicitis facinoribus exstitissent, sola tamen haec abstinendi a quibusdam escis superstitio, si mentem contaminat, diuinitatis eis potuit negasse conspectum. euanuit ergo iam atque extincta simul est Danihelis quoque illa ac trium puerorum gloriatio: qui

2 Tit. 1, 15 10 Tit. 1, 16 20 cf Matth. 5, 8 25 cf. Dan. 1, 12

2 *cap.* LX *LPSMG* 3 coinquinatis (co *s. l.*) *G* nihil est *b* 6 hActenus (h *s. l.*) *G* daemoniis (i *a.* s *s. l.*) *S* constitit] consti*t*it (itit *in ras.*) L^2 constabit *SG* consta**t *C* constabit (b *corr.*) *ex* u) *M* 7 tulerunt *GSb* tulerint (i *corr. ex* u) *L* 8 fuerunt *Sb* fuer*nt (*s. * a m. 1* u) *G* fuerint (i *ex* u *corr.*) *L* coincoquinati (co *alt. s. l.*) *S* coinquitati *G* coinquinati (co *s. l.*) *P* 10 profiten**tur *C* 12 produntur *M* 14 homicida *SG* 15 moyses (s *fin. add. m. 2*) *L* 16 demonstrante (m *er.*) *LMG* capitulo/// *C* 18 putauerunt *S* cursum LG^1 quursum P^1M quorsum P^2G^2 ergo (r *s. l.*) *C* 21 ad *L* 23 super stitiosi *C* 24 negasse L^1 25 daniheli *C* ac *om. b*

et ipsi usque ad hanc praedicationem, quae censet nihil inmundum, castissimi plane ac bonae mentis iuuenes habiti sunt in Iudaismo, quia scilicet paternarum memores traditionum a gentium dapibus et maxime inmolatis omni cum studio se conseruauerint inlibatos. nunc enim demum adparuit et ipsos contaminatos fuisse mentibus et conscientia tum maxime, cum os a sanguine et cibis feralibus abstinebant.

2. Sed illos fortasse excuset ignorantia; necdum enim adparente christiana hac fide, quae doceret omnia esse munda mundis, quaedam et ipsi putauerint esse non munda; uos uero, qua nunc excusatione utimini, si Paulo clamante nihil esse non mundum et doctrinas daemoniorum appellante ciborum abstinentiam et mente pollutos uocante, qui aliquid putauerint inquinatum, non solum abstinetis, ut diximus, sed etiam gloriam captatis exinde et eo acceptiores uos creditis Christo, quo eritis abstinentiores a cibis, id est secundum hanc sententiam, quo mentibus inquinati magis et magis conscientia uestra polluti? quid? quod etiam cum tres in mundo religiones sint, quae mentis purgationem pariter in castimoniis et abstinentia ritu quamuis diuersissimo reponunt, dico autem Iudaeos et christianos et gentes, ex quanam istarum religionum sermo hic ueniat, non potest inueniri, qui docet nihil esse non sanctum? certe ex Iudaismo minime; itidem ex paganismo, quia ipsum quoque discriminat cibos; nec quic-

11 cf. I Tim. 4, 1 sqq.

1 ipsius que *C* usquae *L* 2 iuuenis *L*[1] 4 omni *s. l. S* oīm *b* studiosae *LM* studiosạe *G* 6 tum] tunc *S* 7 os] si ὡc grecū est||cum ọṣ *S* cum ọṣṣa *G* ós *C om. b* cibis (b *ex* u *corr.*) *SMG* 8 sed— ignorantia (*in marg. a m. 1*) *C* 9 hac (h *s. l.*) *G* doceret (t *s. l. add. m. 2*) *LG* docere *Mb* munda esse *C* 11 clamante (m *er.*) *LM* clamantem *G* 14 patauerint (i *ex* u *corr.*) *L* putauerunt *SMG* abstine*tis (n *er.*) *C* 19 relegiones *SG* religiones (is *corr. in* es) *M* mentibus *SG* 20 rituq: (q: *s. l. add. m. 2*) *SG* 21 iudeos *C* 22 inueniri] inueniri (i *ult. ex* e) *L* inueri *S* qui docet] quid hoc& *C*[1] 23 ex] et *L*[1]*G* ex (*corr. m. 2 ex* &) *S*, (*s. l. superscr.* et *er.*) *M* 24 discriminat] discrimen ad *LPSMGb* discrimin& (*utrum* & *an* a *dub;* & *siue* a *in ras.*) *C* cibos] ab cibos|| ẹịṣ (*s. l. inter* ab *et* cib. *add.* eis) *C*

quam interest, nisi quod Hebraeus in quibusdam animalibus a pagano dissentit. restat christiana fides, cuius si proprium hoc esse putas nihil existimare pollutum, prius est, ut fatearis in uobis esse neminem christianum. omnes enim apud uos, ut cetera reticeam, morticina tamen et inmolata inquinamentum existimant esse non paruum; aut si et a uobis iure christianitatis hoc agitur, ne huius quidem ergo religionis sententia est, quae omnem penitus inmundorum abstinentiam tollit. quorsum ergo a Paulo id dici potuit, quod nulli sit religioni conueniens? etenim apostolus non tam religionem exuit quam ritum mutauit, cum ex Iudaeo factus est christianus. at uero qui hoc capitulum scripsit, uidetur ille mihi nulla prorsus religione fuisse subnixus.

3. Quapropter si quid de cetero in laesionem nostrae fidei de scripturis quaerentes inueneritis, tunc demum id nobis obponere mementote, cum uobis peruideritis non esse contrarium . quemadmodum et illud, quod de Petro soletis adferre, tamquam idem uiderit aliquando de caelo demissum uas, in quo essent omnia genera animalium et serpentes atque eo adtonito et admirante uox audita sit dicens ad eum: Petre, quicquid in uase uides, macta et manduca. cui idem respondens: domine, commune, inquit, et inmundum non contingam. et iterum uox ad eum: quod ego sanctificaui, inmundum ne uocaueris. quod quidem ipsum licet et per allegoriam aliud quiddam et non indifferentiam uideatur significare ciborum, tamen, quia uobis et hoc ita intellegere placet, uescamini igitur necesse est passim

5 cf. Act. 15, 29 21 Act. 10, 13 sqq. 23 Act. 10, 11 sqq.

1 hebreus *L* 2 paganis *b* 4 neminem] nom̃ *C* 8 pœnitus (*exp. m. 2*) *L* abstinentiã (~ *a m. 2*) *L* 9 quorsum] cursum (u *exp. m. 2*) *LP*^{3} cursuum *G*^{1}*b* quorsum *M* (*in mg.* quursum pro cur sic quorsum pro quomodo et alia multa huius modi) 12 at] hoc (*m. 2 s.* o *scr.* i) *C* 13 relegione *GS*^{1} 14 cetero$_*$ (s *uid. er.*) *L* lesionem *C* nostre *C* 15 querentes *C* 18 dimissum *LCPSG* 20 ammirante *LSMG* tam mirante *b* 21 macta (cta *exp.* et *s.* nduca *scr.*) *G* 24 uocaberis *L*

belluis omnibus et echidnis et colubris ac reliquo omni genere serpentino iuxta ὅραμα Petri. hactenus enim uere dicto audientes uos esse probabitis uoci, quam fertur audisse; et tamen huius quoque memineritis semper, quia Moyses hinc et prophetae damnati sunt, qui de his, quae sanctificauerit deus iuxta uocis huius sententiam, multa putauerint esse polluta.

4. AUGUSTINUS respondit: Cum ait apostolus: omnia munda mundis, naturas ipsas intellegi uoluit, quas deus creauit, secundum illud, quod Moyses in genesi scripsit: et fecit deus omnia, et ecce bona ualde, non significationes, secundum quas deus per eundem Moysen ab inmundis munda discreuit: unde quia multa et multis locis iam diximus, nunc breuiter admonuisse suffecerit. proinde illos, qui iam tempore reuelationis noui testamenti adhuc illas umbras futurorum ita custodiendas putarent, ut sine his gentes salutem, quae in Christo est, percipere non posse contenderent, inmundos dicit apostolus, quod carnaliter saperent, et infideles, quod tempus gratiae a legis tempore non discernerent. quibus ideo dicit nihil esse mundum, quia et his, quae respuebant, et his, quae sumebant, non sancte nec iuste utebantur, sicut omnes quidem infideles, sed uos praecipue, Manichaei, quibus omnino nihil est mundum. neque enim cibus ipse, quem sumitis, quamuis eum magna diligentia quasi a carnis contagione separetis, mundus est uobis, quem creatum nisi a diabolo non dicitis. in illo etiam deum uestrum ligatum atque pollutum uos edendo purgare perhibetis. uos saltem

8 Tit. 1, 15 10 Gen. 1, 31 13 cf. Leu. 11

1 beluis *CL*, (b *ex* u *m. 2*) *M* echinnis *LPG* echi*nis *S* echinis *Cb* echiṇnis *M* 2 ὅραμα *scripsi*: oroma *LCPMGb* oroma (*s. l.* uisionē somnii) *S* actenus *CML*¹ uero *SG* 3 audientes] obaudientes *G*²*S* 5 qui] quia *SMG*² 8 *cap.* LXI *LPSMG* Agustinus *L* 12 immundis *L*² 14 ammonuisse *LSGM*¹ sufficerit *L*¹ 17 immundos *L*² 19 alegis *C* 21 sanc̄*ē (a *er.*) *S* sc̄ą̄ē (*exp. m. 2*) *LG* sc̄ae *Mb* iustę *S*, (*er.*) *G* 22 praecipuae *L* praecipuę *G* manichei *LC* 24 carnis (i *s.* a *m. 1*) *L* ą contagione *G* 25 seperetis *C*¹ 27 saltim *LSG*

uobis mundi uideremini, quorum uentribus meretur ille purgari. sed et uestra corpora naturam et opificium gentis tenebrarum esse contenditis, animas autem uestras ipsis adhuc corporibus inquinatas. quid ergo uobis est mundum? non quae sumitis, non quo mittitis ea, quae sumitis, non uos ipsi, qui sumpta purgatis. uidetis ergo, propter quos tunc istam sententiam dixit apostolus; talem tamen dixit, quae omnes infideles et inmundos teneret, sed uos praecipue maximeque conuinceret. omnia ergo munda mundis secundum naturam, in qua creata sunt, non tamen omnia secundum significationem munda primo populo Iudaeorum; nec nobis omnia uel propter salutem corporis uel propter consuetudinem humanae societatis apta sunt; sed cum sua cuique redduntur et naturalem ordinem seruant, omnia munda sunt mundis; inmundis autem et infidelibus, quales praecipue uos estis, nihil est mundum. cetera iam uerba apostoli, quae secuntur, uos ipsi uobis salubriter diceretis, si cauteriatam uestram conscientiam sanari uelitis. sequitur enim: sed polluta sunt eorum et mens et conscientia.

LIBER ALTER ET TRICESIMUS.

1. FAUSTUS dixit: Si accipis euangelium, credere omnia debes, quae in eodem scripta sunt. quid enim tu, quia uetus accipis testamentum, idcircone credis omnia passim, quae in eodem scripta sunt? nempe solas indidem excerpentes prophetias, quae regem Iudaeis uenturum significabant, quia ipsum putatis esse Iesum, et pauca quaedam disciplinae

2 opificum *M* generis *SGM*^{1}*b* 5 ea quae sumitis *om. SG* 6 sumpta (p *s. l. m. 2 add.*) *M* uideris *LCPSMG* 8 immundos *L*^{2} praecipuae *S* praecipuę *MG* p̄cipuę *C* 13 reddentur *L*^{1} 14 mundis munda sunt *b* 15 immundis *L*^{2} 17 sequuntur *SMG* si,c auteriatam *C* 18 uelletis *C* ueletis *L*^{1}

21 *cap.* LXII *LPSMG* 23 creditis *CSMG* crediṭis (ti *exp. m. 2*) *L* que *C* 24 indide// (m *er. et* di *exp. m. 2*) *L* indidem *CSM*^{1}*G* ibidem *M*^{2}*b* (in *mg.* indidē) excerpens *GLCPS*^{1}*M*^{1}*b* excerpitis *M*^{2} 26 putetis *LCb*

ciuilis praecepta communia, ut est: non occides, non moechaberis, cetera praetermittitis et arbitramini esse non minus atque eadem, quae Paulus putauit stercora. quid ergo peregrinum hoc aut quid mirum est, si et ego de testamento nouo purissima quaeque legens et meae saluti conuenientia ea praetermitto, quae a uestris maioribus inducta fallaciter et maiestatem ipsius et gratiam docolorant?

2. An si patris testamentum habet aliqua, in quibus parum debeat audiri — patris enim esse uultis Iudaicam legem, cuius nouimus quam multa uobis horrorem, quam multa pudorem faciant, ut quantum ad animum iamdudum ipsi iudicaueritis eam non esse sinceram, quamuis partim pater ipse, ut creditis, digito suo eam uobis, partim Moyses scripserit, fidelis et integer — solius filii putatis testamentum non potuisse corrumpi, solum non habere aliquid, quod in se debeat inprobari? praesertim quod nec ab ipso scriptum constat nec ab eius apostolis, sed longo post tempore a quibusdam incerti nominis uiris, qui, ne sibi non haberetur fides scribentibus, quae nescirent, partim apostolorum nomina, partim eorum, qui apostolos secuti uiderentur , scriptorum suorum frontibus indiderunt adseuerantes secundum eos se scripsisse, quae scripserint. quo magis mihi uidentur iniuria graui adfecisse discipulos Christi, quia quae dissona idem et repugnantia sibi scriberent, ea referrent ad ipsos et secundum eos haec scribere se profiterentur euangelia, quae tantis sint referta erroribus, tantis contrarietatibus narrationum simul ac sententiarum, ut nec sibi prorsus nec inter se ipsa conueniant. quid ergo aliud est calumniari bonos et Christi disci-

1 Ex. 20, 13 sq. 3 cf. Phil. 3, 8

1 cibilis $L^1P^1M^1$ docibilis *SG* moecaberis *LC* mechaberis *SG* 3 atque (*m.* 2 que *exp. et* quã *supersc.*) *M* , æadem *S* quae *om. LC* 5 quę que *C* 6 auestris *C* 8 parum] parat *b* 9 iudaicam (*corr. m. 1 ex* iudeicam) *C* 10 ṇọụi| nouimus *C* 21 scribsisse *L* 22 scripserint (i *ex* u *corr.*) *S* affecisse (*pr.* f *retract. m. 2*) *L* affecisse (af *ex* ad *corr. m. 1*) *C* 24 referent G^1LS^1 referant *Pb* 25 euangeliça (c *exp. m. 2*) *C* 26 contrarietabus *SG* 28 quam calumniari *SGMb*

pulorum concordem coetum in crimen deuocare discordiae? quae quia nos legentes animaduertimus cordis obtutu sanissimo, aequissimum iudicauimus utilibus acceptis ex isdem, id est his, quae et fidem nostram aedificent et Christi domini atque eius patris omnipotentis dei propagent gloriam, cetera repudiare, quae nec ipsorum maiestati nec fidei nostrae conueniant.

3. Proinde nec uos, ut dicere coeperam, de testamento uetere circumcisionem creditis accipiendam carnaliter, quamuis ita sit scriptum, neque sub otio ac uacatione colendum sabbatum, quamuis ita legatur, sed nec sacrificiis, ut Moysi uidetur, et inmolationibus placandum deum; sed haec quidem ut aliena prorsus et procul a ritu christiano posita ac nulla ex parte probabilia contempsistis. quaedam uero eorum etiam diuisistis in duo, et partem quidem amplectimini, partem uero respuitis, ut pascha, quod est et ipsum testamenti ueteris anniuersale sacrum: cuius in celebratione cum sit scriptum uobis non solum agnum mactare edendum sub nocte, sed etiam diebus septem abstinere fermento et esse contentos azymo cum picridiis, uos pascha quidem adsumitis, praetermittitis uero ritum illum ac morem, quo cautum est idem debere seruari. item septem dierum hebdomadas, ist est pentecosten, quam perinde Moyses certo quodam sacrificiorum et genere et numero inbuendam censet, uos aeque colitis, sed damnata parte eius, id est litationibus ipsis et sacrificiis, quia haec cum christiana fide non congruunt. de mandato

8 cf. Gen. 17, 9 sqq. 10 cf. Ex. 31, 13 11 cf. Leu. 1 20 cf Ex. 12 23 cf. Leu. 23

1 de uocare *C* discordie *C* 2 obtutu (*uirg. er.*) sanissimũ *S* obtutum sanissimum P^1LMG 3 isdem L^1M^1 4 que *C* et] ad G^1 6 maiestatis *C* fidei *C* 9 ueteri *b* 10 bacatione M^1 11 sed *om. b* 13 aritu *C* 14 exparte *C* contemsistis L^1 15 partem L^1 partim *CPMb* quidem *om. SG* 19 se*ptem *C* 20 azimo *CSG*L^2 azomo L^1M azyma *b* piccridiis *S* 21 illuc *C* 22 ebdomadas *CSG* 23 proinde *b* 24 aequae (*exp. m. 1*) *L* 26 christianis L^1*CPMGb* christianitatis (tati *s. l.*) *S*

uero abstinendi a cibis communibus uisum uobis est et uehementer creditum morticina quidem et inmolata esse sane inmunda; de porcina uero idem credere noluistis nec de lepore aut herinacio neque de mullis et lolliginibus ceterisque quae uobis adsapuere generibus piscium, quamuis eadem Moyses omnia inmunda esse testetur.

4. Illa uero iam ne audire quidem uos uelle credo ex testamento uetere, nedum admittere, id est soceros dormire cum nuribus tamquam Iudas; patres cum filiabus tamquam Loth; prophetas cum fornicibus tamquam Osee; maritos uxorum suarum noctes amatoribus uendere tamquam Abraham; duabus germanis sororibus unum misceri maritum tamquam Iacob; rectores populi et quos maxime entheos credas, millenis et centenis uolutari cum scortis tamquam Dauid et Salomon; aut illud item, quod lege uxoria cautum in deuteronomio est, debere uxorem defuncti fratris, si idem sine filiis obierit, superstiti fratri nubere et eandem subolem ex eadem in locum suscitare fratris: quod facere si noluerit uir, debere mulierculam apud maiores natu deponere de hac inpietate cognati sui querelam, ut idem accersitum eum censoria grauitate coherceant; qui si pernegauerit, et apud eos non ferat inpune, sed exalciatus dextri pedis calciamento a praedicta muliere caedatur in faciem et consputus ac maledictus recedat habi-

2 cf. Act. 15, 29 5 cf. Leu. 11 23 cf. Deut. 25, 5 sqq.

2 mortitina *C* 3 porcína *C* 4 erinacio *L* erinatio *C* mollis *b* ceterisq:uae,q̃ (*sic. corr. m. 2*) *L* 5 hassapuére *C* 8 ueteri *b* ammittere *LGS*^{1}*M*^{1} 10 oseae *G* maritus *L*^{1}*GM* maritos (o *ex* u *corr.*) *P*^{1}*SG* 11 uxorem *P*^{1}*SG* amatoribus] a maioribus *b* 12 germani *C* misceri (i *fin. s.* e *a m. 1*) *L* 13 enteos *LCS*^{1}*G* entẽos *M* 14 uolutare *PSMGCb* schortis *LSG* 15 inde utero nomio *C* 16 fris sine filiis (*in ras.: in mg.* sine idem) *S*, (sine idem *s. l.*) *G* 17 eaudem (*s.* a u *a m. 1*) *L* subolem (o *in* u *corr. m. 1*) *C* sobolem *Lb*, (*pr.* o *in ras.*) *M* 18 suscitari *S* mulier culam *C* 20 quaerelam *L* arcessitum *C* accessitũ (*M add. m. 2*) *L*^{1}*Mb* 21 coerceant *SMG* apud] çapud (*exp. m. 3*) *P* apud eos nõ fecerit nõ impune *sqq. b* 22 excalciatus *S*^{1} predicta *C* 23 cedatur *LPM* concedatur *GS*^{1} conspuatus *SG* conspuatus *P* conspu*tus (a *er.*) *M*

turus hoc obprobrium sempiternum in progeniem suam. haec igitur atque alia huiusmodi sunt testamenti ueteris et exempla et iura: quae si bona sunt, cur non imitamini? si mala, cur non damnatis auctorem, id est testamentum ipsum uetus? aut si falsa haec ei, tamquam nos de nouo credimus, etiam uos putatis inserta, pares ergo sumus. desinite iam proinde id a nobis exigere in testamento nouo, quod uos non seruatis in uetere.

5. Equidem ego quantum arbitror, quatenus id iam persuasum esse uoluistis, ut sit ex deo etiam testamentum uetus, commodius satis atque excusatius uobis est non seruantibus eius mandata, si fateamini incongruis esse adiectionibus uitiatum, quam si inuiolatum idem spernatis et incorruptum. proinde hanc de uobis ego sententiam habui semper et habeo, quotiens quaeritur, cur praeuaricemini testamenti ueteris iussa, quod enim aut ut sapientes contemnitis falsa aut ut contumaces et indeuoti neglegitis uera. interim quia me ad credenda omnia, quae noui testamenti monumentis inserta sunt, cogis, si ipsum accipiam, scias et te, quantum ad animum, multa non credere. quae in uetere sint testamento, quamuis ipsum te profitearis accipere. neque enim et illud in confessis ex eodem habes et credibilibus esse maledictum omnem, qui pependerit in ligno, quia id utique pertineat et ad Iesum, aut eum quoque in maledictis haberi, qui non suscitauerit semen in Israhel, quia id uirgines quoque omnes conprehendat et pueros dei; aut funditus interiturum eum de genere suo,

23 cf. Deut. 21, 23 26 cf. Gen. 17, 14

1 progenie* sua* (*utrimque* m *er.*) *Ḿ* 3 que *C* quur (*bis*) *L* 5 fal*sa (i *er.*) *C* de nouo] denuo *LPSMG* 7 seruetis *LCPSMG* 8 ueteri *b* 9 ergo *S* 11 cummodius L^1 15 quoties *G* quę ritur *C* quur *L* 16 contempnitis *LS* 17 inde uoti *C* uera, (m *er.*) *C* me ad credenda] mea deridenda *GS* 18 monimentis *b* 20 uetere C^1 quan uis *C* 22 credibilius (iu i*n ras.*) *SG* omnē (~ *a m. 2*) *L* quippe penderit *CS* quippependerit P^3 23 pertineat—quoque *om. C* (*in mg. m. rec. add. sunt haec:* quia id utique pertineat ad iesum aut; *seqq. tria uocab. euan.*) 25 conp̄hendat *CSG* 26 interiturum *C*

qui non fuerit carnem praeputii circumcisus, quia hoc quoque ad omnem pertineat christianum; aut lapidibus extinguendum eum, qui soluerit sabbatum; aut non parcendum ei, qui unum quodlibet testamenti ueteris mandatum inruperit: quae omnia tu si credas firmumque habeas, quia sint eadem a deo mandata, mihi crede, manus prior iniecisses in Christum nec nunc irascerere Iudaeis, qui hunc animis ac uiribus persecuti dei sui mandata complerint.

6. Equidem haud ignoro, quin uos haec non audeatis dicere falsa, sed quia sint eadem pro tempore tunc mandata Iudaeis usque ad aduentum scilicet Iesu. qui quoniam uenerit ab eodem praenuntiatus, ut uultis, uetere testamento ipse iam doceat, quid accipiendum nobis ex eodem sit et quid relinquendum. sed an prophetae Iesum praesagauerint, postea uidebimus interim ad haec me nunc respondere oportet, quia, si Iesus per testamentum uetus adnuntiatus nunc diiudicat et carminat docetque pauca eius accipienda esse, repudianda uero quam plurima, et nobis paracletus ex nouo testamento promissus perinde docet, quid accipere ex eodem debeamus et quid repudiare. de quo ultro Iesus cum eum promitteret, dicit in euangelio: ipse uos inducet in omnem ueritatem et ipse uobis adnuntiabit omnia et commemorabit uos. quapropter liceat tantundem et nobis in testamento nouo per paracletum, quantum uobis in uetere licere ostenditis per Iesum, nisi forte pluris uobis testamentum

2 cf. Num. 15, 35 21 Ioh. 16, 15

1 qui (i *ex* o) *S* carne (*uirg. er.*) *S* carne* (m *er.*) *L* 2 lapitibus *C* 3 non *om. SG* 4 inruperit M^1 5 si tu *SMG* 6 prior** *C* 7 irascereris *Pb* irascere *C* 9 audiatis L^1MG audeatis (i *in* e *corr. m. 2*) *LS* 10 sunt *b* temporæ *S* 11 iudeis *S* ad *om. LSG*, (*s. l. add.*) *M* ihū *LC* 12 ipsi L^1 14 praesagiuerint *M* p̃sagauerint (ga *ex* go *uid.* corr.) *C*, (a *g seq. in ras.*) *G* presagauerint *P* 15 hec *C* 17 terminat *b* 18 paraclitus *S* paraclytus *LCMG* 19 quid (i *ex* o *corr. m. 1*) *C* 21 promitterent (n *exp. m. 2*) *S* promitterent *G* 22 annuntiabit (b *ex* u *corr. m.* 2) *LM* commemorauit L^1 24 paracl&um L^1 paraclytum *LC* paraclitum *G* uetero *SG* uetere M^1 ueteri *b*

uidetur filii esse quam patris, si modo patris est, ut, cum ex illo reprobentur tam multa, huius solius nihil non debeat adprobari, praesertim quod uec a Christo scriptum constat, ut diximus, nec ab eius apostolis.

7. Quapropter, ut uos ex uetere testamento solas admittitis prophetias et illa, quae superius diximus, ciuilia atque ad disciplinam uitae communis pertinentia praecepta, supersedistis uero peritomen et sacrificia et sabbatum et obseruationem eius et azyma, quid ab re est, si et nos de testamento nouo sola accipientes ea, quae in honorem et laudem filii maiestatis uel ab ipso dicta conperimus uel ab eius apostolis, sed iam perfectis ac fidelibus dissimulauimus cetera, quae aut simpliciter tunc ut ignoranter a rudibus dicta aut oblique et maligne ab inimicis obiecta aut inprudenter ab scriptoribus adfirmata sunt et posteris tradita? dico autem hoc ipsum natum ex femina turpiter, circumcisum Iudaice sacrificasse gentiliter, baptizatum humiliter, circumductum a diabolo per deserta et ab eo temptatum quam miserrime. his igitur exceptis et si quid ei ab scriptoribus ex testamento uetere falsa sub testificatione iniectum est, credimus cetera, praeterea crucis eius mysticam fixionem, qua nostrae animae passionis monstrantur uulnera, tum praecepta salutaria eius, tum parabolas cunctumque sermonem deificum, qui maxime duarum praeferens naturarum discretionem ipsius esse non uenit in dubium. nihil ergo est iam, cur me omnia credere existimes debere, quae continent euangelia, cum tu, ut supra ostensum est, testamenti ueteris supremum liquorem uix summis, ut aiunt, labris adtingas.

2 approbari S^1 approbari (*pr.* p *s. l.*) *P* 3 scriptum *om. SG* 5 uetere M^1 ammittitis *GLSM*^{1} ammittas (?) *P* 6 cibilia L^1P^1M docibilia *SG* 8 obseruationes *C* 9 azima *LCSG* 12 dissimulauimus (b *in* u *m. 2 corr.*) *SM* dissimulabimus *G* 13 obliquae *L* 14 (et 19) ab] a *b* 20 preterea *LC* propterea *b* 21 misticam *GS* mystica *b* fixionem (i *ante* o *s. l.*) *S* fixione *b* qua (~ *sup.* a *er.*) *C* passiones (i *in* e *corr. m. 2*) *L* 22 uulneratum *Cb* tunc (*ante* par.) *LSG* 23 duarum/// *C* 25 quur *LC* 27 suppremum (p *exp. m. 2*) *L* liquorū *C* sumis *b*

8. AUGUSTINUS respondit: Nos ueteris testamenti scripturas omnes, ut dignum est, ueras diuinasque laudamus, uos scripturas noui testamenti tamquam falsatas corruptasque pulsatis. nos ea, quae nunc de libris testamenti ueteris non obseruamus, congruenter tamen illo tempore atque illi populo fuisse praecepta nobisque in eis ipsis, quae non obseruamus, significata, quae intellegamus et spiritaliter teneamus, non solum dicimus, sed in apostolicis quoque litteris ostendimus et docemus; uos autem omnia, quae in libris noui testamenti non accipitis, omnino reprehenditis nec a Christo nec ab apostolis eius dicta uel conscripta adseueratis. uidetis ergo, quantum inter nos et uos, quod ad hanc rem adtinet, distet. cum itaque a uobis quaeritur, quare non omnia in libris noui testamenti accipitis, sed et in eis libris, in quibus adprobatis aliqua, multa respuitis, reprehenditis, accusatis, a corruptoribus inserta esse contenditis, nolite in exemplum adsumere distinctionem fidei uel obseruationis nostrae, sed rationem reddite praesumptionis uestrae.

9. A nobis enim si quaeratur, cur non eo ritu colamus deum, quo coluerunt Hebraei patres tempore ueteris testamenti, respondemus aliud nobis deum praecepisse per patres noui testamenti neque hoc contra uetus testamentum, cum et in illo id sit ante praedictum. sic enim hoc ipsum praenuntiatum est per prophetam: ecce dies ueniunt, dicit dominus, et consummabo super domum Israhel et super domum Iuda testamentum nouum, non secundum testamentum, quod feci patribus eorum in die, qua adpre-

24 Hier. 31, 31 sq.

1 *cap.* LXIII *LSGPM* Agustinus *L* testamenti (ti *infra syll.* men *scr. m. 2*) *M* 2 diuinas que *C* 3 pulsatis (in *tex. et iter. in mg. a m. rec.*) *C* 6 nosque *C* q: ñ *M* obseruamusq' (q' *s. l. a m. rec.*) *C* 10 (et 15) rep̄henditis *CSG* 13 in libris *om. SG* 14 et *om. C* 15 respuistis *LSMG* 18 presumptionis *C* 19 quur *L* eo (*s. l. a m. 1*) *C* 20 hebrei *C* hebrei *S* *post* patres *ras. 2 litt. C* 23 ante sit prędictum *b* 24 proprophetam *S* 27 adprehendi *L*^{1} adp̄hendi *S*

hendi manum eorum, ut eicerem eos de terra Aegypti. ecce quia et hoc prophetatum est, non perseueraturum illud testamentum, sed futurum nouum. hic si obiectum fuerit non nos pertinere ad domum Israhel et domum Iuda, ex doctrina apostolica nos defendimus, quia semen Abrahae Christum esse docet apostolus nobisque ad corpus eius pertinentibus dicit: ergo Abrahae semen estis. porro si quaesitum a nobis fuerit, cur illius testamenti auctoritatem teneamus, cuius ritum non obseruamus, et ad hoc ex litteris apostolicis respondemus. ait enim apostolus: nemo ergo uos iudicet in cibo et potu aut in parte diei festi aut neomeniae aut sabbatorum, quod est umbra futurorum. ita quippe et cur ea legi atque accipi oporteat, ostendit, id est ne prophetiam extinguamus, quia in umbra facta sunt futurorum, et curare nos non debere eos, qui nos hinc iudicare uoluerint, quod corporaliter iam non obseruemus, sicut alibi tale quiddam dixit: haec in figura contingebant illis; scripta sunt autem propter correptionem nostram, in quos finis saeculorum obuenit. cum ergo tale aliquid legitur in instrumento ueteris testamenti, quale a nobis obseruar uel iussum non est in nouo testamento uel etiam prohibitum, quid significet quaerendum est, non reprehendendum, quia eo ipso, quo iam non obseruatur, non damnatum, sed inpletum probatur. unde multa et saepe iam diximus.

10. Uelut hoc ipsum, quod modo non intellegens Faustus mandatis ueteris testamenti pro crimine obiecit, quod uxorem

7 Gal. 3, 29 10 Col. 2, 16 sq. 17 I Cor. 10, 11 25 cf. Deut. 25, 5 sqq.

1 earum L^1 eicer& L^1M^1 8 (et 13) quur L 11 die L neom*eniae (*er.* a) S neomeniae (e *pr. s. l. add. et* o *ex* u *corr. m. 2*) LM 13 accipi* (o *er.*) C ēst (st *s. l. m. 2 add.*) L 16 quid dam C 18 autem *om.* SG 19 finis (es *in* is *corr.*) S 20 in (*s. l. a m. 2*) LM 22 reꝑhendendum (re *et* den *s. l.*) S reꝑhendendum (den *s. l. a m. 2*) G 23 dam*natum C damnatur (natur *superscr. m. 2*) SG 24 Unde *inc. cap.* 10 *in b* 25 ipsūḍ (d *exp.* et ~ *add. m. 2*) L ipsud M 26 in mandatis C

fratris ad hoc frater iussus est ducere, ut non sibi, sed illi sobolem suscitaret eiusque uocaret nomine, quod inde nasceretur, quid aliud in figura praemonstrat, nisi quia unusquisque euangelii praedicator ita debet in ecclesia laborare, ut defuncto fratri, hoc est Christo, suscitet semen, qui pro nobis mortuus est, et quod suscitatum fuerit, eius nomen accipiat? denique hoc inplens apostolus non iam carnaliter in praemissa significatione, sed spiritaliter in conpleta ueritate, quos in Christo Iesu per euangelium se commemorat genuisse, suscenset eis et eos increpans corrigit uolentes esse Pauli: numquid Paulus, inquit, pro uobis crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizati estis? tamquam diceret: „defuncto fratri uos genui; christiani uocamini, non Pauliani.“ at uero qui electus ab ecclesia ministerium euangelizandi rennuerit, ab ipsa ecclesia merito digneque contemnitur. hoc est enim, quod in eius faciem iubetur expuere, non sane sine signo huius obprobrii, ut calciamento pedis unius exuatur, ne sit in eorum sorte, quibus ipse apostolus ait: et calciati pedes in praeparatione euangelii pacis, et de quibus commemorat propheta: quam speciosi pedes eorum, qui adnuntiant pacem, qui adnuntiant bona. qui enim sic euangelicam fidem tenet, ut et sibi prosit et ecclesiae prodesse non rennuat, bene intellegitur utroque pede calciatus. qui autem sibi putat, quia credidit, satis esse consultum, curam

7 cf. I Cor. 4, 15 10 I Cor. 2, 13, 18 Ephes. 6, 15 20 Es. 52, 7

1 frater iussus est ducere] fateri ausus (a *s. l.*) est dūcere (ducere *G*) *SG* non (*s. l. a m. 2*) *LPSG* 2 subolem *C* sobolem S^1 inde] indiem L^1 indidem *SGC* inde*** (*ex* indidem *corr.*) *M* indidem (*in mg.* al. ibidem) *b* 3 unus quisque *C* 4 debent *SG* 9 genuisse (*s.-l. a m. 2*) *SG*, *om. M* genuisse commemorat *CSG* suscenset L^1C^1 sucsenset SM^2Gb 10 pauli,num Quid *S* paulinum Quid GL^1 pauli*ni* Quid (*ex* paulinum) *M* pauli numquid (*corr. uid. ex* paulus inquit quid; *7—8 litt. in ras.*) *P* 14 reṇnuerit (*exp. m. 2*) *LSG* renuerit *C* 16 facie *CSMG* 19 praeparationem *LCb* (*uirg. er.*) *P* 22 sibi] ipsi *GSb* et *om. GS* 23 reṇnuat (*exp. m. 2*) *L* renuat *C* 24 creditis *b*

uero lucrandorum refugit aliorum, decalciati illius non figuratum significabit, sed in se inpletum portabit obprobrium.

11. Quid? quod et pascha a nobis obicit celebrari nec quod ita ut Iudaei celebramus insultat. cum ouem magis nos habeamus in re praesentis euangelii, non in umbra futuri, eiusque occisionem cum cotidie tum maxime anniuersaria sollemnitate non uenturam praesignemus, sed factam commemoremus, ideo sane dies paschae sollemnitatis nostrae ad diem celebrationis umbraticae Iudaeorum non occurrit, ut et dominicum diem, quo Christus resurrexit, conplecteremur. azyma uero qui rectae fidei christiani sunt, non in fermento ueteris uitae, hoc est malitiae, sed in ipsius fidei ueritate et sinceritate custodiunt, non septem diebus, sed omni die: quod significatum est numero dierum sèptenario, quo cotidie omnis uoluitur dies. quod etsi aliquantum laboriosum est in hoc saeculo, quoniam angusta et arta uia est, quae ducit ad uitam, merces tamen certa seruatur. nam ipse labor significatus est illis picridiis, quod aliquantulum subamara sint.

12. Pentecosten etiam, id est a passione et resurrectione domini quinquagesimum diem, quo nobis sanctum spiritum paracletum, quem promiserat, misit. quod futurum etiam per Iudaeorum pascha significatum est, cum quinquagesimo die post celebrationem ouis occisae Moyses digito dei scriptam

11 cf. I Cor. 5, 8 15 cf. Matth. 7, 13 19 cf. Act. 2, 1 sqq. 22 cf. Ex. 19—31

1 decalciati *LM*: discalciati *SG* calceati *C* 2 significauit *LPMG* significabit (u *corr. in* b *m.* 2) *S* portauit *LM* 3 quid] qui *b* cęlebrari *C* nec] ne *SG* 5 presentis *C* ñon (~ *add. m.* 2) *L* iṇ in *C* 6 cottidie *L*¹*GCS* qvottidie (c *in* q *corr. et* v *superscr. m.* 2) *L* 9 umbraciae *L*¹*S*, (*in mg.* ūbraticę) *G* umbraticae (c *in* t *corr. et* c *s. l. add. m.* 2) *L* umbraticae (t *s. l.*) *P* umbratici (ti *s. l. in mg. signo r adscr.*) *M* 11 azima *L*¹*CSG* recte *LS* rectae (c *s. l.*) *C* christiani (ne *in* ni) *S* 13 VII *S* 14 cottidie *LSG* 17 mercis *L*¹ 18 pygridiis *CSG*, (i. e. lactucę agreibes (i *s. l.*) *in mg.*) *M* 20 quinquagensimum *LP*¹ quinquagęnsimum *P*² *post* diem *add.* celebramus *ed. Maur.* spm scm *C* 21 paraclitum *L* paraclytum *CSG* 22 quinquagensimo *L* 23 cęlebrationem *C*

legem accepit in monte. legite euangelium et aduertite ibi spiritum sanctum appellatum digitum dei. eà quippe anniuersarie in ecclesia celebrantur, quae insigniter excellentia certis diebus facta sunt, ut eorum necessariam salubremque memoriam festiuitas concelebrata custodiat. si uultis ergo nosse, quare celebramus pascha, ‚quia tunc pro nobis inmolatus est Christus'. si uultis nosse, quare non illud ritu Iudaico celebremus ‚quia illa erat uenturi ueri praefiguratio, haec completi commemoratio'. futurum autem et praeteritum nec ipsis uerbis nostris eodem modo enuntiatur; unde iam satis in hoc opere locuti sumus.

13. Si autem et hoc quaeritis, cur ex omnibus cibis, a quibus in umbra futurorum populus est ille prohibitus, nos morticino et inmolaticio non uescimur, et hoc audite et calumniis uanitatis uerum aliquando praeponite. cur enim non expediat inmolaticio uesci christiano, apostolus dicit: nolo uos, inquit, socios fieri daemoniorum. neque enim ipsam inmolationem reprehendit, quam faciebant patres praefigurantes sanguinem sacrificii, quo nos Christus redemit, sed quae inmolant gentes, daemoniis, inquit, inmolant et non deo. deinde adiecit, quod dixi: nolo uos socios fieri daemoniorum. nam si natura ipsa inmolaticiae carnis esset inmunda, utique et nescientem contaminaret. neque enim eo minus ipsa esset, quo minus ab sciente acciperetur, sed propter conscientiam, ne daemonibus communicasse uideatur. morticinum autem puto quod ad escam usus hominum non admisit, eo quod non occisorum, sed mortuorum animalium morbida caro est nec apta ad salutem corporis, cuius causa suminus alimentum.

1 cf. Luc. 11, 20 16 I Cor. 10, 20

2 anniuersariae *L*, (ę) *C* 6 ymmolatus *S* 7 illud (τ *in* d *corr.*) *S* 8 prefiguratio *C* 10 eodem (dem *s. l. a m.* 2) *S* eo *LMGb* 12 quur *L* cibis (u *in* b *a m.* 2) *S* ciuis *G* 14 & *L* immolaticio (ci *s. l. a m. 1*) *L* ymmolaticio *S* 15 praeponitąe *S* praeponitae *G* quur *LC* 16 ait *b* 17 demoniorum *S* 18 rẽphendit *C* 20 demoniis *C* 21 demoniorum *C* 22 immolaticie *C* 23 utiq' et (q' *s. l.*) *S* enim *om. C* 25 daemoniis *L* 27 ne c,apta *C*

nam quod de effundendo sanguine antiquis in figura praeceptum est, id est ipsi Noe post diluuium — quod iam quid significaret ostendimus — plerique intellegunt. et in actibus apostolorum hoc legi praeceptum ab apostolis, ut abstinerent gentes tantum a fornicatione et ab inmolatis et a sanguine, id est ne quicquam ederent carnis, cuius sanguis non esset effusus. quod alii non sic intellegunt, sed a sanguine praeceptum esse abstinendum, ne quis homicidio se contaminet. hoc nunc discutere longum est et non necessarium, quia et si hoc tunc apostoli praeceperunt, ut animalium sanguine abstinerent christiani, ne praefocatis carnibus uescerentur, elegisse mihi uidentur pro tempore rem facilem et nequaquam obseruantibus onerosam, in qua cum Israhelitis etiam gentes propter angularem illum lapidem duos in se condentem aliquid communiter obseruarent, simul et admonerent in ipsa arca Noe, quando deus hoc iussit, ecclesiam omnium gentium fuisse figuratam, cuius facti prophetia iam gentibus ad fidem accedentibus incipiebat inpleri. transacto uero illo tempore, quo illi duo parietes, unus ex circumcisione, alter ex praeputio uenientes, quamuis in angulari lapide concordarent, tamen suis quibusdam proprietatibus distinctius eminebant. at ubi ecclesia gentium talis effecta est, ut in ea nullus Israhelita carnalis adpareat, quis iam hoc christianus obseruat, ut turdos uel minutiores auiculas non adtingat, nisi quarum sanguis effusus est, aut leporem non edat, si manu a ceruice per-

1 cf. Gen. 9, 6 3 cf. Act. 15, 29 13 cf. Ephes. 2, 11 sqq.

2 id ēst (st *add. m.* 2) *L* 4 lege *b* apostolos *C* 5 ab *om. b* a *om. Lb* 6 ēst (st *add. m.* 2) *L* nequaquā *b* carnes M^1 sanguis (i *s. l. a m.* 2) *C* sanguinis $L^1P^1M^1SG$ 7 affusus L^1 effusus *M* 8 cōtaminet *C* 9 discutere (e *ante* r *in lit.*) *C* longon C^1 10 ab animalium *Mb* abstinerent (nt *s. l. a m.* 2) *LPSM* abstinere *G* 11 elegis se,mihi *C* 13 honerosam L^2SM honerosam L^1G 15 arca (r *in ras.*) *L* 17 fidem] finem *C* 18 inquipiebat GP^1S^1 19 proputio *SG* 20 quā*uis (s *er. et* ~ *add. m.* 2) *L* (m *er.*) *M* quas-uis *G* quamuis (m *ex* s *in ras.*) *PS* 21 distinctius (i *exp. et* u *superscr.*) *C* 22 hisrahelita *C* 23 obseruat (r *s. l. a m.* 2) *C*

cussus nullo cruento uulnere occisus est? et qui forte pauci adhuc tangere ista formidant, a ceteris inridentur. ita omnium animos in hac re tenuit illa sententia ueritatis: non quod intrat in os uestrum, uos coinquinat, sed quod exit, nullam cibi naturam, quam societas admittit humana, sed quae iniquitas committit peccata condemnans.

14. Iam uero de antiquorum factis et quae stultis atque ineruditis uidentur peccata, dum non sunt, et quae uere peccata sunt, quam ob causam conscripta sunt, seruata magisque commendata scripturae ipsius ueneratione sufficienti iam sermone monstrauimus; necnon de maledicto eius, qui pendet in ligno, et eius, qui non suscitauerit semen in Israhel, iam primum suo loco respondimus, cum haec ante dilueremus obiecta. et prorsus omnia, siue de quibus singillatim iam anterioribus huius operis partibus disseruimus, siue quae in isto, cui respondemus, sermone suo Faustus similia posuit, una firmissima ueritatis ratione defendimus, quam de sanctarum scripturarum auctoritate percepimus. quaecumque scripta sunt in illis libris ueteris testamenti, omnia uerissime atque utilissime pro aeterna uita scripta esse laudamus, accipimus, adprobamus; sed quae in his mandata corporali operatione non obseruamus, et rectissime tunc mandata intellegimus et umbram futurorum esse didicimus et nunc iam inpleri cognoscimus. ac per hoc quisquis illa tunc etiam opera, quae ad significandum agi iubebantur, non obseruabat, poenas diuinitus constitutas rectissimo iudicio persoluebat, sicut nunc si quis sacramenta noui testamenti pro temporis ratione distincta

3 Matth. 15, 11 13 cf. lib. XXII.

1 adhuc pauci *C* 2 aceteris *C* cęteris (*a m.* 2) *L* 3 re tenuit] retinuit *b* 5 nullam (a *ex* u) *C* ammittit L^1SG 6 conmittit *S* 7 quę et *b* 8 non sint *C* peccata (ta *s. l.*) *C* 9 *alt.* sint *C* 10 sufficientiiam (i *ante* a *s. l. a m. 1*) *L* 18 auctoritate* (m *er.*) *M* percepimus (ci *in* ce *corr. m.* 2) *LM* percipimus SL^1M^1 21 atq : probamus *C* 23 umbra *MG* nunc (c *in ras.*) *C* 24 opere *LM* quod LPS^1G 27 distincta* *C*

fuerit ausus sacrilega temeritate uiolare. quemadmodum enim tunc iusti uiri, qui pro illis sacramentis nec mortem recusauerunt, iure laudantur, ita nunc pro istis martyres sancti. et sicut aeger non debet reprehendere medicinalem doctrinam, si aliud illi hodie praeceperit, aliud cras prohibens etiam quod ante praeceperat — sic enim se habebat sanandi eius corporis ratio — ita genus humanum ab Adam usque in finem saeculi quamdiu corpus, quod corrumpitur, adgrauat animam, aegrum atque saucium non debet diuinam reprehendere medicinam, si in quibusdam hoc idem, in quibusdam uero aliud prius, aliud posterius obseruandum esse praecepit, praesertim quia se aliud praecepturam esse promisit.

15. Nulla ergo conparatio est, quam Faustus obtendit, ita uobis paracletum ex nouo testamento, quod credatis, elegisse, et quod respuatis, demonstrauisse, cum ipse nouo testamento fuerit prophetatus, sicut nobis Christus fecit ex uetere, quo similiter prophetatus est. hoc enim aliqua uerisimili ratione diceretur, si esset aliquid in ueteris testamenti libris, quod nos diceremus non recte dictum, non diuinitus iussum, non ueraciter scriptum. nihil horum dicimus, sed accipimus omnia, siue quae obseruamus, ut recte uiuamus, siue quae non obseruamus, ut tamen et ipsa tunc in prophetia iussa et obseruata nunc iam conpleri uideamus. deinde paracletum sicut promissum legimus in iis libris, quorum non omnia uultis

7 cf. Sap. 9, 15

1 quemammodum *L* 2 recusauerint *b* 3 sancti] $\overline{\text{xpi}}$ *SG* 4 (et 9) reꝑhendere *CS* 5 hodie (i *s. l. a m. 1*) *C* praeciperit L^1SG praeceperit (i *in* e *m. 2 corr.*) *LM* 6 praeciperat LS^1 habet *C* 7 humanum] hominum *LSMG* 8 animã (~ *add. m. 2*) *L* 9 diuina *L* 11 praesertim (*in mg.* i. e. maxime) *M* 12 se] sic *LMG* se (e *ex* i *corr.*) *S* aliud se *C* praecepturam S^1 14 paracletum L^1 paraclytum *S* paraclitum *CG* creditis *C* 15 ipse] ipso *LCSMP*^{1}*G* 16 ueteri (e *in* i *mut.*) *M* quoḍ *S* 17 uerisimile $L^1S^1M^1$ 18 aliquit *M* 19 diuinitus *s. l. S* 22 et tamen *LPSMGb* 23 iam *om. SG* paracl&um L^1 paraclitum *CG* paraclytum *S* 24 his *CSMGb*

accipere, ita et missum legimus in eo libro, quem nominare etiam formidatis. in actibus quippe apostolorum, sicut saepe et paulo ante commemoraui, apertissime legitur missus die pentecostes spiritus sanctus, qui etiam opere manifestauit. quis esset. linguis enim omnibus locuti sunt, qui eum primitus acceperunt, ut hoc etiam signo promitteret in linguis omnibus, hoc est in omnibus gentibus futuram ecclesiam, quae illum sicut patrem et filium uerissime praedicaret.

16. Uos ergo iam dicite, quare non accipiatis omnia ex libris noui testamenti: utrum quia non sunt apostolorum Christi, an quia praui aliquid docuerunt apostoli Christi. respondetis: quia non sunt apostolorum Christi. nam illa uox altera paganorum est, qui dicunt apostolos Christi non recta docuisse. uos ergo quid dicitis? unde ostenditis scripturas illas non ab apostolis ministratas? respondetis: quia multa sunt in eis et inter se et sibi contraria. omnino falsissimum est; uos non intellegitis. nam quicquid tale protulit Faustus, quod ita uobis uideretur, ita non esse monstratum est; et quicquid tale a uobis prolatum fuerit, hoc docebimus. quis autem ferat lectorem uel auditorem scripturam tantae auctoritatis facilius quam uitium suae tarditatis audere culpare? an hoc dicitis uos paracletum docuisse scripturas istas apostolorum non esse, sed sub eorum nominibus ab aliis esse conscriptas? hoc saltem docete istum ipsum paracletum esse, a quo didicistis haec apostolorum non esse. an dicetis: ipsum Christus promisit et misit? respondetur uobis: omnino istum Christus nec promisit nec misit; et simul ostenditur, quando miserit, quem promisit. quod ergo eum Christus miserit, hoc probate. unde adseritis personam uestri auctoris uel potius

5 cf. Act. 2

1 promissum *b* 5 omniũ *b* 6 accepervnt (v s. *exp.* e *m. 1*) *S* 9 ergo *om. SG* 11 parui S^1G 14 quod *GCSM*^{2} 16 omnino (n *s. l.*) *S* 17 quicquid (quic *s. l.*) $L^2P^3S^2$ quid *MG* 21 uicium *L* 22 (et 24) paracl&um L^1M^1 paraclytum *CS* paraclitum *G* 24 saltim *LSMG* docere *b* paraclitum *SG* 25 didicistis (s *fin. s. l.*) *S* 27 nec misit *in ras. C* 29 assertis *b*

deceptoris? respondetis ex euangelio uos probare. ex quo euangelio? quod non totum accipitis, quod falsatum esse uos dicitis. quis ergo testem suum prius ipse dicat falsitate esse corruptum et tunc producat ad testimonium? si enim, quod uultis, ei credimus, et quod non uultis, ei non credimus, iam non illi, sed uobis credimus. si autem uobis credere uellemus, testem a uobis non exigeremus. deinde paracletus sic est promissus, ut diceretur: ipse uos inducet in omnem ueritatem. quomodo uos autem ille inducet in ueritatem, qui uos docet Christum esse fallacem? huc accedit, quia si omnia, quae de promissione paracleti in euangelio leguntur, talia esse demonstraretis, ut non omnino nisi de Manichaeo uestro possent intellegi, sicut ostenduntur in prophetis ea esse dicta de Christo, quae in alium cadere omnino non possint, tamen cum ea de his codicibus proferretis, quos dicitis infalsatos, hoc ipsum illic falsum et a corruptoribus maioribus uestris inmissum esse diceremus, quod illic de Manichaeo sic scriptum legeretis, ut et alio intellegere non possemus . quid faceretis, dicite mihi, nisi clamaretis nullo modo uos potuisse falsare codices, qui iam in manibus essent omnium christianorum? quia mox ut facere coepissetis, uetustiorum exemplarium ueritate conuinceremini. qua igitur causa a uobis corrumpi non possent, hac causa a nemine potuerunt. quisquis enim hoc primitus ausus esset, multorum codicum uetustiorum conlatione confutaretur, maxime quia non una lingua, sed multis eadem scriptura contineretur. nam etiam

8 Ioh. 16, 13

6 uelimus L^1PSGb uellemus (e *alt. s. l.*) *M* uellemus (i *in* e *corr. et* l *s. l. add. m.* 2) *L* 7 deinde ita (ita *s. l. a m.* 2) *L* paracl&us L^1 paraclitus *CSG* *ante sic* s. *add. in L* sic *om. L* 9 autem uos *C* 10 accedit (i *in* e *corr. m.* 2) *LSM* accidit *G* 11 paracliti *GC* paraclyti *S* paracl&ti (a *pr. s. l.*) L^1 12 demanicheo *CL* 13 possint L^1 possit *SG* possunt P^1b 14 dicta esse *C* 15 proferetis L^1CSG dicis *b* 18 manicheo *LCS* alio (o *s. exp.* a *m. 1*) *C* 21 quia] quod *C* 22 qu*a (i *er.*) *L* 23 a (*s. l. a m.* 2) *L* hac] haec *SG* neminem *LSP*^{3} neminem *G* 25 conlatione (m *er.*) *L*

nunc nonnullae codicum mendositates uel de antiquioribus uel de lingua praecedente emendantur. ita ergo aut cogimini ueraces illos codices confiteri, et continuo euertent haeresim uestram, aut si fallaces eos dixeritis, eorum auctoritate paracletum non poteritis adserere, et uos euertistis haeresim uestram.

17. Huc accedit, quia ea dicta sunt in promissione paracleti, ut Manichaeum post tam multos annos uenientem ab ista suspicione prorsus excludant. quia enim post resurrectionem et ascensionem domini continuo uenturus erat spiritus sanctus, apertissime dictum est a Iohanne: spiritus enim nondum erat datus, quia Iesus nondum fuerat clarificatus. si haec itaque causa erat, ut non daretur, quia nondum erat clarificatus Iesus, procul dubio clarificato Iesu iam causa erat, ut statim daretur. nam et Cataphrygae se promissum paracletum suscepisse dixerunt et hinc a fide catholica deuiarunt conantes prohibere, quod Paulus concessit, et damnare secundas nuptias, quas ille permisit, sub his uerbis insidiantes, quia scriptum est de paracleto: ipse uos inducet in omnem ueritatem, quod uidelicet non omnem ueritatem Paulus et ceteri apostoli docuissent ac locum Cataphrygarum paracleto reseruassent. ad hoc et illud traxerunt, quod Paulus ait: ex parte enim scimus et ex parte prophetamus; cum autem uenerit quod perfectum est,

11 Ioh. 7, 39 23 I Cor. 13, 9 sq.

1 mendositates (s *fin. s. l. a m.* 2) *L* antiquiţioribus (ti *exp. m.* 2) *L* 3 (et 5) heresim *LCSG* 4 paracl&um L^1 paraclytum *CS* paraclitum *G* 6 uestram] ūm *M* 7 accedit (i *in* e *corr. m.* 2) *LS* accidit *G* paraclyti *CS* paracl&i L^1 paracliti *G* 8 manicheum *LC* pos cā M^1 tam** *C* 9 suspitione *LC* suspicione (m *er.*) *S* (m *exp.*) P^3 suspicionem *G* 12 glorificatus *Lb* 14 glorificatus *C* 15 catafriges *C* katafriges *LPSMG* cataphryges *b* 16 paraclytum *CS* paracl&um L^1 paraclitum *G* a (*s. l. a m.* 2) *LSM*, *om. G* 19 paracl&o L^1 paraclito *CSG* 20 quod—ueritatem *om. SG* uidelicet et *Mb* uid. ęt P^3 21 catafrigarū *LCM* katafrigarum *SMG* 22 paracl&o L^1 paraclyto *CS* paraclito *G* 23 ait *s. l. M*

quod ex parte est, euacuabitur, ut scilicet ex parte sciens et prophetans apostolus dixerit: quod uult faciat; non peccat, si nubat, et ideo perfectum paracleti Phrygiae hoc euacuauerit. ad haec cum eis dictum fuerit, quod sint ecclesiae tanto ante promissae et toto orbe diffusae auctoritate damnati, respondent hinc etiam in se illud esse conpletum, quod de paracleto dictum est, quod mundus eum accipere non potest. nonne ista sunt, quae etiam uos dicere soletis: ipse uos inducet in omnem ueritatem et: cum uenerit quod perfectum est, quod ex parte est, euacuabitur et: mundus eum accipere non potest, de uestro Manichaeo esse praedictum? et quae tandem poterit haeresis exoriri sub paracleti nomine, quae non haec omnia uerisimiliter sibi audeat coaptare? numquid enim est haeresis, quae non ueritatem se nominet et quanto est superbior, tanto magis se etiam perfectam nominet ueritatem, ut et in omnem ueritatem se polliceatur inducere et doctrinam apostolorum suo errori contrariam, quasi per illam uenerit, quod perfectum est, euacuare conetur? et quoniam tenet ecclesia, quod uehementius apostolus commendauit, ‚si quis uobis euangelizauerit praeterquam quod accepistis, anathema sit', cum coeperit aliud adnuntians ab uniuerso orbe anathemari, continuo dicat: hoc est, quod scriptum est: mundus eum accipere non potest?

18. Unde ergo probare poteritis, quod a uobis exigitur, paracletum esse illum, a quo didicistis, quod euangelica scripta son sunt apostolorum? quandoquidem etiam nos pro-

2 I Cor. 7, 36 9 Ioh. 14, 17 20 Gal. 1, 9

3 si *om. LPSG*, (*s. l.*) *M* paracl&i L^1 paraclyti *C* frigia & *SG* frygiae et *P* frigię *C* phrygię ex *b* 4 euacuerit *SG* 5 tanto—diffusae *om. C* auctoritatē dānate *b* 7 paraclito *CG* 11 manicheo *LC* 12 predictum *C* (et 14) heresis *LCS* 13 paraclyti *CSG* paracliti *L* 16 perfectū *C* 21 et accepistis *SG* cęperit *S* 22 anathemazizari (ziza *s. l. add. m.* 2) *M* 26 paracl&um L^1 paraclytum *C* paraclitum *SG* 27 sint *C*

bamus non esse paracletum spiritum sanctum, nisi qui Iesu clarificato mox uenit. ideo enim nondum erat datus, quia Iesus nondum fuerat clarificatus. probamus etiam ipsum inducere in omnem ueritatem, quia non intratur in ueritatem nisi per caritatem; caritas autem dei diffusa est, ait apostolus, in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. docemus etiam non dixisse Paulum: cum uenerit quod perfectum est, nisi de perfectione illa, quae in perceptione uitae aeternae futura est. hoc enim cum loqueretur, uidemus enim, inquit, nunc per speculum in aenigmate, tunc autem facie ad faciem. hic certe nisi aperte insanire uolueritis, fatebimini non uos uidere deum facie ad faciem. non ergo ad uos uenit illud, quod perfectum est. hoc enim modo plane quid de hac re senserit, satis apostolus explicauit . nec futurum est hoc sanctis, nisi cum factum fuerit, quod etiam Iohannes dicit: filii dei sumus, et nondum adparuit, quid erimus. scimus, quia, cum adparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est, tunc introducente in omnem ueritatem spiritu sancto, cuius nunc pignus accepimus. quod autem dictum est: mundus eum accipere non potest, de his utique dictum est, qui solent in scripturis mundi nomine appellari, amatores mundi uel inpii uel carnales, de qualibus dicit apostolus: animalis autem homo non percipit, quae sunt spiritus dei. de hoc enim mundo esse dicuntur, quamdiu non possunt sapere amplius quam sunt ista corporea, quae in hoc mundo senserunt; sicut nec uos aliud sapitis, qui, cum lucem istam solis et lunae miraremini, talia uobis omnia diuina finxistis auctore illo uaniloquo, quem decepti

5 Rom. 5, 5 10 I Cor. 13, 10 sqq. 16 I Ioh. 3, 2 24 I Cor. 2, 14

1 quia *b* 3 nondum iesus *SG* 7 docemur *b* 10 inquid L^1 11 enigmate *LCS G* hinc (n *exp. m.* 2) *L* 12 fatemini *LCSMGb* 13 illud (t *corr. in* d) *S* 17 quid] quod *CP* scimus autem *b* 19 intr̥ointroducente *SG* intro ducente *PM* 20 accipimus L^1SMGb 28 mirarē||initalia *S* mirarem initalia *G*

et deceptores paracletum dicitis. proinde nullo modo ualentes ostendere, quomodo sit ille paracletus, non est, unde doceatis firmissima aliqua auctoritate uos conperisse, quemadmodum haec scripta euangelica, ex quibus non omnia uultis accipere, non sint apostolorum Christi. restat ergo, ut dicatis hoc uos ea ratione conperisse, quia talia ibi sunt, quae Christi gloriam decolorent, scilicet quia natus ex uirgine ibi narratur, quia circumcisus, quia pro illo oblatum sacrificium, quod tunc offerebatur, quia baptizatus, quia temptatus a diabolo est.

19. His autem exceptis et testimoniis ex uetere testamento, quae illis incerta sunt litteris, cetera uos secundum id, quod Faustus loquitur, fatemini accipere et praecipue crucis eius mysticam fixionem, qua passionis animae uestrae uulnera demonstrantur. deinde, inquit, praecepta salutaria eius et parabolas cunctumque sermonem deificum, qui maxime duarum praeferens naturarum discretionem ipsius esse non uenit in dubium. uidetis ergo id uos agere, ut omnis de medio scripturarum auferatur auctoritas et suus cuique animus auctor sit, quid in quaque scriptura probet, quid inprobet, id est, ut non auctoritati scripturarum subiciatur ad fidem, sed sibi scripturas ipse subiciat, non ut ideo illi placeat aliquid, quia hoc in sublimi auctoritate scriptum legitur, sed ideo recte scriptum uideatur, quia hoc illi placuit. quo te committis, anima misera, infirma, carnalibus nebulis inuoluta? quo te committis? remoue ergo auctoritatem, uideamus, remoue auctoritatem, redde rationem. eone ratio tua perducitur, ut nisi dei natura uiolabilis corruptibilisque credatur, exitum theatricum longa illa fabula uestra reperire non possit? postremo unde scis

1 paraclytum *CS* paraclitum *G* uolentes *S* ualentes (a *corr.* ex o) *G* 2 paraclytus *CS* 3 quemammodum *L* 7 decolorent (lo *in ras.*) *GS*^{1} 9 temptatus (p *s. l.*) *M* 10 et *er. M* ueteri *b* 11 literis *S* 13 misticã (s *corr. ex* x) *M* mixticam L^1 qua (a *s. exp.* ę *m. 1*) *S* 16 preferens *C* 19 cuique] cuiusque *b* 20 quaqu*e (e *ex* æ) *S* quaquae *G* quaquąe L^2 qua q :// (quae *aut* qua *fuit*) *M* ut *s. l. S* 21 auctoritatis *M* 22 quia—uideatur *om. SG* 29 repperire (p *exp. m.* 2) *L*

octo esse terras et decem caelos, quod Atlas mundum ferat splenditenensque suspendat et innumerabilia talia? unde scis haec? plane, inquis, Manichaeus me docuit. sed, infelix, credidisti; neque enim uidisti. si ergo ad milia fabulosorum phantasmatum, quibus turpiter grauidata es, te auctoritati ignotissimae et furiosissimae subdidisti, ut ideo haec omnia crederes, quia in illis conscripta sunt libris, quibus miserabili errore credendum esse censuisti, cum tibi nulla demonstrentur, cur non potius euangelicae auctoritati tam fundatae, tam stabilitae, tanta gloria diffamatae atque ab apostolorum temporibus usque ad nostra tempora per successiones certissimas commendatae non te subdis, ut credas, ut uiuas, ut discas etiam omnia illa, quae te offendunt, ex uana et peruersa opinione te offendere potiusque esse uerum naturam incommutabilem dei aliquid mortalis adsumpsisse creaturae, in qua commutabiliter permanens non fallaciter, sed ueraciter faceret atque pateretur, quicquid eandem creaturam facere ac pati pro generis humani, unde sumpta erat, salute congrueret, quam uiolabilem et corruptibilem credere dei naturam nec inquinatam atque obpressam totam posse liberari atque purgari, sed aeterna globi poena summa dei necessitate damnari?

20. Sed, inquis, propterea credidi, quae non mihi ostendit, quia duas naturas, boni scilicet et mali, mihi in hoc ipso mundo euidenter ostendit. at hoc ipsum est, infelix, unde decepta es, quia sicut in illa scriptura euangelica, ita in hoc

1 athlaṇs (n *exp. m.* 2) *LS* athlas *C* athlans *MG* 3 manicheus *LC* 4 milia] similia *G* fabulosarum (o *s. l. a m. 1*) *L,PM*^{1}*S*^{1}*b* ō fantasmatum *LCSG* es,te auctoritati] ē. ea auctoritate *L* este auctoritate *P*^{1} es,t e* (a *er.*) auctoritate *M* est auctoritatē *SG* ignotissime et furiosissime *LSMGP*^{1} 7 miserabili *s. l. S* a miserabili *C* *post* errore *eras.* miserabili *in S* 8 quur *LC* 9 auctoritati (e *in* i *corr. m.* 2) *S* auctoritate *G* stabili *SG* 10 ab *s. l. S* 11 ñraṃ *C* 13 opinatione *C* te offendere] & offendere *S*^{1}*G* te non off. (non *s. l.*) *S*^{2} 14 uerū (a *in* u *corr.*) *S* 15 assumpsisse *L* in *s. l. S* incommutabiliter *b* 16 faceret (t *s. l. a m.* 2) *LM* 18 sumptura *L* sumtura *G* sumtaṛa *S* sumptṵra (*corr. m. 3*) *P* erat *om. G* saluti (e in i *mut. m.* 2) *S* 23 ipso *om. SG* 24 at] ad *b* ipsū (~ *add. m.* 2) *L*

mundo nihil mali putare potuisti, nisi quo tuus carnalis sensus offensus est, sicut serpentem, ignem, uenenum et similia, nec aliquid boni, nisi quod eundem tuum carnalem sensum aliqua iucunditate permulsit, sicut saporum iucunditas et odorum suauitas et lucis huius aspectus et si quid aliud uel auribus uel oculis tuis uel naribus uel palato similiter forte blanditum est. at si uniuersam creaturam ita prius aspiceres, ut auctori deo tribueres, quasi legens magnum quendam librum naturae rerum atque ita si quid ibi te offenderet, causam te tamquam hominem latere posse tutius crederes quam in operibus dei quicquam reprehendere auderes, numquam incidisses in sacrilegas nugas et blasphema figmenta, quibus non intellegens, unde sit malum, deum inplere conaris omnibus malis.

21. Hic iam si quaeratis a nobis, nos unde sciamus apostolorum esse istas litteras, breuiter uobis respondemus inde nos scire, unde et uos scitis illas litteras esse Manichaei, quas miserabiliter huic auctoritati praeponitis. si enim et hinc uobis aliquis moueat quaestionem et scrupulum contradictionis inpingat, dicens libros, quos profertis Manichaei, non esse Manichaei, quid facturi estis? nonne potius eiusdem deliramenta ridebitis, qui contra rem tanta conexionis et successionis serie confirmatam inpudentiam huius uocis emittat? sicut ergo certum est illos libros esse Manichaei et omnino ridendus est, qui ex trauerso ueniens tanto post natus litem uobis huius contradictionis intenderit: ita certum est Mani-

4 iocunditate *GLSb* saporum (um *s. exp.* em) *S* iocunditas *LSGb* 6 naribus ṭuịs (tuis *exp. m.* 2) *S* palpato L^1S^1PMGb uel similiter *C* 9 te *ante* offend. *s. l. S* 10 tutius] totius L^1P^1 potius *M* 11 quicquam (c *s. l. m.* 2 *add.*) *L* rep̄hendere *L* 13 conareris *CPSMGb* 15 nos *s. l. S* 16 istas (*in mg. adscr.*) *S* literas *S* 17 illas (*s. l*) *G* manichei *LC* 19 questionem *C* scripulum $L^1S^1M^1G$ 20 dic̄s *S* manichaei *exp. M* manichei *LC* 21 manichei *L* quid—eiusdem (*s. l. a m. 1*) *C* 22 rideb&is L^1 23 seriem *SM* (*uirg. er.*) seriem *G* huius uocis *om. SG* 24 libros *om. SG* manichei *LC* 25 extra uerso *C* transuerso (ns *s. l. a m.* 2) *M* 26 manicheum *L*

chaeum uel Manichaeos esse ridendos aut etiam dolendos, qui tam fundatae auctoritati a temporibus apostolorum usque ad haec tempora certis successionibus custoditae atque perductae audeant tale aliquid dicere.

22. Iam ergo auctoritas Manichaei conferenda est auctoritati apostolorum. nam litteras istorum istas esse tam certum est quam illas illius. quis autem Manichaeum apostolis conparat, nisi quisquis se a Christo, qui misit apostolos, separat? aut duas naturas sibimet et ex propriis principiis aduersas quis umquam sapuit in uerbis Christi, nisi qui non sapit uerba Christi? apostoli ergo tamquam discipuli ueritatis natiuitatem Christi praedicant passionemque ueracem, Manichaeus autem iactat se inducere in omnem ueritatem et uult inducere in talem Christum, in quo ipsius passionis praedicat falsitatem; isti Christum in carne, quam de Abrahae suscepit semine, circumcisum, ille deum in ipsa sua natura a tenebrarum gente concisum; isti pro carne Christi imitante sacrificium, quod tunc pie fiebat, oblatum, ille non carnis, sed ipsius diuinae substantiae membrum omnibus daemonibus inmolandum naturae aduersae gentis inlatum; isti Christum in exempli praebendi causam baptizatum in Iordane, ille deum ipsum per se ipsum in tenebrarum contaminatione submersum nec totum emersurum, sed quod eius mundari non potuerit aeterna damnatione puniendum; isti carnem Christi a daemonum duce temptatam, ille partem dei a daemonum gente possessam; et isti quidem illam temptatam, ut doceret resistere

1 manicheos *L* 3 custodite *MG* productae *M* 5 manichei *LC* 6 literas *S* 7 manicheum *L* 8 quis quis *C* 9 et *om. SMG* 12 predicant *L* 13 induceret (in *s. l.*) *S* 16 ipsa *s. l. M* sua ipsa *C* 17 imitante *scripsi*: intantae (*in mg. signo* r *adpos.*) *L* intante S^1b imitantur S^2 intantę P^3G intæntæ *M* infante *C* 19 demonibus *C* ymmolandum *S* 20 gentis (e *in* i *corr.*) *S* gentes *G* in *om. C* 21 causa *Cb* iordane (*uirg. er.*) *L* 23 quod *s. l.* P^3S^2, *om. LGM* eius] si (*sup. exp.* eius *m.* 2 *superscr.*) *M* 24 dampnatione *C* (et 25) daemon*um (i *er.*) *L* 25 temptatem *corr. m. 1 in* temptatam *C*

temptatori, ille illam possessam, ut patri non possit restitui nec uictori; denique Manichaeus ex doctrina daemoniorum aliud adnuntiat, ut quasi eminentior sit, apostoli uero ex doctrina Christi commendant, ut quisquis aliud adnuntiauerit, anathema sit.

LIBER TRICESIMUS TERTIUS.

1. FAUSTUS dixit: Scriptum est in euangelio: quia multi uenient ab oriente et occidente et recumbent cum Abraham et Isaac et Iacob in regno caelorum. uos ergo quare non accipitis patriarchas? absit nos quidem cuiquam inuidere mortalium, quem deus forte miseratione respiciens sua de perditione umquam reduxerit ad salutem, sed hoc sane nos eius esse iam clementiae ponimus, qui misertus sit, non illius meriti, cuius fuisse negare non possis inprobabilem uitam: ac per hoc et Iudaeorum patres, Abraham scilicet et Isaac et Iacob — si est hoc pro certo de eisdem Christi testimonium, quod adfertis — quamquam fuerunt ipsi quidem flagitiosissimi — ut fere Moyses indicat eorum pronepos siue quis alius historiae huius conditor est, quae dicitur geneseos, qui eorum uitas nobis odio omni fastidioque dignissimas scripsit — sint tamen et ipsi iam in regno caelorum, sint in loco, quem nec crediderant umquam nec sperauerant, ut fere ex eorum liquido libris adparet, dummodo tamen constet uobis etiam confitentibus longo interuallo de tetra ac poenali inferorum custodia, ubi se uitae merita cohercebant, a Christo nostro domino liberatos, per eius scilicet mysticam passionem peruenire ad hoc ipsum potuisse, si per-

9 Matth. 8, 11

1 restituit *C* 2 nec] ut nec *SG* manicheus *LC* 3 ut *om. L* 7 *cap.* LXIIII *LPSMG* 15 iuda eorum (a *cum* e *lin. coni.*) *C* 16 de *om. SG* hisdem *LC*, (h *s. l.*) *M* 18 flagitiosissimi CP^3: gratiosissimi *LSM*P^1*G* 19 storiae *SG*P^1M^1 ystoriae (y *add. m.* 2) *L* que *C* 20 genes eos (s *cum* e *lin. coni.*) *C* 21 dignissimas (s *fin. m.* 2 *s. l. add.*) *L* celorum *C* 23 ferre *C* 26 domino nostro *C* per] p L^1

uenerunt, quod scriptum de eis est. neque enim quia et latronem quendam de cruce liberauit idem noster dominus et ipso eodem die secum futurum dixit eum in paradiso patris sui, quisquam inuiderit aut inhumanus adeo esse potest, ut hoc ei displiceat tantae benignitatis officium. sed tamen non idcirco dicemus et latronum uitas ac mores nobis probabiles esse debere, quia Iesus latroni indulgentiam dederit aut quia publicanis et meretricibus ignorit errata dixeritque, quod etiam praecederent ipsi ad regnum caelorum eos, qui se superbe gesserint. in iniustitia namque et in adulterio deprehensam mulierem quandam Iudaeis accusantibus absoluit ipse praecipiens ei, ut iam peccare desineret. quapropter si horum tale quid et circa Abraham egit et Isaac et Iacob, ipsi gratias; docet eum talia operari circa animas, qui solem suum oriri facit super bonos et malos et pluit super iustos et iniustos. sed hoc tamen mihi unum in opinione hac uestra molestum est, cur id de Iudaeorum tantum patribus sentiatis ac non de ceteris quoque patriarchis gentium, quod et ipsi senserint aliquando nostri liberatoris hanc gratiam, praesertim cum de ipsorum filiis magis christiana constet ecclesia quam de semine Abraham, Isaac et Iacob. sed ais utique illos quidem idola coluisse, hoc uero omnipotentem deum idcircoque solam ipsorum curam habuisse Iesum. ita dei omnipotentis cultura in tartara retrudit et filii eget auxilio, qui coluit patrem? sed uideris; consentiamus, inquam, hactenus in caelum reductos

3 cf. Luc. 23, 43 10 cf. Matth. 21, 31 12 cf. Ioh. 8, 5 sqq 15 cf. Matth. 5, 55

2 quemdam *C* 3 ipse *SG* eum *om. L* 5 tante *S* benedictionis *b* non tamen *CSMG* 8 ignor& *L* ignouerit (ue *s. l. add. m. 3*) *Pb* 9 superbę *SG* 10 gesserunt *M* gesserint *C* (*in mg. a m. rec.* gesseř) in *om. LCSG* ininiustitia (*sec.* in *a m. 2 s. l.*) *PM* et *om. C* deṕhensam *CL* 12 horum (h *s. l.*) *S* 13 quid (o *in* i *corr. a m. 1*) *C* 14 eum] enī *C* enim eum *b* 15 pluet S^1M^1G 17 quur *LC* iudeorum *C* 19 presertim *S* 20 magis (*s. l.*) *G* 21 abrahae *CM* et isaac *b* agis (g *exp. m. 2*) *L* 23 curam *om. SG* 24 detrudit *C* filio *SG* 25 consentiamus *ed. Maurina:* consentiam ut *LCPSMGb* hactenus (h *s. l.*) LS^2 actenus *CMG*

eos, non quia mererentur, sed quia uincat diuina clementia uim peccatorum.

2. Uerumtamen utrum et hoc a Christo dictum sit, dubios etiam nos et incertos scribentium ipsa uarietas facit. namque cum duo euangelistae Matthaeus et Lucas de centurione quodam pariter narrent, cuius puer tunc infirmaretur et propter quem uisus fuerit hoc ipsum dixisse Iesus, quia scilicet tantam fidem non inuenisset in Israhel, quantam in illo homine gentili quamuis et pagano, eo quod dixerit idem non se fuisse tam dignum, ut sub tectum suum intraret Iesus, sed id rogare tantum, ut iuberet uerbo, et sanaretur puer suus, solus tamen Matthaeus hoc adicit Iesum prosecutum esse, ut diceret: amen dico uobis, quia multi uenient ab oriente et occidente et recumbent cum Abraham et Isaac et Iacob in regno caelorum; filios autem regni mittent in tenebras exteriores, multos quidem, qui uenturi forent, paganos significans propter centurionem, quia esset et ipse gentilis, in quo tamen tanta fuisset fides inuenta, filios autem regni appellans Iudaeos, in quibus nulla esset inuenta fides. at uero Lucas quamquam et ipse ut necessarium hoc et memorabile inter Christi mirabilia gesta inserendum putauerit euangelio suo, de Abraham tamen illic, de Isaac et Iacob nullam facit mentionem. quodsi quis dicat idcirco praetermisisse eum, quia enim dictum id iam satis fuisset a Matthaeo, cur ergo gestum ipsum commemorat erga centurionem et puerum eius, quod aeque longe satis insinuatum iam fuisset nobis Matthaei sollertia? sed falsum est.

3 et] et (*sup. exp.* ut *a m. 1*) *S* 5 (et 12) matheus *CSG* matṭtheus (t *exp. m.* 2) *L* 7 ipsūḍ (d *exp.* et ~ *superscr. m.* 2) *L* 8 homine (e *s. l.*) *S* homini *G* 9 nō* (s *er.*) L^2 12 p**secutum *LSG* 14 recū*bent *C* 15 filii (i *ult. sup. exp.* os) *Mb* 16 mittentur *Mb* 21 memorabilem *LG* memorabileṃ P^3S^2 23 de] et *C* factitat *SMGb* 24 pretermisisse *C* p̃termisissę (si *s. l. a m.* 2) *S* quia (a *s. l.*) *C* enim C^1 *om. b* 25 fuisset (t *s. l. a m.* 2) *L* matṭtheo (t *exp. m.* 2) *L* matheo *C* quur *LM* 26 longe satis] longū ipsi *b* 27 nobis (*s. l. a m.* 2) *L* mathei *C* solertia *CSGb*

namque et de obsecratione ipsa adueniendi Iesum Matthaeus quidem dicit, quod enim idem per semet ipsum centurio uenerit ad eum rogaturus medelam, Lucas autem non, sed quia maiores natu ad eum miserit Iudaeorum, qui ne forte sperneretur ab eodem tamquam gentilis — quoniam hi quidem Iesum uolunt esse plane Iudaeum — persuadere ingressi sunt ei dicentes dignum esse, cui id praestaret, quoniam quidem diligeret gentem suam et synagogam ipse aedificasset sibi, tamquam et hoc ad dei filium pertineret, si aedificationem synagogae suae Iudaei de centurione pagano meruerint. nec tamen omnifariam et Lucas hoc uerbum reticuit, puto recogitans, ne forte fuisset uerum; sed locum tamen mutat adplicatque id alteri cuidam causae longe dissimili, id est ubi dicit Iesus ad discipulos suos: contendite intrare per angustum ostium; multi enim uenient quaerentes intrare et non poterunt. cum autem intrauerit, inquit, pater familias et clauserit ianuam, incipietis foris tare et pulsare dicentes: domine, aperi nobis. et respondens dicet: nescio uos. tunc incipietis dicere: manducauimus et bibimus coram te et in plateis nostris et synagogis docuisti. et dicet uobis: nescio unde estis; discedite a me omnes, operarii iniquitatis. ibi erit fletus et stridor dentium, cum uideritis Abraham et Isaac et Iacob et omnes prophetas introeuntes in regnum dei, uos autem expelli foras . et uenient ab oriente et occidente et austro et aquilone et re-

8 cf. Matth. 8, 5 sqq. Luc. 8, 2 sqq. 14 Luc. 13, 24 sqq.

1 obsecrationem $L^1S^2M^2G^2$ dm̄n̄ *b* 2 enim *om. M* 3 medellam M^1G medelam (l *s. l. er.*) *L* 4 quia (a *s. l.*) *S* 5 quō inquidem $GS^1M^1P^1$ qnm̄ hincquidem (h *et* c *s. l. a m.* 2) *L* hi *om. C* 6 plane] plene *SG* 7 prestaret *G* 8 sinagogam *LG* 10 synagogae (go *s. l. a m.* 2) *L* sinagogae *G* 11 omni fariam *C* 13 alterę *Cb* altere GL^1SM^1 cause *L* 15 hostium *LCG* hostium *S* 16 pot*erunt *G* 17 (et 19) inquipietis GP^1 19 respondens (n *s. l.*) *C* 20 manducabimus L^1SMG 21 sinagogis *CG* 23 stridor C^1 24 prophętas *C* 25 expelli* (s *er.*) *C*

cumbent in regno dei. hoc uero ipsum quidem, quia multi excludentur a regno dei, qui scilicet nomen tantummodo Christi portauerint, sed non fecerint opera eius, nec Matthaeus scribere praetermisit, sed de Abraham illic et Isaac et Iacob nullam facit omnino mentionem. item de centurione et puero eius etiam Lucas quidem scripsit; sed aeque ipse de Abraham illic et Isaac et Iacob nihil omnino testatur, ut, quia ubinam dictum sit certo constare non possit, nihil prohibeat etiam non credere, quia sit dictum.

3. Nec inmerito nos ad huiusmodi scripturas, tam inconsonantes et uarias, numquam sane sine iudicio ac ratione aures adferimus; sed contemplantes omnia et cum aliis alia conferentes perpendimus, utrum eorum quidque a Christo dici potuerit necne. multa enim a maioribus uestris eloquiis domini nostri inserta uerba sunt, quae nomine signata ipsius cum eius fide non congruant, praesertim quia, ut iam saepe probatum a nobis est, nec ab ipso haec sunt nec ab eius apostolis scripta, sed multo post eorum adsumptionem a nescio quibus et ipsis inter se non concordantibus Semiiudaeis per famas opinionesque conperta sunt: qui tamen omnia eadem in apostolorum domini conferentes nomina uel eorum, qui secuti apostolos uiderentur, errores ac mendacia sua secundum eos se scripsisse mentiti sunt. sed uideris; de hoc interim ut inquam, capitulo tecum non nimium ego contenderim, cum mihi illud satis ad praesidium sit, quod ante posui et quod nec ipsis uobis negare licet, ante domini nostri aduentum

3 cf. Matth. 7, 21

1 hoc—dei *om. SG* 3 mattheus L^2 mattheus *C* 4 de *om. b* 5 &item *C* centurione (in *er.*) *L* 6 aequae *G* *eque (a *er.*) *M* 7 quia (a *s. l.*) *S* 8 sit] non sit *S* 10 in merito *C* 11 iuditio *C* reatione (e *exp. m. 2*) *L* 15 quae *C*: et quae *LSGb* aut atq' aut equae nomine (atq' *et* equae *in ras.*) *M* 16 cū eius (ū *et* eiu *in ras.* i *s. l.*) *L* congruent C^1 presertim *S* 17 a *om. CSMGb* (*s. l. a m. 2*) *L* 19 saemi *LSG* s*emi (a *er.*) *M* iudeis *C* 20 opiniones que *C* 21 nomina L^1 22 mendatia *C* 23 se *s. l. S* sed (d *s. l. a m. 2*) *C* uideris (ri *in ras.*) *G* uiueris (d *in* u *corr.*) *M* 25 posuit *C*

patriarchas omnes Israhel et prophetas tartareis in tenebris iacuisse pro meritis suis: unde si umquam liberati a Christo ad lumen reducti sunt, qui hoc ad odium adtinet uitae ipsorum? odimus enim nos et respuimus, non quod fuerunt, id est homines, sed quales fuerunt, id est malos, nec quod nunc sunt, id est purgatos, sed quod fuerunt, id est inpuros aliquando. ac per hoc nobis interim, utcumque uos id esse uultis, nihil obstat capitulum hoc, cum, siue est uerum, Christi hic miseratio commendetur et bonitas, siue falsum, scriptoribus eius crimen inhaereat; nos utrouis modo in tuto sumus ut semper.

4. AUGUSTINUS respondit: Quomodo in tuto, miser? quomodo in tuto, qui te patriarchas odisse dicis inpuros et deum adhuc plangis inpurum? certe illis patriarchis post aduentum saluatoris praestitam purgationem et datam beatam requiem concessisti; deus autem uester et post aduentum saluatoris adhuc iacet in tenebris, adhuc flagitiis omnibus mergitur, adhuc in inpuris omnibus uolutatur . ita non solum uita illorum hominum melior erat deo uestro, uerum etiam mors ipsa felicior. in quibus autem sedibus erant iusti, qui exierant ex hac uita, priusquam Christus in carne uenisset, et utrum etiam ipsos ad aliquid melius passio Christi transtulerit, qui in eum uenturum, passurum, resurrecturum non tantum crediderant, uerum etiam hoc ipsum, sicut oportebat, prophetico spiritu praenuntiauerant, in scripturis sanctis indagandum est, si quo modo ad liquidum indagari potest, non hinc temeritates opinantium consectandae quorumlibet hominum, nedum tam execrabilis haeresis peruersitates nimis longe a ueritate aberrantium. frustra sibi sane per hanc obliquitatem pollicetur

2 meritis (me *s. l. a m. 2*) *C* 3 at tinet *C* 10 inhereat *L* 12 *cap.* LXV *LPSMG* Agustinus *L* 13 dicis *om. SG* 17 flagiti+is *C* 18 in *om. LSMG* in puris *P* 24 ipsū̧ (d *exp.* et ~ *superscr. m. 2*) *L* 25 praenuntiauerat *L*, (n *s. l.*) *S* scripturis (s *init. s. l.*) *C* 26 ad (d *s. l. a m. 2*) *L* temeritate sopinantium *G* temeritates ṣopinantium *S* temeritatis M^1 28 heresis *LC* peruersitates *ed. Maur.*: peruersitate *lib. b* 29 per] post *SG*

Faustus aliquid post hanc uitam cuiquam posse praestari, quod sibi praestandum in hac uita non conparauerit. bonum est uobis, ut, dum hic uiuitis, istum relinquatis errorem et ueritatem catholicae fidei cognoscatis atque teneatis. alioquin longe aberit, quod sibi pollicetur iniustus, cum fieri coeperit, quod iniusto minatus est deus.

5. De uita autem patriarcharum iam, quantum satis arbitratus sum, homini maledico non pauca respondi: quibus non utique in morte correctis uel post passionem suam iustificatis testimonium dominus perhibebat, cum Iudaeos admoneret, ut si Abrahae filii essent, facta Abrahae facerent, et quod idem Abraham eiusdem diem uidere concupiuerit gauisusque fuerit, cum uidisset, et quod in eius sinum, id est nescio cuius quietae felicitatis magnum abditumque secretum abstulerint angeli pauperem illum aerumnosum a diuite superbiente contemptum. quid dicam de apostolo Paulo? an forte et ipse post mortem iustificatum laudat Abraham, quod, priusquam circumcideretur, credidit deo, et deputatum est illi ad iustitiam? quod tanti pendit, ut nos non ob aliud dicat filios eius esse effectos, qui eius carne propagati non sumus, nisi quod eius fidei uestigia sequamur.

6. Sed quid uobis faciam, quos contra testimonia scripturarum ita obsurdefecit iniquitas, ut quicquid aduersum uos

13 cf. Ioh. 8, 39 56 16 cf. Luc. 16, 23 18 cf. Rom. 4, 3

1 aliqui* (d *m. 2 del.*) *L* prestari *L* posse prestandum quod in hac uita (quod *s. l. a m. 2;* quod *om. G*) *SG* 2 comparauerit (i *ex* a *corr.*) *G* 3 dum (*s. l. a m. 2*) *S*, *om. G* 5 auerit M^1G aueritate (*s. l.* uel aberit; aueritate *fact. ex* auerit) *P* a ueritate aberit *b* iniustum *SG* iniustis *M* in iustus *C* 6 in iusto *C* 9 post|post *C* 10 iudeos *C* admoneret (ret *s. l.*) *G* 13 id est *s. l. S* 14 quietę (ę *add. m. 2*) *L* quiete *CSMG* abditumque (b *s. l.*) *S* 15 pauperum L^1 pauperē (u *in* e *corr.*) *SM* superbientē (*m. 2* uenientē *exp. et* bientē *superscr.*) *S* superuenientem *G* contemtum *PG* 17 iustificatum ñ laudat (ñ *s. l. a m. 2*) *S* priusquam (*in ras.*) *G* 18 circumcideretur (ci *s. l. a m. 3*) *P* cideretur *G* 20 affectos *S* effectos (o *s. exp.* u) *P* 21 fidei (*i fin in ras.*) *G*, (i *in ras.* s) *M* 23 obsurdęefecit (*exp. m. 2*) *L* obsurde fecit P^1b surdos fecit *C* obsurderefecit (re *s. l. add. m. 2*) *S* quicquid (c *sup.* d *a m. 1*) *C* aduersus *C*

inde prolatum fuerit, non esse dictum ab apostolo, sed a nescio quo falsario sub eius nomine scriptum esse dicere audeatis? usque adeo a christiana doctrina aperte aliena est quam praedicatis doctrina daemoniorum, ut eam sub christianae doctrinae nomine defendere nulla ex parte possitis, nisi dicatis falsas esse scripturas apostolorum. infelices inimici animae uestrae! quae umquam litterae ullum habebunt pondus auctoritatis, si euangelicae, si apostolicae non habebunt? de quo libro certum erit, cuius sit, si litterae, quas apostolorum dicit et tenet ecclesia ab ipsis apostolis propagata et per omnes gentes tanta eminentia declarata, utrum apostolorum sint incertum est? et hoc erit certum scripsisse apostolos, quod huic ecclesiae contrarii haeretici proferunt auctorum suorum nominibus appellati longe post apostolos existentium? quasi uero et in litteris saecularibus non fuerunt certissimi auctores, sub quorum nominibus postea multa prolata sunt et ideo repudiata, quia uel his, quae ipsorum esse constaret, minime congruerunt uel eo tempore, quo illi scripserint, nequaquam innotescere et per ipsos uel familiarissimos eorum in posteros prodi commendarique meruerunt. nonne, ut alios omittam, sub Hippocratis medici nobilissimi nomine quidam libri prolati in auctoritatem a medicis non recepti sunt? nec eos adiuuit nonnulla similitudo rerum atque uerborum, quando conparati eis, quos uere Hippocratis esse constaret, inpares iudicati sunt, et quod ab eo tempore quo et cetera scripta eius non innotuerunt, quod uere eius essent. hos autem libros, quibus illi, qui de trauerso proferuntur,

2 quof alsario *S* 3 a *s. l. G* christianę doctrinę *C* 4 demoniorum *C* christianeꝭ *C* 6 falsa *GL*^{1}*P*^{1} falsas (s *fin. s. l.*) *L*^{2}*P*^{3}*SM* 7 littere *C* ullum (u *init. s.* i *a m.* 2) *LSM* 8 euangelice *C* 10 ecclesia (m *er.*) *SMP* (*exp. m. 3*) ecclesiam *G* 11 declarata (decla *s. l.*) *S* 13 huic (uic *sup. exp.* inc) *S* heretici *LC* 15 fuerint *b* 18 quod *S*^{1}*G* quo (d *er.*) *LM* illiꝝ *C* 19 familiarissimis *L*^{1} 21 ypocratis (y *et* a *in ras.*) *LM*^{2} ippocratis *C* ypocritis *SGM*^{1} ypocratis (p *m. 3 s. l. add.;* i *in* a *corr. m.* 2) *P* 22 nomiñ *L* 24 ypocritis *LS*^{1} yppocratis *C* ypocratis *G* 27 transuerso (ns *s. l. a m.* 2) *L* ex aduerso (*in ras.; s. l. a m.* 2: uel de trans) *M* proferuntur (*sup.* u *a m. 1* e) *L*

conparati respuuntur, unde constat esse Hippocratis? unde — si quis hoc neget, nec saltem refellitur, sed ridetur — nisi quia sic eos ab ipso Hippocratis tempore usque ad hoc tempus et deinceps successionis series commendauit, ut hinc dubitare dementis sit? Platonis, Aristotelis, Varronis, Ciceronis aliorumque eiusmodi auctorum libros unde nouerunt homines. quod ipsorum sint, nisi eadem temporum sibimet succedentium contestatione continua? multi multa de litteris ecclesiasticis conscripserunt, non quidem auctoritate canonica, sed aliquo adiuuandi studio siue discendi. unde constat, quid cuius sit, nisi quia his temporibus, quibus ea quisque scripsit, quibus potuit insinuauit atque edidit et inde in alios atque alios continuata notitia latiusque firmata ad posteros etiam usque ad nostra tempora peruenerunt, ita ut interrogati, cuius quisque liber sit, non haesitemus, quid respondere debeamus? sed quid pergam in longe praeterita? ecce istas litteras, quas habemus in manibus, si post aliquantum tempus uitae huius nostrae uel illas quisquam Fausti esse uel has neget meas, unde conuincitur, nisi quia illi, qui nunc ista nouerunt, notitiam suam ad longe etiam post futuros continuatis posterorum successionibus traiciunt? quae cum ita sint, quis tandem tanto furore caecatur, nisi daemoniorum mendaciloquorum malitiae atque fallaciae consentiendo subuersus sit, qui dicat hoc mereri non potuisse apostolorum ecclesiam, tam fidam, tam numerosam fratrum concordiam, ut eorum scripta fideliter ad posteros traicerent, cum eorum cathedras usque ad praesentes episcopos certissima successione seruarent, cum hoc

1 hypocratis *LC* ypocratis (a *ex* i) *S* Unde (U *init. lin. add. m.* 2) *L* inde *b*, *om. M* 2 nõ* salutẽ (nõ *ex* nec *corr. et* u *exp. m.* 2) *L* sal*tem (u *er.*) *SM*$_1$ (*m. 3 exp.* u) *P* salutem *G* nisi sic eos quia *S* 3 hypocratis *LC* 5 aristotelis (*corr. a m.* 2) *L* ciceronis uarronis *CSMGb* 9 conscripserint C^1 canonico *SG* 10 aliquo (o *s. exp.* a) *G* 13 formata L^1 18 illas (a *ex* o) *S* 20 futu*ros *C* 22 tantom *S*, (*m.* 2 o *s. exp.* um *add.*) *P* tantum *CLM* demoniorum *C* mendaci locorum *C* 23 malitię atque fallaciae *C*: malitia atque fallacia *LSMGb* 24 fidam (a *supra exp.* e) *G* 27 seruarint L^{2b}

qualiumcumque hominum scriptis siue extra ecclesiam siue in ipsa ecclesia tanta facilitate proueniat?

7. Sed contraria, inquit, inter se scripta eorum reperiuntur. maligni malo studio legitis. stulti non intellegitis, caeci non uidetis. quid enim magnum erat ista diligenter inspicere et eorundem scriptorum magnam et salubrem innenire congruentiam, si uos contentio non peruerteret et si pietas adiuuaret? quis enim umquam duos historicos legens de una re scribentes utrumque uel utrumlibet eorum aut fallere aut falli arbitratus est, si unus eorum dixit, quod alius praetermisit; aut si alter aliquid breuius conplexus est eandem tantum sententiam saluam integramque custodiens, alter autem tamquam membratim cuncta digessit, ut non solum, quid factum sit, uerum etiam, quemadmodum factum sit, intimaret? sicut Faustus hinc euangeliorum ueritati uoluit calumniari, quia Matthaeus aliquid dixit, quod Lucas, cum idem narraret, dicere praetermisit, quasi negauerit Lucas dixisse Christum, quod eum scripsit dixisse Matthaeus. hinc omnino nulla umquam quaestio fuit neque hoc obici nisi ab omnino inprudentibus et nihil harum rerum considerare uolentibus seu ualentibus potest. illud sane et requiri inter fideles et obici ab infidelibus solet, sed etiam ipsis uel parum eruditis uel nimis contentiosis, nisi admoniti resipuerint, quod Matthaeus dixit: accessit ad eum centurio rogans eum et dicens, Lucas autem, quod miserit ad eum seniores Iudaeorum hoc ipsum rogantes de puero eius, qui aegrotabat, ut eum sanaret,

1 quialiumcumq: L^1S^1G quialiumcumque (c *ex* e *corr.*) *PM* (i *er.* cum *in ras.* c *ex* e) hominem $L^1S^1M^1G$ 2 felicitate *LMGb* felicitate (fel. *exp. m. 3 et* facilitate *superscr.*) *S* 3 inquid *G* se *om. SG* repperiuntur SL^1 C eorumdem *G* 7 uos adiuuaret *b* $\overline{9}$ utrumq: (q: *s. l.*) *G* 11 aliquit *M* completus *G* eandem (a *ex* u *a m.* 2) *L* tamen *b* 12 alter] aliter *SG* tamquam (u *in ras.*) *L* 13 menbratim *SG* 14 quemammodum *L* 16 (18 et 23) mattheus *L* matheus *C* 17 prẹter misit *C* dixisse (x *in ras.*) *C* 18 nulla (~ *er.*) *S* nullam *G* 19 obici (o *s. exp.* a) *S* obici (a *in* o *corr.*) *G* inprudentibus *om. SG* 21 Potest illud *b* 23 nimis] minus *S* nimis (n *ex* m *corr.*) *M* resi puerint *C* 25 iudeorum *C* 26 ipsū (~ *add. m.* 2) *L* ipsūd *G* quia *GL* qniaegrotabat *CS*

et cum adpropinquaret domui, misit alios, per quos diceret non se esse dignum, in cuius domum intraret Iesus, nec se ipsum dignum, ut ueniret ad Iesum. quomodo ergo secundum Matthaeum „accessit ad eum rogans et dicens: puer meus iacet in domo paralyticus et male torquetur?“ hoc ergo intellegitur Matthaeum breuiter sententiam ipsam ueram integramque conplexum dicentem, quod centurio accesserit ad Iesum, et non dicentem, utrum per se ipsum accesserit, an per alios, et quod ei de puero suo illud dixerit, non exprimentem, utrum per se ipsum dixerit, an per alios. quid enim? nonne talibus locutionibus humana plena est consuetudo, cum dicimus aliquem ad aliquid multum accessisse, etiam quem nondum dicimus peruenisse? nonne et ipsam peruentionem, cui quasi uidetur non esse quod addi iam possit, etiam per alios fieri usitatissime loquimur saepe dicendo: egit ille causam suam, peruenit ad iudicem, aut: peruenit ad illum uel illud potentem, cum plerumque id faciat per amicos non uiso eo prorsus, ad quem quisque dicitur peruenisse? unde etiam tales homines, quicumque ad potentium quodam modo inaccessibiles animos siue per se ipsos siue per alios ambitionis arte pertingunt, iam etiam uulgo „peruentores“ uocantur. quid ergo? cum legimus, obliuiscimur, quemadmodum loqui soleamus? an scriptura dei aliter nobiscum fuerat quam nostro more locutura? et hoc quidem de communi loquendi consuetudine peruicacibus turbulentisque responderim.

4 Matth. 8, 5 sqq. Luc. 7, 2 sqq.

2 esse se *SMG* dignum *om. SG* 4 (et 6) mattheum *L* mathaeum *C* 5 paralitycus *C* paraliticus *LSM* 6 hos S^1 matheum *SG* 9 accesserit — ipsum *in mg. infer a m. 2 L* 10 exp*rimentem *C* dixerit *om. SG* dixerit (dixe *in ras. ex* accesse *corr.*) *P* 12 ad *om. GPSb* (*s. l. a m. 2*) *L* ad aliquid aliquem *C* 13 nondum (non *in ras.*) *L* ipsam (am *in ras.*) *L*, (ã *s.* e *a m 3*) *P* ipse *SMG* 14 addi iam] additam *SG* 15 loquitur G^1 sepę *C* 16 ęgit *L* peruenit *G* 20 quod ammodo *C* 21 ipsis CG^2 ipsi *b* ambitiones *C* contingunt *SG* 23 quem admodum *C* quemammodum *L* 24 merito (mer. *exp. et s. l.* more) *S* mero *G* hęc *b* 25 peruicacibus (*in mg.* i. ẽ. c̃tentiosis) *M*

8. Ceterum qui haec non litigiose, sed placide ac fideliter quaerunt, accedant ad Christum non carne sed corde, non corporis praesentia, sed fidei potentia, sicut ille centurio, tunc melius, quid Matthaeus dixerit, sentient. talibus enim dicitur in psalmo: accedite ad eum et inluminamini et uultus uestri non erubescent. unde centurio ille ad Christum magis accesserat, cuius fidem ita laudauit, quam illi ipsi, per quos uerba sua misit. huic rei simile est etiam illud, quod dominus ait: tetigit me aliquis, quando mulier, quae fluxum sanguinis patiebatur, tangens fimbriam uestimenti eius salua facta est. hoc enim mirabiliter discipulis suis dicere uidebatur: quis me tetigit? et: tetigit me aliquis, cum eum turba conprimeret. denique hoc ei responderunt: turbae te conprimunt, et dicis: quis me tetigit? quemadmodum ergo illi premebant, sed illa tetigit, sic illi missi erant ad Christum, sed centurio magis accessit. ita Matthaeus et morem non usque adeo inusitatae locutionis seruauit et mystice aliquid intimauit; Lucas autem hoc ipsum quemadmodum gestum esset, ostendit, ut hinc aduertere cogeremur, illud Matthaeus quemadmodum dixerit. uellem sane, ut aliquis istorum uanorum, qui huiusmodi quaestiunculas quasi magnas calumniose obiciunt euangelio, narraret aliquid idem ipse bis numero, non falsum nec fallaciter, sed omnino id uolens intimare et exponere, et stilo exciperentur uerba eius eique recitarentur, utrum non aliquid plus minusue diceret

5 Ps. 33, 6 12 Luc. 8, 43 sqq.

1 cęterum *C* litigiosae *SG* placidąe L^2 2 accedant (a *corr. ex* u *m. 1*) CS^1 xpm] ihm *Pb* 3 ////praesentia (*ras. quatt. litt.*) *L* 4 mattheus *LC* 8 etiam (*s. l. sup. exp.* enim) *S* 10 quae] quę (e *ex* i *corr. et* ¸ *m. 2 add.*) *LPS* qui *G* que *M* 11 est facta *SG* 14 conpremunt *M* quem admodum *C* 15 p̄mebat *LS* prȩmebat *G* 16 mattheus *LC* 17 inusitate *MG* locutioni *SG* locutionis (s *s. l.*) $L^2P^3M^2$ seruabit L^1M^1G seruabat (i *in* a *corr.*) *S* 18 mistice *LC* mysticę S^1G intimauit aliquid *C* hoc] ad hoc *LC* et hoc *Mb* 21 hụịụs||huiusmodi *C* 22 calumniosae GS^1 ex euangelio (ex *s. l. a m.* 2) *L* 23 bis] bis (b *ex* u *corr. m.* 2) $LSMP^3$ uis *G* 24 eius (*s. l. a m. 1*) *L*

aut praepostero ordine non uerborum tantum, sed etiam rerum, aut utrum non aliquid ex sua sententia adiceret, tamquam alius dixerit, quod eum dixisse non audierit, sed uoluisse atque sensisse plane cognouerit; aut utrum non alicuius breuiter conplecteretur sententiae ueritatem, cuius rei antea quasi expressius articulos explicasset, et si quid est aliud, quod fortasse possit certis regulis conprehendi, quomodo fiat, ut uel in duorum singulis eiusdem rei narrationibus uel in duabus unius ex una eademque re multa diuersa inueniantur, nulla tamen aduersa, et multa uaria, nulla contraria. sic soluuntur omnia, de quibus sibi isti miseri collum ligant, ut spiritus sui erroris intus teneant et nullum extrinsecus salutis admittant.

9. Quapropter post omnes Fausti calumnias refutatas dumtaxat horum eius capitulorum, quibus hoc opere, quantum dominus adiuuare dignatus est, sufficienter, ut arbitror, prolixeque respondi, breuiter uos admoneo, qui illo tam nefando et execrabili errore tenemini, ut si auctoritatem scripturarum omnibus praeferendam sequi uultis, eam sequamini, quae ab ipsius praesentiae Christi temporibus per dispensationes apostolorum et certas ab eorum sedibus successiones episcoporum usque ad haec tempora toto orbe terrarum custodita, commendata, clarificata peruenit. ibi enim uidebitis etiam ueteris testamenti et obscura reuelari et praedicta conpleri. si autem quasi ratione mouemini, primum cogitetis, quinam sitis, quam minus idonei ad conprehendendam naturam, non dicam dei, sed animae uestrae, conprehendendam sane, quemadmodum uelle aut uoluisse uos dicitis, certissima ratione, non uanis-

1 prę postero *C* 2 adiceret] diceret *LCPMb* 7 aliq^{ud}ụiḍ *S* conp̄hendi *LG* 8 ut *om. GS*, (*s. l.*) *P* 9 in *om. LSMGb* 13 ammittant *LMS'G* habitū *s. l. M* 16 arbitro*r (*pr.* r *s. l.*) *C* 17 ammoneo *LSG* 21 certas *ed Maurina:* ceteras *LCPSGMb* 25 ratione (m *er.*) *LS* rationē *G*, (~ *er.*) *M* 26 (et 27) conp̄hendendam *LG* comprehendendam (den *s. l. a m.* 2) *P* 27 conpraehendam *G* comp̄hendam *S*, *om. b* 28 uelle] uel ille *PGb* uelit ille (it *a m. 3 s. l.*) *S* uel**le (il *er.*) *M*

sima credulitate: quod cum minime potueritis — sine dubio enim quamdiu tales estis, nullo modo poteritis — illud saltem, quod omni humanae menti est naturaliter insitum, si modo id peruersae opinionis prauitate non turbetur, dei naturam atque substantiam incommutabilem omnino, omnino incorruptibilem cogitate uel credite, et Manichaei continuo non eritis, ut aliquando et catholici esse possitis amen.

2 illud (ud *in ras.*) *S* 3 sal*tem (u *er.*) *PS* salutem *G* saltim *LM* 4 turbet *LPSMGb* 6 manichei *LC* 7 amen *om. C* Explc dō Gratias utere felix salus amen *LMG* EXpL LIB AVRL AVG EPI CONTRA EAVSTVM MANICHEVM SCD VOLVMEN DE VITA PATRIARCHARVM ueL FIGVRIS PROPHETARVM. ITEM DO GRATIAS *fol.* 154 b *L* *fol.* 151 *M* EXPLICIT LIBER AVRELI AVGVSTINI EPISCOPI CONTRA FAVSTVM MANICHEVM SECVNDV VOLVM DE VITA PATRIARCHARVM VEL FIGVRIS PROPHETARVM DO GRATIAS AMEN *fol.* 134 *C p.* 399 *S p.* 274 *G*

Typis expressit Rudolphus M. Rohrer, Brunae.